I. N. J.

EXERCITATIONUM VARIARUM

JURIS PUBLICI ROMANO-GERMANICI,

VOLUMINIS NOVI

PARS ALTERA,

continens

MATERIAS

De

Statu veteris & novæ Reip. Romano-Germanicæ: Imperatore Roman. ejusque electione: Superioritate territoriali: Juribus circa Religionis dissidium in Imperio receptis: Universitate, ejusque variis speciebus: Transitu militum: Ærario militari: Metatis militaribus & Palatinis: Jure centenæ, Jure conducendi:

In gratiam studiosæ Juventutis

EDITA

O. & S.

AHASVERI FRITSCHI.

FRANCOFURTI ET LIPSIÆ,

Prostat apud JOH. ADAM. Kästnerum,

M. DC. LXXIX.

[illegible]

VIRO
MAGNIFICO MAXIME STRENUO ET EXCELLENTISSIMO,
DOMINO
PHILIPPO Schultzen/
ab Ehrenfels/
JCTO CELEBERRIMO,
HACTENUS INCLUTÆ ET LIBERÆ CIVITATIS ARGENTORATENSIS AD COMITIA RATISBONENSIA
LEGATO,
NUNC VERO
SUMMI JUDICII AULICI IMPERIALIS
SENATORI SPLENDIDISSIMO
PATRONO SUO,
TOMUM HUNC NOVUM
VARIARUM EXERCITATIONUM JURIS PUBLICI
OFFICIOSE SACRAT
AUCTOR.

INDEX
EXERCITATIONUM JURIS PUBLICI,
Quæ in hoc Volumine continentur.

I.

De Statu & veteris Reip. Romanæ, & Romano-Germanicæ.

PRÆS.

D. VVilhelmo Leisero, JCto, & Prof. P. VVitteb.

RESP.

Joann Balthas. Himmelio.

II.

De Imperatore Romano-Germanico, ejusq; electione.

PRÆS.

PRÆS.

D. Joh. Volckm. Bechmann. Profeſſ. P. Jen.

Resp.

Johann Andr. Dobner.

III.

De Superioritate territoriali.

PRÆS.

D. Eraſm. Ungepauer, JCto, & P. P. Jen.

Resp.

Joh. Frider. Sueſer.

IV.

De Juribus circa Religionis diſſidium modernum in Germania receptis.

PRÆS.

D. Heinrico Linck. P.P. Altorph.

Reſp. Joann Blume.

V.

De Universitate, ejusdemque variis speciebus & juribus.

PRÆS.

D. Chr. Philipp. Richter. JC. P. P. Jenens.

RESP.

Johann Henr. Segnitz/ pro Gradu.

VI.

De Transitu militum.

PRÆS.

D. Samuel Stryck. JC. P. P. Viadr.

RESP.

Ernest Schmettau.

VII.

De Centenâ vulgò Zent Recht.

PRÆS.

D. H. Linck. P. P. Altorph.

RESP.

Theoph. Valentin. Schubart.

IIX. De

RESP.

Frid. Wilh. Leidenfrost.

XI,

De Jure conducendi vulgò Geleits-Herrligkeit.

PRÆS.

D. H. Linck. P. P. Altorf.

RESP.

Joh. Josua Rader.

CUM DEO!
EXERCITATIO PRIMA
De
Statu & veteris Reip. Romanæ, & Romano-Germanicæ.
Proœmium.

NUlla impiæ ſentiarum de antiquâ antiquæ Romæ incomparabili illâ potentiâ, nulla de antiquiſſimis ejus virtutibus, nulla quoque de variis variorum ſuperbiſſimis elogiis atque encomiis, ut ne ſupra plantam, quod ajunt, evagemur, verba facturi ſumus. Et certè quid hoc, quàm λαλεῖν πρὸς ἔχοντα τὴν ἐπιςήμην, quàm τὸ φῶς ἡλίῳ δανείζειν, aliud eſſet? Etenim quotusquisque datur, qui Cymmeriis adeò implicitus tenebris, ac omnis prorſus hiſtoriæ inops ſit ut etiam id, quod nulla non mundi pars jugiter admiratur, noſſe nequeat? Quis populus, (Muret. *in orat 2. exord. par. 1. Orat.* de Vener. Rep.) quæ gens, quæ hominum natio, vel tam immanis atque barbara, vel tam inculta diſciplinis, quam non Roma non gloriâ modò & ſplendore nominis ſui, verùm etiam admiratione compleverit? Illa eſt, quæ ipſius Apoſtoli voce laudata: quâ nulla unquam Resp. major, nec ſanctior, nec bonis exemplis ditior fuit, *Liv. Dec. 1. l. 1.*: quippe quæ legum patria, *Nov. 9. in præf. & l. 7. Omnes dies. C. de fer.* Illa eſt, quæ caput orbis audit ab Imp. Zenone, *l. Nemini 3. ver. Quoniam verò. C. de COSS. &c., confer. §. Sed & ſi. 10. Conſt. de Concept. ff ad Tribon. & Liv. l. c. p. m. 20., Plin. l. 3. N. H. c. 5.,* Urbs æterna eſt Impp. Honorio & Theodoſio, *l. un. C. de privileg. corp. U. R., l. 1. Porcinarii. C. de Suar. &c. confer. Tibull. l. 2. Eleg. 5.* Mundi miraculum, arx nationum ac Regum eſt. *Lipſ. Admir. l. 1. c. 2. p. m. 3.* Totius terræ habitatæ compendium eſt. *vi. Athen. Δειπνοσ. l. 1. c. 15.*

Terrarum Dea gentiumque Roma *est*,
Cui par est nihil & nihil secundum. *Martial.*
Omnia Romanæ cedant miracula terræ.
Natura hîc posuit, quicquid ubique fuit. *Proper. l. 3. Eleg. 21. v. 17. & 18.* Et, quis præconia, quibus Urbs fulget, omnia proferre potis? Valentiæ nostræ, *Solin. c. 1.*, alia ornamenta lege sis, ut innumeros alios hôc locô taceam, præprimis *in Mur. l. 17. V. L. c. 12. Magiô l. 4. Miscell. c. 5., Bodin. de Rep. l. 1. c. 9., Mart. de jurisd. par. 1. c. 10. num 11., Zach. Viet. de caus. Exempt. Imp. concl. 1., Heins. Or. 10. &c. &c.* Cùm verò nihil, simul ac natum est, ex omni statim parte etiam perfectum, Romæ quoque incunabula multùm quidem exilia fuere. Testatum idem ire videmus tum tantam Græcorum cohortem, tum verò maximè tantam Rom. scriptorum turbam. *vi. Dionys. Halicar. A. R. l. 1. c. 2., Plutarch. in vit. Romu., Apollodorum in Euxenide, Strab. l. 13. p. m. 565. & quos longô ordine enumerat Onuphr. Panvin. l. 1. comment. Reip. Ro. vi. Liv. l. c., Cic. de Cons. Mo., Sal. in B. C., Justin. l. 4., Flor. in Prol., Plin. d. c., Al. ab Al. G. D. l. 4. c. 16., Eutrop. l. 7. Paterc. l. 1. &c. &c. confer. Sleid. l. 1. de 4. S. I., & Jul. Reinecc. Vol. 1. à fol. 588., & Valent. Forster. de I. R. Exor. n. 1. vi omnino Joa. Ros. A. R. l. 1. c. 1. & 2. & ad ea Thom. Dempsterum confer præprim. Nicola. Myler. de Princ. & stat. Imp. R. G. par. 1. c. 1. Engelb. Abb. de ortu & fin. R. Imper.* Verùm enim verò quantulumcunque istud primum Romæ elementum, & quantuluscunque iste primorum incolarum numerus fuerit, usque adeò tamen brevi increbuit, ut etiam Eoo ac Hespero (mirifica sanè fortuna) metum plusquam gravem subito attulerit. *Νῦν ἡ Ῥωμαίων πόλις, inquit Halicar. in proœm. paul. postinit., ἁπάσης μὲν ἄρχει γῆς. confer. Polyb. l. 1. post init. ac. l. 6. 15.* Quiescere enim citiùs victrix aquila non potuit, quin armis aut armorum terrore percelleret, quantum ad Orientem est & quantum Occidens respicit, quantumve ex utriusque lateribus est. *vi. Zach. Viet. l. c. arg. proœm. I. §. quorum, Nov. 9. in præf., Nov. 26. c. 2., Nov. 24. in præf., Const. de J. C. C. ad Menn. in pr. confer Gloss. in c. Venerabilem, Bald. in Auth. habit. Ne fil. propat, Bart. in l. Hostes. 24. de captiv. & postl. rev. Liv. l. 4. & 7. Flor. l. 2. c. 1. Casp. Fac. Pol. Liv. par. 1. arte 15. & 16. Paurm. de jurisd. l. 2. c. 1. confer Dn. Myler. l. c. ubi præter al. citat. Fulv. Pacianum de probat. 2. c. 26. n. 24., & incomparab. Herm. Conring. de Germ. Imp. Rom. c. 2.* Tantillas (perpende) familias tantum ac tam immensum excepit Imperium,

um. Hinc poſtmodum ditio Romanæ civitatis non amplius, *uti in l. Urbis appellatio. 2., l. Ult Alfenus ait. 87., l. Ædificia Romæ 139., l. Qui in continentib. 147. de V. S. & l. Nam quod liquidæ 4. ff. de pen. leg.,* Roma Urbs murô cincta, ſed orbis Rom. appellitari conſvevit. *l. in orbe Rom. 17. ff. de ſta. ho. vi, Cic. Phil. 2. & ad eand. Gotofr. comm., Caſſiod. l. 3. Ep. Var. pen, Salvia. Maſſil. l. 7. de verò Dei jud., Hegeſipp, l. 2. c. 9. & Franciſc. de Amyacitante My. c. l. c. 6. n. 6.* Quemadmodum autem omnis Reſp. ex duobus potiſſimum vinculis, unô poteſtatis, alterô ſubjectionis, & duobus membris, unô eorum, qui præſunt, alterô, qui ſubſunt, conſtat; *Ariſt. Pol. l. 1. c. 3., Bodin. l. de Rep. c. 5., Joach. Steph. de Jurisd. l. 1. c 1., Herm. Kirch. de Rep. Diſp. 2. th. 1.* (quod enim navis absque navarchâ, id populus ſine gubernatore eſt. *Simanc. de Rep. l. 5. c. 1. & 2. Hotom. de ju. R. G. l. 1. c. 19. & 23., Franciſc. Patrit. Senenſ. de Regib & Regn. inſtit. l. 1. t. 10. & 11., Roſſæ inſt. Reip. Chriſtia. in Reg. & Imp. aut. l. 1. c. 1.*) ſic Romanus etiam orbis, quantusquantus is fuerit, nunquam omnino Anarchiâ, quæ, quam Tyrannis, majus malum, *Schard. in Lex. jur. ſub. vo. Anarch. p. m. 81. B. & Dn. Becker, in Synopſ. jur. publ. proœm. confer. Joan. Bod. de Rep. l. 6. c. 4. circa pr. n. 192.* contaminatus eſt? ſed perpetuò ſuum habuit magiſtratum. Aliô quidem atque aliô tempore alius ille atque alius fuit. Inde eſt, quod dicitur, non unius generis Reip. Rom. ſtatum fuiſſe. *Valent. Forſt. l. c.* Huncce Imperii Rom. ſtatum (ad rem meam ocyus, ne multijugâ meâ præfatione incongruè horas fallam, advolo) breviore nullisque de loquendi Veneribus ſollicitô ſermone (neque etiam hoc ſcribendi genus graviſſimum characterem, & plùs quàm operosâ operâ politum cothurnum admittit.) hôc locô perſequi, mihi animus eſt. Propoſitum ſecundet is, per quem jura Imperii ſuſcipit Imperator, *l. In nomine Domini. 2. C. de Off. Præf. Præt. Afr., l. Deo autore. 1. in pr. C. de V. I. E. Nov. 28. c. 4., & Nov. 47. c. 1 §. ſi qua vero. 1.,* & ſtatum Reip. ſuſtentat, *d. Conſt. de Concept. ff. ad Trib. in pr.*

Quoniam vocabula ſunt notæ rerum, *Ariſt. de Interpr. c. 1. & 2. & l. 6. Top. c. 1. & 6., Herm. Vultej. ad §. ſi quis 13. I. de Legat.,* atque à nominibus rectè auſpicamur, ex *Scal. Exerc. 356. Sect. 1. Dn. Arum. Diſc. Academ. de I. P. vol. 5. Diſcur. 1. c. 1. prin. confer. Scal. Exerc. 5. ſect. 1.* nos, ne communem ordinem negligamus, priùs ponemus, quàm ipſum Reipub. Rom. ſtatum in medium producamus, quid per eandem vocem indicatum eamus. Status pro varietate rerum, quibus applica-

tur, varia denotat. *vi. post Joan. Limn. l. 1. de I. P. c. 10. num. 1., Lexicogr. & imprimis Dn. Buchn. sub vo. sto. & Politicos : junct. Flor. l. 4. c. 3.* Missis hîc reliquis significationibus nos vocabulô statûs non, quod Justinianus in definitione juris publici, *l. de I. §. Hujus studii. ult. atque ff. eod. l. 1. §. Hujus studii 2.,* volumus, sed Reip. formam, &c. *cum Pompon. l. Necessarium itaque. 2. ff. de O. I. §. Et cùm placuisset. 24., Herm. Kirchn. de Rep. Disp. 3. ad th. 1. lit. A. ac Felving. Dissert. Pol. de Interreg. §. 6. p. m. 650. Ita quoque usurpat Arnis. in inscr. c. 6. sect. 3. l. 2. de Rep. & Crug. in Colleg. Pol. th. 43. Disp. 3.* Secundùm huncce de Rep. rectè judicatur. Non enim, benè censet *Christoph. Besold. in Op. Pol. Dissert. de Monar. gen. c. 2. n. 2.*, ex gubernandi ratione Resp. definienda est, sed penes quos summa illa Imperii sunt jura, & ipsa absoluta potestas, secundùm illos de statu Reip. statuendum erit. *confer Arnold. Clapmar. l. 6. A. R. c. 15.* Nam Reip. status Regalis esse potest, gubernatio tamen popularis futura est, si Rex omnia Imperia, Sacerdotia, pœnas &c. omnibus ex æquô distribuat. *Bodin. de Rep., qui falsò jactat, sese primùm hocce observasse, cùm tamen jam dudum ante aliquot secula ipsum ante Aristot. l. 4. Pol c. 5 idem docuerit l. 2. c. 2. 189. & eod. l. c. 7. n. 233.* Reliquas τῦ status considerationes relinquimus, qui vocabulorum anatomias in delitiis habent, Grammaticis, genti isti contentiosæ. *Magnific. Dn. Casp. Zigel. Disp. de conditi. th 7.* Status â quibusdam *ex quibus Kirchn. d. l. th. 2.* bifariam consideratur secundùm quantitatem Reip., & qualitatem. Ἔστι δὲ πᾶσα πόλις ἐκ τῦ ποιῦ δὲ ποσῦ. *Arist. l. 4. Pol. c. 12.* Nos respectu priore, quippe qui institutum nostrum nihil adjuvat, remotô ad alterum oculos directuri sumus. Consistit autem status ἐκ τῦ ποιῦ in ipsâ Reip. majestate imperante. Hâc ratione Resp. vel simplex (cujus Monarchia, Oligarchia generatim vocata, ac Democratia, species) vel mista est. Et hæc sunto de notatione statûs generatim. Propero jam ad statum Rom. Imperii. Hujus ad optimam cognitionem requiritur accurata temporum, quibus mutatus ille fuit, distinctio. *Arnis. Doctrin. Pol. l. 1. c. 8.* Occurrunt autem penitius per spectanti quatuor utique diversa tempora. *Dn. Wendeler. Philos. Pract. l. 2. c. 4. sect. 1. quæst. 2., Schönborn. Pol. l. 5. c. 1. 2. & 3. confer Flor. in Prolog., Just. Lips. de M. V. P. R. atque Ro. historicos quoslibet.* Toties enim παμβασιλεία Rom. (itâ Pompejus appellavit Romanorum veterum summum ac universale imperium. *Reinh. König in Theatr. Pol. Tripar. par. 1. c. 15. n. 1. ex Herm. Kirchn. de Rep. Disp. 3. Coroll. 6.*) planè mutata, *confer Mathia. l. 1. disp de Rep. c. 2 fin.* Constabit

ergò

ergò diſcurſus noſter quinque præcipuis capitibus, quorum
in primo acturi ſumus de ſtatu Imperii Rom., qui fuit ſub Regibus,
in ſecundo, qui ſub primis COSS.,
in tertio, qui ſub Tribunis pl.,
in quarto, qui ſub Imperatoribus,
in quinto, de modernâ Reip. facie.

CAPUT I.

De Regibus.

ROmani Imperii ſub Regibus ſtatus fuit quàm maximè Monarchicus *expreſsè Joan. Cuſpin. in præf. libri de vi. Rom. Imp. & Eraſm. Ungeb. Exer. Juſt. 2. q. 4. p. m. 54, vi l. Neceſſarium itaq; 2. de O. J. §. Et quidem. 1. & §. Quod ad 14 ead., Tac. l. 1. Annal., Juſt. l. 1., Polyd. Verg de R. I l. 1 c. 3 p. m. 114., Halicar. l. 2. c 1., Althuſ Pol. c. 32. p. m. 459., Herm. Kirchn. l. c.,* Schönborner *l 5. Pol c. 1., Crug. in Colleg. Pol. Diſp 4. th. 7., Arniſ. l. c., & de Rep. l. 2. c. 6. ſect. 3. n. 3. Reinh.* König *l. c, VVendel. l. c., Hieron. Henning Geneal. Tab. tom 4. in præfat. ad Lect. p. m 644. & M. Zuer. Boxhorn. Diſſert. Pol. de Imper.* Rom. *1. in pr.* Quando verò Monarchæ titulô Rom. Regem nos notamus, non ſimpliciter, ſed certô aliquô modô id intellectum volumus. Benè ſatis, arbitror, nota eſt illa Monarchiæ diſtinctio, *quam habet Jacob. Martin. Pol. l 2 c. 3. confer Carpz. de L. R. G c. 13 ſect. 7. n. 11. & c. eod. ſect. 10. n. 5.,* quâ ead. vel Theologicè, vel Politicè ſumitur. (*VVendel. in Diſp. quâd. de* V. R. R. V. & Q. M. M. *§. 4. VViteb. A. h. ſ. 55 habitâ docet,* Monarchiam eſſe vel Chronologicam, quæ ipſi eod. m., quô Martinio & Carpz. Theologica, definitur, & Politicam) Theologicô ſenſu accepta Monarchia nulla prorsùs datur alia extra eas, de quibus vaticinium *Danielis c. 2. & 7.* Ergò ſic dictæ tantùm quatuor in universô terrarum orbe exſiſtunt: nempe Babylonica, (cui etiam nomen Chaldaicæ & Aſtyriacæ) Perſarum ſeu Medorum, Græca ſeu Macedonica, & Romana. *vi. Tobia. VVagn. in Inſt. Hiſt. l. 2. c. 1, Chriſt. Matthi. in Theatr. Hiſt. p. 1., Petra. in Enchir. Pol. par. gen. c. 3. th. 1., & Dn. Beſold. de Jurid. Imperii* Rom. *q 2., nec non Dn.* Königen *l. c. c. 20. n. 2.* Hôc modô Reges Rom. Nobis non ſunt Monarchæ. Ajimus enim, quod ſi C. J. Cæſar demum annô poſt Reges minimùm quadringenteſimô & ſexageſimô, *ſecundùm Helvici ſupputationem in Theatr. Hiſt. Tab. m. 22.,* à Græcis ad Romanos victô à ſe Ptolomeô Monarchiam ſenſu Theol. acceptam tranſtulit, utique Monarchæ modô dictô dicti nomine Romulus ap-

pellandus nobis haut veniet. Atqui de Cæsare, quod scribimus, verum est testantibus id Historicis omnibus, omnib. penè. *vi. Oros. l.6.c.16., Sled. l.c.p.m.97., VVagner. l.c.l.5.c.1.p.m.308. confer. ips. Cæs. de bell. Civ., Strab. l.17., & Hirti. de Bell. Alexandr.* Prolixiùs idem *infrà in c.4.* evincemus. Politicô verò loquendi modô Romulum ejusq; successores Monarchas fuisse, quis, qui salis penitus non egens, & mentis est non imminutæ, negat? Hôc modô Monarcha cognominatur, *juxta d.D.§.8.*, quicunque in certô quôdam terræ tractu paucis etiam familiis imperat solus. Et hôc sensu Monarchia definitur Resp., in quâ summa potestas est penes unum. *vi Arist. l.3. Pol. c.7. & c.14., Bod. l.2. de Rep. c.2. & l.6.c.5., Barthol.Keckerm. Disp. Pract. 19. th.36., Althus. l.c. & l.1. Dicaol. c.32.n.20., Besold. in Disc. Pol. de Monar. gener. c.3.n 4., Schard. sub vo. Monar. p.m. 419.* Ità centum, imò plures, Monarchas unô tempore in diversis mundi partibus ac locis imperantes numerare possumus. *Bodin. de Method. Histor. c.7., de Rep.c.1.l.4., confer Arum. l.c. Discur. 2. post pr. p.m. 42.* Summum hujusmodi Monarchiæ requisitum est, ut unus solus rerum summæ præsit. *Crug. l.c. th.6.* In quod ex ipsâ nominis notatione fluitat. Ideo duorum Imperium, seu Duumviratus &c. Aristocratiæ quædam species, *sentiente Besold. l.c. post Bod. l.1. de Rep. c.11. n.187. & l.4.c.1.n.368.* quia neuter inibi alterius imperiô tenetur, neuterque sine alterius consensione imperare potest; sed utriusque summa potestas. Et inde neuter est Monarcha. *vi Arnis. l.1. Doctr. Pol. c.9., Crug. l.c.d.7. & seqq., Petra. l.c. c.3.§.3., Dn. VVendel. l.2. Philos. Pract. sect.1.c.4.§.3., Jac. Mart. l.2. Pol. 3. in anal. defin. Monar., Bod. d.l.2.c.2. de Rep., Cic. l.1. Off., Minut. Feli. in Octav., Senec. in Thyest. act.3.v.445., & in Agamemn. act.2.v.259.* Sed videor propemodum ἐξημαξωμένος. Summum ergò Monarchiæ requisitum, de quô proximè, quod attinet, illud Romanorum Regum jugiter ac strenuè semper quilibet observavit. Nullum, inquam, unquam illi, ne verè hôc modô atque omnimodè Monarchicè regnare nequirent in Regnô suô admisere socium. Justissimè, sapientissimè. Namque

> Nulla fides Regni sociis, omnisque potestas
> Impatiens consortis &c. *Lucan. de bell. civ.l.1.*

Graviora, crede, quàm ut h.l. à me enarrari possint, quæ ex Duumviratu, Triumphiratu &c. nascuntur, pericula sunt. Illustrat hoc historia

ria ex Seren.comment. *apud Stob. Serem.* 45. Apharei & Leucippi exemplo probat *Pausan. l.4.* Hinc ex Ro. Regib. primus, Romulus, Tatio mortem intulit, *Plutar. in Romul.*; imò verò ipsi adeò fratri suo germano Remo: *l. si quis violaverit. 11. ff. de div. re. Bod. de Rep. l.4.c.1.n.367. Halicar.l.1. c.11., Flor. l.1 c.1. Lucan. l.c.1. Onuphr. in civ. Ro.post. init., Liv.l.1, Decad. 1. p. m. 9.*; *vi. Dn Besold. in Tract. jur. publ. posthumô, par. 1. in proœm.p.m.6.* Quid obstat igitur, Nostros quo minùs Monarchas appellitemus? Profectò, qui, (liceat mihi id, quod vel solum Monarchiam constituere potis est, ἄνευ ἀκηδίας secundum repetere) nullum non penes quem unum summa Reip. potestas Monarcham esse, non nescis, quod nos asseveramus, ire inficias neutiquam poteris. *vi. Herm. Kirchn. de Rep. l.c.* Nobis non obest, quod *Pompon. in d. l. 2. ff. de O. I d. §. 2.*, Romulum leges curiatas ad populum tulisse, scribit. Ità Rex non debuit, sed voluit. Certè comitia autoritate ipse suâ regebat, ac Decretis vel pondus demebat vel addebat, *prout ex Halicar. l.2. Arnis. contestatur.* Fecit Romulus, puta, quod sapientia, non quod populus, jussit. Solet enim probus quicunque Rex, quas populo ferre cogitat, leges in commune priùs consilium deducere, & ut gratiùs recipiantur, firmioresve radices agant in animis subditorum, communi consensu corroborare. *vi. Arnis. de Rep. l.c. n. 5. & 6.* Eadem Servii Tullii causa fuit, *quem Halicar l.4 c.2. ait,* leges qninquaginta illas, quas de contractib. & injuriis tulerat, ratas fecisse curiatis comitiis. Quod Marcus Fabius Papyrio Dictatori objicit *ap. Liv. l. 8.*, Hostilium cessisse provocationi ad populum, perperam accipit indulgentiam Regis pro lege necessariâ. Nimirum id Tullus Rex non de jure, *quemadm. factum excusat. Arnis. in Doctr. Pol. c. 8.*, sed remittens de suâ potestate fecit, ut crudelitatis, si damnaret, injustitiæ, si absolveret Horatium, notam effugeret. *vi. Liv. l. 1. Halic. l. 3. c. 5.* Videant propterea isti, qui ex eâ ratione populo jus provocationis largiuntur, eidemve obnoxios & Servii antecessores & successores faciunt, quô errorem excusent, *vi. Valent. Forst. l. 1. Hist. J. C. R. c. 20., & Coras. ad. d. l. 2. de O. I. §. Exact. 16. Notab. l. immaturè ac parùm opportunè ab Arnis. l. c. Bodin. l. 1. de Rep.c.10 perstringi. vi. ipsum l. c. n 160. circa fin.* Hîc etiam non est, cur fortè quis nobis exile primorum Regum territorium (*quod septendecim, uti Sextus & Augustinus mensurant. quin imò vix quindecim milliaria, si Eutropio tribuenda fides, latum fuit, Stad. ad Flor. Prol. n. 5.*) opponere velit: quan-

quando Resp. non ex divitiis aut egestate metienda. Jura Majestatis, *Joan. Bod. de Rep. l.* 1. *c.* 9. *n.* 143. *confer. Henning. Arnis. Doctr. Pol. c.* 7. *p.m.* 149. *& seqq.*, non locorum spatiis, aut regionum amplitudine definiuntur. Majestas non recipit magis & minùs. Non minùs Rex erat, Emathion, angustis inclusus pagis, *Just. l.* 7. *vi.* *Herodot. in Uran.*, quàm Alexander M. qui totum sibi videbatur debellasse orbem, *Curt. l.* 10. *Hist.* 1. *Plut. in vi. Alex.*, *M. A. Sen. Svasor.* 1. Eumenes, tametsi ejus vires adeò jam confregisset Asiæ Rex Antigonus, *Plut. in Eumen.*, ut nihil præter arcem. in quâ obsidebatur, suum dicere posset, *Bod. l. c.*, nihilominus absolutissimum tamen sese Regem æstimabat; superiorem, *respondebat Antigoni Legatis cum ipsô de pace agentibus*, se neminem accepturum, quàm diu gladium exertum manu teneret. *leg. Sen. in Thyest. v.* 345. Fuit eam ob rem Romanorum sub Regibus status Reip. Monarchicus ac simplex. Sed enim confessò meo minimè officit, quod legitur *in Dionys. Halicar. l* 8 *c.* 1., Coriolanum (qui ob suspicionem affectatæ tyrannidis in perpetuum exilium à Romanis pulsus Volscis Romæ hostibus sese conjunxerat. *Halic. l.* 8. *prin. & Liv. l.* 2. *& Gell. l.* 17. *c.* 21. *propterea ingratus à Sen. l.* 5. *de Benef. c.* 16. *dicitur.*) *in orat. ad Volscos* dixisse; P. R. principiò formam Reip. habuisse mistam ex potestate Regia ac Optimatum dominatu. Quid enim tenuente Romulô Magistratus, quem voce optimatum Coriolanus exprtmit, Rege suô omnibus gradibus & nominibus minor atque inferior, potuit? Quid, quàm Regis jussa exequi, aliud potuit? Sanè primus Romanorum Rex Senatoribus sive Patribus, quos Optimates *l. c.* Coriolanus appellat, quid judicarent, & quid minùs, pro lubitu ipse præscripsit. *vi. Forst. l. c. l.* 1. *c.* 6. *n.* 3. Senatores, *idem JCtus de Jurid. R. l.* 1. *c.* 3. tantùm de leviorib. delictis decernebant, de gravib. Romulus. Id quod patescit *ex l.* 4. *Romuli*, quæ hæc fuit, (*Halicar. l.* 2. *c.* 2.) gravia Rex, Senatus levia cognosceret, Senatum cogeret, populum in concionem convocaret, priùs sententiam diceret &c. *vi Val. Forst. l. c. ad d. l.* Porrò Coriolanum manifestissimè refellit expressa *ap. Halic. l. c. c.* 1. Romanorum oratio, quâ Romulo, quisnam Reip. status placeret, quærenti, omnis populus unó ore respondit inter alia; sese, quàm pluribus uni parere malle. Soli insuper, solâve suâ freti autoritate R. Reges universalem legem tulerunt; quod omnium & JCtorum & Politicorum confessione longè

maximum

maximum Monarchicæ Majestatis indicium est. *vi. Liv. l. 6. & l. 34. ubi legum Regiarum mentionem injicit. Lyclama l. 7. Membran. Eclog. 9. Ità legitur l. 2. § 2. d. O. I., & l. 2. d. mor. infer.*

Agnosco crines incanaque menta
Regis Romani, primus qui legib. Urbem
Fundavit. *Virg. l. 3. Æn. v. 8 6. & seqq.*

vi. Plut. in Rom. & Halic. cc. cc. Consule omninò Rosin. l. 8. A. R. c. 5. & Dn Ungeb. l. c. Modus autem iste regiminis, quem Monarchicum probavimus, in Ro. Rep., utpote qui tranquillissimus, *Hippol. à Coll. de Pr. c. 1., Jan. part 1. Pol. l. 4., Casus l. 3. Sphær. Civ. c 7.,* & optimus, *Petr. Greg. de Rep. c. 3. & 4. l. 5., Simanca de Rep. l 3 c. 2 & 3., Thom. Morus l 1. c. 2., Lips. l. 2 Pol. Mon. c. 1., Arist l. 5. Pol. c. 10., Donell. l. 1. comment. 1., Jac. Alemann. Consult. 4., Velsten. cent quæst. Pol. Dec 7. th. 3., Chokier Aphor. Pol. l. 1. c. 3.,* salvus ab omni mistione duravit ad septimum ac ultimum usque Ro. Regem L. Tarquinium Superbum. *Flor. l. 1. c. 8 & 9.,* cui populus ex insanô furore ob tot ac tanta scelera, & pudicitiam Lucretiæ à filiô Sextô Tarquiniô atrocissimè violatam, ex itinere quôdam reduci (*ità narrat rem Liv. l. 1. circa fin., ubi benè prolixus*) portam clausit, Regnumque eidem abrogans exilium indixit. Hôc factum fertur A. U C. 244., *quod si fidem concedimus Oros. l. 2. c. 5. ex Liv. l. c. Onuphr in Civ. Ro. in pr., Sleidanoque de 4. S. 1. l. 1.* Ità enim, *inquit Joan. Stad. ad Flo. Prol. n. 5.* summa annorum colligitur ex annalib. COSS., & numeris Triumphorum, h. e. ex monumentis calculandi priscorum tempora, eaque dirigendi, fidissimis. Nam quod annum unum subducunt Eutropius, Ruffus, Solinus, & Eusebius, eò referendum est, quòd nonnulli Regum supra integros annos menses & dies aliquot regnarunt, illasque anni partes, quæ collectæ annum explerent, ut contemnendas, ipsi prætererunt. *Pauca adhuc priùs quædam, quàm hinc omninò abeamus, huic capitulo addere collibet.* Monarchia in tres quasi formas distributa est, Regnum, Dominatum, Tyrannidem. *Petr. in Enchir. Pol. par. gen. c. 3 §. 4.* Arnisæo *l. 1. Doctr. Pol. c. 7. Monarchia genus est,* R. D. & T. species quasi sunt. *Posteum et. Jacob. Mart. Pol. l. 2. c. 7.* Sive modos, sive formas, sive species nominaveris, nobis h. l. cum Petræô *l. c. ad §. 4.* perinde est. Regnum definimus Monarchiam bonum publicum omnimodè spectantem. *Crug Colleg. Pol. Disp. 4. th. 14.;* Dominatum Monarchiam, quæ primariò ad salu-

tem Principis, secundariò verò & ex consequenti ad publ. utilitatem dirigitur, *Mart. l. c. c. 9.*, & Tyrannidem Monarchiam bonum privatum solummodo spectantem, commodô publ. planè neglectô. *vi. Arist. l. 4. c. 10., Tholos. l. 6. c. 18. de voc. Tyr. vi. Ludov. Cal. Rhod. Lect. Ant. l. 21. c. 22.* Hîc jam, postquam suprà monstravimus Monarchiam sub Romanorum Regibus, quærimus, quæ Monarchiæ forma statui Regib. capulum tenentib. Reip. Romanæ conveniat? R. Non convenit Dominatus, (Non moramur singularem quorundam vocis Dominatus acceptionem) cùm Regum quilibet, solum Tarquinium Superbum, (Regem postremum. Namque *Cuja. ostendit prolixè*, Priscum quoque sæpissimè superbum dictum. *in Comment. ad l. 2. ff. d. O. I. habit. in fin. l. 24. Observat.*) qui Regium titulum exosum vitiis suis prorsus fecit, *Plut. in vi. Valer. Public. post init., Dionys. Halic. l. 5. c. 11., Luc. Flor. l. 1. c. 9*, ubique & per omnia eximo, omni operâ publicam intenderit salutem. Id quod historiæ Romanæ volumina fusissimè probant. Habuit Roma Reges vel Fatorum industriâ, ut Reip. ratio ac utilitas postulabat. *Flor. l. c. c. 8.* Romulus à quô sese Romani denominarunt, *Halic. l. 2. c. 1.*, quantum suis profuerit subditis, nemo, ni fallor, tam ἄμουσος atque jejunus datur, hoc qui ignoret. Quid verò Numâ religiosius? Et ta em res popescit, *verba sunt Flori. l. c.*, ut ferox populus Deorum metu mitigaretur. Quid ille militiæ artifex Tullus? Bellatoribus viris quàm necessarius? Ut acuere rationet virtutem. Quid ædificator Ancus? Ut urbem Coloniâ extenderet, ponte jungeret, murô tueretur. Jam verò Tarquinii ornamenta & insignia quantum principi populo addiderunt ex ipsô habitu dignitatem? Actus à Serviô census quid effecit, nisi ut ipsa sese nosceret Resp.? Quod si ergò dicto statui non Dominatus, minùs sanè Tyrannis applicanda. Superest Regnum. Hoc est, cui nos locum damus in illô illius Reip. statu. Attendimus autem hîc propriam significationem, quemadmodum suprà nos idem descripsimus. Improprias leges in *Arist. Pol. l. 3. c. 7. 12. & 14. confer Dn. Wendel. Philos. Pract. l. c. in Explic. §. 5.* Scilicet nobis Rex est qui ad publicam incolumitatem dirigit omnia. *vi. Hier. Prat. Pol. l. 2. sect. 1. c. 2. membr. 1.* Nostram sententiam, ni institutum nostrum nosmet dehortaretur, firmissimis, robustissimis, iisque plurimis firmamentis constabilire non nequiremus, *vi. Jac. Lampad. de Rep. Rom. Germ. par. 2. n. 2.*

CA-

CAPUT II.
De Primis Coss.

Exulib. exule Tarquiniô Regib. factis status Ro. Reip. Monarchicus in alium prorsus translatus est. Commutatur Resp., quando ejusdem forma administrationis mutatur in aliam. *Dn. Mich. Wend. d. Disp.* §. 10. De quâ Reip. commutatione omnimoda corruptio perpetuò prædicari nequit. Siquidem Respubl. Recta non tantùm in corruptam, sed recta quoque in Rectam interdum abit. *leg. Cellar. Pol. c. 20. l. 2. p. m. 322.* Negandum quidem non est, corruptionem Reip. in laxiore sensu à quibusdam usurpari, itá ut Remp. corrumpi dicant, quandocunque alia mutatur in aliam. *Cell. l. c.* Aristoteles tamen *l. 8. Ethic. (cita. Cell.) c. 12.* φθορὰν vocat παρέκβασιν, transgressionem, i.e. Remp. ex Rectâ prolapsam, *uti Interpp. vertunt*. Nos de Rom. Rep. locuturi, quàm corruptionis, mutationis voce potiùs utemur. Statuimus, toties Remp. mutari, quoties ejusdem planè commutatur administrationis forma in formam aliam. Formam intelligimus tum essentialem, tum accidentalem *vi. d. Disp.* Accidentaliter Resp. mutatur, quando Recta, ut Regnum, transit in corruptam, v. g. Tyrannidem. Quam tamen non tam benè quis dixerit mutationem, quàm quidem imperfectam quandam ἀλλοίωσιν *cum Joan. Bod. l. 4. c. 1. n. 368. de Rep.* cum status Reip. prorsus non commutetur. Ἀλλοίωσιν istam, minùs latinè Bod. alterationem appellat. Essentialiter verò, quando Recta in Rectam, formaliter à priore diversam, aut Corrupta in Corruptam etiam formâ à priore differentem. Sic Principatus abit in Aristocratiam, sic Dominatus in Olicharchiam specialiter dictam. *Dn. Wendel. l. c. & in Philos. Pract. l. 2. c. 7. sect. 2. §. 1. & seqq.* Romanorum Resp. quomodo trusô Superbô mutata fuerit, quæstio in Politicorum & JCtorum libb. satis equidem hactenus fuit πολυτρίλλητος. Nos sentimus, ejectis Regibus eandem non accidentaliter, sed essentialiter fuisse mutatam. Rectam, inquam, Recta excepit. Regnum enim Aristocratia in secuta, *expressè Joan. Cusp. in d. præfa. & Dn. Myler. l. c. c. 2. n. 13. confer Dn. Bœcler. ad l. 1. Annal. Tac. c. 1. n. 2. omnium expressimè Daniel Otto l. c. ap., Arum. Discur. 2. Acad. 1. P. c. 3 vol. 5. p. m. 52. Herm. Kirchn. ad th. 1. Disp. 5. de Rep, Crug. Colleg. Pol. Disp. 4. th. 135. Schönborner in Pol. l. 5. c. 2., Hieron. Henning l. c. Wendeler. l. c. c. 5.*

sect. 1. Quaest. 2. Quandoquidem Romani rerum summam ad Optimates post Reges detulere. *expresse Lampad de Rep. Ro. Germ. par. 1. n. 60. & par. 2. n. 3. p. m. 46. ubi addit, plebe omnino exclusâ. Liv. l. 2., Halic. l. 4. c. 10., Bod. l. 6. c. 4. de Rep., Sigon. de veteri I. R., Polyd. Verg. de R. I. l. 2. c. 3.* Statim videlicet, ut Tarquinium Urbe ac Regno P. R. Brutô Collatinôque ducibus & autoribus, *Flor. l. 1. c. 9.*, exegerat, iidem ipsi duo, ut consulere se civibus suis debere meminissent, *vi. d. l. 2. de O. I. §. Exactis deinde. 16., arg. pr. l. un. ff. de Off.* COSS, *vi. Contium l. II lect. subcisiv. J. C. c. 19 & Cassiod. l. 4. epist. 1. confer. Flor. l. 1. c. 9., atque ad id Zevecotium, & Eutrop l. 1.* COSS. appellabantur. *Pomp. Let. de Magistr. c. de COSS., Luc. Fenest. c. 7. Halic. l. 1. c. 9.* COSS. quando Pratores. *Rosʃ. A. R. l. 7. c 11.*, & quando Judices cognominati, *quâre de causâ vi. ap. Just. Lips. de M. V. P. R. c. 7* Horum imperium erat annuum. *Liv. l. 2. pr. Lips. de Magistr. P. R. c. 7.* Et ità ex perpetuô imperiô annuum tantùm placuit, ex singulari duplex, ne potestas solitudine, vel morâ corrumperetur. *Flor. l. c. & Sal. in C.* Dubitas fortean de Aristocraticô Reip. Ro. statu, quem sub primis Coss. Romæ fuisse, (nobis enim h. l de institutione tantum ejus Magistratûs, minus vero de totâ ac omni Coss. imperii ætate, sermo est) nos assertamus? Oligarchicum specialiter dictum putas? Democraticum putas? Democraticum sub primis Coss. nequaquam fuisse paululùm infrà demonstrabimus. Quod verò ad Olicharchiam specialiter dictam, quæso, altiùs paulò perpende differentiam, quâ ab hâc Aristocratia discernitur. Aristocratiam Aristoteles *l. 3. Pol. c. 7.* πολιτείαν, ἐν ᾗ ἄριστοι πλείονες καὶ δὲ ἐκεῖνος ἄρχουσι, καὶ πρὸς τὸ κοινὸν σύμφερον ἀποβλέπουσι, describit. Etenim non audiendus est Bodinus, qui *l. 2. c. 6. de Rep.* Aristocratiæ verbum in generali illâ potestate accipit, in quâ nos Oligarchiam. Nempe Aristocratiam dicit, sive optimi, sive pessimi, sive ditissimi, sive egentissimi, sive nobilissimi, sive ex infimâ fece homines, rerum summæ præsint. Pugnat certè contra ipsius vocabuli Etymologiam *vi. Jac. Mart in annal. Defin. Aristoc. Pol. l. 2. c. 13 p. m. 536.* Differt ab Olicharchiâ in specie sic dictâ Aristocratia, & quod in hâc ἄριστοι imperant, & quod imperantes πρὸς τὸ ἄριστον civitatis atque eorum, qui illius sunt participes, spectant. *vi Arist. l. c.* In Oligarchicâ contrà Rep., *Mart. l. c. c. 14. §. 1.*, non virtus, sed vitia, &c. & simile quid spectatum est. In hac Principes non de salute publ. laborant,

laborent, sed publicam potiùs rem quasi lui habent, & ad privata commoda avertunt. Ab hoc autem vitio primi Romanorum Coss. quam longè abfuerint, vel solius Bruti exemplum prodit. Hic favori civium atque emolumento etiam domûs suæ clade velificatus est. Quippe cum studere revocandis in Urbem Regibus liberos suos comperisset, protraxit in forum, & concione mediâ virgis cecidit, & securi percussit; ut planè publicus parens in locum liberorum adoptasse sibi P. Romanum videretur. *Plutarch. in Public., Flor. d. c. 9. l. 1.* Tantumne ergò à primis COSS. distat Oligarchicum in suos imperium specialiter dictum, quantum à patriâ nostrâ Cyprus & Rhodus? Illis, quibus Reip. Rom. Status, qui sub primis istis Coss. fuit, (confestim namque atque paulatim, quod ex *cap. seq.* clarum erit, Aristocratia etiam sub Coss. in Democratiam transiit) Democraticus videtur, (*hic sibi ipse vix constat Bod. l. 4. de Rep. c. 1. n. 37 §. 1. dum Brutum populare imperium constituisse affirmat, & simul tamen omnia, quæ ἄριστοι habent, ipsi concedit,*) ob oculos ponendò supremum illorum COSS. majestatis fastigium, in quò illi fuere collocati, refragari facillimè nos possumus. Hòc l. præprimis post alios Dominum Reinhardum Königen/ qui *in Theatr. Pol. Tripar. par. cap. 15. num. 3. & seqq.*, Reipubl. Roman. formam sub COSS. merè fuisse Democraticam indistinctè multis mordicus contendit, nobis adversantem cernimus. Exactis, *inquit*, Regibus obfacinus Sexti Tarquinii, L. T. Superbi filii, pudicitiam Lucretiæ nocturnâ vi expugnantis, Democraticam formam Res Roman. sortita, & penes populum potestas fuit. Ex quibus nos nihil aliud, quàm d. Dn. Königen tempora malè, aut planè non distinxisse, facillimè colligimus. Nimirum, quod post publicolam demum & hujus in successoribus obtinuit, indistinctè Dn. Reinhardus König de antecessoribus etiam Valerii affirmat. Consulum potestate post Valerium Publicolam, imò verò ipsius adeò Publicolæ post fatales duas istas leges ab ipsô latas, populi majorem fuisse, & ipsi nos credere parùm dubitamus. Veruntamen idem de L. I. Brutô, L. Tarq. Collatinô, atque Valeriô Publicolâ ante fascium submissionem adstrui posse, hoc est, quod nos negamus. Et quis unquam cuiquam rem omni prorsus historicâ fide destitutam persuadere potuit? Afferat nobis Historicos fide dignos aliquot Dn. König/ probantes

de Brutô, de Collatinô, atque Publicolâ, eos Democraticè Romæ regnasse. & sententiam ejus acceptabimus, commendabimus, collaudabimus. Equidem pro sese citat Dn. König *Herm. Kirchn. de Rep. Disp. 2. th. 3 in lit. B.*, qui hæc habet: Deinde exactis Regibus eadem (*majestas*) etiam penes populum fuit. Benè. Nihil hîc novi, quod sententiæ meæ contradicat. Suffragor. Non enim; COSS. summam ab initio habuerunt majestatem, adeoque Aristocraticè suis imperavere; &, Regibus ejectis, potestas ad populum rediit, *mediatè, puta, non immediatè*, omnino opposita sunt. (*Quâ de causâ minùs sint exsequentibus nostris patescet.*) Pòst namque, quàm Publicola fasces Consulares populo præsenti submiserat, populus Majestatem, quam à COSS. ad eundem iste tulit, utique habuit. Majestas verò dicitur ad populum Regiô nominè deletô ideò rediisse, *ut sileam communem istam majestatis, in realem ac personalem, distinctionem, vi Liebenth. Coll. Pol. Disp. 7. th. 4. ex Besold. Disp. 2. Cl. 1. 10., contra quam Prat. in Theatr. Pol. sect. 2. cap. 1. membr. 1. & nuper Clar. Dn. Hern. in sua Architect. Civ.*, quia devolvi ad alium legitimè nequivit. Quam tamen denuo statim alii Magistratui abdicativè ipse contulit. Ex eô itaque minùs rectè Dn. König infert: ergò nulli unquam Romæ COSS. fuere, qui Aristocraticè regnarunt. Sed quid? Poteritne tandem ex suô Kirchnerô Dn Reinh. König Rom. COSS. primis illimitatam in omnes potestatem, & per consequens Aristocraticum imperium denegare? Nequaquam. Quod enim d. Herm. Kirchn. haut istam omnimodè, quam ipsi tribuere allaborat Noster, de Rep. Rom. sententiam foveat, ex verbis, *quæ habet d. lib. Disp. 4. th. 6. in Coroll. sub lit. B. p. m. 53.* longè clarissimè clarum est. Ibi inspecie de Rom. Rep. agens ea, quæ *loco* à Dn. Königen *allegatô* apposuit, ità explicat: nempe Democratiam tum demum omnino floruisse Romæ, cùm esset extremum jus penes Tribunos. Atqui jus Tribunorum illud cæpit dudum post Brutum, post Collatinum, post Valerium Publicolam, quod facilè benè demonstrabimus in *c. seq.* Sanè aut Kirchneri priora per posteriora corrigantur, quòd prius corrigere posterius absurdum, necesse est; aut Kirchnerus ipse sibi malè constat, dum superioribus palam contradicere videtur. Priorem itaque Kirchneri opinionem non potuit benè Noster adducere. Porrò Dn. Königen movere deprehendo Hermanni Vulteji ea, *quibus utitur in proleg. ad Jurisp. R. f. 16.*,

R.f.16., verba. NB. *Plutarchus in Public., cujus etiam autoritate suum Noster suffulcire cogitat effatum, minimè ipsum, quippe qui Konigianæ opinioni in d.l. vix quicquam consonum habet, adjuvare potest*) Sed certè, neque Vulteji sensus (cujus longam seriem in areæ commodum hîc omittimus) ejusmodi esse videtur, qui pro Dn. Königen satis pugnare possit. Nam quæ ille *l. c.* recenset, singula refert ad ordinem latarum à Rom. Magistratib. legum. Cùm autem primi COSS. ferè nullas, nisi fortè de propriô officiô, vel quàm paucissimas leges condiderint; jure eorundem Imperium Aristocraticum ex instituti ratione potuit mittere. Attamen, licèt vel maximè & Herm. Kirchnerus, & Herm Vultejus, & Stephanus, Nostri autoris testes (ut ipsi nihil non, quod vel ipse velit, largiamur) singularis erga populum amoris dulcedine inebriati præ Aristocratiâ Democratiam amplectantur, poterunt ne isti, etiamsi benè armati, tanto historicorum Rom. aliter statuentium agmini absque apertô ac inextricabili periculô reluctari? Equidem, quod si exercitus adversariorum non adeò esset numerosus, ac Herm Kirchnerus, &c. tantopere tantorum historicorum copiæ spernaces essent, quantopere Dn. König/ vereret (si nempe hostem parvi pendere fugare posset,) ne hostibus os occludentes palmam præriperent. Nam Dn. Reinh. König ne unius quidem assis æstimat Livium, &c. Sed cùm autoritas Dn. Königs in historicis nulla, nulla etiam hâc in causâ ejusdem fides erit. Non eam ob rem immeritò quis non mirabitur, sed demirabitur, quidnam tantum virum Dn. R. Königen/ut tam manifesta tam manifestè contra omnem historiam Romanam inficiaretur atque impugnaret adducere potuerit. Sed & deformes buccæ suos habent debasiatores. Nos nunc, ut ad capitis finem vergamus aliquot saltem de quàm maximô testium nostrorum cœtu impræsentiarum producemus. Regiô Imperiô duo sunto &c. *vi. leg. b. infragm. XII. Tabb. & ad ea Gotofr. confer Valent. Forst. Hist. I. C. R. l. 1. c. 13. & 14., Cic. l. 3. de L. L., Polyb. l. 6., & Vincent. Cabote, l. 2 Disp. c. 3.* Jura & insignia, *Liv. ait Dec. 1. l. 2. pr.* omnia (*Reg pot.*) primi COSS tenuere. *Simile offendes in Dion. Halic. l. 4. c. 10. p. m. 380., & l. 7. c 4. p. m. 615.* Pulsô Tarquin. Superbô, qui Regum ultimus fuit, mutatâ civitatis formâ secuta est Aristocratia. *Verg. de R.J.l. 2. c. 3. p m. 111.*

Nullum Martia summô

Altius

Altius imperium Consule Roma videt. *Ovid. de Pont. l. 4. Eleg. 2. confer Ca. fi.d. l. 2. V. E. 2.* Exactis Regibus COSS. constituti sunt duo, penes quos summum jus uti esset, lege rogatum est. *de O. 1 ff. d. l. 2. d. §. 16.* Consularem potestatem Regiæ potestatis exemplô accersitam fuisse, vetustatis monumenta declarant. Exactis enim Regibus duo viri creati sunt, quibus, præterquam quòd annuum imperium datum est, nihil aliud immutatum est. *Luc. Fenest. de Magist. R. c. 7. de* COSS. Pulsis Regibus, autore L. J. Brutô Tribunô Celerum, Consulare imperium factum est cum omni regiâ potestate & insignibus. *Pomp. Lat. de M. R. c. de COSS.* Locô Regnum COSS creati sunt, & quidem cum plenô eorum jure. *Lips. de M. V. P. R. c. 7.* Græci ὑπάτους COSS. verterunt, vim intuentes imperii ac potestatis amplitudinem. Quemadmodum quod præcellens & summum est prisci Græci ὕπατον appellant, *Dionys. l. 4. c. 10.* Et profectò vis omnis atque liberrimum imperium initio apud illos, pacem bellumve facere, fœdera ferire, coërcere, animadvertere, jus vitæ, necisque habere incives &c. *Just. Lips. l. c.* Quæ vel sola ultima facultas, quâ COSS. liberrimum in civem jus vitæ ac necis concessum fuit, ad eos, qui nobis repugnantes pro Democratiâ loqui satagunt, confutandos sufficere potest. *confer Cujac. d. comment. add. l. 2. d. O. I. ad §. 23.* Ne multa. Quod si alia omnia, quæ Te, ut crederes, primos Ro. COSS Aristocraticè gubernasse, adducere possent, negligerem, atque unicam saltem L. J. Bruti, quâ ipse P. R. appellavit, orationem adjicerem, ullum fore, primos COSS. sub Democraticô Reip. statu vixisse, judicaturum, credibile vix est. Quando, *inquiebat Brutus,* quod erat primum, id ratum fecistis, ùt oportuit, jam reliqua, quæ de Reip. formâ decrevimus, accipite. Considerantibus nobis, cui Magistratui summa totius Reip. administratio & potestas summa esset committenda, Regnum non ampliùs constituere placuit; sed duobus viris annuum Magistratum cum potestate Regiâ committere, quoscunque centuriatis comitiis suffragiis vestris elegeritis. Quod si hæc quoque vultis, ferte suffragia. Populus Rom., *narrat. Dion. Halic. l. 4. R. A. c. ult.,* hanc etiam sententiam laudavit, nec ullius suffragium ei est adversatum. Unum addo, *Mart. Zuer. Boxhornium,* dum, alios Aristocraticum vel Democraticum primorum COSS. imperium fuisse statuentes egregiè falli, monet, egregiè decipi. Aaut statum Monarchicum mansisse, aut necesse

necesse esse alia extra tritas istas Resp. fingatur, satis sanè incongruè docet. *Differt. Pol. de Imperio Rom. 8. th. 3. & 4.* Equidem magnam partem à multis jam ante ipsum quoque (ea namque primus non oggerit) Boxhornium, & novissimè à *Joanne Schmidelio Lipsiensi in Not. ad d. Differt lit* N (cui tamen in omnibus l. c. videndis assentiri hîc possumus, nec debemus) futilis illa de primis COSS, atque inconsulta opinio confutata est, ut ità novâ hîc operâ benè facilè supersedere nos haut nequeamus. Quam benè hâc de re Boxhornius, cetera summus ac doctissimus vir(quemadmodum laudatur à Buchnerô in Lexic. sub vo. Scythia.) unà cum singulis, quos secutus, loquatur, ea quoque, quæ suprà *c.* 1. notavimus, quodamodo aperiunt. *vi. Illust. Dn. Boccler. ad l.* 1. *Annal. Tac.*

Caput III.
De Tribunis Pl.

QVantaquanta verò primorum illa COSS. majestas fuerit, sensim tamen eadem post Publicolam frangi cœpit atque imminui. Scilicet & de Rom. Rep. , Lacedæmonum illud verum est: ἅπαξ μεταβαλλόμενον μηδέποτε βέβαιον εἶναι. De quâ summa COSS. Rom. sceptra vacillare visa sunt, causam primam (ut statum Romanorum popularem ab ovô exordiar) fastus intolerabilis atque incautus iste illius Valerii Public. non potuit non præbere. Hicce Valerius L. J. Bruti post Tarquinium Collatinum Consulatu abdicatum, collega, Brutô induellô ab Arunte Tarquiniô peremptô , non solùm non collegam in Bruti locum subrogabat, verùm etiam in summa Veliâ superbissimè ædificabat. *Liv. Dec.* 1. *l.* 2. *pr.* Cùm hôc modô Regni affectati suspicionem incurrisset, deque eâ amovendâ cogitasset, ab uno extremô in alterum (*sic loqui adamat Arnis. de Rep. l.* 2. *c.* 6. *sect.* 3. *n.* 9.) delapsus rem exorsus est totius Senatûs autoritati exitialem. Vocatô ad concilium populô submissis fascibus inconcionem conscendens, populi, quàm COSS. Majestatem vimque majorem esse, imprudentissimè sermocinatus est. *Liv. l. c.* Quid? quòd in sanus duabus inconsultissimis tristissimisve legibus consulum ac totius adeò Senatûs manûs (*ita dicitur potestas d. l* 2. *d. O* 1. *ff. l.* 4. *d.* J. & J., §. 1. *I. de Libert., & l ult. C. de emanc. lib, confer Cic. pro Quint. & Coras. ad init. d. l.* 2. ff., *vi. Deut. c* 33.)

C maximam

maximam partem ſuapte palam religavit. Altera erat de provocatione adversùs Magiſtratûs ad populum; altera de Imperiô à populô accipiendô. *Cic. de LL l. 2., Flor. l. 1. c. 9., Plut. in Val. Publ., Liv. l. c.* Hæc ſunt leges iſtæ, quibus diſſolutum fuit imperium Conſulare. *Liv. l. 4.* Quoniam hinc plebs cepit occaſionem Patribus ſeſe opponendi, & jura Majeſtatica iis eripiendi. Hinc natæ iſtæ Tribunorum pl. in Patres, ac Patrum in Tribunos nocentiſſimæ conciones. Tum Temporis Rom. Reſp. inter Ariſtocratiam & Democratiam jamjam maximè ambigere videbatur. *Arniſ. in Doctr. Pol. l. 1. c. 8.* Paucis igitur annis pòſt Ariſtocratiâ ſublatâ libera contrà R. P. Democratia ſub Tribunis pl. omnimodè floruit. *expreſſè Joan. Cuſp. in d. præf. Adi Liv. Dec. 1 2. & 9., Dion. Halic. l. 6. c. 12., Caſ. l. 1. de B. C., Cic. 1. Agrar. Flor. lib. 1. cap. 16., Polyb. lib. 6. cap. 5., Saluſt. in B. C., Feneſt. de M. R. cap. 10., Pomp. Læt. de M. R. c. de Trib. pl., Sig. de A. I. C. R. cap. 20., Onuph. Panv. in Civ. R. ſubt. De Libert. P. R. p. m. 579., Lipſ. de M. V. P. R. cap. 15., Dn. VVendelin. l. c. d. q. 2., Herm. Kirchn. de Rep. Diſp. 3. th. 6. in Coroll., Crug. in Colleg. Pol. Diſp. 4. Th. 14., Petræ. Enchirid. Pol. part. Gen. cap. 5. th. 2., Arniſ. l. c.,* Schönborner *Pol. lib. 5. cap. 5., Jacob. Mart. Pol. lib. 2. cap. 15., Nobiliſſ. Dn. Bened. Carpz. de L. R. G. cap. 1. ſect. 8. n. 9., Obrecht. de Juriſdict. cap. 3., Bodin. de Rep. lib. 1. cap. 10., Chriſtoph. Beſold. Op. Pol. Diſcur. de Monar. cap. 2., Verg. de R. I. lib. 2. cap. 3., Valent. Forſt. de Juriſdict. R. in Exord. n. 11., Chriſtoph. Forſtn. ad l. 1. Annal. Tac. & Hieron. Henning. l. c.* Nos jam non diſputabimus anne Democratia ſit bona, an verò vitioſa Reſp. Quòd quidam ſint, qui eandem inter prolapſas ponant, *ex Ariſt. Pol. l. 4. Arniſ. l. 1. Doctr. Pol. c. 10.* docet. *Judicium Anarcharſis lege ap. Al. ab Al. G. D. l. 4. c. 11. circa med. confer Xenoph. de Rep. Athen., Tholoſ. l. 5. de Rep. c. 8., Bod. l. 6. de Rep. c. 4., Keckerm. Diſp. Pract. 36. q. 7. & Crug. l. c. th. 146.* Ad noſtra. Tribunorum (quorum appellatio, *juxta Valent. Forſt. in H. I. C. R. lib. 1. cap. 20. num. 1. poſt Al. ab Al. lib. 1. cap. 5., & Juſt. Lipſ. de M. V. P. R. c. 14.,* ducta videtur ſive à ternariô numerô, quia tres tantùm ab initio populi partes; ſive à Tribubus, quòd earum ſuffragiis crearentur) nomen benè vetus, ac Urbis ipſius origini pene æquale eſt. Nam Tribunus Celerum, i. e. equitum in Romuli ſtatim Regnô natus. *d. l. 2. d. O. I. §. iisdem temporibus. 15., Varro l. 4. de LL. confer Halic. lib. 2. cap. 2., Johan. Stad. ad Flor. lib. 1. cap. 1. num. 22.* In quadruplici præprimis, *id quod ex Zaſiô*

JCtô

JCtô in d. ff. l. Simon Schar. in Lexic. Jur. sub eâ voce p. m. 984. notat, Tribuni olim differentiâ fuere. *vi. Al. ab Al. G. D. lib. 1. cap. 20., lib. 2. c. 24., lib. 5. cap. 2., lib. 6. cap. 18.* Fuerunt enim Ærarii Tribuni, Militium (quorum Angusticlavii quidam erant, quidam Laticlavii, hique majoris dignitatis, illi minoris, *uti in Advers. lib. 1. cap. 4. Turneb. annotavit,*) Celerum, quibus de modò, ac plebis Tribuni, quorum h. l. nobis immensum illud dominium considerandum venit. Hiannô post fugam Tarquiniorum decimô septimô, Aulô Virginiô Montanô, ac Titô Veruſiô Geminiô COSS., primùm creati, si Pomp. Læto credidimus; qui *de* M.R. *c. 18.*, plebs, *inquit*, nexu gravata & sæpenumerô decepta seditionem fecit, & tandem Siciniô duce in Sacrum Montem secessit &c. Hinc Posthumiô Cominiô, & Sp. Cassiô novis COSS. decernentibus decem Legati eliguntur ad plebem, quorum primus fuit Menenius Agrippa, qui oratione suâ plebem Patribus conciliavit. Mense septembri petiit plebs ex suô corpore Magistratum creari. Tribunitia potestas hæc fuit. Duos ergò Tribunos tunc habere plebs cæpit, C. scil. Licinium, & P. Albinum. *Al. ab Al. lib. 5. cap. 2. ab init. A. Gell. l. 17. c. 21.* Alia rursus secessione tres additi, Appiô Claudiô & C. Quintiô COSS., mox quinque item, aliis COSS. M. Horatiô Pulvillô, & Q. Minutiô. Hoc pactô decem Tribunis in pleb. Rom. jurisdictio fuit. *Fenest. l. c. c. 10., Val. Forst. l. c. num. 2., Al. ab Al. l. 1. c. 3., Ov. l. 3. Fast. Blond l. 5. Romæ Triumphantis, Val. M. l. 2. E. M. c. 2., Gell. N. A. l. 17. c. 19. & 21.* Hæc origo, hæc Tribunorum pl. creatio. Fuerunt autem isti COSS. Rom. eâ, quâ Spartanorum Regibus Ephori, ratione oppositi. *vi. Val. M. l. 4. c. 5., Cic. l. 3. de LL., Plut. in Coriol.* Tribunos plebis (*verba sunt Al. ab Al. G. D. d. l. 1. c. 3. ab init.*) nec juridicundo, nec postulatis civium noscendis, sicut alios Magistratûs, sed ut auxilii latio adversus COSS., & illos, qui insolenter in plebem insultarent, esset, utque Præsides libertatis, custodesque forent, initiò creatos accepimus. Ideo nec in sellâ curuli sedere, nec purpuratos incedere, nec lictorem, ùt COSS. Prætoresque, sed viatorem habere illos, satis constat. *confer Val. Max. l. 2. c. 2. n. 7., Gell. l. 13. c. 12.* Scutum habebant impediendi duntaxat ac defendendi, haut agendi aut lædendi telum. *vi. Plut in vi. Grachorum.* Constituti enim sunt contra vim solummodo, nimiamque Magistratuum potentiam. Itaque munus primum unum & simplex auxilii latio, *Liv. l. 2. & 6. Cic. pro Quint.,*

Halicar, l. 10. c. 8., Just. Lips. l. c. c. 15. Eô fine, uti *Macrob. l. 1. Satur. observat.*, januæ eorum nocte dieque patebant, ut paratos sese ostenderent ad desideria & quærelas miserorum excipiendas. Hinc nullam horam abesse ab Urbe poterant legitimè, *Diol. 37.*, nedum integros dies, *Al. ab Al. l. c., Gell l. 3. c. 2. confer Appia. l. 2. B. C.* Verùm licet auxilii ferendi causa adversus reliquos Magistratûs Tribuni plebis instituti fuerint, minimè tamen statim vocandi jus, quod imperiô innititur habuerunt; sed tantùm præhendendi. Patet hoc ex responsô quôdam Labeonis Antistii, quod *A. Gell. l. 13. c. 12. in op. quad. Capitonis à se lectum exhibet his verbis*: Cùm à muliere, inquit (*Capito*,) quâdam Tribuni plebis adversum eum (*Labeonem*) additi Gellianum misissent, ut veniret & mulieri responderet, jussit eum qui missus erat, redire, ac Tribunis dicere, jus eos non habere, neque se, neque alium quemquam vocandi. Quoniam moribus majorum, Tribuni pl. prensionem haberent, vocationem non haberent. *Enarratiùs in M. Varronis rer. hum. lib. 21. scriptum jus tantùm prehendendi Tribunorum plebis, & non vocandi, invenisse se ait Gell. l. c. confer ejusd. cap. 27. l. 15.*, ubi Tribunos neque advocare Patritios, neque ad eos referre ullâ de re potuisse, *ex l. 1. Lælii Felic. ad Q. Mutium evincit.* Quamvis eâ potestate ab initio solam pl. coërcere possent, Patritios non item. Ob id, cum Luctatius Tribunus Patritios juvenes viatori minus cedentes prehendi jussisset, obstitit Appius Claudius COSS. negans, jus esse Tribuno in quenquam, nisi in plebejum. *Liv. l. 2.* quin imò creditur jure occisus fuisse Genutius Trib. pl., quòd L. Furium, & C. Manlium Magistratu Consulari abeuntes prehendisset contra jus Patriciorum. *Liv. l. c. vi. Arnis. de Rep. lib. 2. cap. 6. sect. 3.* Hactenus ergò non admodum laxa Tribunorum pl. potestas. Sed verò diutiùs ferre potentiorem suâ manum male sana illorum ac omnis freni impatiens ista superbia nequaquam potuit. Ideoque superbissimô spiritu ebri homines mox juris sui limites transgressi sunt. Qui olim in Senatum non veniebant, sed ante curiæ valvas sedebant, ii mox Senatum convocare, *Dionys. l. c. & passim*, quinimò dimittere etiam ab aliô convocatum, *Appia. l. c.*, ausi sunt. *Just. Lips. l. c.* Qui antea injustam adversus Senatûs vim intercedebant, Consulibus postea imperium auferre, atque, si quas vellent, pœnas dictare poterant. *Liv. l. c.* M. sanè Drusus Trib. pl. L. Philippum COSS., qui interfari con-

concionantem ausus fuerat, adeò violenter in carcerem præcipitem egit, ut multus è naribus ejus cruor profunderetur. *Val. Max. l. 9. c. 5 Extrm. 2., Al. ab Al. d. c. 3. l. 1.* Idem Drusus, cùm Senatus ad eum misisset, ut in curiam veniret, quare non potiùs, *inquit*, ipse in Hostiliam propinquam rostris ad me venit? *Val. l. c.* Tantum omnino tandem Tribunorum autoritas crevit, ut, quicquid Senatus decrevisset, ità demum ratum haberetur, quod si ipsi approbassent. Idcirco quæ Senatus non intercedentibus Tribunis pl. statuerat non SCta, sed tantummodo autoritates appellabantur. *Eam 7. l. 8. Dio Cassius l. 55.* Si quid verò à Senatu Tribunis animadvertendum oblatum ratum videretur, literam T. in tergo adjiciebant. *Fenest. l. c., Al. ab Al. l. c., Val. Max. lib. 2 cap. 2.* Quod à primis pl. Tribunis quàm longissimè remotum fuit, leges ferre atque imperare, posteriores perfectè indultu. Hortensiæ legis, *l. de l. N. G. & C. §. Plebs autem 7. & ff de O. I. d. lib. 2. § 8. Deinde cùm esset & §. 12. Ità incivitate, Gell. l. 15. N. A. c. 27.,* atque Philonis Dictatoris, *Al. ab Al. G. D. c. 11. l. 4.,* exercuere. Siquidem tanti valoris leges postmodum propriâ autoritate condidere, ut nullum non, ne ipsis quidem Patribus exceptis, tenuerint. *Varro lib. 5. de LL., Liv. lib. 3 & 9, Cic. Agrar. 1., Dionys. Halic. lib. 6. cap. 12., Conuan. lib. 1. cap. 13.* Plebiscitorum nomine illæ venerunt. *§. constat autem 4. & §. Plebiscitum est. 6 1. d. t., Gell. lib. 10 cap 20. confer Balduin. t. d & Dd ad d. §. 6. Cic legem Tribunitiam, ob Tribunorum rogationem, vocat, contra Rull. & lib. 3. de LL. Quomodo Lex & Plebisc. inter se differant ex Hotom declarat Simon. Schard. sub cád. vo. in Lex su. Jur. p. m. 747. lit. A pr.* Sic à populô (nomina hæc, plebem ac populum, sæpe confundi leges in *A. Gell l. 10. c. 2. & Onuphr. Panvin. l. 2. post pr in comment. Reip. Ro.*) SCta equidem rescissa, Plebiscita verò à Senatu vix infirmata fuerunt. *vi Liv. l 9.* Ne quicquam igitur tandem Patres Tribunis imperare potuerunt. Quid? Patres invitis pl. Tribunis ne convenire quidem publice potuerunt. *Liv l. 4. & Al. ab Al l. c.* Pauca. Verum confessus est Q. Fabius Urbis Præfectus, nihil non Tribunitiæ potestati licere *Liv. l. 3.* Hinc tàm tandem Magistratûs reliqui, quàm privatorum singuli, qui non paruerant pl. Tribunis, vel per viatorem Tribunitium in carcerem abripiebantur, vel die dictâ apud populum accusabantur, ùt sacrosanctæ Majestatis violatores. *Just. Lips. l. c.* Equidem à Tribunis pl. dies dici Consuli pratorique pote-

rat, ipse tamen ab omni potentiâ immunis erat. *Al. ab Al. G. D. l. 6. c. 24. circa fin.* Sacrosanctos enim Tribunos suos plebs voluit. *Pomp. Let. l. c.* Eâ de re *ap. Dionys. Halicar. l. c. & l. 7. c. 2., Liv. l. 6., Al. ab Al. l. c. & l. 5. c. 2., Val. Forst. l. 1., H. I. C. R. c. 20. n. 6. & c. 21. n. 2.,* leges longè firmissimas atque strictissimas, quas adjicere longum nimis, videre est. Hæ sunt illæ, quibus, quàm ut Patres potestatem suam toti populo committere cogerentur, haud aliud effectum est. Hæ sunt, quæ statum Reipubl. Rom., quem nos suprà pl. Tribunorum tempore obtinuisse persuadere voluimus, Democraticum genuere. Hôc modô eversa fuit Aristocratia, & libera contrà Domocratia prognata.

Caput IV.
De Cæsaribus.

Summum istud Tribunitiæ potestatis robur, quod in angustiore saltem tabula hactenus delineavimus, ad Syllamusque Dictatorem sartum tectumve permansit. *vi. Al. ab Al. Gen. Dic. l. 5. c. 2.* Hic potestatem Tribunitiam valdè circumcidit (*sic loquitur Just. Lips. de M. V. P. R. c. 15. in fin.*) imò pene excidit. Vetuit enim, ne leges ferrent, ne concionarentur, ne provocaretur ad eos, solumque & nudum jus intercedendi reliquit. *Polyd. Verg. l. 2. c. 3.* Sed nescio, quomodo factum, ut Tribunis omne jus vetus denuo redditum per Aurel. Cottam COSS., M. Crassum & Pompejum in primo Consulatu. *Plutar. in vi Pomp. Cæs. l. 1. de B. C., Valent. Forst. in H. I. C. R. l. 1. c. 27.* Sese postmodum hocce Tribunorum pl. summum jus, *uti appellatur à Cæs. l. c.,* extendit ipsa ad tempora Imperatorum, qui quidem penes Tribunos tandem præter insignia ac ferme inanè nomen, quod ad Constantini usque ætatem auditum, nihil reliquerunt, quippe qui sibi potiùs Tribunitia jura sumpsere singula, *notante id Lips. l. c. confer. Plut. in Cæs. & Xiphil. in eod., Joan. Sleid. de 4. S. I. l. 1. p. m. 82.* Comprobat hoc exemplum Augusti apud Dionem *l. 53.* Tiberii, *Al. ab Al. l. 6. c. 24.,* & Antonini Pii, *C. A. Rupert. ad Synops. H. U. min. Besold. c. 14. p. m. 321, ex Spartiano.* Ità, quæ antea penes universum P. R. posteà unus potestatem habuit, sub eodem cognomine, nihilominus tamen mutatô Reip. statô. Quod si verò mutationis Reip primaria causa seditiones, id quod ex *Arist. l. 5. Pol. c. 1. & 2. monstrat Cellar. l. 2. Pol. c. 20. §. 6.,*

Rom.

Rom. Reip. ſtatus Democraticus, quàm tandem etiam peſſum ire, quì aliter potuit? In totâ quippe Rep. Rom. à primâ Tribunorum nativitate usque ad Julii Cæſaris Imperium obedientium conſenſus ferè nullus fuit. Quis annus, *ait Arniſ. de Rep. l. 2. c. 6. ſect. 3. n. 120.*, exſpiravit ſine contentione Patrum & pl., ac ſine ſeditionibus inteſtinis, niſi quatenus externus metus internas diſcordias premeret, & bella foris, otium domi victoriæque hoſtium quietem Reip. præſtarent? Unde rectiſſimè cenſet Tacit. *l. 1. Hiſt.*, pacis interfuiſſe, omnem poteſtatem ad unum conferri, & *l. 1. Annal.*, non aliud diſcordantis patriæ remedium fuiſſe, quàm ut ab unô regeretur. Ut Reip., *Pompon. ait l. 2. ff. de O. I. §. Noviſſimè. 11.*, per unum conſuleretur, neceſſe erat. Id quod etiam tandem Deô ità dirigente effectum eſt virtute C. J. Cæſaris. Hic eſt ille Cæſar, qui deletô Romanorum ſtatu Democraticô Monarchicum contrà juſtiſſimè conſtituit. *Diſſentire videtur Dn. Mylerus l. ſuprà cit. c. 4. n. 12. ſed exponi poteſt.* Hic eſt ille, ſub quô ſua à Daniele illa prædicta Monarchia quarta (ad extremum usque diem juxta noſtros Theologos duratura. *vi. VVurmſ. Exerc. I. P. 1. q. 8. confer. Beſold. de Jurid. Rom. Imp. c. 3. & Arum. l.c. p. m. 49.*) primordia ſumpſit. *arg. Nov. 47. vi. præprim. Joan. Cuſp. in præfat. lib. de Cæſar., Matth. Dreſſer. in Iſagog. Hiſt. mill. 4. p 470., Joan. Sleid. d. l. p. m. 103 VVagn. Inſtit. H. c. 1. de Mon. Ro., Reinkingk. de Regim. S. & E. l. 1. c. 1. claſſ. 1. n. 3., Sulpit. Sev. H. S. l. 2. c. 4., Hieron. Hennig. l. c., Benedict. Carpz. de L. R. G. c. 1. ſect. 8. n. 10.. Valent. Forſt. l. c. in exord. n. 38. & 42. confer. Scal. l. 5. de emend. temp., Abb. Ursp. p. m. 44., Panvin. l. 1. Rom. Deſc., Amm. Marcell. l. 14. Euſeb. l. 2. Chron. p. m. 152. Olymp. 182. & in eund Joſeph. Scal. p. m. 144, Vincent. in Specul Hiſt. l 6. c. 37. p. m. 60., Naucler. in Chronogr. generat. 63. p. m. 186., Ubbo. Emmì. rer. Chronol. l. 5. p. m. 144. Aventin. in Annal. Bojo. l. 2., Henric. Bunting. in Chronol. de primo A. Julianô p. m. 193., Otto c. 50., Beſold. Synopſ. min. c. 14. & ad id C. A. Rupertum &c. &c. &c.* Nimirum, cùm C. J. Cæſar. (ſumma ſaltem Cæſaris geſtorum capita delibabimus. Hâc enim absque operâ, quâ ratione idem ad ſummum evectus ſit Ro. Imperium, neutiquam intelligetur.) Galliam omnem, quæ montibus Pirenæis & Alpibus, fluminibus Rheno ac Rhodano continetur, intra novem annos, & quod excurrit, ſubactam populi R. provinciam effeciſſet, *Sveton. c. 25. in vi. Cæſ., Baptiſt. Egnat. in ead., Philo Judæ. de Legat. ad Caj.*, cùm Helvetios maximus præliis viciſſet,

cisset, cum Belgas cum Nerviis, atque hos cum Aduaticis in deditionem accepisset, *Caes. de B. G. l. 1. & 2.*, Venetos navali prælio superasset, *Caes. l. 3., Diol 39., confer Calvis. in opere Chron. p. m. 266.*, Usipites ac Tenchteros debellasset Galliâque expulisset, Rheno ponte juncto in Germaniam atque Britanniam usque transiisset, ejusve magnam partem in populi R. potestatem redegisset, *Caes. l. 4., Diol. 40.* ac innumeras ferè confecisset alias celeberrimas ac felicissimas victorias (namque undecies centum & nonaginta duo millia hominum præliis suis, præter civ. victorias occidit, & signis collatis quinquagies dimicavit, *Cuspin. princ. vi. Caes*, quod vix Impp. ullus præstitit, si unum Henricum IV., qui sexagies bis pugnavit, *vi. post. Vincent. in specul Hist. l. 26. c. 1. 7. Daniel. Parc. tom. 1. H. U. in vi. Henr. IV.* exceperis.) Consulatum à Senatu sibi decerni multis diu satis expostulavit. Ipsi verò à Marcellô tum temporis Romæ COSS. contradictum est, Pompejô annuente. Decretum insuper est à Senatu & conclusum, ne Cæsar in Urbem priùs veniret, suum quàm exercitum dimisisset. *vi. Sveton. l. c. c. 28.* His ergò rebus Cæsar graviter accensus contractis undique viribus patriam contendit sane quam hostiliter, ac Rubicone fluviô transmeatô Arminum cœpit, Ravennamque sese contulit. Ast cum Pompejo interim multi ex Senatu Rocrescentibus Cæsaris viribus trepidi Italiâ excedentes alibi hinc inde vagantur. Brevi Cæsar Italiâ relictâ Hispaniam abit, &, quas ibi sub tribus Legatis, Varrone, Afraniô, ac Petrejo, Pompejus habebat, validissimas copias deditionem facere cogit, *Sveton. l. c. c. 34.* Pacatis ità Hispaniis, Massiliâve, quæ Cæsari portas præcluserat, secundô Marte edomitâ, cognoscit ille in itinere, Dictatorem sese à M. Lepidô Romæ dictum. Hâc itaque potestate subnixus in Urbem rediit, se Consulem II. cum Publ. Serviliô Isauricô creat, ac Dictaturâ die undecimô depositâ ordinario contentus Magistratu velociore remige benè numeroso agmine stipatus ad Græciam ibidem Pompejum armis circumfusurus percurrit. Pompejus in urbe Dyrrachio latitabat. Urbs propterea milite intersepitur. Erumpit Cnejus, devincitur refugus Cæsar nongentis suorum relictis. Hâc victoriâ elatus Pompejanus exercitus, qui Cæsareum in Thessaliam concedentem celerrimè insecutus erat, in campo Pharsaliæ, quæ regio in Thessalia sita, trucidatis sex millibus ac viginti quatuor millibus captis, acie Cæsarianâ prorsus fusus est. *vi. Plut. in Pomp.*

Pomp. & Cæs. Pompejus in Ægyptum transvolans à Ptolomæo ferro exceptus atque mactatus est. Huncce Ptolomæum, à quô sibi quoque insidias tendi videbat, Cæsar postmodum ad Alexandriam oppressit. Regnum Ægypti victor Cleopatræ, fratrique ejus minori permisit veritus provinciam facere, ne quandoque violentiorem Præsidentem nacta novarum rerum materia esset. *Svet. in vi. Cæs. c. 35.* Interea Romæ Dictator II. Reip. constituendæ ac rei gerendæ gratia factus M. Antonium Magistrum Equitum, & C. Fus. Calenum cum Publ. Vatinio COSS. elegit. Posthæc in Syriam; Posthæc in Pontum transgressus Pharnacem statim intra quintum, quàm adfuerat, diem quatuor, quibus in conspectum venit, horis felicissimè prostravit. De hinc in Italiam regressus ibi seditionem militum sedavit, ac brevi Scipionem una cum Juba reliquias partium Pompejanarum in Africa refoventes profligavit, Pompejique filios ad mundam in Hispania accerrimô præliô omnino delevit. His rebus à se gestis singulis, totque per maximam orbis partem partis victoriis Urbe repetitâ quinque Cæsar duxit Triumphos longè splendidissimos, Gallicum, Alexandrinum, Ponticum, Africanum atque Hispaniensem. *Dio. l. 43., Svet. l. c. c. 37., & Valent. Forst. H. I. C. R. l. 1. c. 28. n. 51.* Post id temporis novos Cæsari honores civis Romanus decrevit. Summa ei universæ gubernationis potestas attributa. Salutatus est Dictator perpetuus, Imperator sacrosanctus, ἱερὸς καὶ ἄσυλος. Illi plura qui gaudet de C. I. Cæsare legere (quia nostri non est instituti, perfectam Cæsaris texere historiam, & singula quæ de ipsô notanda, hîc notare, sed quàm brevissimè saltem, idem quomodo ad summum Ro. Imperium pervenerit, exponere) post alios evolvendos commendamus, *Plut. in Cæs. & Pomp., Eutrop. l. 6., Hirt. de bell. Alex. l. 5. & 6., Paterc. l. 2., Dio. l. 49., Strab. l. 17. Joseph. de bell. Judai. 1., Appian. de bell. civ l. 1. 2. 4., Zonar. tom. 2., Flor. l. c., Hedio. in Chron. par. 2., Abb. Ursp. in Chron p. m. 44. & seqq. Diod. Sic. l. 1. antiq., Anton. Sabell. l. 7. Ennead. 6., Sext. Ruff. & in eund. Cusp p. m. 23. & seqq. Plin. l. 6. N. H. c. 25., Ubbo. Emm. l. 5. p. m. 145. 186. 187. Guon. in Chron. p. m. 12., Ott. Fris. l 2. Chron c. 48. & c. 50., Cuspin. in Aurel. Cassiod. COSS. p. m. 328., & eund. in vi. C J. Cæs., Carol Sigon. Comm. in Fast. & Triumph. Ro. p. m. 142. & seqq., Amm. Marcell. l. c., VVolffg. Lat. de Gent. migr. l. 9. & in comment. Reip. Ro. l. 1. c. 9. confer Oros., Sleid., VVagn., Cluv. &c. &c.* Eô modô ad summum summæ Monarchiæ fastigium Cæsar viam

 stravit.

ſtravit. Eô modô fundata eſt quarta illa Danielis Monarchia. *vi. Dn. Reinking. de R. S. & E. l. 1. claſſ. 1. c. 1. per tot.* Hîc rectiſſimè illos ſentire, (*ex quib. eſt poſt Cuſp. ab init. in vi. C. J. Caſ & ali. Dn. VVendel. in ſupr. d. Diſp. §. 18.*) qui quando prima ſceptra Auguſto, quod ſæpiſſime à multis fit, quartæ Monarchiæ aſſignantur, id concedunt, ſi de inchoatâ, minùs, verò de inchoandâ ſi ſermo ſit, notandum eſt. Etenim C. Octov. Auguſtus (cujus major avunculus, *ceu Val. Forſt. l. c. c. 31. num. 1. ex Paterc. ac Svet. tradit*, Cæſar eſt) poſt tot & tantas difficultates, poſt tot & tanta diſcrimina (*de quib. in Vellej. Paterc. l. 2., Eutrop. l. 7., Tac. Annal. l. 1. Oroſ. l. 6. c. 18. 19. 21. Joan. Sleid. l. 2. de 4. S. l. p. m. 105. & ſeqq.*) in ſummo Imperio ſucceſſionem nactus eſt demum Cajô J. Cæſare, patre ſuo adoptivo, ab illis ipſis, quos recenti beneficio ſibi devinxerat, quibusque ignoverat, quòd bello Pompejano contra ipſum militaſſent, (M. Nempe Bruto, C. Caſſio, Cn. Domitio, Trebonio, Q. Tullio Cimbro, duob. Serviliis, Caſcâ, Halâ, aliisque complurib. *Plut. in d. Caſ. vi., Flor. lib. 4. cap. 2. in fin., Dio. l. 44., Oroſ. lib. 6. cap. 17. Zonar. l. c.*) tribus ac viginti vulnerib. iniquè enecato. Iniquè dico. Ità omnino ſtatuimus (venia ſit caſtro pauliſper ex ſpatianti) contrà Bart. Beckerm. *in alter. par. Syſt. Log. p. 567. & 513.*, atque contra Beſold. *in diſſert. Pol. de Rep. Curan. cap. 7. num. 17.* Ità ſtatuit quoque Nob. Reinking. *l. c. num. 15. confer Forſtner. in not. Pol. ad l. 1. Ann., Arniſ. de Rep. l. c. c. 3. ſect. 7. num. 15. & ſeqq., VVilhelm. Becker. in Synopſ.* I. P. *lib. 1. cap. 1. num. 3. & Arum. Diſcur. 2. 5. Junge Ærod. rer. judic. l. 8. t. 4. c. ult., & Tileman Diſp. ff. 2. th. 30.* Licèt ſecundùm jura civium, uti Cic. vocat, licuiſſe videatur. Quod ſi enim Principi ultimo ſupplicii genere in eum animadvertere liceat, qui libertatis amans ſibi & imperium & vitam adimere conatur; quidni etiam populo majeſtati pollenti eum perdere licebit, qui libertatis jura violare, extremamque ſervitutem tentat illis imponere? Et certè, antedelatam illam Cæſari ab ipſo S. P. Q. R. poteſtatem dictâ eâ de cauſa Tyrannum è medio ſi ſuſtuliſſent, fortè non prorſus improbandum: puta, ſi ratio ac incolumitas ſtatûs, qui tum temporis in R. Rep. viguit omnimodè ſpectetur. *vi. poſt Tholoſan. 26 de Rep. cap. 7., Bodin. 2. de Rep. c. 5. Jun. Brut. quæſt. 3., Joan. de Terra Rubea Tract. 2. artic. ult., quem citat Dn. Beſold. l. c. num. 16., & Arniſ. de autorit. Princip. ſemper inviolab. cap. 14. n. 12.* Verùm enim verò, cùm naturâ adeò debere

dicatur,

dic tur, cujus fidem secuti sumus, *l. 84. de R. I., l. 5. de Usur. ff., Nov. 130. c. 7., & l. 12. C de usur.*, & hinc gravissimum fidem fallere, *l. 1. prin. & l. 25. ff. de const. pecun, fac §. 4. in fin. l. 1. Depositi*, adeoque nihil tam congruum sit fidei humanæ, quàm, quæ semel placuerunt servare, *l. 1. prin. ff. de pact., fac. l. 20. C. de Transact.*, cùm etiam ipsæ S. literæ inter impios referant fidem negligentes, *Rom. c. 1., Ps. 15., Prov. 28* quinimò hosti adeò fides data minus sit infirmanda, *prolixè post Hotom. Illustr. quæst 7. p. m. 44. & seqq., Joan Ludov. Langius in dec. 1. quæst. 6. Centuriæ sua quæst. ju.*, quid est, cur cessate velimus de Cæsaris interfectoribus longè levissimam aliquam asserere perfidiam? Nam quamvis ille vel maximè invitis sociis Remp. invasisset, ex post facto tamen (si communiter loquimur) ejus in Imperium consenserunt omnes. (*Petr. Martyr class 4. cap. 20. sect. 13.. Joan VVinckelm. tom. 5 Disp. Gies. 14. th. 22.*;) scilicet istâ, de qua suprà jam nos aliqua, tot ac tantorum titulorum oblatione, atque humillimâ rerum omnium subjectione, *vi. Val. Forst. l. c. c. 28 n. 52. & seqq.* Adjice, quòd semel toleratum Tyrannum nulli liceat occidere, & eo ipso crimen læsæ majestatis comitatur, *Gig de crim. laes. Maj. l. 1. rubr qual. & à quib. crim. laes. Maj. comm. quæst. 65 n. 3. & 6., Decian. in Tract. crim. l. 7. c. 5. n. 22., Farina de crim. l. M. quæst* 112. *n. 29., & Georg.* Schönborner *l. 2. Pol. c. ult. in fin.* Quî igitur Brutus cum suis sociis criminis læs. m. notam effugere poterit? Propterea quoque singuli Cæsaricidatum summo & tremendo omnium peccatorum Vindici, qui omnes privatos adversus magistratum, utpote qui non nisi ab ipso ordinatus, arma sumere, apertè prohibet in *2. Pet. 2. v. 11. & ep. Jud. v. 9.*, (hinc tam graves censere Dei iras Rechab. & Baan. *l. 2. Sam. c. 4.*, Gaal & Sichimitæ in *l. Judic. c. 9.*) quive pro quovis magistratu preces vult fundi *1. Tim. 2.*, meritissimas intra triennium pœnas dedere, *attestante post Svet. in vi. Cæs. c. 89. Vincentiô in specul. Hist. l. 6. c. 42.* Successit, *dixi*, Augustus Julio in Imperio Monarchico, *vi Æn. Sylv. de ort. & Autor. Ro. Imper. c. 6. Ità post. Arnis. in Doctr. Pol. lib. 1. cap. 8. censet Dn. VVendeler. in Philos. Pract. l. 2. sect. 1. cap. 5. quæst. 2. confer Dn. Bened. Carpzov. de L. R. G. c. 1 sect 8. num. 10. & 11.* At enim, *inquies*, comitia sine populo ipse Cæsar vix celebravit, *secundùm Plut. in Cæs., & Svet. in ead c. 41.* Respondeo ex Arist. *l. 4. Pol. c. 5.*, nullam tam subito mutari posse Remp., quin aliquid præcedentis formæ retineat. Hinc, *uti idem Philosophus docet l. c. c. 1.*, Reip. forma non ex gubernatio-

D 2 nis

nis forma, sed ex fine ac Principatus genere deprehendenda. Indulgere ab initio, quàm per omnia strenuior esse, satius duxit Cæsar. Et sapientissime. Omne subitum subitaneum plerumque est. Quod citò fit, citò perit. Cur Agis interiit? Quòd repente nimis pristinas revocare leges allaborat. *Plut. in Agi.* Sanè verò indulgentia factum, non jus, innuit. Nobis autem de jure sermo. Hac ratione, quicquid mihi objeceris de Tiberio *ex Tac. l. 1. Annal., & Dio. l. 58*, de Trajanô *ex Plin. Paneg. ad Traj.*, de Severo, *ex Lamprid. in Alex.*, de Probo, *ex Vopisc. in Prob.*, deque plurib, aliis, confutabo. Hoc addo; fuisse nonnullos Impp. post C. J. Cæs., qui ex socordia, (*sic. Arnis. l. c.*) quas ipsi gerere noluerunt, res Senatui permiserunt. Firmatur hoc Tiberii imprimis exemplô. Hic, *Tac. l. 4. Annal. & Svet. in Tiber. c. 40.*, cum Capreas sese aliquando conferret, vetuit edictô suum interpellari otium. Hoc ex desidiâ, non debitô, hoc ex negligentiâ, non jure factùm est. Siquidem Imperatorum eorum post Augustum nullus, illimitatam successoriô jure ad se transiisse potestatem ignorare potuit: quòd omnis P. R. C. Octav. Augusto majestatem, cujus Jul. Cæsar. jam antea robustissimas radices posuerat, neque in ipso, neque in successoribus desituram, & omnibus consummatam modis ac confirmatam, *Carpzov. l. c.* per sanctissimam aliquam & dissertissimam legem detulerat. Hæc est Regia (non Rhemnia, *ut falsò legunt Alciatus in l. bona civit. ff de V. S. & Coras. l. 6. Miscell. c. 8. n 2., quod ipsis monstrat Pruckm. de solut. Prin. pot. c. 3. num. 100. Alia olim fuit lex Rhemnia, ex quâ fronti calumniatoris litera K. vel C., qua calumnia significabatur, inuri consvevit. l. 1. §. 2. ad Sc. Turpill. vi. ad eund. §. Dionys. Gotofr. ex Julian. in Antiochio & Pitheo 4. Notar. Mosaic. conser. Cujac. Paratitl. in C. de calumn. circa med. p. m. 778. ex Cic. pro Rosc. Amer. & l. quæsitum. 13. ff de testi., & l 7. Obs. 13. prin. junge Althus. Dicæol. l. 1. 105. num. 40.*) illa Lex, de cujus origine, de cujus tenore ac veritate aliter hic, aliter ille dissertat, imò quandoque blaterat, somniat. Cumprimis habeas *Conn. l. 1. Commentar. jur. civ. cap. 16. num. 3., l. 2. Arcan. Pol. cap. 15. Clapmar., & Martin. Schockium, qui in epistola quad. Groningæ edita* A. C. 1661. temerarium atque imprudentissimum assertum L. R. appellare parum parcit. Istis ante ipsum hoc biennium, & quod excurrit, doctissime doctissimo aliquo de L. R. discursu Dn. Joh. Frid. Sculteus J. U. L., Fautor meus singularis benè multis respondit. Illum ad Disc. ego jam quosl, omnino relego. Cujac.

l. 15.

l. 15. observ. c. 30. & Anton. Aug. lib. de Leg. c. ult. legem R. ad unicam legem Papiam contrahentes dudum refellit Arnis. *de Rep. l. 2. c. 6. sect. 4. n. 38.* Adisis hanc ob legem ante omnes *Dn. Ungebau. Exerc. Just. 2. q. 4. confer Tacit. Annal. 1., Strab. l. 15., Dio. l. 53., Val. Forst. in* H.I.C.R. *l. 1. c. 32. n. 6., Thom. Lans. Discur. de L. R. jam Disputationib. Basil. insertum, Just. Eccard. in explic. L. R., Paurm. de jurisd. l. R. l. 1. c. 5., Joan. Stuck. in Exerc. Just. par. 1. Dec. 1. assert. 6., Dn. Besold. in Oeconom. t. 3. & 4. l. 1. ff. q. 8., Covarruv. in quæst. Pract. c. 1., Coras. l. 6. Miscell. c. 8., Joan. Calvin. de Princ. c. 1., Charond. 1. verosim. 2., Reinh. Bachov. ad §. sed & quod I. d. I. N. G. & C. n. 1. & 2. p. m. 19. & 20., Arnold. Vinni. ad eund. §. n. 1. p. m. 15. A., & ad illum §. Dd. comm.* Nos, quâ res apertâ & clara fiet, distinctionem cum Nobiliss. Dn. Ungeb. adhibemus. Duplici sensu accipitur Lex Regia. Dicitur & à causâ efficiente pro illâ lege, quæ lata est à primis Ro. Regibus (*quibus de ipsi non supra in c. 1.*) & ab effectu, perquam potestas Regia summumque imperium à populo in Imp. est translatum. *vi. Liv. l. 37. & omnino Dn. Ungebau. l. c., post Tiber. Decian. l. 2. Tract. crim. c. 25. n. 2. contra Cujac. in not. ad d. §. sed & quod. l. d. t., adq. eund. Giphan., Wesenb., Claud. David. & Harprecht; contra quoque Paul. Manut. l. de LL. Ro., & Georg. Eberlin. in explic. t. de O. I. c. 11. n. 6.* Sanè quidem posteriori modo Regiam L. si sumas, verosimile esse, eam de C. Oct. Augusti Imperio demum latam (ob id videtur vocari à Paulo J. C. Lex Augusti, *in l. apud eum. de manumiss., & in l. un. C. de cad. toll. § hac autem. 14.* ab ipso sacratissimo Principe nostro Justiniano privilegium Augustum,) haut inconsultò credimus *vi. præter multos Borcholt. ad d. §. sed & quod n. 13., Ungeb. q. d. Exerc. d., Bachov. l. c. & Dn. Besold. Synops. 1. P par. 1. c. 3., & in tractata. de Monar. c. 4.* Qui ad Vespasiani tempora legis R. nativitatem rejiciunt, refutantur ab Ungebau. Istius legis fragmenta exhibent post *Eccard. l c., Joan. Bart. Mar. in antiq. Ro. Topogr. l. 2. c. 9., Marium Salamonium l. 6. de Principatu, Dn. Carpzov. l. c. n. 18. & Besold. d. Disc.* Quicquid autem eâ de lege Regia (quæ etiam Lex Imperii audit *L. ex imperfecto. 3. C. de testam., & ap. Tac. l. 3. Annal.* Lex Majestatis) autores disputent, nostrum hoc loco, quicquam certi rigorose de ejusdem ortu, vel quibus verbis olim lata, certis omnino definire, vix est. Nobis, quòd per ipsam legem summum in res omnes tum sacras, tum maximè profanas, judicium arbitriumque, *Hotom. Quæst. Illustr. q. 1. p. m. 2.* Principibus suis, & Monarchicam prorsùs

majeſtatem S. P. Q. R. (abdicativè f. privative, uti quidam loquuntur, non communicativè f. cumulativè; id quod prolixè evincit contra Limn. *Tom. 1. l. P. l. c. 12. num 87. ex Dn. Bachov. l. c. Dn. Fibig. Colleg. Legal. publ. exerc. 1. q. 4. in ſem d.*) dederunt, nunc ſufficit. *vi. l. 31. ff. de LL., l. 1. prin. ff. de Conſt. Princ., l. 2. §. noviſſimè 11. ff de O. I., l. un. ff. de Off. Praf. Prat., l. 1. § ſed in hoc. 7. verſ. & nemo C. de V. I. E., d. §. ſed & quod l. de J. N. G. & C., Conſt. de Concept. ff. ad Tribon. §. ſed & hoc. 7. v. & nemo, & praf. Nov. de* COSS. 105. Eo ſpectant illa Neronis Cæſaris *ap. Sen. de Clem. l. 1. c. 1. in prin.*; ego ex omnibus mortalib. placui electusque ſum, qui in terris Deorum vice fungeret, ego vitæ necisque gentibus arbiter. Qualemquisque ſortem ſtatumque habeat in manu meâ poſitum eſt, &c. Quoniam verò, quòd Regium omnino cognomentum primi Ro. Cæſares minùs habuere, nonnullis obſtat, quo ſibi minùs illorum Monarchica majeſtas ac abſoluta (adeoque Monarchicus Ro. Reip. ſub Cæſarib. iſtis ſtatus) perſuaderi poſſit, quædam huic capiti dubii ſolvendi cauſa addamus, neceſſum multùm videtur. Et verò Bodino præprimis *l. 2. de Rep. c. 1. n. 186.* titulus Principis. qui primorum Impp. erat, valdè ſuſpectam reddit eorundem poteſtatis ſummitatem. Reſpubl., *inquit*, Rom. ſub Auguſto ac ceteris deinceps Imp. usque ad Flavium Veſpaſianum Principatus dicebatur &c. *Iſtis ſubjicit ea Svetionii de Caligula, in vi. Calig. c. 22.* non multum abfuit, quin ſtatim diadema ſumeret, ſpeciemque Principatus in Regni formam converteret. Ex quibus intelligitur, *pergit Bodinus*, ſub Auguſto poſt Actiacum bellum nec popularem ſtatum, nec Optimatum, at ne Regnum quidem fuiſſe. At Principatus aliud nihil eſt, quàm Optimatum aut populi ſtatus, cui unus aliquis præeſt, qui à Latinis Prætor (à præeundo) & Princeps, i. e. primus appellatur. *Hactenus ille.* Primos Ro. Cæſares Principes dictos ipſe haut inficior. *vi. Apulej. Metamor. l. 10. & 11., Tacit. l. 1. Annal., l. proœm. in prin., l. d. 31. ff. de LL, l. 1. de Conſt. Prin. & complures Conſtit. Juſt.* Ejusmodi verò, cujusmodi ſibi Bodinus fingit, Romani Principatûs conditionem fuiſſe, hoc eſt, quod ego nego. Et qui ex Suetonii iſtis torquere poterit Bodinus, quod falſiſſimè tradit? Tantum ſanè abeſt, ut tranquilli illa verba pro ipſo ſtare poſſint, ut potius contra ipſum omnimodè. Brevibus declarabo. Principatus Auguſti, quod mox adjungam, eadem, quæ Regnum, jura habebat; licèt inſignia Principis (exter-

nus

nus ille cultûs) à Regiis differrent. Notum eſt ex probis LLinguæ ſcriptoribus, ſpeciem imperii inſignia ejusdem interdum indigitare. *Ità hanc vocem Tacitus paſſim uſurpat, ità Horat. Ep. l. 1. Ep. 6. v. 49, ità Claudian. de quartô Conſulatu Honor. v. 83* Per ſpeciem igitur l. c. Svetonium, quam Regno opponit nihil, niſi externum quoddam imperantis ornamentum denotare, prorsùs cenſere debemus. Noſtram ſententiam Adjuvat, quod Sveton. innuit, Caligulam ſolâ diadematis ſumptione, quod ſi voluiſſet, Regem fieri potuiſſe. Adjuvat etiam, quod ipſe Caligula ſæpius in ore habuit: ὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη, εἷς κοίρανος ἔςω, εἷς βασιλεὺς. quô inferiores tangebat Imp. *Sveton. l. c. ex Hom. 2. Iliad* Malè itaque Tranquillum aut intellexit Bodinus, aut certè, quod aſſolet, intelligere noluit. Et ſic arenosô Bodini fundamentô (lubricâ ſc. verborum Hiſtorici interpretatione) collapsô, corruit ſimul neceſſe eſt ſuperſtructum. Pertinax tamen nihilominus eſt Bod. in violandô Ro. Impp. Regiam Majeſtatem, hancce ideo ab illis abfuiſſe contendens, quòd nomen defuiſſet. Falſiſſimum. *Conſule Dn. Beſold. de Monar. c. 4.* Quaſi verò ſuperbiſſima etiam regentis cognomina abſolutâ ipſum Majeſtate accumulare poſſent. Non faſtuoſiſſimi, non omni humanô pondere graviores, & ipſi adeò divini tituli Majeſtatis cauſa; ſed inviolata ſummi ac illimitati Dominii jura. Moſchovitarum ſupremus Magiſtratus, tametſi appellatione Dux, reipſa tamen certiſſimè Rex & quàm potentiſſimus Monarcha eſt. Aliquando quoque Baſilius I. Magnus Dux, qui Tartarorum ſervitutem primus excuſſit, ipſe Magnum Dei Cubicularium & Regem ſeſe appellitavit. *Bod. de Rep. l. 1 c. 9. num. 143.* Alia jam ſupprimimus exempla. Quantô ſæpe intervallô nomina diſtent à rebus, hæc contrà ab illis verba à factis, facta à verbis plurimis diſputatum exemplis eſt ab Amiſ. *de Jur. Maj. c. 1. n. 1 2. & 3 & c. c. n. 9.* Quin imò jam ipſe Stagirites in Antepræd. quædam dicit de ſubjectis prædicari, quæ non inſint, & quædam ineſſe, licèt minùs prædicentur. Cæterum, ut noſtra reaſſumus, Principes Romanorum abſolutiſſimos Reges fuiſſe, Bodinum præter alia vel ſolum Auguſtum Privilegium, cujus illi ineffabiliatque immensô ſplendore ſupra alios imperantium omnes ſupramodum collucebant, poterat quàm facillimè edocere. Argumentor porrò: Quicunque Magiſtratus ſolus omnibus Juribus pollet Majeſtatis, ille abſolutus nobis planè venit nominandus. Idem

verò

verò de Ro. Principe indubitatum esse. nullus non qui prorsus non occæcatus, ex historiis ad satietatem ipse potest elicere. Quod si leges universales, uti vulgus vocant, (ut potissimum saltem, & supremum Dominii caput, *Herm. Kirchn. de Rep. Disp. 2. ad th. 5.*, aspiciamus) summæ majestatis symbolum est, *Andr. Knich. de non prov. Sax. jur. c. 5. n. 28., Arnis. l. c. l. 1. c. 3., Anton. Coler. de ju. Imp. Rom. sect. 184. & Bod. l. 1. de Rep. c. 10. n. 150.*, quis absolutam Ro. Principis majestatem in dubium vocabit. *vi. §. 4. c. 2. Nov. de COSS. 105. & d. §. 1. de I. N. G. & C. l. si imperialis. 12. C., de LL. in pr., & l. fin., confer, quæ notavi superiùs aliquanto b. in c.* Nihil itaque lividissimæ Bodini criminationes, nihil possunt inconsultissimæ calumniæ. Convitia istius, queîs Augustissimos subdolè contingere nihil timet, inconsultissima ideò dico, quòd sui immemor ipse sibi in eod. de Rep. volum. (en Antegavensis nostri JCti constantiam!) *l. 4. c. 1. n. 377 lit. C. p. m. 599.* turpissimè contradicens apertè satis priora sua hisce explodit: ex quô (*videlic. in antecedentibus quadam summa summæ Augusti majestatis jura enarrat*), perspicitur, *inquit*, Augustum verbô quidem Tribunum pleb. ac Principem appellatum, reipsa Regem fuisse. *Et l. 1. c. 4. n. 24.* Constantini M. (à quô Aquila Ro. biceps facta fertur, cum Imperium in Orientale & Occidentale discinderet, *vi. Dan. Otto. JC ap. Arum. Discur. Academ. vol. 5. Discur. 2. c. 4. p. m. 59. ex Euseb. de vi. Const. M. c. 51, Petr. Greg 6. de Rep. c. 13. n. 18. 19. l. 25. c. 1 n. 7. Freher. not. ad Andlo libr. 2. c. 5. & 14. & aliis*) imperium Principatum vocat, cùm ipse tamen circa hujus Imperatoris tempora Regium Ro. Reip. statum adstruat. *Huc illa pertinet quæstio*, an Senatus autoritas, quæ plusquàm mediocris sub Principibus quoque (quemadmodum ex historicis aliisve scriptorib. excerpo, *Dio. l. 55., Svet. in Tiber. per t. Christoph. Besold. in Discur. Pol. de Monar. gener., ubi hunc in fin. citat Pison. Soacium tr. de comparat. Rom. & Venet. Magistr. sub n. 18. &c., Paulum Bus. in l. 2. de Rep. c. 7. & 8., & Joach. Clut. in Paradox. th. 15. tom 2. Disp. Basil.*) fuit, ex Majestate Imperatorum Monarchicâ decerpserit? Equidem solida ejusdem quæstionis enodatio plus otii & loci, quàm à nostrô fortè instituto impetrare poterit, requirere videtur. Ne tamen intactum aliquid eorum, quæ facilè circa hoc thema nostrum agitari possent, ignavi relinquamus, huic etiam negotio, quanquam duas saltem lineolas ducendo minùs dederimus Senatum Ro. sub Cæsarib. etiam egregiis splenduisse juribus nunquam non nos

con-

concedimus, tanta verò ea fuisse, quæ Imperatoriam Majestatem infringere potuissent, id est, ad quod nos ubique tenuimus. Quicquid enim Senatui licuit per Augustum, Tiberium, Claudium, & alios, aut singulari quâdam & callidâ eorundem indulgentiâ, aut Reip. ritè gerendæ necessitate, interdum etiam desidiâ, quod jam antea monuimus, factum est. Nescit namque regnare, qui dissimulare nescit. *vi. 1. Sam. 10. v. 27.*, Augustus concessit, Senatum per se interdum judicare, ac responsa Regum quorundam ac populorum Legatis dare, *Xiphil. in August.* Tiberius Consiliariis atque Senatoribus potestatem fecit quandoque sibi contradicendi. *Dio l. 55.*, imò verò prope ipsum humanitatis modum in singulis devenerandis ille Imp. excessit. *Svet. in vi. Tiber. c. 29. 30. 31. & passim.* Sub Nerone multa solô Senatûs arbitriô constituta sunt, *Tacit. l. 13. Annal.* Sed quid illæ Imperatorum indulgentiæ, quæso, ac speciosæ laudes, quàm meræ simulationes ac dissimulationes, aliud fuere? Nimirum intellexerunt callidissimi, per Senatorum factiones Romanum pop., ut pristinum Reip. statum novô Monarchâ vi pulsô repeterent, faciliùs commoveri posse. Plus potuisse Imperatores ex propriâ majestate, quàm quidem Romanorum Senatum, vel exinde nobis nequit esse obscurum, quòd non rarò hic ab illis minimi æstimatus ac jugiter delusus est. Equidem Caligula lautiore convivio aliquando effusus subitò in cachinnos (*Svet. loquitur in Cal. c. 32.*) COSS., qui juxtà cubabant, quidnam rideret, blandè quærentibus; quid, *inquit*, nisi unicô meò nutu jugulari utrumque vestrum posse? Idem COSS. aliquando oblitis suô de natali edicere omnino abrogavit Magistratum. *Svet. l. c. c. 26.* Quam miserè levi de causa Senatorem quendam ille ipse in Curiam ingressum discerpi ac dilacerari jusserit, *videtur in Svet. d. l. c. 28.* Tiberius Cæsar, ut aliàs Ro. libertatis haut deses patronûs fuerit, multa tamen publicè, quæ sibi displicuerunt, contra Senatorum Decretum in eorundem consessu penitus correxit. Optimè M. Antoninus Cæsar: Magistratûs de privatis (*puta, ordinariè, nisi fortè vim publica decidendi Princeps ipsis concedat*), Princeps de Magistratibus, Deus autem de Principe decernit. *vi. Lampad. de Rep. R. Ger. par. 1. n. 41.* Plura hîc addere supersedeo. Præcipuè, cum quilibet, qui novit, quòd voluntarius actus necessariò vix unquam in legem coalescat, (nisi fortè jussus ejus, qui major. necessitatem inducat facientis arbitrio) nihil quicquam derogatum fuisse Imperato-

riæ Majestati per quorundam Cæs. solertiam, imo sæpè etiam socordiam, in quibusdam, & singulare quoddam ex Senatu aliquibus indulgere, facilè capiat. Quod diximus, necessitatem quoque expostulasse, ut quædam jurisdictionis jura suis Senatoribus Impp. committerent, verissimum est. Quomodo enim Princeps Ro. illis carere potuit, quorum consiliis & auxiliis universa Reipub. regi si benè debuerunt, necesse fuit? Enim verò ubi desunt matura consilia, corruit populus. *vi. hominum sapientissimum in Prover. c. 1.5., c.10.,8.,c.11.,14., cap. 15., 22., & c. 29., 28. Eccles. c. 4., 9., Siracid. c.9. & c. 37., 1. Chron. c. 12. & 2. Chron. c. 15., 3. 4.* Periculosissimum est, quod si solus sibi confidat is, qui errare ac decipi potest, cum suâ scientiâ nemo omnia possit complecti. *vi. Tac. Annal. l. 3. confer. Gvvevar. Horolog. Princ. c. 58.* Pauca quidem unus videre vel audire potest. *Altus. Pol. c. 22. confer. Lips. l. 3. c. 2. Pol., Antimach. l. 1. theor. 1.* Hinc, quàm sapiens, superbus magis ac stolidus putatur Princeps, qui de suâ sententiâ singula gerere inconsultò gaudet. *vi. Liv. l. 44. confer Hippol. à Collib. c. 9. de Princ. & Consiliar., atque Petr. Gregor. de Rep. l. 24. c. 1. & seqq.* Jure igitur res Imperii cum Senatu suô Romanorum Imperatores communicare semper voluerunt, imò debuerunt. Propterea nequaquam sceptra eorundem diminuta sed multis nominibus potiùs sunt audacta. Ut ne verò discursus noster in tot tædiosas paginas excrescat, ilico nos ea, quæ finem huic capiti impositura sunt accersemus. Et videtur præprimis adhuc subnectendum id tempus, id quod usque Rom. Monarchiæ sarta tectave jura permansere singula, sive, quô ferè primùm suis absolutè prorsùs imperare desierint Cæsares. Præmonemus hîc, nos posthæc nullâ certâ attentâ ætate, nullóve accuratô discrimine, Monarchas Rom. Imperii indistinctè appellitaturos fore *vi. omnino Dn. Arum. Discur. 14. vol. 1.* & Principes, (unde id cognominis *vi. Arnis. de Rep. l. 2. c. 6. sect. 4. n. 4.*) & Imperatores (de quo præ nomine *vi. Suet. in Cæs. c. 76., Diol. 53. Appia. de B. C. l. 2., Tac. Annal. l. 3., Cæs. B. C. l. 2. Cic. Philipp. ult., & Jul. Polluc. l. 7. de gest. Cæs.*) & Augustos (ab auguriis sic dictos, *vi. Dn. Ungeb. Exerc. Just. 1. q. 4.*, vel respectu administrationis si mavis ab augendo. *vi. Hegesipp. l. 5. excid. Hieros. c. 15.* Hinc illud Germ. zu allen Zeiten Mehrer des Reichs. *vi Gloss. in rubr. d. N. C. F., & in proœ. I. vo. Augustus., Claud. David. in velit. Leg. in pr. n. 8. atque Everhard. JC. Top. loc. ab Etymolog. n. 9.*) & Cæsares (à Jul. Cæsare per

prin.

prin. Nov. de COSS. Cappadociæ. 30. spretis istis, quæ Vives coacervavit *in addit. ad vi. Cæs. Svet. sub t. Cæsarum familia*) quanquam aliqua interdum inter Cæsarem ac Imperatorem intercedat differentia; quando nempe ex successoribus Imperii id nomen attribuitur, quemadmodum *in l. nemo. 5. & l. & si 7. C. de Malef. & Mathem. vi. Rosin. l. 7. A. R. c. 13.* Hi Germanis sunt die Römischen Könige / Gallis Delphini, & Hispanis Infantes. *Gotofr. ad d. l.* Et quidem Dn. Arnisco *l. 2. de Rep. c. 6. sect. 5. n. 9.* ad id tempus reducenda videtur purè Monarchicæ gubernationis in Imperio Ro. prima imminutio, quô ipsô Electorum hodiernorum tanta invaluerit autoritas: verùm apertè satis historiæ, in quas mox intuituri sumus, refragantur. Commodè vix deducemus, quod debemus, nisi primò locô intentiùs in veram Electorum originem inquisiverimus (*quam certâ de causâ datâ h. l. occasione contra pollicitam brevitatem prolixius persequemur*), eâque inventâ postmodum, ante ipsos jam natos dudum Rom. sceptra limitata quodammodo ac restricta fuisse, probaverimus. Electorum voce indicamus Septemvirorum illum Germaniæ Senatum (*hodie Octoviros esse, non ignoramus. Quoniam verò tum temporis numerus iste ignotus, & verò nobis de priorib. seculis sermo, non de præsenti, meritò Octoviratûs mentio hîc nulla est*) à quô Imperatorum quilibet hodie eligitur. De ipsorum natali varii variè. Quid igitur certi nos statuamus, vix à tot dissentientium JCtorum & Politicorum multifariis opinionibus, vix à tantô discordantium Historicorum cœtu satis edoceri possumus. Deliô natatore opus est. Sanè res multum intricata, ac conjecturarum nebulis densissimè obvoluta. Etenim rerum à sese gestarum veteres Germani exigua, & prope nulla monumenta reliquere, licèt aliæ gentes vel levia sua plenis buccis atque copiosô benè stylô prædicarint. *Fox. in Dial. de Hist. Instit. Bod. in Method. hist. cap. 4.* Eò autem exactiùs nos incunabula Archiprincipum Electorum quæsituri videbimur, quò laboriosiùs & pertinaciùs antiquissimis historicorum scriptis, ac minùs hoc aut antecedenti seculô editis, adhæserimus. Qui ad Ottonem Tertium Septemvirorum nostrorum natales referre satagunt, suam suis rationibus opinionem neutiquam nobis persvadebunt. Etiamsi istius sententiæ adeò magnum esse præjudicium, & tot testibus omni, uti videatur, exceptione majoribus munitum, ut haut malè facere credantur, qui eandem constanter sequi non

 dubi-

dubitent, Nobiliss. Dn. Heigius *par. 1. quæst. Illustr. 3. n. 13.* multis adhortetur. Pro eâdem corroborandâ l. c. in testimonium vocat *Vincent. in spec., Albert. Abb. Stad. in Chron., gloss. Hostiensis in c. Venerabilem. de Elect., Tritem. in Chron. 244., Leopold. Babenberg. de jure regni & Imp. c. 2. 6. 12., Rudolph. de Columna de translat. Imp. §. penult., Alberic. de Rosate in Lex. in verb. Electores., Marsil. Patavin. de translat. Imp. c. 11., Antonin. Flor. Hist. p. 2. t. 16. c. 4., Platinam in vi. Gregor. V., Naucler. Gener. 34. Blond. Decad. 2. 3., Albert. Crantz. Saxon. l. 4. c. 25., l. 9. c. 29. Metrop. l. 3. c. 46, Svecia l. 5. c. 10., Vandal. l. 3. c. 15., Francisc. Irenic. Germanic. exeg. l. 3. c. 29. 33. 34., Munst. in Cosmogr., Molin. ad Consvetud. Paris. t. 1. §. 1. n. 31. & seq. in edit. primâ A. 38. editâ, Sleid. de 4. Mon. l. 3., Henric. Muti. de Orig. Germ. l. 14., P. Albin. de famil. Vitikind. fol. 120. & seq. ubi Volatera. Spalet. & Fabricium allegat, & pag. 144. & seq. & Chron. Misn. par. 1. c. 16., Flac. de transl. Imp. c. 5., Simon. Schard. de Orig Elect. c. 1., Crus. de Epoch. regnorum c. penult.* Illis autem subscribunt præter *Herm. Kirchn. de Rep. Disp. 4. n. 2. in Appen.*, præterque illos, quos enumerant *Dn. Reinh.* König *in Theatr. Pol. tripar. par. 1. c. 34. n. 2.*, Arnis. *l. c. n. 9.*, & Crug in Colleg. Pol. *Disp. 4 th. 127.*, Cuspinianus *in Ott. III. Cluv. in epit. H. U. sub Ott. III. p. m. 453. & seq., Wagn. Inst. H. l. 7. in vi. Ott.* III. *p. m. 552.*, aliive quàm plurimi, quos congregavit *Dan. Otto ap. Arum. Discursu. Acad. de* I. P. *Discur. 2. c. 10. p. m. 93. & seq.* Sed certè multitudo tanta nulla est, quæ solidâ ac decenti errorem veritate satis possit donare. Hinc singulorum commentatio de sanctione Ottonianâ opinabilis semper meritò visa est Tobiæ Paurm. *de jurisd. Imp. R. l. 2. c. 2.*, cùm solis illa conjecturis nitatur. Tot Rom. Imperatores longis post Ottonem III. temporibus dantur, ex quorum electione aliud prorsus probatur, quot vix integrum hoc paginæ hujus residuum spatium capit. Quod si solius autoritatis illorum Principum, qui Electorum hodie titulô gaudent, jam Ottonis III. ætate electionis jus fuit, cur, quæso, A. C. 1001. mortuo sine herede Ottone III. Henricus, patre Hezelone, natione Noricus, ejusdemque gentis Dux ab omnibus regni Proceribus est electus? *Otto Frising. l. 6. Chron. c. 27.* Cur Conradus II. defuncto sine filiis Henrico, consilio antecessoris sui ab omnibus unà Imperii Ordinibus Imperator salutatus? *Id l. c. c. 28.* Cur pro electione Henrici IV. Moguntiæ quinquaginta & duo Imperii Ro. Principes, tum Ecclesiastici, tum Laici congregati sunt? *Abb. Ursp. in Chron. A. 1106.* Cur comitiis

tiis publ. ex Universi Transalpini Regni Principibus & quibusdam Italiæ Baronibus præsentibus Fridericus Barborossa, ut de multis antecessoribus nihil dicamus, ad Cæsareum tribunal evectus fuit, quod factum est *juxta Cuspin.* sexagesimo supra centesimum anno post Ottonis III. obitum? *vi Ottonem Fris., qui comitiis istis ipse (Dn.* König *l. c.) interfuit, l. 2. c. 25. de gest Frid.* Præterea Historicorum, qui conventus Imperiales & comitia particularia Imp. vel Regis Rom. eligendi gratia instituta describunt, & Italorum & Germanorum vix ullius vocis Electorum, nedum ordinarii hujusmodi officii mentionem fecerunt; quemadmodum observat post Dn. Petr. Heig. l. c. Reinh- König *l. c. n. 4.* Sequitur ergò nihil eorum, qui dictæ opinionis patroni sunt, ad Lydium historiarum lapidem excussum esse, cùm, id quod Arnis. *l. c. n. 3.* annotat, nemo ferè istorum ante Rudolphum Habsburgensem vixerit. Ipse Dom. Heigius, acerrimus alias communis illius opinionis propugnator, ubi ad historicam probationem devenit *l. c. n. 29.*, haut perfunctorie hæret, quod omnes à se pro sua defensione citati autores non sint αὐτόπται. Mirum itaque est, cur tantos viros & tot tanta assen tiendi in re incertâ libido tantopere occupaverit. Nobis autem hactenus expositam sententiam inficiantibus de eorum, qui Carolum M. Septemvirorum hoc Collegium constituisse autumant, quid videatur, faciliùs quilibet ipse, cùm Carolus centesimo & octagesimo, *secundum communem supputationem*, ante Ottonem III. anno regnare desierit, cogitare poterit. Sunt *Jordan. in Chron. t. qui Principes, Chron. Scabinor. Madeb. in hanc op. citatum à Cyriaco Spangenb. in Chron. Sax. c. 86. & 116., & Erpol. Lindenb. in vi. Caroli M. p. 218. citante Heig. l. c. n. 10. confer Crus. in Annal. Svev. par. 2. l. 5. c. 7. ac Dresser. de translat. Imp. contra Bellarm.* Eod. modo respondebimus monumentis Aquiliensis Ecclesiæ, quæ habet Dn. Carp. *de L. R. G. c. 10. sect. 5. n. 12.* Marsilio de Menandrino Paduan. *de translat. Imp. c. 11.*, Matth. Palmer. *in Chron. A. 1004*, Donat Bossio *in Chronol. A. 1004. &* Nicolao Cusano Card. *de Concord. Cathol. l. 3. c. 4.*, Henrico II. Imp. & Sylvestro II. Pontifici Electorum institutionem adscribentibus. *eodem m.*, Theodor. de Niem, in N. eandem in Conradi II. tempora collocanti. Eod. M. Molinæo *in edit. poster. commentar. ad consuet. Paris. t. 1. n. 65. & seq.*, Electorum ortum ad Conradum II. & III. Imp. confusè referenti. Calvisio *in Chronol. Ann. 998. & Ann. 1208. in fin.*, Gerlacoque Buxdorff. *in Dissertat.*

tat. ad A. B., ex decretô quodam in Comitiis Francofurdanis eâ de re factô *ap. Melch. Goldast. tom. 3. Const. Imp. A. 1209. fol. 371.* (*NB. idem decretum, quod istos movit, ipsemet Dn. Goldast. impugnans l. 3. c. 5. n. 9. in Bohem. non Ottoni IV. esse, sed à Joan. Baptistâ Egnat. in vi. Otto. confictum, tradit*) Septemviralis Imperii Germ. Senatûs institutionem Ottoni IV. attribuentibus, eodem quoque, quô prioribus, modô nos respondebimus. Jam Pontificiorum etiam ambitioni obviam nobis eundum est. Multa usurparunt Rom. Pontifices, multa sibi indebitè arrogarunt. *Marc. Anton. de Dominis Archiep. Spalat. de Rep. Eccles. par. 3. l. 7. c. 5. n. 1. in pr.* Equidem Pontifex non vult videri Dominus Dominantium, sed servus servorum, quam humilitatem ipse ab initio (Gregorius I., qui Magnus aliàs, fertur primus fecisse. *vi Ad Buchol. in Ind. Chron. sub A. 590 Mauritio Imp.*) simulavit Papa, *vi. Bod. de Rep. l 1. c 9. 131.* sed quò non excrevit fastuosa istorum ambitio? *vi Joan. Sithm. in Nucl. J. C. l. ad pr. proœ. p. m. 39.* Christo est data omnis potestas in cœlo & in terra, hujus Vicarius, juxta sanequam impias ac blasphemas Bonifacii VIII. ineptias. *c. unam sanctam. Extra. com. de major. & obed.*, *quas Staplet. in explic. c. 6. Luc., citante Crugero, recoquit*, Papa est, Papa. *secundum c. inter corporalia. c. quanto X. de Translat Episco. c. ad Apostolic. §. nos itaque de sentent. & re judic in VI.*, omnia facit, uti Deus. Utrumque gladium eundem tenere, omnes judicare à nemine judicatum iri, *docet c. donare sanctam. X. de Major. & obed.* Infra Papam longe Imperator est. Lunæ hic, soli ille comparatur. *c. sollicitam. d. t.* Mirari ergò nequis, quid ità minùs erubuerint Ro. Sacrificuli Electorum nostrorum institutionem ad antecessores suos (ceu produnt ipsorum Gnathones) arrogantius deducere. Quanquam benè satis temerariè. Alii enim, *inquit M. A. de Dom. l. c. par. 2. l. 6. c. 11. num. 30. in med. pag. m. 831., lit. D.*, Gregorium V. alii Gregorium X., alii Innocentium IV. autorem faciunt. Gregorium V. autor libri de Regim. Princ. *l. 3. c. 19., & Augustin. Triumph sum. de potest. Eccles. q. 35. ar. 2.* Gregorium X. *Aventin. lib. 5. Annal. Bojo. & Onuph. lib. de Comit. Imp. cap. 6.* Innocentium *Baron. tom. 10. ad A. 996. num. 56.* Loquuntur autem indistinctè pro eâ, quæ Pontificem Septemvirorum autoritatis parentem facit, sententia præprimis, quos Arnis. *l. c. num. 12.* recenset: *Hostiens. in c. Venerab. de Elect., Joh. Andr. in c. ad Apostolicæ de sentent & re judic. in VI., & in d. c. Venerab., ubi Card. Flor. §. 1. col. 3. in VI. q. num. 7., Lancellot.*

in

in templ. judic., Hieron. Balb. de Coron. Imp., Platin. in Greg. V., Anonym. Chron. antiq. Norinb. excus, Alciat. de singul. certam. cap. 32., Volater. l. 22. Antropol., Ludo. Molin. tr. 2. de just. Disp. 24., & qui præter eos referuntur à Bellarm. lib. 3. de Transl. Im. & Meibom. in not. ad lib. 3. Monar. Sleid. Equidem audacissimis figmentis idem, quod Schard, *l. c. c. 1.*, eorum opinioni, qui à Carolo M. prognatos perhibent Electores, obvertere possem; nullâ nempe indigere refutatione; attamen ut planè insalutatum aliquid ad nostrum discursum pertinens nos ne dimittamus, potissima saltem, quibus rejici possunt Papicolæ, dicemus. Primô igitur locô asserimus, per ea, quæ suprà modò protulimus, ne hilum quidem veritatis somnia istorum blateronum secum ferre posse. Ubi res testimoniis confirmanda, ibi vix ulla præter domestica quædam falsissima (quæ dudum Arnis. *c. sect.* redarguit post. Illyric. *in lib. de transl. Imp.*, qui admodum acerbè à Bellarmino *d. l. c. 4.* exceptus exagitatur) misere exhibere (exstant egregia scil. ista *in cap. 3. Bellarmin. de transl. Imp. lib. 3.*, & sunt imprimis concilium Viennense *in c. Rom. de jurejur. inter Clement.*, &c. Venerab. *§. verum de Elect.*) satagunt. Juvat certè risui paumper hic loci indulgere. Stupendæ ille eruditionis Vir Bellarminus, qui ob immensam scriptorum ferè omnium exactam cognitionem miraculum suis semper, dum superstes esset, videbatur, in re suâ idoneum testem nullum intelligi, *ff. de test. l. nullus 10., & l. omnibus. 10. C. eod. vi. Joan. Oldendor. in Enchir. Except. contra testes & testimon. 22. pag. m. 154.*, turpissimè ingnorare potuit. Commentiri Bellarminum ac asseclas, ex eô insuper liquet, quòd Gratianus institutiones ac statuta Pontificium conscribens ne verbulô quidem Electorum tetigerit constitutionem, uti incomparabilis Dn. Herm. Conring. monet *in Dissertat. quad. de Septemviris habita Helmstadii A. b. s. 4410. th. 24.* cùm tamen aliàs devoti juratique isti Roman. sedis adulatores vel minima quæque amplissimis extollere assoleant. Porrò & Antonium Florentinum, & Martinum Polonum, & alios Ecclesiasticæ factionis plurimos Gregorianam illam sanctionem pede maximè siccô præteriis se, observavit Dn. Arnis. *l. c. num. 22.* Prostat hodieque in Basilica Divi Petri elogium sepulcrale Gregorii V., in quô omnia præclarè ac ipsô gesta enumerantur; hujus tamen constitutionis prorsus nulla fit mentio. Probabile autem haut est, rem tanti

tanti momenti in hoc monumento desiderari posse. *vi. Dn. Herm. Conring. l. c. in fin.* Quisquis propterea Pontificiorum auritos ac oculatos testes legitimos nuncupaverit alios, ille demum magnus mihi erit Apollo. Interim verò credimus, opinionem Papicolarum istam tam diu esse ineptam, quam diu in domesticis ac illegitimis fundatur testimoniis. Plura & prolixiora, adque Hieromonarchicorum somnium omnimodè tollendum pene necessaria alia qui discupit, evolvat l. modò c. dicti Archiepiscopi Spalatensis. Insigniter & illos fallere fallique, à quibus parùm secedere videntur Michael Beuther. JC. *animadv. Hist. c. 13. & ibi* filius ejusdem, qui Septemvirorum ordinis autorem Carolum IV. ajunt, mea sequentia dilucidè patefacient. Superest nunc, ut hac de re, quid in ipsis historiarum argumentis obtinere videatur, apponamus Statuimus itaque, à morte Friderici II. demum ad solos istos, qui Electores hodie ob officium audiunt, electionis jus tacitô quôdam reliquorum Principum consensu ac Imperii Procerum rediisse. *vi. Arnis. l. c. passim.* Schönborn. *l. 5. Pol. c. 32., Reinhard.* Königen. *l. c. Dn. Conring. l. c. th. 31., Rupert. ad c. 18. Synops. min. H. U. Besold. in Otto.* III., & Becker *in Synops.* I. *P. l. 1. c. 3. in princ.* Sanè verò unum certum ex Imperatoribus post Fridericum II. vocare, sub quô ad præsentem hunc numerum septenarium antiquus eligentium Principum ac Optimatum Imperii incertus sit redactus, vix ego possum. Sufficit mihi evicisse, dictum numerum Fridericum II. ante (quòd idem ipse & à compluribus fuit electus) modernæ potestatis solùm nunquam fuisse Philipp. etiam *in Otton. III.* testatur, huncce numerum post Fridericum II. demum in historiis rectè exprimi, crebroque repeti, familiasque suffragantium certas indicari, quanquam tamen ipse non habeat, quod certò affirmet. Peucerus quoque *in Complem. Chron. Car. l. 5. circa init.* scribit; quòd, Senatûs Septemvirorum autoritatem atque potentiam à Fridericô II. invaluisse, ex historiarum annotatis haut obscurum sit, etsi certò non constet, quibus vel initis vel autoribus cæperit. Quod si quid tamen nos conjecturis consequ possumus (*certi aliquid ferre planè nolumus,*) videtur id factum fuisse in prolixô istô post demortuum Fridericum II. Imp. interregnô. Siquidem per hæc temdora, *ait Panvin. l. c. c. 9.,* tam muneris Electorum, quàm etiam particularium eorundem actionum apud horum vel posteriorum temporum scriptores speciatim mentio haberi cœpit, singulorumque nomina

cum dignitatis appellatione recensentur. Imperatorum quoque deinceps habentur comitia omnia (*intellige non universalia, sed particularia, quibus Imp. vel Rex Rom. creatur, quæ dicuntur* Wahltage/)quæ tantum ab his Septemviris, quos Electores vocant, habita fuisse manifestè liquet, ceteris Germaniæ Principib. exclusis. *confer Jul. Pflugium Episcopum Naumburgensem (vixit Caroli V. tempore) lib. de Rep. Germaniæ, Peucer. l. 4. in Frid* I., *Leopold. Babenb. l. c.c. 6. 8.* 12., *Augustin. de Ancona, VVerner. Rolevvinck. in fascicul. tempor. ætat. 6., Albert. Staden f. in Hist. Germ., & Gevvold. de Electoratu c. 9. & passim.* Nimirum cùm Germaniæ post Fridericum II. status esset perturbatissimus, ac bellis intestinis omnino afflictus, *Caspar. Peuc. in d. complement. & Onuph. l. c.*, atque in longissimô interregnô, *juxta Casp in vi. Friderici II. pene 22. ann.*, nemo ferè Rempubl. curaret, ceteris Principibus tacentibus, & quibusdam ob negligentiam, quibusdam etiam ob imbecillitatem jura sua haut satis tuentibus, tandem ad hos Electores longâ usurpatione & consvetudine (quæ pro lege habetur, *l. 1. §. ult., l. 2. l. ult. de aq. & aq. plu. arc., l. 1. l. 2. l. 7. C. de servit. & aq., l. 20, de servit. præd. urb., l. 33. l. 34., l. 35. l. 36. ff. de LL., & §. sine scripto. 9. l. de l. N. G. & C. vi. Duar. l. 2. Disp. c. 32.,* quin imò quæ legem abrogare potest, *l. 32. d. t. ff. vi. Connan. de ju. civ. l. 1. c. 10. Gell. N. A. l. 11. c. 18, l. 12. c. 13.* ostendit Dn. Georg. Frantzk. *Exerc. 1. q. 9.*) pervenisse eligendi jus credibile est. *vi Mutii verba l. 21. rerum Germ. ap. Dn. Besold. in Synops. l. P. Par. 1. c. ult. p. m. 121. & 122.* Namque per certam aliquam singularem constitutionem tantam illos nactos esse in imperio autoritatem, in ullô præteritarum rerum probato scriptore reperire possumus. Neque verosimile est, Germaniæ ac Italiæ Principes, qui omnes antea unà Imp. elegerunt, electionis jus expressâ aliquâ constitutione eripi sibi permissuros fuisse *Dn. Carpz. l. c. c. 10. sect. 5. n. 21., Paurm. l. c., Joan. Limn. de ju. publ. l. 3. c. 1.* Resistit iis super A. B., ut quæ sæpissime longævi usus meminit. *Ità in t. 1. pr. in verb. juxta antiquam & laudabilem consuetudinem, in t. 2. §. ult. in verb & quia de antiqua & laudabili consuetudine, in t. 4. §. ceterum, in verb. sicut potestatem habuisse dignoscitur ab antiquo., & § primo, in verb. sicut invenimus hactenus competiisse. confer Petr. Fritz. de Nobilit. conclus. 118. lit. D* Objiciis nobis *ex Petr. Heig. l. 6. num. 55.*, jam Albertum Abb. Stad., Jacob. de Ardizone *in sum. feudal. t. de success. feud. q. 30., & Hostiensem in c. Venerabilem.*, qui singuli circa Friderici II. ætatem floruerunt,

runt, omnium ſeptem Electorum, qui hodie ſunt nomina apertiſſimè exprimere? Nos non feris. Etenim ipſi nos jam ante Fridericum II. non mediocri præ reliquis Germaniæ Principibus autoritate Septemviros polluiſſe, neutiquam contradicimus *vi. Eckon. de Repchan. in ſpec. Sax. lib. 3. art. 57. §. ult. Albert. in Chron. An. 1240., Admandum Secretarium in Comment. de prim. act. Frid. I. in Imper. pactis ap. Gevvold. l. c. c. 6. n. 69. & c. 7. n. 20., Lehman. in Chron. Spir. l. 5. c. 74., & Baron. Annal. Ecclеſ. tom. 10. A. 996. n. 56.* Neque hîc in quæſtionem trahitur, num Electores, qui hodie ſunt, præ ceteris Principibus in eligendo etiam jam ante Fridericum II. prævaluerint (*Hoc enim ſatis apparet ex ritu prætaxationis, cujus l. c. Albert. meminit; quid ſit prætaxate poſt Haiminſeld, in Replic. pro Imp. c. 38 ex ſpecul. Sax. l. c., ex* Weichbild *art. 13. & 14., & ex jur. feud. Sax. c. 4. Dn. Arniſ. l. c. n. 58. explicat*)? Sed illud agitur, an ſoli hi ſeptem ſuâ autoritate Rom. Imperatorem ante Fridericum II. ſine reliquorum Principum omnium præſentiâ, conſiliô, ac conſenſu unquam creaverint? Et hoc eſt, quod nos inficiamur. *vi. Dn. Carpz. l. c. n. 25. & Limn de I. P. l 3. c. 1. n. 17.* Sed ut viam, unde ſtudiò digreſſi ſumus, relegamus, inveſtigatâ jam Septemvirorum verâ origine, quærimus, anne eodem, quô iſti nati, tempore minui cæperit primùm ſumma & Monarchica Imperatoris majeſtas? Id quod adhuc ſemel contra Arniſeum & alios conſtanter rejicimus. Exemplis res clara fiet. Quod ſi enim diu multum antè, quàm certi in Imperio Electores conſtituti, (*quia à Cunrado I. per longiſſima temporis intervalla omnibus Germaniæ Principibus jus electionis competiviſſe vulgatiſſimum*), jura Imperatoris quodammodo decreviſſe, id quod jam ſuperioribus paginis promiſimus, evicerimus, quin nobis bona fides à quôque concedena fuerit, dubitare non poſſumns. Id, ſiſtendo illum Imp., qui primus imperii Ordinibus, quibus Papam quoque, utpote qui æquè ac ſeculares Principes & Eccleſiaſtici omnes, Cæſaribus omnimodè olim erat ſubditus, ex debito (non ſuâ ſponte, quomodo quondam aliquoties accidit in abſolutiſſimô etiam Rom. Principe) ſeſe ſubmiſiſſe legitur, & fideliùs annotandò illud tempus, quò primùm Germanorum Comitia majorem autoritatem nacta ſunt, præſtare poterimus. Imperatorum Rom. quemlibet ſummâ ac nullis limitibus aut certis conditionibus circumſcripta poteſtate. (Nec enim eorum promiſſio, ſi quam facerent, quam ſeſe id geſturos fore, quod honeſtati & commodo publ.

con-

conveniens foret, aliò respiciebat, *Carpzov. l. c. cap. 1. sect. 8. num. 32.*) per L. Regiæ tenorem præditum fuisse, suprà jam monstravimus. Anne ad Imperatores Rom. Germanos etiam integrum pervenit ac illimitatum privilegium Augustum, aut, si mavis, Principes nostri inde à Carolo M. summâ in Germaniâ nostrâ potestate polluêre? Resp, si quæstio est de omnibus, renuendô, sin verò de prioribus, annuendo. Videlicet translatô per Carolum M. (*Daniel Otto JC. ap. Arum. Discurs. Acad. de J. P. vol. 5. Discur. 2. cap. 5., & Joan. VVurmser. Exercit. Academ. J. P. 1. quæst. 11. Hinc dicitur à nostris,* ihr Vorfahrer am Reiche. Reformation Käiser Friederichs des Dritten de Anno 1442. t. Von dem Heilig Gericht. R. A. zu Augspurg de Anno 1530. §. dieweil auch die Bildnüss/ contra Bodin. *c. 7. Method. Hist.. Petr. Gregor. Tholos. de Rep. c. 15. & Carol. Degrassalium Carcassonens, l. 1. Regal. Franc. pag. 6. Adversus Papicolarum insaniam fortissimè post M. A. de Dominis l. c. ab init. usque ad n. 30. exclus. & alios pugnat d. Dn. VVurmser. l. c. q. 12. quem intuere sis*) ad Germanos imperiô, sceptra in Caroli M. stirpe hereditaria planè fuere. *Reinking. de R. S. & E. l. 1 class 3 c. 2. n. 19.* Quippe Carolus eadem, quæ ipse gessit, extremo vitæ tempore evocato ad se filio Ludovico Aquitaniæ Regi cum impositione diadematis detulit, *Eginhard. in vi. Carol. M.*; eôdemque jure, h. e, hereditariô, Ludovicus I. successori suo, & sic porrò, usque ad Ludov. IV. Atqui Caroli M. sceptrum omnimode liberum ac Monarchicum fuisse in aprico, E. & tam diu illius successorum procul omni dubiô, quàm diu in Carolinô stemmate permansit hereditarium. Heredem enim ejusdem potestatis jurisque esse, cujus fuit defunctus, constat. *l. 59. de R. I. fac. l. 62., l. 128. & l. 177. eod., l. 37. ff. de acqu. l. amitt. her., l. 1. §. 1. ff. de bon. poss., l. 24. ff. de V. S., l. 6. ff. de except., l. 11. de diver. & temp. ff* Stirpe Caroli M. masculâ in Ludovico IV. exstinctâ ad commendationem Ottonis Saxonis, qui coronam oblatam majorem annorum gravitatem causatus recusavit, à Proceribus Germaniæ Imperator designatus est Francorum Dux Cunradus. *L. Luipr. l. 1. c. 7. vi Rupert. l. c. in vi. Cunradi l. ex Otto. Fris. l. 6. c. 5. & 15., Siffrid. in Chron., VVitichind. l. 1. c., Ditmar. l. 1. & Brunner. l. 7 p. 373 ubi plures allegantur.* Sub hoc primùm afflictam fuisse Imperatoriæ majestatis integritatem, ortu nempe capitulationis Cæsareæ, prolixè (*quanquam prorsus non explicitè*) scribit *Dn. Carpz. l. c. c. 1. sect. 8. passim.* Sed verosimile vix est. Conjecturæ enim, quibus ille nititur, tam firmæ

nequaquam sunt, quæ, quod tradit omnino immobile reddant. Et si vel maximè concederemus, quod tamen nondum satis probatum (cùm quidam, quos ipse habet Carpzov. l. c. sub Henrico IV., quidam in interregnô post Fridericum II., qui mihi, si modo ante Carolum V. Capitulatio in usu fuit, veritati quàm proximi videntur, illam cæpisse, *vi. Besold. Synops. l. c.*, autument. Alii aliter,) initia sua capitulationem Cæsaream sub Cunrado I. sumpsisse, non tamen statim consequeretur, quod simul quoque nata fuisset Imperatoris Rom. jurium majestaticorum aperta imminutio. *vi. Arum. Discur. Acad. vol. 1. Discur. 30. c. 3. th. 21.* Non enim qualibet Capitulatio seu lex fundamentalis Principem certis conditionibus ligat ità, ut apertè ejus officiat majestati absolutæ. Dantur etiam, quæ nihil præterea, quæ divinis ac naturæ legibus imperantur, à jurante expustulant, quæ certè minimè propterea Principem certis subditorum legibus alligant. *vi. Bod. de Rep. l. 1. c. 8 num. 83.* Ità cum olim Francorum Rex juraret; juro ego per Deum omnipotentem, ac promitto, me justè regnaturum, judicium, æquitatem, ac misericordiam facturum; nihil quicquam dicebat, quod vel minimum Monarchicæ majestati detraheret. *vi. Bod. l. 1. de Rep. c. 8. n. 88.* Tam diu absolutus, uti vulgus loquitur Politicorum, Princeps est, quàm diu potestatem ejusdem speciales & strictæ quædam ab eligentibus positæ conditiones (*quæ quàm ipsa divina ac naturales leges, haut minùs Principem obligant, juxta Dd. comm. vi, Georg. Frantzk. Exerc. 1. q. 8. n. 15., Gotofr. Fibig. l. c. q. 8. confer Hotom. Illustr. quæst. 1. p. m. 10. & 11 ubi pactionem Hungariæ Regis inaugurandi ex c. intellecto. 33. Extra. de jurejur. exhibet*) minimè definiunt. Quomodo verò Dn. Carpzovius hujusmodi pactiones certas atque conditiones Cunradi I, imperium temperasse satis nobis comprobare poterit? Probabile est, *inquit*, quia Regnum hereditarium in electitium transmutatum est tum temporis. At enim, quia nullis ante hunc Imp. Germani sævioribus Tyrannis vexati, & præterea absolutis mandatis jam inde à Carolo M. benè assveti, Cunradum præter generalia illa, se legitimè ac justè imperitaturum fore &c. nihil quicquam specialis juratò promisisse, *etiam si Cunradum non sine solenni præmissi juramenti præstatione imperiale solium conscendisse credamus*, eôdem modô probabile videtur. Incerta igitur omnia. Sed quid tam multa? Consulamus probatos ac fide dignos historicos, attendamusque potiùs, anne

forte

fortè aliqua imminutæ absolutæ majestatis signa appareant. Et certè, si altissimè etiam attenderis, tantum tamen, quantum ad debilitanda jura Imp. Cunradi majestatica sufficere possit, vix ullum peries. Concludo propterea: quicunque Imp. jura, quæ illimatæ potestatis Principes olim usurpavere, exercuit omnia, ille nequaquam jurisdictionem in Ro. Imperii subditos accepit certis conditionibus adstrictam. Atqui Cunradus I., quantum ex historiis haurire licet, (*quod Dn. Carpz. objicit, cum Ottone Saxone res Imperii Cunradum communicavisse, non obstat*) tale potuit. E. Et si diligentiùs evolvamus præteritorum observatores, cognoscimus adeò, multos etiam successorum adhuc Cunradi I. liberrimè gubernasse. Ideoque neque de ipsis, certis ad eos cum conditionibus summam Reip. Ro. rediisse; nobis asserendum venit. Quod idem vel ipse Joan. Bod. *l. 2. c. 6. num. 223. de Rep.*, perpetuus aliàs, quanquam omnino ficulneus osor Teutonici diadematis, effugere mavoluit. Hic enim ex eventu nos judicemus, necesse est, cùm, nullas prorsus, quibus majores nostri illorum temporis Cæsaris manûs ligaverint, leges fundamentales exstare, certissimum sit. Possemus hoc loco singula summæ Cæsarum majestatis axiomata perstringere, atque, quomodo non unus solùm Imperatorum post Cunradum I. omnibus usus, monstrare. Verum enim verò non paginam, sed librum, non diem, sed mensem, ea expostulare videtur tractatio. Quoniam autem institutum nostrum capitis urget ultima, hâc de causâ mihi diffidendi, veterum annales ut relegat, mandans, residuum in pauca confero. Arbitror itaque atque statuo; imminutionem Cæsareæ majestatis circa Henrici IV. demum tempora primùm persensam, ex Imperatorum gestis planè colligi. Quamvis autem certum aliquem præcisè Imperatorem, sub quô idem contigerit, profiteri, res sit & multum periculosa, & plus obscura, & plurimùm ardua. Adeò quidem, ut propemodum juraverim cum arbitro illo apud Pomp. *l. Pomponius ait. 13 §. ult ff. de recept. arb.* & cum Gelliô *N. A. l. 14. c. 2. circa fin.*, id mihi omnimodè non liquere. Præsertim, cùm nullum nobis hactenus ducem tantâ in operâ videre liceat; id quod post Joan. Bod. d. l. multi mirantur. Ne tamen penitùs hìc turpiter obmutescamus, paucis saltem, quid veræ historiarum fidei propinquum hâc in re videatur, perquiremus Henricum ergò IV. (*quem quidam III., quia Auceps oblatam à Papâ consecrandi ceremoniam neglexisse fertur, vocitant*)

illum ipsum fuisse, in quô summum Imperatorum jus multum debilitatum, ex historiographis manifestum est. Quanquam adhuc gravissimè timidi nos hocce efferamus. Ob id quoque notanter adjicimus, *quantum veterum scripta indicant. vi Card. Benno. in vi. Greg. VII., Scot. l. 3. ætat. 6., Carol. Sigon. de Regn. Ital. l. 9., Otto. Frising. Chron. l. 6. c. 35., & omnes Chronolog. in vi. Henr. IV.* Monuimus suprà paululùm hôc in c. nobis tempora, quæ ad usque immensum illud summæ Ro. Principis jurisdictionis robur firmum perstiterit atque invictum indagantibus, præ omnibus eam advertendam esse ætatem, quâ primùm Cæsar Papæ ac Germaniæ Primatum judicio & censuræ obnoxius factus videatur, atque quâ primùm Germana comitia facta Cæsarum judiciali modô cognovisse dicantur. Duas itaque potiores causas, ex quibus pristinam absolutæ Imperatorum potestatis vim admodum fractam conjicimus, explanabimus. Primam constituimus Ro. Pontificem. Tumidissimum istud animalium animal atque prorsus insatiabile. Profectò non abs re erit. Imperium Romano Germanicum mirè turbatum, debilitatumque fuit *ait Christoph. Besold l. c.*, per controversias, quas Rom. Pontifices cum Imperatoribus Rom. Germanicis habuerunt. Imperii majestas, *verissimè at sapientissimè juxta Peucer. l. 4. Chron. ad vit. Henr. IV. sermocinatur*, & dignitas artibus Pontificum labefactata, peneque eversa concidit, quibus perfectum hoc est, ut non solùm Pontifices colla sua jugo Imperatorum subtraxerint, sed jura quoque eorundem, præcipuè Ecclesiastica, &c. ad se traxerint, & hos sibi subjectos crudelem in modum presserint atque exagitarint, ut Monarchia sit constituta, quæ complexa est totum orbem Christianum, denique ut tota Ecclesiæ, Imperii, ac Germaniæ facies sit mutata. Idem sentit Lampad. de Rep. Ro. Germ *par. 1. n. 21. p. m. 20. ubi inter alia & ea queritur:* superstitio Pontificum condidit Dominatum, qui postea sibi religionis curam soli asseruit: unde imminutæ Imperii Majestas ad præsentem faciem defecit; *& par. 2. idem n. 11. hæc loquitur:* præcipuè Pontifices ereptâ Cæsaribus sacrorum curâ, & Episcoporum creandorum potestate sibi vindicatâ, *non Imperatoris solum*, sed etiam Imperii majestatem attenuarunt. *Adde, quæ Joachim. Ursin. in specul. Jesuit. p. m. 6. in proœm.* Et certissimè non possum non admirari tristissimam in Imperiô nostrô rerum vicissitudinem. Quod nominibus olim Ro. Imperatore minor Papa fuerit, vel mediocriter in historiarum lectione versatum minùs præterire potest,

teſt. Etſi antea, *inquit Onuphr. Panvin. l. 4. de var. Ro. Pontific. creat.*, Romani Pontifices (*quanquam antiquitus non ſic. Etenim ſub Phocâ Imp. demum titulus univerſalis Epiſcopi Romano tributus: cùm ſcil. Bonifacius III. cum Epiſcopo Conſtantinopolitano Cyriaco, cui Phocas, quòd Mauritii ille filiabus faveret, infenſior erat, de Principatu certaviſſet, vi. Niceph. l. 8. H.E c. 44. confer Philip. Chron. l. 4. in Henr. IV. & Hiſt. Eccleſ. Gothanam non itâ pridem divulgatam l. 2. c. 3. ſect. 6. n. 1.*) tanquam religionis Chriſtianæ capita Chriſtique Vicarii, & Petri ſucceſſores colerentur, non tamen eorum autoritas ultrà protendebatur, quàm in fidei dogmatibus vel asſerendis, vel tuendis. Ceterùm Imperatoribus ſuberant &c. *confer Joan. Sleid. de 4. S. I. l. 2. p. m. 178.* Illud omnium apertiſſimè ex quorundam Impp. & Caroli M. anteceſſorum & ſucceſſorum factis memoria proditis elicere eſt & cognoſcere. Scilicet declarant illa, quàm perfectè & in Eccleſiaſticis ſ. ſacris, & in ſecularibus imperaverint quondam Cæſares. Equidem fertur Jul. I, Ro. Epiſcopus, quâdam ad Epiſcopos Orientales datâ epiſtolâ (*quam commentitiam eſſe judicat Commentitiam ad d. l. Sleid. Epiſtola hæc Julii, ſcribit, ſuppoſititia eſt, uti ex Socrate l. 2. c. 15. & Sozomenô l. 3. c. 8 ubi literarum ſumma indicatur, quæ cum argumentô fictitiæ hujus epiſtolæ non congruit, liquet.*) deſemetipsò ſtultè jactitaſſe, ſibi ſoli jus competere generales convocandi ſynodos. Contigit, *uti putatur*, hoc Joviani Imp. tempore. *vi. c. dudum à ſanctis 3. q. 6.* Sed certè non immeritò Sleidano l. c. mirum videtur, quâ fronte iſte iſtud ſcripſerit, aut alii laudent, cùm & ante Julium Conſtantinus M. Nicænum, *Euſeb. de vi. Conſt. M. l. 3. c. 6., Niceph. l. 8. c. 4., Theodoret. l. 1. c. 7., Socr. l. 1. c. 5., Ruffin. l. 10. c. 2. Zonar. tom. 3.*, concilium coegerit, & poſt ipſum Theodoſius M. Conſtantinopoli ſynodum, cui, ſicut traditur, centum & quinquaginta Patres interfuere, habuerit decantatam illam, in quâ Macedonii dogma divinitatem Spiritui S. derogans damnatum fuit, *Diſt. 16. c. Prima autem ſynodus. Socr. l. 1. c. 8 Auguſtin. de hæreſib. c. 52.*, Theodoſius II. Synodum Epheſinam, in quâ Neſtorii, qui τὸν λόγον per aſſiſtentiam ſaltem homini Chriſto affuiſſe, ut Eliæ atq; aliis Prophetis, nec fuiſſe duas naturas in Chriſto unione hypoſtaticâ unitas, (*ideo Judæos ſæpiſſime ſic riſiſſe dicitur noli gloriari Judæe, non Deum crucifixiſti, ſed hominem*) docuerat, diiudicata eſt controverſia, *Evagr. l. 1. c. 2., Niceph. l. 14 c. 13.*, & Juſtinianus, ſacratiſſimus Princeps noſter, *hujus & anteceſſores taceo in brevitatis gratiam & ſucceſſores*, præter alias aliquot ſynodos

nodos illam quoque convocaverit, in quâ 289. Episcopis præsentibus, *juxta Ivo. in Chron. & Diac. l. 19.*, Monotheletarum (*qui sic dicti, quòd unicam tantùm in Christô voluntatem esse contenderunt, quô tectè simul significarunt, unicam etiam tantùm in Christo naturam*) doctrina explosa est. Illud verò jus synodos convocandi generales non Caroli M. in Imperio antecessores solùm, sed ipse etiam Carolus cum haut paucis suis successoribus habuit. Notissimum est Rhemense concilium, in quô decretum fuit inter multa alia, ut Episcopi Sacram Scripturam diligenter evolverent, & verbum Dei annunciarent. *vi. Histor. Eccles.* Carolus M. id habuit. Ottonis I., quam Romæ aliquando indixit, synodus est notissima, *Sigebert. Regino l. 2. Frising. l. 6. c. 13.*; item Henrici III., quam ibidem & alia quam Moguntiæ celebravit. *Frising l. 6. c. 33. Schafneb. Crantz. Saxo, l. 4. c. 34. confer Herm. Contract.* Vides itaque quanta tum temporis Rom. Imperatorum etiam in Ecclesiasticis (*quicquid contrà blateret Bellarminus cum fratribus, qui, ut strenuè Ro. aulæ parasitentur, nihil habent antiquius, quàm insulsis monumentorum interpretationibus vim conciliorum solis Pontificibus asserere. Jacob. Lampad. l. c. par. 3. cap. 12. num. 7.*) potestas fuerit atque autoritas. Quam præter alia apertissimè quoque indicat jus eligendi tum omnes Episcopos tum Papam ipsum, huncque cum illis judicandi, quinimò, quòd si quando meruissent, pro lubitu puniendi. Ità, *ut de innumeris ferè exemplis aliis nunc sileam*, Flavius Justinianus Imp. (*quanquam ex quorundam opinione Belisarius Theodora Augusta jussu id fecisse dicatur*) Sylverium, & huic subrogatum Vigilium, Papas, quòd restituere nolebant, Agapetum, Patriarcham Constantinopolitanum, quem, nescio quib. auxiliis & quomodo Antemius locô removerat, in exilium misit. *vi. Diac. l. 16., Niceph. l. 17. c. 9. & 10., & M. Anton. de Dom. l. c. par. 2. l. 6. c. 11. n. 2., & par. 1. l. 4. c. 11. n. 27.* Ità ex Germanis Imperatoribus Otto I. deposuit Joannem XII., *Bellarm. l. 2. de Rom. Pontif. c. 29. & M. A. d. Dom. par. 2. l c.* aliive Impp. alios Papas. Quàm verùm sit, Pontifices à Cæsaribus olim electos, & sine ipsorum vel autoritate vel consensu nunquam constitutos, quàm facillimè prodit Caroli M. (*prætereundi antecessores ob inevitabile tædium*) ejusdemque successorum aliquot historia. *vi. Hier Balbum d. in lib. de coronat. p. 130.* Hadrianum II. Papam Carolo M. in synodô quâdam Romæ obid habitâ liberrimum Pontifices eligendi, sedemque Apostolicam ordinandi, atque quoslibet

bet Episcopos confirmandi, omnigenum jus prorsus concessisse, quis nescit? *Dist 63 c. Hadrianus Papa, Blond. Dec. 2. l. 1., Aventin. l. 4. Annal.* Et illa potestas ad Caroli quosvis posteros hereditario jure omnino rediit. Sed quid adhæc ordo cucculliger? Ludovicus Pius, *fabulantur*, Paschali non Cæsaris autoritate interveniente Papali infulâ condecorato (cùm ipse per Legatos factum purgans invito sibi Pontificatum a Romanis obtrusum diceret, *Gagvin. l. 4. c. 2. confer vi. Ludov. à P. Pithao edit.*) ceterisque post eum & confirmavit possessionem bonorum, & liberam permisit electionem, ut, quem omnes Romani eô dignum munere judicassent, is pro Pontifice semper haberetur, *d. Dist. 63. c. Ego Ludovicus. confer Volater. l. 3. & Ivo. p. 5. c. 51.* Egregia verò nugis veritas inest. En blandulos adulatores istos, ac impudentissima ista istorum Ausonii Caci & mentiti Vicarii Christi assentatorum mendacia? Quod si vera, quæ commemorant, cur Ludovicus II. Pii nepos injuriam à Romanis sibi factam putabat, cùm Hadrianus II. Papa Imperatore insciô creatus fuisset? Cur Legatos Cæsaris post multas demum atque submissiores excusationes placare cum suis Pontifex potuit? *vi. Dist. d. 63. cum Hadrianus.* Cur Leo VIII. Ottoni I. Augusto, ejusque successoribus Hadriani I. exemplo facultatem eligendi Papam, ordinandi sedem Apostolicam, ac Episcopos liberrimè confirmandi, in perpetuum contulit? *d. Dist. c. In synodo congregata.* Cur Otto III. Joannem Placentinum absque sua autoritate Papam denominatum, naso post ibi truncatum & miserrimè exoculatum de soliô præcipitavit? *Philip. in Otto. III. ex Lambert. Schafneb. & Sigebert. Gembl.* In aprico itaque Pontificiorum vanissimum imponere. *Rectè Comment. Anonym. ad Sleid. in edit. Lugdunens., Carolum Molinaeum JC. Bibliothecarium Pontificum Ro. fautorem & domesticum dicti dicta. Dist. c. Ego Ludovicus auautorem esse, & ob id tanquam homini suspecto minimè credendum, admonere, Annotat. Ipse Joan. Sleid. l. c., incomparabilis ille temporum vindex, d. cap. falsitatem ex eo manifestam reddit, quod titulus inepte Gregorio IV. Papæ tribuitur, cum tamen is viginti duobus annis vitâ antè decesserit, quàm Adrianus fieret Pontifex. An historiam Papæ mortuus eorum scripsit, quæ sese post accidere?* Quantam autem fidem *c. d. Ego Ludov.*, tantam quoque meritur in ead. *Dist. c. Tibi Domino Joanni.* in quô Pontifici Otto I. maxima promittere videtur. *Docet Sleid. l. c. sub Ott. I.* Ex dictis nostris simul quoque, quid de illis Christoph. Besoldi (*qui defectione ad Babylonicam meretri-*

cem totus alius factus, juxta (A. Rupert l. c. c. in pr.,) quæ in d. ult. c. l. c. pro suô Semideo loquitur, sentiendum sit, facillimè poteſt cognoſci. Haberemus hoc loco, quod delaxiore adhuc Imper. in Eccleſiaſticis poteſtate adjicere poſſemus; ſed ne extra oleas, ſtatim hìc (*poſtquam ſatis pro inſtituto noſtro, quàm verè quondam Imperatoribus Rom. Papæ ſubfuerint, demonſtravimus*) quomodo & quando Pontifex Regnum exſtruxerit tribus ſaltem adjuncturi illum jam Imp., qui primus Pontifici non tantum paruit in omnibus, ſed parere quoque debuit, ſiſtemus. Nominavimus ſupra Henricum IV. hâc in causâ, & certè ipsâ hiſtoriarum veritate jubente nominavimus. Etenim Henricum III. IVti Parentem anteceſſorem quicquam dejuribus majeſtaticis in Eccleſiaſticis amiſiſſe, tantum abeſt, ut quis adſtruere poſſit, ut potiùs, cur ipſum Principem jura, quæ unà cum ſceptrô nactus, magnopere firmaſſe atque adauxiſſe, usque pronuntiet, omnino habeat. Nulli, opinor, quomodo Henrico III. omnes Romani juramento ſeſe aliquando ſanctiſſimè obſtrinxerint, in Papâ creando nihil, niſi de Cæſaris arbitrio facturos ſeſe, clam erit. *vi. Sigibert. Exemplis rem evincunt Platina in vi. Clementis II. & Sleid. l. 3. d. l.* Ille idem Henricus, *ex quo profectò bene ſatis intacta adhuc dum illius Cæſaris abſoluta juriudictio apparet,* Leone VIII. Pontifice Moguntiæ concilium frequentiſſimum habuit, quod nos ſuperiùs paul. allegavimus, Ad Henricum IV. nos nunc devenimus. Sed enim & hunc Imp. jus Cæſarum vetus in Papam exercuiſſe conſtat. Teſtatur præprimis exemplum Nicolai II, qui Stephano VIII. ſucceſſit. *vi. Schafneb. & Henr. IV. vitam.* Cæſar enim cùm Benedictus quidam, ſe inconſultô poſt Stephani mortem per ſuorum aſtum Papatum invaſiſſet, eô Benedictô dejectô hunc Nicolaum, qui Florentinus erat Epiſcopus, alias Gerhardus dictus, deſignavit. Hactenus igitur eâdem Henricus Quartus majeſtate, quâ ipſe quidem defunctus antea Parens eâ in re ſplenduit. Quàm diu verò? Certè tempus non benè longum. Quandoquidem ſtatim, tu Nicolaus II. vixit, certamen de poteſtate ſedem Apoſtol. ordinandi inter Imp. & Romanos natum eſt. Et ſanè haut gravi absque majeſtatis ſuæ periculo Cæſar tum temporis Ro. Senatui, utpote qui ab Imperatore electum Epiſcopum Parmenſem pellens Alexandrum II. Lucenſem Epiſcopum ſuâ autoritate ſubſtituebat, cedere planè cogebatur. *vi. Friſing. l. 6. c. 34.* Hæc contentio eſt ea, quæ ipſam Henrici IV.

fatalem

fatalem majeſtatis jacturam continuò præceſſit. Alexandrô iſtô denatô Sedem Petrinam vix dici poteſt, quàm perditis artibus (*lege Hugonis Blanci Cardinalis de hôc Papâ æquiſſimum judicium ap. Cluver. in Epit. H. U. in vi. Henrici IV.*) occupaverit Hildebrandus iſte, poſtilla Gregorius VII. appellatus, Imperatorum iſtud flagellum ſæviſſimum, bellli iſta fax, ſeculi ſui iſtud opprobrium ac monſtrum nulla virtute redemptum. (*A. R. l. c. c. 18. p. m. 655. poſt Schafneb., Friſ. l. 6. c. 35., Sigebert. Gembl, Benno. Card. in vi Greg. II., Bertold. Conſtantienſ., Naucler. vol. 2. gener. 36., Sigon. de Regn. Ital. l 9., Peuc. in vi. Henr. IV. & alios.*) Hic eſt ille Pontifex, qui Imperatoris imperium tantopere labefactavit, atque tantum non peſſundedit. Ut ex tantâ tot longiſſimi ludibri generum mole, quâ Cæſarem Papa fere ſuppreſſit, potiſſima ſaltem in medium prodeant, non omnium Paparum nequiſſimi Hildebrandi Diabolicas ſeditiones & crudeliſſima, quæ toties movit, inteſtina bella, non centena iſta infeliciſſimorum anathematum, quibus prolubitu iſte uſus, fulmina, ſed ſolum audaciſſimum ac impudentiſſimum iſtud imperium mandatumve, quô antea prorsus inaudito exemplo ſupplicem ad ſe Imperatorem evocans pertraxit, impræſentiarum ego narraturus ſum. Videlicet, poſtquam Henricus apud Gregorium Simoniæ præprimis accuſatus eſſet? ilicet hic illum ſuos per Legatos citatum, ut intra ſtatum Romæ diem ſe coram compareret, atque crimina, quæ objicerentur, reſponderet, ulla absque exceptione jubere adeò auſus eſt. Quomodo ergò Cæſar ad temerariam ac iniquiſſimam juxta citationem? Indignatus equidem jugiter ad illatam ſibi à Gregorio contumeliam Wormatiæ Epiſcoporum & Abbatum conventum, quô decretum eſt, ut Hildebrandus, quippe qui peſſimis artibus Papali tiarâ potitus eſſet, locô removeretur, indixit: ſed quid? Deſtitit ne ob id ab in ſano ſuo furore Roman. Baal? Deſtitit ſcilicet. Sanè verò effrena iſta iſtius Auſonii Lycaonis potentia usque eò tantem increvit, ut nihil adeò deinceps ipſi non licuerit, ut majora etiam & plura, quàm vel ipſe Hildebrandus ſibi exoptaſſet, poſtmodum potuerit, ut Regem Roman. ad vel dictu turpia atque horribilia pacta adegerit. Nimirum coactus tandem fuit Henricus (*à quibus & & quomodo inferiùs paululum referam*) Gregorii liberrimæ cognitioni ſeſe ſubmittere, ejusdemque judicio humillimè ſe ſubjicere. Id quod ille hoc exſecutus eſt modô. Hyeme rigidiſſimâ non ſine ſummâ difficultate

vitæque periculô vix tandem in Italiam cum uxore & filiolô per Burgundiam ac Sabaudiam means descendit & Hildebrandum apud Mathildem, Gœzelonis Lotharingiorum Ducis viduam, Canusinâ in arce, morantem humilis de precator adit. Ibi receptus Henricus intra secundum murorum arcis ambitum (*ità probatis historiographis excerpit Rupert. l. c.*) sine comite, sine cultu regiô, nudis pedibus, jejunus a mane usque ad vesperam perstabat sententiam Pontificis exspectans. Hoc secundô, hoc tertiô die fecit. Quartô demum exceptus vultu Hildebrandi tetricô his conitionibus absolvitur: *ut evocatis ad concilium Principibus Teutonicis die locoque, quem Papa designasset, ad ejus arbitrium vel retineat Regnum, vel amittat, intereaque temporis nihil pro Rege agat, cultuque omni Regio abstineat.* Nolo cetera, sunt enim prorsus memoratu in digna. Ergone tum temporis, qui antea mandaverat, jussa accipiebat? Ergone, qui antea timebatur, tunc timebat? Actum est certè de majestate, quæ ad ministeria compulsa, actum de Domino, qui familiæ suæ jussa audire tenetur. Hinc meritò Italiæ Proceres professi: Henricum IV., cum ea ratione cum Hildebrando in gratiam rediisset, turpissimô planè ad omnem posteritatem exemplo gravem & Indebilem Imperio maculam insuisse. *vi Sleid. l. c. ex Schafneb. Onuphr. Panvin. d. l. 4. de var. creat. Rom. Pontif. ait*: primus omnium Ro. Pontificum Gregorius VII. &c. præter majorum morem contemptâ Imperatoris autoritate & potestate, cùm summum Pontificatum obtinuisset, Cæsarem ipsum &c. non dico excommunicare, sed etiam Regnô imperiôque privare ausus est. Non possum hic præterire, quibus Jacob. Lampad. nostri Imperii statûs quàm scientissimus *l. c. par. 1. num. 27. in fin. utitur*: Otto Frising. 6. *Chron. 35.*, Gregorium VII. excommunicato Imperatori unà Regnum primò abjudicasse refert. Quod quoniam inaudita antea impietate & aggressus, & perfecit primus Pontificum Regnum condidisse dicitur. *Aventin. 5. Bojor.* Huc spectant illa, quæ ipse Henricus IV. de Hildebrando: *unus cùm utrumque sibi vendicavit, utrumque dissipavit &c. vi. Dn. Benedicti Carpz. de L. R. G. c. 2. num. 2. ex Abb. Ursp.* Disertissimè ac plenissimè exponit, quicquid nos de Henrici IV. Imperiô scripsimus, Peucer. Chron. *l. 4. in vi. Henr. IV. circa med. p. m. 818.*, cujus sententiæ, nisi prolixa, quælibet verba adderemus. Consentiunt *Cluv., Besold., Pareus, Petrus, & omnes fere H.* Quanquam autem ipsum adhuc Henricum IV. vi ac bellô plurima denuo sibi asseruisse jura,

quippe

quippe qui, ut aliquid confiteamur, in locum armis pulsi toties suprà dicti Hildebrandi Victorem III. surrogavit Blond. Dec. 2. l. 4., Marian. Scot. l. 3. ætat. 6. vi. Abb. Ursp., & multa quoque per vim ejusdem successorem, & filium Henricum V. recuperasse, *utpote qui Paschalem II. Papam à se captum priusquam utiquam, quàm ipse publica decreti promulgatione jura Cæsarum vetera de novo sanctissimè confirmaret omnia, dimittere voluit, Cuspin. in vi. Henr. V.*, negari non potest; tamen id neutiquam Hildebrandinæ ignominiæ maculam delevit; multò minùs successoribus profuit: cùm Henr. IV., quod jam satis clarum, vires à Gregorio VII. maximam partem confractæ, & Henricus V. magnam partem restauratas sua sponte (dolendum sanè!) ipse incautè perdiderit. Namque hic omnem Imperatorum in eligendis Episcopis potestatem, quam inde ab ipso Constantinô M. ipsi habuerant, suapte amittens jura singula ad parentem usque masculè defensa publica Wormatiæ factâ aliquâ consensione Papæ, Calixto II., prout quidem arbitrantur, detulit. *vi. Peucer. in Henr. V.* Postea antiqua illa Imperatorum potentia prorsus evanuit atque omnimodè periit. Percipis itaque, quàm fusè & dilucidè Imperatores, in quibus primùm, quod ad jura Ecclesiastica, summa & absoluta Majestas infirmata sit, historiæ indicent. Sunt Henricus IV. & V. At enim, *inquies*, jamdudum ante Henricum IV. non levis Pontificum in Cæsares potestas fuit, quam ostendit frequentissima excommunicationis, quâ hos illi damnarunt, pœna? Equidem adhæc, nugas esse & fabulas, *Onuph. Panv. l. c. respondere satagit*: verùm, cum in multis multi, imò plurimi sæpiusculè conveniant historiographi, mihi videtur Onuph. aliquantò immaturiùs historias & incautiùs, quam debebat, deridere. Enimverò, ne ipsum quidem Carneadem dubitaturum censeo defactô, ut de multorum nihil impræsentiarum, Innocentii I., qui Arcadium Imp. ob expulsum Chrysostomum, *Dist. 96. c. Duo sunt quippe & Niceph. lib. 34. cap. 13.*; Symmachi, qui Anastasium Imper., *M. A. de Dom. l. c. pag. 2. lib. 6. cap. 9. num. 20.* Vigilii, qui Theodoram Augustam, *Greg. 2. ep. 36.*, Gregorii II. qui Leonem Isaurum, & ejus in Italia Exarchum, quod & fecit Gregor. III., *Plat. in Greg. III.*, excommunicavit: *vi. M. A. d. Dom. l. c. ubi multos allegat hist. confer Hist. Eccles. Gothan.* Non igitur nullius prorsùs momenti sunt illa: imò verò si quis vellet justè ventilare eandem quæstionem, singularem ille & prolixum aliquem conscriberet tractatum, necesse haberet.

Adeò multa in illâ controversiâ occurrunt. Hoc ideo cum ità sit, & verò nos alioquin jam præter propositum in quibusdam nimis procul à castris (*cujus tamen me veniam impetraturum non puto, sed spero*) nostris discesserimus, & judicio nostro & brevitati opti optimè consulturi sumus, quòd si pauca quædam hanc in rem ex modò laudato M. A. de Dom. desumpta subjunxerimus, quæ loco responsi nobis erunt. Si sumamus, *inquit Episcopus ille Spalatensis*, excommunicationem pro pœnâ illâ ordinaria rigorosâ, quâ solemus ex nostrâ fidelium societate aliquem excludere, ità, ut nobis sit tanquam Ethnicus & Publicanus, cum prohibitione, ne fideles ipsius utantur consvetudine & consortiò, certè neque debet, neque potest Princeps supremus excommunicari. Non potest, quia quâ ratione excommunicatio hæc nihil operatur in filiis respectu Patris, in uxore, respectu viri, in Dominis respectu familiæ, quia, uti passim docent Scholastici & Summistæ, excommunicatio hæc nihil potest contra jus naturæ &c. &c. De meô hîc addere aliquid neque debeo, neque volo. Plus ingenii illa tractatio requirit, plus loci, plus quoque temporis, quàm ut hodie quidem à me locari possit. Illud, Gregorium VII. planè alio modô, quàm veteres soliti, anathematizasse (*ità loquitur Imp. noster in Nov. de interd. coll. her. 132.*) Henricum IV., omnino verum est. Explanavimus itaque hactenus, quibus primis Imperatoribus jura in sacr. re. Majestatica Hieromonarchæ præripuerint. Explanavimus etiam, qui Paparum primus Regnum constituerit. Gregorius VII. fuit. Calixtus II. maximam partem perfecit. Huc pertinet Henrici V. illius cessionis tristissimæ tristissimus effectus. Quoniam verò lippis etiam ac tonsoribus iste haut est incognitus, & nemo, post illam promulgatam tanta insanissimam Papæ ambitionem ambitiosissimamve insaniam incrementa & complementa cepisse, ut à nullô unquam Henrici successorum ad pristinam illam submissionem & officium perduci planè potuerit, quamvis in eô multi toti fuerint, ignorat; meritò illum, omni opera ad calcem capitis hujus properantes, nos mittimus. Causam Cæsareæ majestatis in Henrico IV. diminutionis alteram supra dedimus, quòd censuræ Principum obnoxius fuerit, vel quòd, id quod fere idem, magnam sub eodem habuisse autoritatem Germanica comitia legantur. Sed repetimus adhuc semel, nos præterquam, quòd historiis ac vitis Imperatorum pertinacissimè immoramur, prorsus nihil agere. Quod ad Comitia, a Cun-

à Cunrado I, si qua interea temporis, præter Principum Electorum conventus, celebrata sunt, ad Henrici IV. usque tempora exiguum potuisse, plus autem Henricô IV. Imperatore, atque continuò post eum in gestis Cæsarum facilè deprehendimus. Quantum Imperatoriæ majestati, cùm à Germaniæ Principibus die constitutâ maximô numerô convenientibus durissimam illam, *de quâ jam suprà aliqua*, sententiam Henricus IV. audiret, decessisse putas? Quantum contrà eâdem die Ordinibus accessisse putas? Inde à teneris annis, *ità ex probu hist. Joann. Sleid. l. c. rem narrat*, repetitâ Cæsaris vitâ, labem & dedecus & opprobrium imperii illum esse Principes demonstrant, & quia gravissimis; cladibus Remp. affecerit, abrogandum ei magistratum esse, decernunt. In his angustiis ille positus deprecari cæpit per Legatos atque supplicare. Post multam actionem hæc ei proponitur conditio: judicio se sistat & cognitioni subjiciat Papæ &c. Siccine cum Principe illimitatæ majestatis agitur? Si quidem absolutum quemque Principem, tametsi neutiquam ab Ordinum suorum, quos vulgus vocat, censurâ liber sit, pronunciaveris. Atqui opposita sunt, absolutè suis imperare, & tamen ipsi sibi ab iisdem timere, imo ipsis levium etiam malefactorum accuratiores rationes reddere teneri. Accepisti ergò vim sub Henricô IV. comitiorum, quæ quam frequentia fuerint, illorum temporum acta abundè comprobant. Ità idem ipse Imper., cum ab Hildebrando ad manducandum corpus Dominicum, si innocentem se, quorum argueretur, criminum certò sciret, invitaretur, eam purgandi viam prudenter aversatus (*Cluver. ex Schafneb.*) ad comitia provocans Principum, in illis benè appariturum respondit, quàm ritè ipse imperiô functus esset. Notissima quoque sunt illa, de quib. quædam *Cuspin. in vi. Henr. IV.*, ex quibus Rudolphus Svevorum Dux, Bertholdus Carentanorum, & Welfo Bavariæ, exierunt. Decantata satis & illa sunt, quibus ejurâto Henricô IV, qui tamen postea recuperavit omnia, Rudolphus Sveviæ Dux (*qui in præliô quôdam, quô cum Henricô de Imperiali diademate certaverat, abscissâ dextrâ suâ maximum omnibus, impium esse ac Domino Dominantium, utpote qui id perpetuo gravissimè vindicat, omnimode adversum contra Dominum suum consurgere, documentum dedit. Vilhelm. Tyr. l. 9. Helm. l. 1. cap. 29. & Benno Card. de vi. Hildebr.*) Rom Rex electus est. Hic evagari possemus quàm longissimè, cùm latissimus

sese

ſeſe offerat campus, niſi identidem capitis finem promiſſa urgeret brevitas. Pauciſſima. Reliqua jam ſilebo, quæ ad meam mihi theſin corroborandam conducere poſſent, ſingula, præter verba, quibus Duces Saxoniæ, Comites &c. Henricum aliquando compellavere : ſacramentô quidem ſeſe ipſi fidem dediſſe, ſed ſi ad ædificationem, non ad deſtructionem Eccleſiæ Rex eſſe vellet, ſi ſuum cuique ordinem, ſuam dignitatem, ſuas leges tutas inviolatasque manere pateretur, &c. *cum iſtis omnino conveniunt Ottonis illa Ducis Sax. ad eund. Imp. ap. Bruno. in hiſt. bell. Sax. illa ex Lambert. Schafneb. refert Dn Carpz. de L. R. G. c. I. ſect. 10. n. 5. & 6., qui l. c. n. 7. ipſe, ea minimè abſolutæ poteſtatis haut levia indicia eſſe, confitetur.* Et certiſſimum. Profectò ſapienti ſat. Ubi, quæſo, unquam aliquis ſimile quid in Henrici anteceſſoribus offendit? Quod nos de Henricô IV. aſſeruimus confirmant hiſtoriæ illius ſucceſſorum. Apertè enim indicant aliqua nullô modô absque Principum conſenſu atque autoritate poſt Henricum Imperatores facere potuiſſe. Penſita Comitia, quæ Babenbergæ Henricus V. habuit *Cuſp. in Henric. V.* Certè Cunradus III. Cæſar proſcribere Henritum Superbùm Bavariæ Ducem priùs non potuit, quàm Principes convocaret, quorum judicio quoque deinceps ac autoritate Duci Ducatus eſt abjudicatus. *Cuſp. in Cunrad. III. expreſſè.* At verò ante Henricum IV. Princeps Ro. ſolâ ſuâ autoritate Duces, Comites &c. pro lubitu poterat exauctorare, proſcribere, damnare. Eſto exemplorum loco omnium jam ſolus Henircus III, qui Imperio Quartum, filium, immediatè præceſſit. Ille, cùm Cunradum Bajoariæ Ducem ſuo Ducatu planè privaret, cujusnam conſiliô, conſenſu, vel autoritate? Nullius omnino. *poſt veteres Cuſp. & Peuc. in Henrico III.* Ità cum Mediolanum ſolô cogitaret æquare Fridericus Ænobarbus, antè voto ſuo ſatisfacere nequaquam poterat, quàm Principes, quibus Magdeburgi inenarrabilem Mediolanenſium ſuperbiam conquerebatur, ritè conſentirent. *expreſſe Cuſp. in Frider. Barba.* Sanè ante Henricum IV. non ſic. Quanquam, quod non celandum, vix conſiliô & conſenſo Ordinum Henricus V. Norimbergam, quam poſtea Cunradus III. denuo inſtauravit, *Philip. in vi Henr. V. in fin.*, funditus everterit. *Philip. l. c. Tametſi hoc & ſimile quia ſævitia bellici furoris celeritas, quæ nullam moram morari ſuſtinet, excuſare poſſet.* Accedit, quòd jam Friderici I tempore Imperatorem ab Ordinibus poſſe deponi, creditum fuit. Elicio ex illis Galliæ Regis, quæ Pontifici Fri-

derici

dericj solū rescripsit: Quo spiritu vel ausu temerario Papa tantum Principem, (Rom. Imp.) quo non est major, imo par inter Christianos, non convictum vel confessum de objectis sibi criminibus exheredavit, & ab apice Imperiali præcipitavit? Qui si meritis suis exigentibus deponendus esset, non nisi per generale Concil. cassandus judicaretur &c. Legere poteris ea ab Illustrem Bœclerum *in Discur. de S. R. I. p. m. 32. in med post Dan. Otto. ap. Arum. Discur. 2. vol. 5. c. 5 p. m. 64.* Reipsa experti sunt Otto IV., *Cuspin. in vi. Otto. IV.*, Adolphus Nassoviensis, post *Aventin. l. 7. Annal. Cusp. in ejus vi., Megiser. in vi. Adolph Limn. de I. P. l. 2. c. 11., n. 26., Reinkingk l. c. l. 1. class. 3. c. 2. n. ult., & Carpz. l. c. c. 14. sect. 6. n. 11.*, & Wenceslaus, *Cusp. in vi Wencesl. Dresser. in millen. 6. in vi Wencesl., Mynsing. Resp. 19. n. 6 Megiser. in vi. Wencesl, Melch Goldast. tom. 1. Const. Imp. p. 379., Arnis de ju. maj. l. 1. c. 5. num. 5, Reink. & Capz. ll. cc.* Plura non addo. Præsertim cùm, quando & quomodo initium Cæsareæ majestatis diminutionis in Imperio ortum, ex nostris jam affatim clarum. Accingo me nunc cum Deo ad nostri moderni Ro. Reip. status concinniorem expositionem.

CAPUT V.

De Moderno Imperii Ro. Statu.

NOn singuli homines solùm suô funguntur fatô; verùm ipsa etiam regna mortalitatem non effugiunt. *Barclaj. in Satyr. par. 1. p m. 127.*

Omnia mortali mutantur lege creata.

Scilicet hæc est dura illa communis necessitatis Lex. Abeunt in communem illum nascendi pereundique fatalem gyrum omnia prorsus, nec quicquam stabile aut perpetuum summus rerum arbiter esse voluit præter ipsum sese. Quæ olim amplissimæ erant, atque Orbi universo tremendæ gentes, nunc vel omnino non supersunt, vel in angustias redactæ. *Laz. de migr. gent. in praf. vi. Bart. Keckerm. Disp Pract 35. Problem. 1. p. m. 748. & 749 ex Vilaremund. ab Ehrenberg/ in Meditam. pro fed. c. 1., Danæ. Pol. Christ. l. 1. c. 5., Jun par. 1. Quæst. Pol. q. 5., Ferd. Vasq. in praf. Illustr. quæst., & Peucer. de Div. p. 30. confer Nov. 7. c. 2. & præprimis Joan. Bod. de Rep. l. 4. c. 1. n. 366. & in. 390.* Sistimus impræsentiarum Rom. Imperium, optimum, quod inevitabiles ac æternas temporum & rerum vicissitudines docere potest, exemplum. Sanè verò scitè admodum istud Florus in suo Prol. tanquam hominem

considerat. infantiam ejusdem in primis Regibus, in Consulibus usque ad Q. Fulvium COSS. adolescentiam, virilem ætatem in illô tempore, quod inter imperium COSS. Fulvii & Cæs. Augusti intercessit, per 200. annos & suprà, conspici scribens. *Senectutem vix benè satù describere ipse potuit. confer* Schönbornern *l.5. Pol.c.4.* Nos visis suprà prioribus tribus Ro. Reip temporibus jam ad decrepitam admodum ipsius devenimus senectutem. Quomodo verò tantopere idem decreverit hôc locô à me satis exponi neq; debet, neq; potest. Hoc certum est, vix quadragesimam portionem veteris Monarchiæ modernas æquare possessiones, *uti observat Marquard. Freher. in not. ad Pet. de Andlo c. 18. in fin.* Ut ità meritò scribat Joan Sleid. *de 4. S.l.l 3.*, Roman. Imperium nihil aliud esse hodiernô die, quàm tenuem quandam magni corporis umbram. *posteum. Dn. Myler. de Princip.Imp. R.G. p. 1. c. 7. n. 1.* Cui nihil olim de fuit, nisi modicum Orientis, nunc nihil superest, nisi modicum Occidentis. *vi post Gvalter. in Chronol Ecclesia. Pol. in vi. VVenceslai Imp. sub A.C.1379. Dn. Reink. de R. S.& E. l. 1.class. 2. c. 8. n. 5.* Quod olim immensum erat, hodie vix decem comprehendi circulos, Austriacum, Burgundicum, Electorium Rhenanum, Saxonicum superiorem, Franconicum, Bavaricum, Svevicum, Rhenanum superiorem, Westphalicum, & Saxonicum inferiorem. *vi. Henn. à* Löwenthal/ *in Idea ju.publ.l.2.c.1.p.m. 331.& seq.ex Lim. l. 1. de I. P.c.7.n.20 & 21. & seq.& Ott.de I. P.c.18.&* Schönbornern. *l. 5. Pol. c. 6.* Complures ditiones, regna, ac civitates ab Imp. avulsas enumerant ex Bodin. *l.1. de Rep c.9.*, Marta *de ju. p.1.c.26.*, Zach. Victor. *de Exempt. conclus. 2* & Paurm. *2 de jurisd. c.4.* Dn. Reink. *l. c. c. 9. & Dn.* König *in Theatr. Pol. Tripar. p. c.14.* Nos ne nihil penitus de Imp. nostri decrementô scribamus, pauca saltem ex fide dignis autoribus subjiciemus. Africa post Justinianum Vandalis prædæ cessit, *Marquard. Freher. l. c. l. 2. c. 20.* Hodie Turcis ac aliis barbaris patet: quamvis Hispaniarum Rex loca quædam munita mari adjacentia ibidem obtineat. *vi. Eberhard. Schultes. Geograph. l. 2. c. 3 par. special.* Asia post Tiberii Imp. tempora Imperio Ro. à Turcis, Persis, Moscis, Tartaris & aliis populis subtracta jam tenetur. *Bocer. l. 1. Cosmograph. par. 2. in descript. As.* Persiam, Arabiam, & Chaldæam Imperio Heraclius Tyrannus abripuit. *Petr. de Andlo de Imper. Roman. lib. 1. cap. 13. & Marsil. Patavin de Transl Imper. cap. 3.* Gallia sub Carolo Magno nepotibus avelli jam cæpit, *Vict. l. c. conclus. 21. & Cuja. 1. Feud. t. 1.*

Italiæ

Italiæ maximam partem (*in quibusdam enim istius Regni provinciis jurisdictionis Imperialis adhuc vestigia non obscura exstant*) iniquissimus Papa iniquissimô fictæ & omnino falsæ donationis Constantini Magni *c. Constantinus Dist. 96.* prætextu (*vi. Dn. Arum. Discur. Acad. de I. P. vol. 5. Discur. 2. c. 4 p. m. 61. & seq.*) sibi vindicavit. Dn. Königl *l. c. n 21.* Florentini tempore Honorii IV. Pontif. à Rudolphô Primô Imper. libertatem & privilegia 7000. Ducat. (alii 6000.) compararunt *Sigon. l. 20. de Regn. Ital., Corset. Tract. de potest. Reg. q. 101. n. 68., Platina in vi. Honor.* Mediolanum Carolus V. emortuô, Duce Mediolanensi Hispanico Imperio propter filium Philippum adjecisse dicitur à Dn. König l. c. Urbs Veneta, Carolo Magno sua accepta fert privilegia, quæ se vidisse scribit Alberic. *in l. cunctos: C. de Sum. Trin. vi. Paurm. de jurisd. R. I l. c. c. 4. n. 38.* Pisarum Dominatus 12000. aureorum Gambacurtæ veniit à Carolo IV. *Marta l. c. c. 33. n. 308.* Alaricus profligatis à se hostibus absque Cæsarum auxiliatrici manu sibi suæque posteritati asseruit Hispaniam juxta *Gloss. in c. Hadrianus. Dist. 63., Oldrad. consil. 69., Victor. l. c. quos citat Dn. Reinh. König l. c.* Huic Regno cum Maximilianus Primus filiam unicam Ducis Burgundi Caroli Pugnacis in uxorem sibi jungeret, per matrimonium accessit, Burgundia, Brabantia, Flandria, Hollandia, & aliæ provinciæ Belgicæ, quarum hodie septendecim numerantur, ex quibus septem sui juris sunt, & confœderatæ dicuntur, *vi. Commentar. de statu confœd. provinc. Belg. c. 1. p. m. 1.*, accesserunt. *Hoc factum putat ex Cominæo Dn. Reink. l. c. num. 27. A. C. 1477. d. 18. Augusti.* Britannia Innocentio III. Papæ tributaria facta, *Viet. l. c., A. C. 1212, secundùm Mart. l. c. c. 26. n. 39 vi. Blond. l. 6. Dec. 2.* Dania ab Ottone M. Imperio subjecta, *Adam Bremens. l. 1. c. 2. quem Viet. l. c. allegat*, post Fridericum Barbarossam ab Imperio divertit, *Otto Fris. l. 7. Chron. c. 19. Crantz. l. 6. Dan. c. 17.* Quanquam Holsatia Imperatori nostro adhuc subsit, *Gail. de Arrest. Imp. c. 16. n. 16.* Poloniæ, cujus Duci Boleslao regiæ dignitatis axiomata Ottonem III. contulisse scribunt *Peucer. l. 4. Chron., & Alex. Gvagn, tom. 1. rer. Pol. in vi. Boleslai*, Rex Lakoldus primus fuit, qui per artem Pontificiam coronam ab Imperat. Ro. sumere recusavit, & spretô Ludovicô Imp. eandem à Papa Joanne, *uti testantur Marc. l. c. n. 46. & Bodin. l. c.*, poposcit. Arelatense Regnum Philippus Valesius ab Henricô V. emit, eique argenti pondo ducenta millia (*consentientibus Imperii Ro. Ordinibus*) pretii nomine solvit, si fides *Bod. l. c.* Bo-

russia sub Carolo V. per Albertum Brandenburgicum, illius ditionis Ducem ad Sigismundum Poloniæ Regem pervenit; quæ postmodum denuo divisa *Chitr. l. 1. Saxon.* Schönborner *l. 5. c. 7.* Livoniam sub Ferdinando I. abscissam narrat Chitræ. *in præf. Sax. & l. 20.* Et quis omnes ditiones atque regiones hodie Imperio exemptas enumerare poterit? Quilibet, *mihi persuadeo*, ex modò lectis jam benè satis intelligere, quàm vehementer ac miserè deplumata sit, quæ antea plusquàm plumata, Rom. aquila, non nequibit. Quanquam, ne quid diffitear, argumentum hoc de exemtionibus alio, quam vulgo fit, modo Cl. Conringius in Tractatu de Finib. Imp. Germanici proposuit, & partim, quæ ex historiis referuntur, in dubium vocavit, partim jura Imperii vindicavit. Interim tamen, etiamsi exemtiones istas concedamus, nihil obstat, quò minus Imperium nostrum adhuc rectè Rom. appellitetur. *Probant hoc Alberic. Gentil. l. 1. de ju. bell. c. 23., Otto de I. P. c. 5. post Alciat. de formul. Rom. Imp., Anchor. consil. 419, Heig. par. 1. q. 2. n. 28. & seqq., Rumelin. ad A. B. Dissert. 1. th. 5., Limn. l. 1. de I. P. c. 4., Herm. Kirchn. de Rep. Disp. 2. Coroll. 2. confer Grot. de I. B. & P. l. 2. c. 9. §. 11. p. m. 208. & Dn. Reink. l. c. class. 2. c. 3. præprimis Dn. Dan. Otto. ap. Arum. Discur. Acad. vol. 5. Discur. 2. c. 5. p. m. 66.* Quicquid etiam Bodin. *in method. hist. c. 7. & Francisc. Irenic. l. 3. c. 9. in exegesi Germaniæ, & P. Costalius Advers. par. 1. ad l. de quib. 32. ff. de LL.*, aliive in contrarium incautè proferant. Illi enim, *WVurms. Exerc. I. P. 1. th. 10.*, qui propter Romam avulsam Imperium nostrum Romanum dici posse negant, illud à muro ac ædificiis potius, quàm à dignitate, præeminentia, felicitate ac virtutibus deducere volunt. Non certô locô Imperium circumscribitur. Ibi, ubi Imperator, Roma est, *confer Dn. Heig. l. c.* Hâc de causâ ipsi etiam Byzantini Principes Rom. titulo sese nunquam abdicarunt, *veluti apparet ex l. 35. C. de inoff. test., Nov. 1. pr., proœm. I. & pl. Const. Just. vi. Dn. Freher. l. c. l. 1. c. 11.* Romanum Imperium quartam illam, de quâ Dan. *in c. 2. & 7.*, Monarchiam esse verum est per ea, quæ suprà diximus *in c. 4.* (*vi. omnino D. Gottfridum Meisnerum, Avunculum nostrum jugiter nobis ætatem deveneranduum, in Discur. quod. de quatuor Mon. VVitteb. olim edit. c. 2. in fin. & c. 3. q. 1.*) Verum etiam est illud Rom. Imperium ad Germanos per Carolum & Ottonem M. Deo ità jubente translatum esse, *vi. quæ nos l. c.* Verissimum ergò, quòd non hodie tantùm, verum etiam tam diu Romano Germanico Imp. titulus Roman. debeatur,

quàm, diu duratura quarta à Daniele prædicta Monarchia. Atqui ista minimè peritura est ante supremum mundi diem, *ceu monstrat ex c. futuram 12. q. 1., Osiand. in not. ad Dan. c. 2., Gerhard. loc. de Magistr. Pol. q. 3. sect. 3. n. 149., VVaremund. ab* Ehrenberg *de fœder. c. 2. n. 148. Cluten. in syllog. rer. quotid. conclus. 1., & Besold. de jurid. Imp. Rom. c. 3. Dn. Reink. d. l. class. 2. c. 1. n. 3.* Sunt enim Chiliastarum (*qui sic dicti, quòd fore adhuc aliud universale Imperium, quod mille annos duraturum, docuerunt*) opiniones vanissima somnia, *uti & Anabaptistarum ac VVeigelianorum. vi. Dn. Besold. synops. I. P. par. 2. c. 1.* Gerit insuper Imp. Rom. insignia, aquilam scil. Dn. König *l. c. c. 19. n. 11.* Ast verò insignium identitas ostendit ejus esse rem, qui insignia illa habet, *l. 1. C. de his qua pœn. nom., l. 1. C. ut nemo priv.* & per signum cognoscitur signatum, *l. quod si §. fin. ff. de peric. & comm. rei vend., l. stigmata. C. de Fabric.* Accedit, quòd Principes omnes universi orbis Christiani (*quod nunquam credo fieret, illi nisi nostrum Monarcham perpetuò Romanum judicarent*) Imperatori nostro primas libentissimè ubique utique cedant. Propterea præter Imp. nostrum neminem clausas coronas portare, annotat *Gvyon. tom. 2. l. 3. c. 26.* Prius *ex Cassiodor. 1. Var. 1. post. alios, Joann. Dauth. contr. Epopsin. Bernard. Zieritz. de Princip. prærog. Georg.* Schönbornern *l. c. c. 6., Buxd. ad B. th. 29. lit. E.,* Dominus Besoldus obtinet *de session. prærogat. c. 2. n. 2. De fœdissimo hâc in re Bodini lapsu sibi ipsi fœdissimè contradicentis consule Dn. Besold Op. Pol. Dissert. de Maj. in gen. c. 4. n. 4. vi. Bod. de Rep. l. 1. c. 8. n. 87. & c. 9. eod. l. n. 145.* Alios, quorum oculos tantum glaucoma, quo minùs veram Imperatoris nostri majestatem perspicere possint, obsedit elegantiùs refellit Georg. Schönborner *l. c. c. 5.* Alciatum *in l. 1. §. veteres. ff. de acquir. possess* refutavit Zoannettus *de Rom. Imp. q. Num. hod. sit Rom. Imp.* Etiam nunc ergò meritò de Imperiô nostrô in Const. Imp. legitur, das Heilige Römische Reich Teutscher Nation; & Imperatores moderni Romanorum Impp. in mandatis suis sese meritò prædicant. *vi prolixè disputantem Illustrem Dn. Bæklerum in Discurs. de S. R. Imperio. confer Dn. Besold. Synops. I. P. par. 2. c. 1.* Præmittendis illis de Imperiô nostrô præmissis jam ejusdem quis omnino status sit, quantum per propositum nostrum licuerit, omni operâ nos indagaturi sumus. Sed certè perdifficilis hîc JCtorum & Politicorum quorundam conflictus est, & tam variæ pugnantium dantur copiæ, ut, quibus nobis accedendum, vix videamus. Alii Reip. nostræ sta-

statum esse Aristocraticum mordicus defendunt. *Illi sunt praeprimis Bodin. c. 7. in meth hist. & de Rep. l. 2. cap. 1. & 6. ac passim., Tilem. vol. 1. Disp. 2. th. 48. Kubach. cent. quaest. Illustr. Dec. 1. q. ult., & Paurm. l. c. l. 2. c. 2. n. 9.* Alii prorsus Monarchicum *Vultej. in epist. dedic. comment. ad t. C. de Jurisd. Besold synops. J P. d. c. 1. p. 2. ex Arum. Discurs. Academ. vol. 1. Disc. 1. vi. Reink. l. c. class. 2. c. 2.* quem non nemo, qui à Cellar. Pol. *l. 2. c. 2. n. 16.* citatur, in discursu de status & administrationis Imperii Rom. formâ hodiernâ acriter defendere allaborat. Alii, Monarchicum esse, sed administrationem habere Aristocraticam, *vi. Cothm. in c l. 1. t. 1. q. 1. n. 10. cui accedere quodammodo videtur. Reink. l. c. n. 142.* Alii, planè ex Monarchiâ & Aristocratiâ mistum esse. Sunt, *Dn. Daniel Otto ap. Arum. in Discur. Acad. vol. 5. Discurs. 2. c. 7. p. m. 74. & quos ille ibidem allegat., Clapmar. de A. R. l. 5. c. 20., Besold. class. 1. Disp. 8. n. 5., Cluten. in syllog. rer. quotid., Mat. Borti. in praecogn. Jurispr. Germ. th 5., Aut. disp. de jur. Principat. thes. 10. & 11. Ant. Coler. de ju. Imp. Germ. th. 30. & seqq., Dieter. de summ. summ. Imp. pot. th. 5., Syring. de pace relig. th. 14., Bart. Keckerm. Disput. Pract. ult. q. 12. junge* Schönborners *Pol. l. 1. c. 16., Huraldum. l. 1. de Offic. Reip. cap. 3.. Velsten. Decad 7 th. 6., Crug. Colleg. Pol. Disp. 4. th. 116. & seqq., Carpz. de L. R. G. c. 13. sect. 9 n. 10., & Balthas. Cellar. l. c. c. 16. n. 24.* Mistam esse Remp. nostram docent, *Limn. J. P. tom 1. l. 1. c. 10. & Arnis de Rep. l. 2. c. 6. sect. 15.,* sed itâ, ut praedominetur Aristocratia. Nos, ut tribus saltem, quae inferiùs asserturi sumus, Reip. equidem nostrae Monarchiam Aristocraticis conditionibus in quibusdam quodammodo temperatam esse, verùm, cùm à potiori denominatio fieri debeat, *l. quaeritur. 10 ff de sta. hom.* & semper, quod magis obtinet, spectetur, *l. 3. ff. de LL.*, digniusve ad se trahat minus dignum, *arg. §. si quis. I. de R D.*, sciscitanti, quis Imperii nostri status, Monarchicum esse rectè responderi, planè statuimus. Et quidni? Praesertim cùm Imperator noster non pauca jura majestatica sine ullô Procerum consiliô exerceat, & omnino graviora in nostro Imper., *Dn.* König *l. c. c. 20. num. 124.,* sint, quae Monarchiam, quàm quae Aristocratiam, arguant. Debitum robur thesis nostra ex succinctâ & eorum jurium, quae Caesaris Ordinumque communia, & eorum, quae Caesaris propria reputantur, ejusque solius cognitioni ac autoritati reservata, recensione capere optimè poterit. Itâ enim facilius accipiemus, quot nominibus Electorum, & Statuum jura, quae Aristocratiam urgere videntur, Imperatoris nostri majestas superet. Dissentientium

à no-

à nobis argumenta confutare hâc dissertatione nec volo, nec possum, quia nimis longum. *Arum. Discurs. 1. vol. 1. de I.P. plurimis respondit.* Unicum illud moneo, quòd omnium absurdissima eorum, qui cum Bodino faciunt, opinio sit, & planè illius in cerebrô genita, quem

Bæotum in crasso jurares aëre natum.

Rejiciuntur ab Ottone l. c. & ex parte à Cellar. post Crugerum & alios. Jura Imperatoris ac Ordinum communia (communia ideò, quòd neque ille horum sine consensu, neque hi sine illius, ea usurpant) dicuntur. I. BELLUM FACERE. *vi. Sixtin. de Regalib. l. 2 c. 1. n. 20. Arnold. Clapmar. de A. R. l. 1. c. 20. Melchior. Goldast. in Pol. Imp. par. 2, Heig l. 1. qq. Ill. q. 12. n. 29., Eli.* Schrödern *in Delin. jur. bell. conclus. 2., Denais. in jure Cam. §. Cæsaris in Imperio eminentia, & seqq., Dn. VVurms. l. c. th 9., Decret. pacific. VVormat. 1495. t.* Die Königliche Majestät in verb. auch sollen wir und unser lieber Sohn Ertz-Hertzog Philippus/ auch unsere Churfürsten/ Fürsten/ und Stände des Reichs/ ohne Wissen und Willen Jährlicher Versamlung keinen Krieg oder Fehde anfangen ꝛc. *confer. pacif. Carol. V. A. C. 1548.* Dieser Landfried/ *Decret pacif. VVormat. 1522. t.* Obgemeldete Ordnung. *confer art. Caroli V. ap. Sleid. de sta Rel. l. 1.* Etenim falsò soli Imperatori Matth. Steph *2. de jurisd. c. 1. memb. 2. n. 50.*, König *l. c. n. 6.*, & complures alii, jus belli & pacis tribuunt. Ad eam sententiam ipsos duxit autoritas legum Ro.; sed perquàm incongruè. Siquidem, *uti post Arnis. l c. n. 68. Dn. Besold. Dissert. de sta Reip. mist c. 2. n. 3. vult,* non ex jure Latinô Legibusque Rom., sed fundamentalibus hodierni Imperii sanctionibus de potestate Cæsaris rationandum est. Cùm multum intersit inter id, quod fuit, & illud, quod nunc est, *l. 98. §. 8. de solutionib.*, atque jus Ro. ratione, non imperiô nos liget, *Tilem. vol. 1. Disp. 1. th. 34. confer eâ de re l. c. Paurm. 1. c. 6 n. 23., Besold. Discur. de jurisd. Imp. Ro. c. 10. Coler. sect. 1.* Nec quicquam, *Arnis l. c. n. 127.*, pro Stephanô facit t. 15. par. 2. Ordin., qui desumptus est ex recess. August. 1555. §. Wo sich aber junct. §. Wo sie aber & § So ferne sich aber. ubi est, si quis ducat exercitum Imperatoris aut Regis Rom., transitum illi non denegandum: quippe aliud conscribere, aliud est conscriptum ducere exercitum. II FOEDERA PANGERE. *d. capitul Caroli V. ap. Joan. Sleid. l. s., de decret. pacif. VVormat. 1495. d. t. in verb.* Noch einig Bündnüß oder Einigung mit fremden Nationen oder Gewalten machen. *& conf. Constit. Imper. Colon. An. C. 1512., VVormat. 1521. Norimb. 1522., quæ confirmatur in*

cômitiis

comitiis Spirensibus 1526., §. Zum andern. *item in comit. Aug.* 1530., in comit. Spir. 1542. §. Und als wir auch. *junct.* §. *seq. in comit. Aug.* 1548. §. Derohalben wollen/ *& alii eod. A. confirmata ibidem postea A.* 1551 *confer Thuan. l. 2. Hist. & Dn. Bened. Carpz. l. c. c. 6. sect. 1. n. 21. ubi citat. Alberic. Gentil. de ju. bell. l. 1. c. 3., VVarem. ab* Ehrenberg *l. 1. de fœd. c. 2. n. 32., Andr. Gail. de pac. publ. c. 4. adi quoque Schrad. de feud. par. 10. sect. 7. n. 30. lege artic. 10. Capitulatio. Leopoldi,* auffgericht zu Franckfurt Anno 1658. Wir sollen und wollen auch für uns selbst/ als erwehlter Römischer König/ in des Reichshändeln keine Verbündnüß oder Einigung mit fremden Nationen/ noch sonsten im Reiche machen/ wir haben denn zuvorhero der Churfürsten/ Fürsten und Stände Bewilligung hierzu erlanget &c. III LEGES GENERALES PER TOTUM IMP. VALITURAS CONDERE. *Dn. VVurmsf. l. c. ex comm. clausf. recess.* Als haben wir uns mit denen Ständen/ und sie wiederum sich mit uns folgender massen verglichen. *& ex Const. Frider. I. Imp. clausf. de incendiar. actum Norimb. in præsentiâ Principum, consilio & consensu eorundem. Dn. Besold. d. Discur. de sta. Reip. mist. d n, ubi allegat Francisc. Burckard.* in der Freystellung. *l. 3. c. 14., Lehm. l. 2. c. 124., Paurm. 2. c. 2. n. 50. & c., & Gerlac. Buxdorff. Dissert. ad A. B. th 6. Hinc etiam in nomen* Reichs-Abschiede *hodierna leges transierunt. Matth. Steph. de jurisd. l. 2. par. 1. cap. 1. membr. 2. Maximil. I. Imp. easdem vocat,* seine und des Reichs Ordnungen/ in Const. Ann. 1500. M. Sept. t. Das der Hauptmann. in fin. Liquescit, quod diximus, porrò quoque ex illis Caroli IV. in præf. *A. B. (quam quidam minus ritè caput primum constituunt:)* in solenni curiâ nostrâ Norimbergensi, assidentibus nobis omnibus Principibus &c. vi. Const Caroli V. Wormat. 1521. præf. in fin., & in fin. subscript. So haben wir mit einmüthigen Rath und Willen/ auch zugeben und Annehmen der Stände/ allhier versamlet beschlossen. Decret. Spir. de A. 1526., Decr. August. d. A. 1548. & 1551., multaque alia. *confer Joach. Clut. l c. concl. 21., Anton. Coler. de ju. Imp. Germ. sect 18. & Joan. Limn. de ju. publ. l. 1. c. 10 n. 22.* IV. VECTIGALIA NOVA ERIGERE, VETERAQVE AUGERE. *Henr. Bocer. de Regal. c 2. n. 184.. Paurm. l. 1. c. 4. n. 7.* R. A. de *st.* 1576. §. Weiter sind wir auch. *Dn. Reink. de R. S. & E. l. 1. class. 2. c. 2. n. 18. & n. 143., Besold. l. c., Carpz. l. c. c. 8. n. 10. & seqq., eod. c. sect. 2 n. 1., & sect. 1. n. 13. & 14. ex Thom. Mich (ipsô citante) de jurisd. concl. 12., Sixtin. de Regal. l. 1. c. 2. n. 43. & c. 4. n. 29., Dieter. de sum.*

Imp.

Imp. pot. concl. 139. Buxdorff. ad A. B. t. 9. concl. 91, Casp. Glock. de contrib. concl. 7., Heig. l. c. q. 8. n. 7. vi. art. 21. d. Capitul. Leopoldi Imp. in verb. Wir sollen und wollen auch ꝛc. keinen Zoll von neuen geben/ noch einige alte erhöhen oder prorogiren lassen/ auch vor uns selbsten keinen aufrichten/ erhöhen oder prorogiren, es seyn denn die benachbarten und interessirenten Stände/ und dero erfodertes auch in gebührende consideration ziehendes Gutachten vorhero darüber vernommen/ und hernach aller und ieder sieben Churfürsten Wissen und Willen zulassen/ und Collegial-Rath mit einhelligem Schluß/ also/ und dergestalt in diesem Stück vorgangen/ daß keines Churfürsten Widerrede oder dissens dagegen ꝛc.

V. HOSTEM PUBLICUM TOTIUS IMPERII ALIQUEM DECLARARE. *Ità svadent disertissima d. Capitul. Leopold. art. 28. verba:* Wir sollen und wollen auch fürkommen und keines weges gestatten/ daß hinfüro iemand hohen oder niedern Standes/ Churfürst/ Fürst/ Stand/ oder anderer/ ohne rechtmäßige und gnugsame Ursach/ auch ungehört/ und ohne Vorwissen/ Rath und Bewilligung des Heil. Reichs Churfürsten/ welche sich des Wercks nicht theilhafftig gemacht/ in die Acht und Aber-Acht gethan/ gebracht oder erkläret/ ꝛc. Quàm magnum itaque errorem errent, qui soli Imp. jus attribuunt imperialis banni, proposita illa possunt ostendere. *Sunt præcipui, Gail. l. 1. de pa. publ. c. 6. & 11., & l. 2. observ. 130. n. 13., Heig. par. 1. qq. Illust. q. 9. n. 43. ex* Landrecht *l. 3. art. 55., Sixtin. l. 6. c. 4. n. 8., Pistor. quæst. 26. par. 1., Matth. Col. par. 1. Decis. 108. n. 55., Paurm. de jurisd. Imp. Ro. l. 2. c. 6. n. 228., Besold. l. c. de ju. Maj. c. 5. n. 7. Reink. l. c. n. 147. & seqq., Paul. Matth. Wehner. Pract. observ. in verb.* Acht *p. m. 5., Dauth. de testam. n. 218., & Joan. Oldendorp. class. 1. Act. 2. §. per bannum. Illis nuper accessit Dn. Becker. in synops. I. P. l. 2. c. 4. n. 7. p. m. 65. Dn. Carpz. de L. R. G. c. 9. sect. 9. & 10. exemplis constabilivit thesin nostram.* Ità Fridericus I. Sobieslaum, Bohemiæ Ducem, A. C. 1178., *Dubrav. l. 13. Hist. Bohem. fol. 105.,* & Henricum Leonem Bavariæ Ducem proscripsit. *Spangenb. in Chron. Saxon. c. 332. A. 1180.* De Cunrado III., quomodo Henricum Superbum banno subjecerit, jam suprà circa fin. c. 4. retulimus. Ità publicô Principum & Ordinum consensu Otto IV. Ottonem Wittelsbachium, Comitem Palatinum Rheni, ob parricidium in Philippo III. Imper. patratum, imperiali bannô affecit. *Crus. in Annal. Svevic. part. 2. l. 10.* Eodem modô Ottonem alium etiam Rheni Palatinum, & Bavariæ Ducem, Fridericus II. Imp. Ann. 1278. *Aventin. in Annal. Boj. l. 7.* Ceterum

terum banni in comitiis vel aliô modô decreti sententiam solus Imp. & Camera Imp. exsecutioni mandat, *vid.* des Landfriedens *VVormat.* A. 1521 t. Die pœn. aller Friedbrecher & Recess. Aug. 1548. t. Die pœn. der Friedbrecher. & t. Von pœn der überfahrer dieser Ordnung. Recess. Aug. de A. 1555. Ordinat. Cam. par. 2. t. 9. §. So jemand. Differre itaque mihi videntur bannô dignum aliquem judicare, & bannitum, vulgò dicitur, publicè proclamare aliquem ac pronunciare cum singulari ritu. Illud antecedens, hoc consequens est. Illud & Status & Imp. possunt, hoc hic solus. Et credo ego, quod nonnulli autorum, dum Imperialem bannum soli Cæsari asscribunt, minùs rectè prius cum posteriori, posteriusque cum priori confundant. VI. JUS RELIGIONIS ORDINANDÆ. *Arnis. l. c. n. 131. ex Decr. Aug. A. 1555., Decret. ibid. 1530., Ratisbon. 1532. & 1541., Spiræ 1541., & 1544., VVormat. 1545., Aug. 1551., & Ratisp. 1557.* VII. AUREAM BULLAM LIMITARE. *Carpz. l. c. c. 3. sect. 3. n. 5. & seqq. ex t. 12. §. 2. A. B.* Namque nihil tam naturale est, quàm eod. modô aliquid dissolvere, quô colligatum. *l. 35. ff. de R. I. Arum. Discur. 1. th. 7. ad A. B.* Atqui consilio, atque consensu omnium Statuum erecta, *arg. pr. A. B.* Recessum autem est jam ab A. B. ultima in eô, quòd Elector Moguntinus, cui per t 4. A. B. ultima in electione vox tributa, in Caroli V. denom. primam habuit, *vi. Joan. Sleid. de sta. Rel. l. 2., Georg. Sabin. in hist. de Elect. & coronat. Caroli V. & Hartm. Maur. de Elect. Caroli V.* VIII. COMITIORUM TEMPUS ATQVE LOCUM DESTINARE. Militant hôc locô adversus Carpz. qui id solius esse Imperatoris affirmat *l. c. c. 5 sect. 6. n 19*, expressa d. Capit. Leopoldi Imp. nostri Augustissimi artic. 17. ibi: Und sonderlich keinen Reichstag ausserhalb des Reichs Teutscher Nation/ auch ehe und bevor wir darzu um der sieben Churfürsten Consens und Verwilligung durch sonderbare Schickung angehalten/ und uns mit denenselben so wohl der Zeit als Wahlstadt wegen verglichen *&c. confer Georg* Schultzen *in synops. ju. feud. c. 7. n 112. ubi hoc evincit ex Paurm. de jurisd. c. 2. n 19., Matth. Steph de jurisd. l. 2. p. 1. c. 1. n. 11, Decretô Ratisponensi H. 1576. verb.* Als haben wir mit Rath und Beliebung *&c. decret. Aug. A. 1582. & communi epistolarum Imperatoris, quibus Status ad comitia vocantur, formula:* Wann denn sampt uns des Heil. Reichs Churfürsten/ nach reiffer stattlicher Erwegung unvermeidlich und unumgänglich zu seyn befunden/ einen allgemeinen Reichstag anzustellen/

dazu

dann und wohlgemeldete Churfürsten einhellig ihren Consens dem Herkommen gemäß unter Ihr Liebden Handschrift und Siegeln gegeben/ die Bestimmung des Tages heimgesetzet/ und so viel die Wahlstatt betrifft/ ihnen unsere und des Reichs Stadt N. um erhebliche Ursachen gefallen lassen &c. IX. COLLECTAS INDICERE. d. Capitul. d. a. ibi: Auch die von dem Reiche und desselben Ständen eingewilligte Steuer und Hülffe. &c X. JUS MONETANDI CONCEDERE. d. Capitul. artic. 34. Wir sollen und wollen auch hinfüro ohne Vorwissen und absonderliche Einwilligung und Consens derer sieben Churfürsten niemand/ wes Standes oder Wesens der sey / mit Müntz-Freyheiten und Müntz-Stätten begaben und begnadigen. &c. XI. FEUDA, QVÆ VEL PER SORTEM NATURALEM, VEL ETIAM CIV., AD IMPERATOREM REDEUNT, CONFERRE. d. Capit. artic. 30. Wenn auch Lehen dem Reiche und uns bey Zeit unserer Regierung/ durch Todesfall oder Verwirckung eröffnet/ und ledig heimfallen werden/ so etwas mercklichs ertragen/ als Fürstenthüme/ Graffschafften / Städte und dergleichen / die sollen und wollen wir ohne Vorwissen der sieben Churfürsten ferner niemand leihen/ &c. Quæ in contrarium a quibusdam afferuntur, concinnè *Dn. Rumelin. ad A. B. Dissert. 7. thes. 12. p. 1. confutat.* XII. BONA IMPERII ABALIENARE, VEL ALIIS HYPOTHECAE LOCO CONCEDERE d. Capitul. art. 12. Zu deme und insonderheit sollen und wollen wir dem Heil. Römischen Reiche und desselben Zugehörungen nicht allein ohne Wissen/ Willen und Zulassen gemeldeter Churfürsten sämptlich nichts hingeben/ verschreiben / verpfänden/ versetzen/ &c. Et si quæ sunt alia & Imperatori & Ordinibus una exsequenda ut dubia Cameræ, Imperialis, (*cujus sedes quæ primum Francofurti, nunc Spiræ est. Hæc de causis matrimonialibus, & quæ fori Ecclesiastici sunt, non cognoscit. vi.* Schönbornern *l. c.c. 20. Nulla etiam in ea accusatio criminalis admittitur. Myns. 2. observ. 98. n. 8 & 5. observ. 52. Instituta est à Maximiliano Imp. I. A. 1495. vi.* R. A. zu Wormbs *eod. A.*) ac supplicationes super pace religionis & publicâ, decidere, decreta visitationum publicare, transferre Cameralem sedem, acta in Camera videre &c., quæ singula exprimit Dn. Besoldus *l. c. Vnitej. ad l. 1. C. de jurid. n. 78.* CÆSARIS JURA PROPRIA SUNT I. MAXIMOS POST SE MAGISTRATUS CREARE, REGES,

PRINCIPES, &c. *Martin. Rumelin. Differ. Acad. A. B. th. 18. par. 1, Dn. Becker. l.c. n 8 p.m. 67. post Arum. Discur. 1. vol. 1. de I.P. p.m. 7.* Testantur certè innumera fermè exempla. Recentiora Beck. affert exempla Baronis de Walstein/ & Comitis de Hohenzollern/ qui Principes creati, *confer Petr. Fritz. de Nobilit. Concl. 4.* Ab Imperatore enim nostro Imperio omnes dignitates tanquam à fonte profluere censentur: *Sixtin de Regal. l. 1. c. 4. n. 3., Gal. 1. observ. 30. n. 21., Gramm. decis. 46. n. 1., & Henn. Gœden. consil. 3. n. 23. Jus illud prolixè Dn. Otto ap. Arum. vol. 5. Discurs. 2. p. m. 119. & seq. declarat ex Rosenth de feud. c. 2. concl. 2. n. 3. & c. 5. q. 3. Cas. de feud. n. 6.* II. DE FEUDIS REGALEM DIGNITATEM ANNEXAM HABENTIBUS COGNOSCERE. vom Fahn-Lehen oder Scepter-Lehen *vi. Schultzen in Synops. l. E. c. 7. n 11. ex t 5. A. B. vers.* außgenommen der Fürsten Fahn-Lehen/denn derselben Lehen Vergleichnüß behalten wir einem Käiser und Römischen Könige. exclusa prorsus Camerâ Imp., *quod videre est in Recess. Imp. VVormat An. 1521. §.* Ob auch Sachen fürfielen ꝛc. ibi: Ob auch Sachen fürfielen Fürstenthüme/ Hertzogthüme/ Graffschafften ꝛc. belanget/ so vom Reich zu Lehen rühren/ so einem Theil gäntzlich und endlich zugesprochen werden sollen/ derselben Erkäntnüß wollen wir uns hierinnen auch fürbehalten haben. junct. Ordinat. Cam. p. 2. t. 7. rubr. Wie üm Fürstenthümer/Graffschafften ꝛc. im Recht gehandelt sol werden. *Christoph. Besold. d. Synops. l.c. c. 2. ex t. 34. l. 2 Feud. & Reink. l. 1. class. 4. c. 19.* Hoc jus adeò extendi scribit Besold. ut locum etiam habeat, quamvis cum ipso Imperatore Vasallo lis intercedat, aut quando quæritur, an ea feuda fisco Imperatorio sint applicanda, de prohib. feud. alienat. per Frid. l. 2. Feud., eò, quòd summus Princeps in propria quoque causa judicare possit *l. 3 ff. de his quæ in test. del., Marta de jurisd p. 2. c. 3 5. n. 10.*, hasce lites vicariâ operâ dirimendas aulico plerumque Consilio demandare, *Rosenthal. notat de feud. c. 1. concl. n. 6.* Quæ in contrarium a quibusdam adducuntur, ad solum Imperatorem non pertinere cognitionem regalium feudorum, probantia, prolixè rejiciuntur à Dn. Reinking. *l.c. ubi n. 3. ex multis Dd., ex Alciat. consil. 26. n. 7. l. 6., Rol. à Vall. consil. 22. n. 18. vol. 4., Surd. consil. 152. n. 51., Zas. de Feud. par. 11. n. 6. vers. quod & de aliis., Borcholt. c. 10. n. 3., Schrad. de Feud. p. 10. sect. 2. n. 66., Gail. 1 obs. 1. n. 31. & 32., obs. 29. n. 7. Vult. de Feud. 14. th. 1. Paurm. l. 2. c. 4. n. 21, Petr. Denas. in ju. Cam. t. 141. § 1., Goldast. de ju. & succ regni Boh. l. 1. c. 2. n. 6. & 7. Buxd. ad. A. B. concl. 62., Thom. Mich. de jurisd. concl. 28., Engelbrecht. de jurisd. concl. 117. & seqq., & Coler. de ju. Imp. Ro. sect. 23.* Nota satis est causa Juliacensis. Scil. cum Ducatum Juliacensem sibi peteret Elector Sax.,

eôque nomine actionem instituerent in aulâ Cæsarea, tunc Brandenb. Elector, & Neoburgensis Palatinus regesserunt; more Imperii esse comprobatum, & sublimitatem Principum etiam mereri, ut Imperator Pares Curiæ, h.e alios status parilis dignitatis cum litigantibus sibi associare teneatur. Jus illud vocarunt das Fürsten-Recht, *de quo vi Besold. de Jurid. Imp. Ro. q.34* Verùm rectissimè respondet Dn. Besold. d. *Synops. d.l.*: illa, quæ Saxoni Brandeburgensis reposuit, & nullâ lege & nullâ consvetudine firmata esse. Quòd n. Impp Ro. Germanici olim aliquoties Principes ad ejusmodi causarum dijudicationem assumpsisse leguntur, (vi. autor. der nothwendigen Erinnerungen contra informatorẽ Donawerdensem fol. 16:, ibi: nichts weniger weiß man/daß in wichtigen Irrungen zwischen Churfürsten und Ständen / so grosser Consequens seyn / die Röm. Kaiser vorher und noch ietziger Zeit / als in der Churpfältzischen Titul / Jülichscher succession, und Mühlheimischen Bau ꝛc.) ideo factum esse sciendum est, quòd illi ferè nullos certos Consiliarios habuerunt. Principes ergò tum temporis & alii status locum, quem hodie Cæsaris Consiliarii aulici, obtinuerunt. *De illâ lite* des Fürsten-Rechts *quædam habet post Dn. Limn de I.P.l 2.c 9.n.32. Dn. Nicol. Myler. de Princip. & stat. Rom. Imp. c.20.p.m.171. ubi pro eo allegat. Lehm. Chron. Spir. l.2.c.9., Schrad. de Feud. p.10. sect.2 n.14 &c.* quibus contradicunt *Thom. Mich l.c., Buxd. l.c., Reink. l.c.1. Carpz. de L.R.G.c 9.s 32.n.27. & Just.* Schütz *de Vicar Imp. concl. 14.* Certissimum est, irreconciliabilis pene pugna autorũ est in causa des Fürsten R. Prodiit peculiaris de nostrâ quæstione non omnino dudum integer tractatus, cujus autor in eam quoque decurrit sententiam, (*quam Dn. Arum. Discur. Acad. de I.P. vol.1. Discur.11. citat*) daß nemlich der Kaiser von solchen controversiis und Streiten nicht allein / sondern mit Zuziehung Parium Curiæ der Chur- und Fürsten erkennen und judiciren sol. Illius rationibus, ut & aliorum, accuratissimè & acutè, quod solet, Dn. Arum l. c. respondet. Indignissimum certè est illud argumentum, quô præprimis illi nituntur. Magnæ causæ, *inquiunt*, magnos requirunt judices, *ex l. non distinguemus. §. deliberali. ff de recept. arbitr., l. jamdudum. C. ubi cau. sta. agi deb.*: cum verò Electores ac Principes Imperii in Imperio post Imperatorem maximi & præcipui Imperatoris consiliarii sint, *vi. artic. 17. Capitul. Ferdin. III.* æquum reputari poterit, si Imperii Principes coram quoque Principibus conveniri queant. Quasi verò ullus Principum major aut nobilior Imperatore nostro detur, *l. 12. C. de legib. & const. Princip. vi. omnino Dn. Arum l.c. & lib.2.4. Discur.17. eod. vol., & vol.5. Discurs.2. t. 11. p. m. 126.*

Et jus illud Imperatoris non tantùm de solo possessorio, sed petitorio quoque intelligendum esse, docet Dn. Becker. l. c. Probat hoc quoque Dn Myler. l. c. n. 14. Non obstat, quod dicit *Ferdinandus in d. t. 7. Ord. Cam par. 2.*, so einem Theil gäntzlich und endlich soll abgesprochen werden. Quod quidam ad sola petitoria trahunt. Sed certè textus iste cum indistinctè loquatur, indistinctè etiam accipiendus est, uti benè monet Dn. Beck. ex Casp. Leopoldo *de concurr. Idiot. q. 5.*; & dicta verba gäntzlich und endlich non ad materiam ipsam, sed judicii qualitatem, & sententiæ definitionem postremam, referenda sunt. *Cubach. ap. Arum. de I. P. vol. 4. Disc. 31. Item idem Beck.* dictum Imp illud jus in omnibus etiam immediatis feudis, licet minùs regalibus, locum habere, penitus adstruit, cujus rationes videsis l. c. Quid juris, si non de integro Ducatu &c., sed certa ejusd parte controversia existat, breviter declarat *Dn. Myler. l. c. n. 15.* III. CONTROVERSIAS PRÆCEDENTÆ INTER STATUS IMPERII VERTENTES DECIDERE. *Ità obtinet contra diss. Limn. de I. P. l. 2. c. 9. n. 91. motum autoritate* R. A *de A.* 1550. t. Wie die Irrungen der Sessionen, ac R. A. d. A. 1576 §. Wenn denn die Churfürsten/ *Dn. Myler. addit. ad th. 12. Disser. 1. par. 3. Rumel. ad A. B* Apparet ex R. A. d. A. 1570. §. Zum letzten. ibi, unser Erkändniß erwarten. ex R. A. d. A, 1594. §. Letzlich. *vi. Schrader. Consil. 4 n. 303., Bertram de Comit. th. 67. Ita Carolus V., pergit Nicolaus Myler. l. c., hasce Principum controversias decidit. Arum. de Comit. c. 7. n. 102., Nolden. de nobilit. c. 19. n. 65 & seqq., Mastrill. de Magistr. l. 4 c. 14. n. 63. Carpz. de L. R. G. c. 10. sect. 7. n 41. quin. 42. & seqq, sæpe Imperialem decisionem effectu destitui asserit.* IV. PRÆSENTARE CANONICUM, QUEM COLLEGIUM RECIPERE DEBET, IN OMNIBUS ECCLESIIS CATHEDRALIBUS ATQUE MONASTERIIS PER UNIVERSUM IMPERIUM. *vi. Dn. Carpz. l. c. c. 11. sect. 15. n. 21 ubi hanc in rem allegat Tob. Paurm. l. 1. de jurisd. Imp. R. c. 4. n. 42., Lancellot. in temp. omn. jud. l. 1. c. 2. § 3. num. 16., Thom. Michael. de jurisd. concl. 13., Marquard. Freher. not. ad Petr. de Andlo l. 2. c. 6, Regner. Sixtin. de Regal. l. 1. c. 2. n 56., Restaur. Castald de Imp. q. 100. n. 14, Specul. in t. de prab. §. restat n. 7.* Quod jus non ex indultu aut privilegio Papali, prout opinatur Andr. Gail. *2. observ. 155.*, sed ex præeminentia superioritatis, adeoque proprio ac regio nomine Imp. debetur, *juxta Dn. Carp l. c. n. 22.* V. UNIVERSALEM IN TOTO IMPERIO JURISDICTIONEM HABERE, ET IN

IN CAUSIS, ET PERSONIS UNIVERSIS. Hoc deducit Dn. Carpzov. *l. c. c. 9. sect. 10. n. 13. ex Jacob. Menoch l, 2 præs 4. n. 14. & seq., Paur. l. c 4 n. 20. & seqq. Carol. Tap. in rubr. de Const. Princ. c 4. num. 11. confer Dn. Ptermsl. c. Anton. Fab. in consult. de Ducat. Montisferrat pro Duce Sabaud. par. 1. p. 40., Andr. Gail. de pa. publ. c. 11 & 2. obs. 56., Covarr. 3. Var. Resol. n. 6., Vasq. controvers. c. 5., Lancellot. l. c. c. 1. §. 1. & §. 4., Zach. Viet. de Exempt. Imp. concl. 1., & Nicol Everb. Jun. consil. 7. n. 20. & seqq., junct. consil. 41. n. 8. arg. A. B. t. 2. circa med. &* R. A. zu Augspurg. §. und dieweil wir nun. VI. CONCEDERE ACADEMIAS ERIGENDI JUS AC STUDIA UNIVERSALIA. *Dn. Dan. Otto. Ap. Arum. vol. 5. Discur. 2. c. 24. ex Zas. par. 5. Feud. n. 14. Ferrar. Montan. l. 2. Feud. c. 1. & l. 5. c. 7. Claud. Seysell specul. feud. t. Qui feud. dar. poss., Nic Mozz. de nat. feud n. 24., Pruckm. ad Rubr. quæ sint Regal., c. 3 n. 2., Schneidevv. de feud. par 2. n. 28., Ordin. Cam. p. 1. t 3.* §. Desgleichen *&c. confer Anton. de Petr. de potest. Princ. c. 13. n. 34., Herm. Kirchn. de Rep. Diss. 2. coroll. 4., & Rosenthal. de feud. c. 5. concl. 2.* VII. GENERALE RELIGIONIS CONCILIUM HABERE. Hoc Arnis. l. c. n. 132. ad reservata Impp. refert. Recipit Carolus V., *inquit*, promotionem generalis concilii Decret. Norimb. 1524. §. als auch viel gedacht. in præfat. interim. & Principes supplices à Cæsareâ Majestate expetunt, ut concilium generale indici procurare velit, in Comit. Spir. An. 1526. § und ernstlich & A. 1529. §. und anfänglich. quasi potestatem indicendi concilia, quæ ipsi jure communi competit exemplo primorum Impp. soli Cæsari integram relictam velint. VIII. NUNDINAS UNIVERSALES CONCEDERE. *Joan. Azor. Instit. Moral. l. 10. c. 7. par. 2. tom 2.* Ità Fridericus Secundus nundinas antea Moguntinæ habitas Francofortum transtulit. *Goldast. tom. 3. Const. Imp. 1. Crus. l. 5. c. 2. p. 3. Annal. Svev. vi. Dn. Myl add ad Rumel. Differt. 3. par. 3. th. 18. ad A. B. ubi quàm plurimos autores eo de regali allegat. vi. Dn. Beck. l. c. n. 20. ex Matt. Stephb. de jurisd. l. 2. p. 1 c. 1. memb. 2. n. 98., Sixtin. de Regal. l. 1. c. 6. n. 31., Gail 2. observ. 69. n. 24. 25.* Quanquam, id quod l. c. Beckerus notat, Imperator haut facilè inauditis vicinis civitatibus conferre soleat ejusmodi nundinas; *id quod Regn. Sixtin. l. c. in aula Imperatoris observasse sese testatur. vi. Gail. l. c.* IX. STAPULAS ERIGENDI FACULTATEM CONCEDERE, SIVE EMPORIA, Staff oder Stapel-Gerechtigkeit/ freye Niederlage; ità ut vectores novas vias quærere haut possint. *Dn. Beck. l. c. n. 18. ex Maul. de ju. conduct. t 3. n. 21., Cons. Marp. vol. 2. cons. 62. qu. 4. 5. & Dn. Besold.*

fold. Thesaur. Pract. verb. Stadtfel-Gerechtigkeit. *vi. VVehn. Observ. Pract. in verb.* Staffel-Recht. p.m. 449. ibi: in Rheno fluviô! seynd unterschiedliche Staffeln / *ubi mixta leges.* NB. Staffel-Güter distinguuntur von Meßgütern / so nicht staffelbahr 2c. Ejusmodi privilegiô gaudent Colonienses, Moguntini, & Spirenses. Quàm accuratè privilegiati ita jus suum tuentur, disco ex Spirensium quâdam actione, quam Paul. Matth. Wehn. refert l. c. Videlicet cùm aliquando Elector Palatinus Rheni Ann. 1575. in Oppenheim ejusmodi jura der Staffel-Freyheit cæpisset usurpare, ipsi statim Spirenses obtentô mandatô Cæsaris aliquô pœnali fine clausula inhibuerunt. *vi. Gylm. tom. 2. Symph. part. 3. t. 18. fol. 338.* Marck-Recht aliud est, quod nullô modô cum Staffel-Recht confundi debet. X. JUS CIVITATIS CONCEDERE etiam ad reservata Imperatoria referunt communiter. Nemini enim absque Cæsaris consensu, ad minimum tacito, *Valas. in l. Imperium, de jurid. n. 73.*, civitatis constituendæ jus esse volunt: & eâ non interveniente constituta, nec civitas, nec jura habere civitatis putatur. *Innocent. in cap. Ecclesiarum n. 1. de offic. ordin.* Ità Fridericum I. Imp. Casalentibus jus civitatis habendæ dedisse, scribit *Natta cons. 636. n. 100. vi VVehner. l. c. in verb.* Stadt-Recht / ubi deferendi illud jus annumerat denen Käiserlichen reservaten und Käiserlicher Hoheit. Maximil. I. Imp. A. C. 1514. ita rescripsit Alberto, Comiti Mansfeldico, qui vico cuidam prope Islebium jus civitatis dare volebat: Wenn nun dir noch iemand anders nicht gezienet / Stadt-Recht oder anders das der hohen Obrigkeit anhanget / ohne besondere Erlaubnüß aufzurichten so empfehlen / 2c. *Thom. Michael de jurid. th. 12. lit. C. vi. Obrecht. de Regal. th. 190. confer Arum. Discurs. 2. vol. 5.* Etsi quæ alia sunt, quæ inter reservata Imperatoria ab auctoribus referuntur v. c. summa Imperii Prætoria instituere, *vi. Dn. Beck. l. c. n. 9. multa doctissime differentem*; universales postas instituere, *multa Reink. l. c. ex Mich. de jurid. concl. 12. Sixtin. de Regal. l. 2. c. 13. n. 42.* Principum ac Imp. statuum postæ ad differ der Reichs Posten / dicuntur Land-Posten, totaliter famæ restituere per universum Imper., *Rosenth. de feud. c. 5 concl. 2. n. 4. ex C. de sent. pass., Bod. 1. de Rep. c. 10., Thom. Mich. l. c. concl. 11., Sixtin. l. 1. c. 2. n. 20., Gail. de P. P. l. 2. c. 19. confer c. 2. par. 2. Besold. Synops. I. P.* creare Comites Palatinos, Doctores, &c. *vi. Arum. Discur. 2. vol. 5. &c* Jam ad statum. Liquescit ergò ex dictis meis, quot parasangis à statu merè Aristocraticô

cô

cô noster Reip. modernus distet status, & quàm prope potiùs Monarchico idem accedat. Status Aristocrat. communiter definitur, quòd sit nihil aliud, quàm paucorum, ex æquô potentia & gubernatio. *Arum. Discurs. Acad. de I. P. vol. 1. Disc. 1. ex Bod. l. 2. de Rep. c. 1., & Clapm. l. 5. A. R. c. 20., & Melch. Jun. q. pol. 1.* Æqualemne ergò cùm Imperatore nostrô Imp. habent Ordines potentiam? Eâdemne cum eôdem iidem autoritate pollent? Sanè v. tantum abest, ut sibi tantum Status Imp. arrogent, ut potiùs Cæsaris (quem Dominum suum Clementiss. utique vocant, unser allergnädigster Herr. R. A. zu Augsp. de A. 1525. ibi: unser allergnädigster Herr) subditos, & humilimos observatores in literis ad Cæsaream Majest. datis ipsos sese appellitent. E. Käis. Maj. unterthäniger *N. vi. Hortled.* in Reichshandlung. *l. 4. c. 7. n. 34., Syring. de p. relig. concl. 14, Sixtin. l. 1. de Regal. c. 4. n. 8. vi. omnino Dn. Myl. de Princ. & Stat. Imp. c. 93. per tot.* Hinc toties omnium Ordinum obedientiæ atque subjectionis vox in Recessibus legitur, ùt & aliis in literis ac supplicationibus, quas illi Imperatori mittunt. Const. d. A. 1521. t. Handhabung des Frieden. §. darauf befehlen. ibi: bey Gehorsam. & in ead. t. welcher ûm Friedbruchs willen. §. und darauf. R. A. zu Regensp. 1530. §. und meynen. ibi: und mit unserer gehorsamen Churfürsten/ 2c. gemeine zeitigen Rath, 2c. R. A. zu Worms 1521. §. und dieweil wir. ibi: [illegible] unterthänigen Gefallen/ 2c. R. A. 1564. §. haben sie. ibi: uns zu allerunterthänigsten Gehorsam. item in aliâ Const. eod. a. §. darauf auch/ R. A. 1566. §. wiewol denn. ibi: uns zu allerunterthänigsten Gehorsam eingelassen/ R. A. zu Worms. 1521. rubr. Ordnung des Landfriedens. §. und darauf befehlen wir allen und ieden obgeschriebenen. ibi: bey den Eyden und Pflichten/die ihr uns von des Reichs wegen insonderheit gethan/und bey dem Gehorsam/den ihr uns/als Röm. Käiser schuldig seyd/2c. Hinc omnes Imperatori fidelitatem jurant, quod apparet ex formula homagii, quod exhibet Warem. ab Ehrenberg *de fœd. l. 2. c. 1.* dem Röm. Käiser und dem Reiche treue/ hold/und gehorsam zu seyn. *vi. Andr. Gail. de Arest. c. 7. n. 11., Gœdd. in Resp. de Baron. Vallend. n. 479. vi. Rusdorff. in Vind. Palat. c. 23. n. 28. & quos Dn. Myl. c. affert c. 92., qui formulam juramenti maximam partem exprimunt, Sigon. l. 7. de Reg. Ital. & Limn. de I. P. c. 7. l. 4. n. 36. & 37.* Quomodo juramentum præstetur, exponit *D. Myl. eod. l. n. 5.* Si in privato Imperatoris conclavi fidelitas juratur, præsertim per Procuratorem, tactô librô N. Testam., & additô osculo gladii peragitur sacrum. Fit etiam devotè, humiliter, cum debitâ reverentiâ, capite nudato, depositis armis, ac auf den Knien/ *ex gl. c. uv.*

K §. *fa-*

§.fœminam.2.feud 3.Zaſ.de feud.par.7.n.13., Schrad.par.6.c.1.n.19.& Limn.d. c.7.n.37. Quod obſervatur, *pergit Dn.Myler*, ſive coram Imperatore, ſive coram Conſilio aulico, ſive in propria perſona, ſive per Procuratorem feudi recognitio petatur. *vi. Roſenth.de feud.c.5.concl.13., Muſcul. de ſucceſſ. membr.1., Beſold.de appell.l.6.c.2.n.20.,& Differt.Pol.de ju.Maj.c 9.n.3., Otto in Diſc de maj.Imp.& Imperat.p.39.,& Gail.l.1.O.30.& Dn.Carpz.de L.R.G.c.1.ſ. 1.ſect.8.n.11.* Præterea, quod nominibus Cæſari ſinguli Reip.noſtræ Ordines ſubſint, apparet quoque ex mandatis, quibus Imperator omnib. Imperii Statibus indiſtinctè, & quidem ex plenitudine poteſtatis (*id quod Monarchæ eſſe vel ipſe Bodinus, iniquiſſimus iſtæ Monarchiæ noſtræ deriſor.l.2.de Rep.c 2., judicat*) Imperat. Ut pauca, unam ſaltem Conſtit.ob oculos ponemus noſtros, ex qua, quod ego ſtatuo, clariſſimum fiet. Eſt itaq; d. de A. 1521. Ordnung des Landfriedens zu Worms. in pr. ibi: Entbieten allen und ieglichen/unſern und des H. Reichs Churfürſten/ Fürſten/Prælaten/Grafen/ꝛc. unſern und des Reichs Unterthanen/ꝛc. in ead.t. Handhabung des Friedens. §. Darauf befehlen wir allen und jeden obgeſchriebenen/euch auch hiermit aus Röm. Käiſ. Macht/ bey den ꝛc. und bey dem Gehorſam/ den ihr uns als Röm. Käiſer ſchuldig ſeyd/auch bey Verluſt aller Gnade/ Privilegien/ und Rechten/ ſo ihr von uns/und dem Heil. Reiche/ oder ſ[illegible]en habet/ernſtiglich und feſtiglich gebietend/daß ihr dieſen obgeſchriebenen Frieden/ und unſer Gebot/ꝛc. vi. R. A. zu Speyer. 1529. t. Mandat wider die Wiedertäuffer. §. Desgleichen R.A. 1530. §. Und dieweil. ibi: Demnach gebieten wir von Röm. Käiſ. Macht und Vollkomenheit/ Churfürſten/ Fürſten/ꝛc. & circa fin. als lieb einem jeden ſey/unſere und des Reichs Ungnade. ꝛc. R.A. 1542 & R.A. 1567. quinimò imperat omnibus Imp. ſub certâ interdum ac denominatâ pœnâ. Reform. guter Policey zu Augſpurg. de A. 1530. t. Von theuren Zehren bey denen Wirthen. §. Und damit. ibi: ſo gebiethen wir allen Churfürſten ꝛc. alles bey Pön zweyer Marck löthiges Goldes. ꝛc. ſub pœna amiſſionis privilegiorum ac omnium dignitatum, uti ſuprà in d R. A. 1521. item banni, R.A. 1542. zu Speyer. §. Würde ſich aber ꝛc amiſſionis vitæ, R. A. zu Speyer 1548. §. Damit aber nicht. Jam igitur, poſtquam evici, Imp. in Imperio omnibus majorem eſſe ac potentiorem, breviſſimè argumentor. In quacunq; Rep. datur unus, cui ſeſe omnes ſubmittunt, quem omnes Dominum ſuum appellant, cui hominium omnes præſtant &c. de illâ nemo ſanus Statum

prædi-

prædicare potest Aristocraticum, multò minùs Democraticum, sed omnino Monarchicum. Atqui de nostro Imperio illud verum est, per ea, quæ nos hactenus. E. Quòd v. Imperatoris nostri in quibusdam quodammodo potestas est restricta, propterea', Monarchiam nostram in quibusdam esse conditionibus Aristocraticis temperatam, nos dicimus. At enim, *inquies*, cur non potiùs, Statuum Ro. Reip. Aristocraticum esse, qui Monarchicis conditionibus in quibusdam temperatus, statuis? Præsertim cùm tam multa jura majestatica sint, quorum seriem suprà vidimus, quæ nequaquam solus usurpat Imperator. Sed scias, nimis adversum esse Aristocratiæ, uni jurare fidelitatem, uni in plurimis parere, &c. Etsi in quibusdam juribus Imperator cum Imperii Statibus concurrit, facit hic illud, non ut par, sed ut membrum præcipuum, & ferè caput, als des H. Röm Reichs Oberhaupt. A.B.t.2. R.A. 1566. §. Demnach R.A. 1533. §. Dergleichen wir/ ibi: als Röm. Käiser und Haupt/ R.A. 1545. §. Also und dermassen/ ibi: daß wir als das Haupt. *vi. Tiber. Decian. resp. 19. n. 128. vol. 7.* Sanè in comitiis solus Imp. deliberationis capitula proponit. R.A. 1564. §. Haben sie. R.A. 1566. §. Als wir nun. *vi. Christoph Lehm. in Chron. Spir. l. 2. c. 37., Paurm. de jurisd. l. 2. c. 2. n. 31.* Ex quo ipsò, *quemadmodum monet Dn. Reink. l. c. l. 1. class. 2. c. 2 n. 118.*, prædominantis in Imperiô nostrô Monarchiæ argumentum immotum sumitur. Huc pertinerent objectiones Bodini, Paurmeisteri, Limnæi &c. quibus ingenium singulare suum & notitiam suam Statûs Germanici perfectissimam multùm ostentare satagunt: verùm cùm Dn. Arum. *per t. Discurs 1. Acad. vol. 1. & Daniel Otto. ap. eund. vol. 5. Discurs. 2., & Dn.* Liebenthal *Exerc. Pol. 8. q. 1., & Balthas. Cellar. l. 2. Pol. c. 4. & 6. post Dn. Reinh.* Königen/ *&c.*, dudum singulis vires adeò præsciderint atque attenuaverint, ut nunquam resurgere possint, meritò hôc ego locô ad illos Dd., ne actum agam, memet prorsus refero. Longè quidem, fateor, cum Jac. Lampad., sive abruptior, sive concisior tractatio fuit mea, quàm & materiæ sublimitas desiderare videtur & amplitudo: sed justa rei ac fusior exsecutio in prolixum, qui meæ sortis homini quàm minimè convenit, commentarium exitura Academici exercitii modum indecenter atque incongruè benè planè excessura foret. Ergò stet littore puppis. Esto nunc cum DEO cujus immensam clementiam in initiô humillimè imploravi, hîcque labore absolutô piè collaudo,

hæc ultima linea, & supremus

FINIS.

EXERCITATIO SECUNDA.

De

Imperatore Romano-Germanico, ejusque electione.

THES. I.

DIsquisituri de Imperatore Romanô-Germanicô ejusq; electione, præfaminis locô operæ pretium duximus pauca de jure publicô præmittere; imprimis cùm ipsa materies, cujus cognitio exactè aliunde peti haut queat, vix suadeat diversum. Obicem proposito huic nostro posituri Magni Nominis JCti, Rerumpublicarum jura, vel ex solô discrimine, hujus in Academiis professionis plerumque comite in publicum trahi vetant. Nos alienissimi ab horum sententiâ, his ipsis, quò minus voluntati nostræ satisfaciamus viam nobis præcludi non patimur, ut distingvamus potius inter principia juris publici, & principiorum applicationum. Vel, ut alii loquuntur: inter ipsum jus publicum & arcana Imperii; hæc nec perscrutanda à quovis, nec evulganda sine magnô Reipublicæ & evulgantis periculô ex literis Ammiani Marcellini ad Constantinum olim datis novimus; illud verò quatenus consensu Imperatoris & Statuum Imperii publicis typis prostat, docendum & discendum omninò asserimus. Si enim jus publicum in Legationibus &c. demum discendum, annon imperitus ad easdem accedens, ob ignorantiam rerum & actionum ludibrio expositus omne munus obeundum subterfugeret? Theoria itaque in Academiis præcedat necessum est, ubi praxis laude quid dignum in publicis Imperii negotiis præstet.

2. Nec adeò curamus hâc in re obloquentem *Vasquium, illustr. qu. c. 25. n. 4* qui nixus autoritate *l. 3. C. de crim. sacril.* negat de principali judiciô disputandum, cùm longè aliud sit, de factô Principis disputare, & ejus sententiam alicujus injustitiæ accusare, aliud de Principis jure. Illud citatô locô prohibetur, hoc non item. De factô temerè disputandum negamus & nos, affirmamus autem de jure, an illud scilicet fundatum sit in Aureâ Bullâ, Recessibus Imperii, Capitulatione hujus vel illius Imperatoris. Quô enim fine hæc ipsa juris publici fiunt, si pro arcanis haberi debent? Turpe insuper est, nomen JCti

JCti exasciati sustinere velle, alterum tamen jus (scilicet publicum) ignorare, cùm præcipuè hujus studii finis sit ea discere, quæ civem ad Rempublicam in partibus suis gubernandam aptum reddunt. *Secund. Imp. Justin. in fine proœm.* Ineptus autem gubernator futurus est, qui ad eam nudâ juris privati doctrina instructus accesserit, *similis illi*, ut loquitur *Hermannus Hermes in fascic. J. P. qui navis moderationem præ aliis antevertit apprehendere, remum autem nunquam attigit, aut vadabundum mare ne quidem per somnum vidit, qui corbitæ præficitur & celocem nunquam rexit.*

3. Fatendum equidem Imperatorem Justinianum *Inst. §. fin. de J. & J.* juris publici nullam fecisse mentionem. At quis ex *§. fin. hu itaq;* non intellexerit, eum non aliam ob causam id præteriisse, quam ne incipientium animi varietate nimium onerentur, vel ex differentia studii desertores efficerentur. Nostro asserto adstipulatur *Ulpianus l. 1. §. 1. Pand. d. J. & J.* dum duas esse juris propositiones asserit, inquiens, hujus (scilicet juris) duæ sunt propositiones: publicum & privatum. Quô ipsô apertè ostendit, ea, quæ juris publici sunt, ita juri privato esse conjuncta, ut separari à se invicem vix possint. Etenim jus privatum, finem justitiam, solum exhaurire non potest, ut enim justè vivas, ut Respublica sit beata, non sufficit ut justè cum concive converseris in privatis tuis negotiis, sed etiam ut religioni stet veritas Magistratui fiat obedientia, præmia virtuti & pœna male factis solvantur, & quæ sunt alia.

4. Sumitur autem jus publicum præcipuè tripliciter. I. Latissimè, pro eô quod ex summa autoritate processit atque conditum est. Quô sensu omne jus publicum censetur. *VVesenbec. Pand. tit. d. J & J. n. 14.* Semper enim potestas legislatoria præsupponitur, sive leges & jura Divina sint sive humana. II. Jus publicum illud significat, quod ex publicâ autoritate aliquam formam accepit à civibus observandam. De quô intelligenda regula *l. 38. Pand. de pact.* quod scilicet privatorum pactis immutari nequeat *conf. l. 3. Pand. qui testam. fac. poss. ad d. l. 55. de legat. 1. l. 15. §. 1 ad L. Falcid.* III. Denique in specie pro jure publicô Romanô-Germanicô accipitur. *§. fin. Inst. de J. & J.* ubi dicitur quod sit jus, quod ad statum rei Romanæ spectat. Germanicè vocaverimus des Heiligen Römischen Reichs allgemeine Staats-oder Regiments-Recht. Nos paulò uberius definiverimus illud, quô

Germaniæ Imperium in exercitiô summæ potestatis nititur, immediatè ad publicam salutem collimans.

5. In quâ ipsâ definitione cernimus I. quod jus publicum differat à jure privatô, & præprimis dupliciter. I. objectô: quia jus publicum de juribus fœderum, belli, pacis, &c. satagit, penes quem hæc & similia sint at jus privatum propriè respicit privatorum causas. Deinde II. respectu finis immediati: quippè jus publicum immediatè tendit ad Reipublicæ salutem: privatum verò ad singulorum utilitates immediatè dirigitur. Quam distinctionem vel in ipsis textibus *§. fin. & dict. l. 1. § 2.* deprehendimus. Et licet omnia jura, & per consequens etiam privata pro utilitate publicâ lata sint, tamen quædam in executione primô in utilitatem publicam redundant, ex quibus per consequentiam utilitas ad singulos diffluit, unde jus publicum: aliæ verò leges sunt, ex quibus utilitas in executione prius ad singulos, deinde ad Rempubl dimanat.

6. Laterem ergò hactenus lavant illi qui jus publicum ex jure Justinianeô petendum asserunt, cùm omnium Publicistarum ore Reipubl. nostræ status à veteris Romanæ formâ nimium quantum differat, multumque intersit inter illud, quod olim fuit, & quod nunc est. *l. qui res 98. §. aream 8. Pand. de solut.* Ubi verò status variat, ibi illicò jus publicum variare necessum est. *VVaremund ab Erenb. de fœd. l. 1. c. 1.* Apponere hîc lubet verba *Aut.* der Donawertischen *information. p. 1. p. 12:* Daß *ipsa Republica Germanica forma* nicht aus dem Lateinischen Rechten/ oder *Bartolô* und *Baldô*, sondern vielmehr aus des Reiches löblichen Herkommen/und dahero rührenden alten Verfassungen/ als der güldenen Bull/ Käis. und Königl. Capitulationen, des Reichs Abschieden und constitutionen zu nehmen. Cui add. *Ludovic. de Hornigk. in tract. de jure poss. c. 2. p. 10.* inquiens: *Imperii nostri statum è LL. Justinianeis eruere, esse lanam evellere ab asinô. Clapm. de arcan. Rerumpubl.* infrunitos vocat JCtos, qui leges antiquæ Reipubl. Romanæ promiscuè, & velut obtortô collô ad præsentem Rempubl. detorquere conantur. *l. 2. cap. 10.* Quemadmodum enim olim Germaniæ Regnum, antequam cum Romanô in unum coalnit corpus, non tantum privata, & publica sua habuit jura, in multis à Romanorum jure diversa: ita postquam Romanum suscepit Imperium, eadem libertate juris sui usum fuit. Lehm. *Chron. Spir. l. 5. c. 4.* Concludimus ergò, eum qui veram cognitionem

Imperii

Imperii, ejusdem ſtatus, & exinde dependentium membrorum ſcire anhelat, majori cum fructu relictô Bartolô, Baldô, aliisque progredi poſſe, ſi præter Receſſus Imperii, Capitulationes Imperatorias, Auream Bullam, Deciſiones Cameralium, & induſtriâ Goldaſti collecta opera evolverit.

7. Maximè hodiè praxis juris publici Imperii Romanô-Germanici comparari poteſt in aulis & curiis, per commercium & converſationem, cum viris talium rerum peritiâ præſtantibus. Hâc ratione perſonatus ille Severinus de Monzambano *in præfat. ad libr. de ſtat. Imp.* ſe cognitionem ſtatus Imperialis ſibi comparaſſe *gloriatur*, eâdemque viâ Magnorum Principum Legatos noſtrâ ætate hunc ſcopum feliciter in Imperii comitiis attigiſſe, experientia teſtatur. In quam rem ſcitè illud Publiciſtarum Decus *Limnæus* his verbis diſſerit: *Atque lubens fateor*, inquit, *hanc demum cognitionem, quam experientia & longus rerum uſus defert, præferendam illi, quam librorum ſuppeditat copia. l. 1. d. J. P. c. 3. n. 10.*

8. Porrò quæ theſ. 6. diximus, non de generalibus ſtatus, quæ noſtra Respubl. cum veteri Romanâ in aliquibus habet communia. *Hahn. ad VVeſenbec. d. J. & J. pag. 61. & 62.* ſed de ſpecialibus, quæ omninò non niſi ex Aureâ Bullâ, Conſtitutionibus Imperialibus, ſive communibus Imperii ſponſionibus, intellecta volumus, cum quasdam leges Germania ſubjectô ſibi Imperio Romanô atque cum eo ipſo leges ejusdem in obſervantiam deduxerit, quas meritò adhuc hodiè obſervamus. *VVatemund. ab Erenberg. l. 1. de fœd. cap. 1.* Nec minus huc referenda, quæ Jure Canonicô, de rebus ſacris & Epiſcopis, Abbatibus, eorumque electione, poſtulatione, conſecratione, autoritate, uſu pallii, aut his ſimilibus extant. *Juſtus Sinolt* Schütz *in colleg. J. P. diſput. 1 theſ. 9.* eò quod etiam in terris Imperii circa res & perſonas ſacras ſervandum ſit jus Canonicum. Quæ enim in Codice, de ſummâ Trinitate, de Epiſcopis, Clericis, de Hæreticis, re militari, jure fiſci, & ultimis tribus libris Codicis proponuntur, juris publici non minima portio ſunt, & adhuc ſuam obtinent firmitatem niſi reperiantur correcta. *l. ſancimus C. de teſt l. præcip. C. de appell. in fin.* Demum ex jure feudali magnam partem hodiernæ jurisdictionis deſumi in propatulô eſt, vid. *Vult. l. 1, de feud. c. 1. n. 1. & ſeqq.*

9. Digno-

9. Dignoscitur II. Jus publicum à Politicâ. Nam Politicus in genere ait de quibuslibet Rebuspublicis constituendis, earundem ortu, conservatione, interitu, & diversis formis. Publicista verò in specie considerat Rempublicam Romanô-Germanicam, conditiones Imperantium, Imperii membrorum, privilegia & similia. Adeoque principaliter ad Publicistam pertinet, & ipsius quasi ἔργον esse debet, ut de hac vel illâ Republ. Individualiter considerata sit sollicitus. Cæteros modos, quibus jus publicum tùm a Politicâ, tùm ab Historiâ differt, vide sis *in noviss. Magnif. Dn. Præsidis comment. ad A.B.p.6.n.24. & seq.* Nobis hæc de jure publicô in genere dixisse sufficiat. Transitum facimus ad statum Germaniæ modernæ publicum.

10. Præsuppositô tres administrandi species, pueris penè & nec dum ære lotis notissimas, quasque *Tacitus l. 2. annal.* brevi verborum compendiô complectitur, *cunctas* inquiens *nationes aut urbes, aut Populus, aut Primores, aut singuli regunt*, misceri posse, Remque adeò publicam dari mixtam, quærimus, quæ tandem Imperio nostro Romano-Germanico forma adscribenda? Constat autem ex *Limn. c.10. l. 1. c. 1.* quæstionem hanc Sabbathicam & magistralem olim dictam fuisse, cùm in utramque partem aliquid dici posset *Ernest. Cothm. vol. 1. resp. 44. n. 45.* Pro Aristocratiâ acerrimè depugnat *Bodinus l. 2. de Republ. cap. 6.* quem sequitur *Kubach. c. 1. quæst. illustr. dec. 1. quæst. ult. Paurmeister, l. 2. c. 2. n. 9.* Quibus se è diametrò opponunt, *Sprenger in jurisprud. publ. c. 3. Reinking. de Reg. Sec. & Eccles. l. 1. class. 2. c. 2. n. 52. & seqq.* ubi Bodinum Magnâ odii virulentiâ inescatum, non decenti modestiâ, sed dicacis linguæ lasciviâ, & petulanti calami crenâ Imperii & Imperatorum Romanorum Majestatem ambitiosè perstrinxisse & lacerasse ostendit.

11. Nos ponderatis omnibus quæ pro utraque sententiâ afferuntur argumentis, mediâ cum nonnullis viâ incedendum putamus, & dicendum, hodiernum Imperii statum esse quidem Monarchicum, sed Aristocratiâ temperatum. *Besold. l. 1. Pol. cap. 8. th. 5. & seqq. Arnis. in doct. Pol. c. 8. Schonb. 1. Pol. c. 16.* Idque probamas ex intrinsecâ Imperii conditione, cùm habeat Germania I. caput aliquot cæteris statibus junctim sumtis si non superius potestate, certè exæquatum, nimirum, Imperatorem. Habeat II. Ordines & Proceres summam Reipublicæ potestatem admodum inæqualiter participantes. Nam collegium Electo-

Electorale solum eligit Imperatorem. *A. B. in proœm.* Deinde etiam comitia non indicuntur, nisi de consensu Electorum, cùm tamen cæteri Principes & Ordines Imperii desuper non requirantur, sed tantùm statutô jam die ad locum comitiorum vocentur. *Cap. Leopold. artic. 17.* Sic Electores singuli habent jus præsentandi Assessorem Cameræ, quod nemo Principum seorsim habet, sed solum nomine totius circuli idem competit. Kammer-Gerichts Ordn. *p. 1. t. 1. vid. Inst. pac. art. 5. §. 56.* & quæ talia plura sunt ex quibus Electoralis sublimitas præ reliquis Imperii membris conspicitur atque refulget.

12. Quod si consideremus Principes & Comites inter se, magna itidem apparet disparitas, quam imprimis hinc videre licet, quia Principes Imperii pro se quisque seorsim jus votandi in comitiis habent, ex adversô Comites omnes ratione collegiorum suorum IV. tantum vota exerunt, adeoque sunt inferioris dignitatis quam Principes. Quod verò Civitates Imperiales concernit, eas duplicis tantum voti participes esse in comitiis cuique liquet. Ex quâ comparatione tam Imperatoris ad Status, quam ex respectu horum inter se in poblicis valdè difformi, quis non concludat Imperii nostri mixturam?

13. Monzambano jura majestatis non esse penes diversa collegia Procerum & Statuum, adeoque modum illum mixtionis, quem solum admittendum asserere videtur *Arnis. de Republ. c. 8. p. 164. & seqq.* obtinere in Germaniâ vix posse arbitratur. Sed respondemus, partim falsum illud esse, cum v. g. jus Electionis Cæsareæ sit penes solū collegium Electorale, idemq; in cæteris nonnullis dicendum; partim etiam non ex solô illô capite, ex quô *Arnis. loc. cit.* mixturam in Republ. statuit posse statum aliquem mixtum dici, sed cumprimis etiam ab inæquali illâ quam modò adduximus jurium Majestatis participatione. Ubi certè ratio apertè convincit, statum esse nō planè simplicem, quamvis jura summæ potestatis, respectu diversorum Statuum separata non sint, ita ut hoc jus huic, alterum alteri exclusivè competat. Nam & ante Septemviratum Germaniæ nostræ, eâ ratione inæqualitatis præmissâ viguit mixtus status, quamvis singuli Ordines omnia participarent Majestatis jura, participatione scilicet multum inæquali.

14. Facit insuper ad excludendam Imperii Monarchiam simplicem *art. 8. Inst. P. §. gaudeant*, cùm vigore hujus nil possit in publicis negotiis sine Statuum præscitu atque consensu decidi. Etenim Imperator

perator Statum Imperii absque Ordinum consensu creare non potest. *Cap. Leopold. art. 44.* Neque pro Reipublicæ statu modernô incommodè. Si enim Imperatori liceret, quoslibet in Status votô in comitiis gaudentes promovere, verendum omninò foret, ne Cæsar fiduciariis suis in Ordinum numerum receptis, multitudine votorum, quum illa paucis articulis per *Inst. Pac. art. 5. & 19.* exceptis, non ponderari, sed numerari soleant, Imperii Status tandem vincat. Quod ipsum arcanum Ferdinandus II. ut passim testantur exempla, sibi habuit recommendatissimum.

15. Sic vi *illius §.* qui proræ Imperii, tanquam firma anchora navi alligatus est, Imperatori non licet pro suô solius arbitratu bellum suscipere, nisi publicô Ordinum consensu atque suffragio: quô tamen Imperatoria Majestas non imminuta sed munita est, dum melius in commune consuli non possit, quàm si Imperatori nil liceat, nisi quod expedit Imperio, expedit autem illi maximè, ut communi omnium consensu agatur, quod ad omnium caput pertinet. Imò verò nec collectas, vel tributa indicere potest Imperator, vel fœdera inire, & quæ alia Majestatis jura in libellô Eitel Friedriges von Herden *p. 1. c. 1.* invenias. Verbô, quicquid tandem sit, quod ad Statum Reipublicæ spectat, de eô haut quicquam licet Imperatori pro lubitu statuere, sed in plenis Imperii comitiis. *cap noviss. art. 39.*

16. Neque tamen omnia Majestatis momenta penes Imperii Status sita sunt, quod probant jura soli Imperatori per Germaniam exercere data, vulgò Reservata. Inter quæ referunt jus Primariarum Precum. *Rescript. Matth. ad Episc. Spir. d. A. 16 4.* Jus conferendi feuda Principalia. R. A. zu Wormbs. *d. A. 1521. sub tit.* Römischer Königl. Majest. *t.* ob auch Sachen fürfielen ꝛc. Jus conferendi dignitates. *A. B. §. 8. & 11.* etsi hoc ipsum jus per *Cap. nov. art. 43. & seq.* valdè sit restrictum. Jus concedendi privilegia universalia. *A. B. tit. de privileg.* & quæ hisce vel similia vel majora sunt. Observanda verò de jure concedendi privilegia contra *Reinking. cap. noviss.* in omnibus magni momenti privilegiis concedendis ad minimum Electorum consensum requirens. *art. 25.* Et hoc jam seculô IX. ab Imperatoribus Germanicis observatum legimus. De Ottone I circa Magdeburgum, *Goldast. l. 1. const. Imp.* De Friderico I. circa Ducatum Austriæ, *Lundorp. tom. 2. act. publ. l. 1.* De Carolo IV. circa Ducatum Silesiæ, *Goldast. l. 1.*

17. Pro-

17. Proindè cùm in Imperiô nostrô Romanô-Germanicô nec Aristocratia simplex obtineat, nec Monarchia, concedendum omninò statum esse mixtum, quippè, cùm nonnulla jura á solâ arbitrariâ Imperatoris dispositione dependeant, potissima verò & pleraque ut Imperatoris ab unâ, ita & Ordinum voluntati ac nutui ab alterâ parte devincta sint. Nec est quod hîc attendamus obstrepentem quendam Neotericum, Imperium nostrum *c. 6. §. 9.* monstro corporique irregulari, cum ad nullas scientiæ civilis regulas (ut ipse judicat) redigi possit, assimilantem. Quæ, quæso, monstrosæ hujus sententiæ origo, quàm quod ille ignoret naturam civitatis & majestatis, ex quô falsa illa nata hypothesis; non dari Rempublicam mixtam. Unde porrò profluit, scientiam civilem (ut haut immeritò secundum aliquid, aut latè dicitur etiam Aristoteli) non de omnibus agere Reipublicæ generibus; atque adeò, non esse disciplinam perfectam, universalem atque veram, saltim ut à summis viris hactenus fuit tradita. Illud equidem largimur, Politicam non complecti minutas omnium Rerumpublicar. differentias & accidentia, summa tamen genera & præcepta, ita ut nulla ostendi possit Respublica, quæ non illorum aliquô contineatur. Firmissimô igitur assertum nostrum, pro regularitate & harmonicô Imperii concentu stat talô.

18. Cùm verò in qualibet Republicâ mixtâ propendeat & præponderet aliqua pars à quâ jure ei nomen, quæritur, quæ forma in Imperiô nostrô præponderet? Varia variorum hujus quæstionis est dicisio. Nos Monarchiæ excellentiam propugnantibus pollicem premimus, mori ratione, quod omnia Majestatis jura sint penes unum Imperatorem. Habet enim Imperator in solidum reservata, sive aliqua jura Majestatis, quæ ex se solô exercere potest, non consultis Statibus, ut patet ex *th. 15.* Reliqua habet communia cum reliquis Statibus, ita ut sine horum consensu rigore Recessuũ Imperii & Capitulationum Cæsarearum exercere non possit. Ergò quia habet aliqua in solidum, quæ cæteri Status non habent communicativè; reliqua vero unà cum Statibus communia, omnia habebit; licet non habeat omnia in solidũ, sed quædam communia cum aliis: ea verò quæ habet communia cum aliis, habet tamen. E. habet omnia, Status autem non habent omnia, quia nulla habent in solidum, & quæcunq; habent, vivô Imperatore cum eô habent communia. *Conf. huc* Reichs-Hof-R.-Ord. *Ferd. III.* §. und dieweil.

§. Wir wollen auch/& §. da auch im Nahmen Cammer-Gerichts-Ord. p.1.,it.1. R. Imp. de A.1500.t. von den zwantzigen Majest. ꝛc. so zu der Kayserl. Majest. it. tit. 4. R. I. d. An. 1654. §. und stehet diesem nechst. Atque hæc de statu Imperii moderno publicô hîc opposita sunt.

19. Consequens jam est ut explicatâ naturâ nostri status ipsum vastum Imperii Romano-Germanici corpus penitius consideremus. Sciendum autem illud sumi dupliciter. I. Materialiter, sive, ut significat ipsas provincias Imperio adhuc dum subjectas. Hoc sensu de Germaniâ nostrâ loquitur *Sleid. d. 4. summ. Imp. l. 4.* dùm dicit, *Romani Imperii Majestatem & amplitudinem, hodiè angustis esse inclusam terminis, ita ut non nisi tenuis magni corporis umbra dici possit.* II. Formaliter, pro corpore Imperantium, cujus Cæsar est summum caput, Ordines Regni, ut quisque potestate vel dignitate eminet, sunt præcipua, vel minus præcipua membra. In quâ formali consideratione iterum sumitur dupliciter. I. Quidem pro totô corpore Imperantium, sive capite & membris junctim sumtis. II. Pro solô cœtu Ordinum, velut cum dicimus, ein Reichs-Gutachten/ vocabulum Reich/ significat solos Imperii Status, per oonsuetas curias in tale placitum publicum consentientes. E contrariô, quando dicimus, ein völliger Reichs-Schluß/ vocabulum illud Reich / includit Cæsarem & Ordines junctim sumtos, quatenus in tale placitum comitiale publicè consenserunt. Utroque modò nobis de Imperiô differendum. Quia verò etiam in Politicis materialis consideratio præmitti solet, agemus priori locô de Imperiô materialiter spectatô; inde ex corpore Imperantium ipsum caput (Imperatorem sc. Romanum) paulò penitius consideraturi.

20. Imperium in hâc materiali consideratione in X. circulos, vel Diœceses rectius (Creise) dividitur. Quorum olim à Maximilianô I. Imperatore Augustæ A. 1500. VI. erant constituti, Franconicus, Bavaricus, Svevicus, Westphalicus, Rhenanus, Saxonicus. Ord. Regiment. tit. Wie 20. Personen in das Regiment genommen sind. §. fin. Quibus postmodum necessitate publicâ urgente IV. alii additi: Austriacus, Burgundicus, Electorius Rhenanus, & Superior Saxonicus *R. Col. A. 1512.* §. darauf haben wir samt den Ständen ꝛc. Quâ circulorum distributione repetitâ, Carolus V. Imperator, qui Status Imperii, cuique circulô subsint, determinavit. R. A. zu Nürnberg. *d. A. 1522 sub tit.* Erklärung des Landfriedens.

21. Causæ,

21. Causæ, cur nimirum hæc circulorum divisio facta sit, videri possunt hinc inde in Imperii Recessibus, nominatim *in R. Colon. & Trevir. d. A. 1512. §.* und ob iemand. *it. de Anno 1522. 1566. 1548. & 1570. Fuit hoc prudentissimum dividendi Imperii institutum,* inquit, *Publicistarum modernorum oculus Magnif. Dn. Strauch. Præcept. meus colendiss. quò & paci publicæ consultum fuit, & LL. autoritati, quod contra immorigeros Status Principi cujusq; circuli proximo executio mandari possit. Deniq; si non ad proferendos limites, aut recuperanda amissa, ad defendenda saltim, quæ superant; imprimis ad libertatem ordinum conservandam illud institutu sufficere Germania sibi potuit. diss exot 1. th. 4.*

22. Bohemiam peculiarem circulum XI. scilicet constituere contendit *Goldast. Bohem. l. 1. c. 2. n. 5. Const. Imp.* sed refellitur à Ferdinandô *in gravaminibus d. A. 1548. Com. Aug. exhib. sequent. verbis:* Dieweil die Reichs-Steuer bißhero allein auf die Reichs-Stände in X. Creisen bestimmet/ geschlagen worden/ und aber die Cron Böhmen in keinen Creiß befunden wird. Cæterùm variam & differentem circulorum collocationem ex professô tradit *Limn. d. J. P. 4. 1. l. 1. c. 7.* eâdem operâ Schonbornorum, quemlibet circulum ex tribus Ordinibus, Ecclesiasticis & Secularibus Principibus, nec non Civitatibus Imperialibus constare perhibentem, rectissimè stringens. Nam in circulô Austriacô, ut maximè duobus prioribus ordinibus præfulgeat, nulla Imperii Civitas Libera conspicitur. Ita in circulum Saxonicum superiorem olim quidem Gedanum atque Elbinga relatæ, hodiè tamen ab eodem avulsæ sunt, atque ita idem quoque circulus liberis civitatibus orbatus est.

23. Porrô sciendum singulis circulis duos esse Principes circulares, sive Directores (Creiß-Fürsten:) quorum officium est convocare Ordines ad circulares conventus, ibidèmque in illis vota rogare, & omninò directoriô munere defungi. Pertinet etiam ad hoc officium executio circularis, ideoque si quis Status vel Nobilis immediatus exequendus sit, hanc executionem à supremis Imperii tribunalibus demandatam expediunt Principes circulorum Directores. Item, si subitaneum imminet periculum, ipsi cohortantur Status de assistentiâ ad circuli defensionem præstandâ. An verò exterorum Principum quis circuli Dux possit constitui, verisimilè non videtur vel ex solâ controversiâ A. 1626. Daniæ Regi motâ, qui tamen hoc suum jus eô asseruit,

quod ratione Holsatiæ membrum Imperii & Secularis Princeps inferioris Saxoniæ circuli esset.

24. Ex his duobus in quolibet circulô contentis Directoribus, qui partim Catholicæ, partim Evangelicæ sunt religionis, semper alter est Ecclesiasticus Princeps, ut in circulô Franconicô Episcopus Bambergensis; alter Secularis, ut in eodem circulo Marchio Brandeburgicus, respectu Burggraviatus Norici. *R. I. d. A. 1559.* §. wir wollen auch. Horum officium hæreditarium est, nec per electionem defertur. Et licet interdum non sit hæreditarium, respectu ejusdem lineæ, est tamen tali casu etiam hæreditarium, saltim respectu familiæ. Exemplum habemus in Franconicô circulô, cujus Princeps Director fuit Marchio Culmbacensis Christianus, sed postea idem officium non ad filium Principem, qui hodiè rerum potitur, sed ad agnatum Onoldinum devolutum esse fertur.

25. Alii longè à Principibus Directoribus sunt Præfecti circulares, etsi horum officium nonnulli Juris Publici scriptores confundant cum officiô Principali directoriô. Constat enim ex Ordinatione Executionis planè alios esse Præfectos, alios Principes circuli. Ad illos ex professo pertinent militiæ circularis curæ atque inspectiones, quibus propterea pro tenore des Land-Friedens zu Nürnberg *d. An. 1555.* certi consiliarii adjunguntur, vulgò dicti, die Adjuncten. Hinc in præteritô bellô Turcicô militum corpori nomine Imperii præfuit Wolffgangus Julius ab Hohenloe, egregius Heros: Directorium verò illius exercitus ab Imperio delatum est Christophoro Bernhardo, Episcopo Monasteriensi, & Friderico, Marchioni Durlacensi. Præterea non ignorandum singulis circulis esse suum ærarium. (Reichs-Cassa/) Cæterùm non statum est & ordinarium, sed tantum exigente publicâ necessitate, ex contributionibus Ordinum solet constitui, in eum finem, ut hinc circulares expeditiones similesve sumtus possint depromi.

26. Conventus quoque inter se agunt circuli, juxta *R. I. d. An. 1555.* §. und ob wohl. *Ord. Monet. Ferd. d. A. 1559.* §. damit diese. *R. I. d. A. 1570.* § als wollen wir / singulis annis bis, ad minimum semel celebrandos. Quando autem necessitas circuli aliud suadet, tunc quoties conventus induci possunt, ut exemplo sunt repetiti & reiterati conventus in Sueviâ, præsertim post conclusam pacem Monasteriensem, pro hospitandis Svecis militibus, ipsorumque satisfactionibus. *Cap. Ferd.*

Ferd. III, art. 14. Exemplum recentius habemus itidem in præteritô bellô Turcicô, in quô Imperator subitaneum petiit subsidium, quod fideliter ab ipsis Imperii Statibus, postquam in conventu circulari de illô deliberatum fuit, est præstitum.

27. Formalem Imperii considerationem quod concernit, dicimus cum *Dn. Stamlerô Reserv. Imp.* illud ratione universitatis repræsentare mysticam personam & corpus intellectuale. R. A. zu Trier und Cöln *d. A. 1512. §. 1. in fin.* cujus Caput Cæsar est. *A. B. tit. 2. §* ich N. Ertzbischoff/ *ibi:* Ein weltlich Haupt. R. A. *d. A. 1530.* §. dergleichen wir/ *ibi:* also Römischer Kayser und Haupt: Membra sunt Status & Proceres Imperii, qui capiti suo tanquam pia membra uniuntur. Unde dicuntur eingeleibte Glieder der Kayserl. Majest. R. A. *d. A. 1545. in pr.* Glieder des Reichs/ R. A. *d. A. 1546.* dieweil aber/ *d. A. 1527.* §. und fürter. *& d. A. 1530.* §. weiter. Item, Christliche Glieder des Reichs. R. A. zu Speyer. *d. A. 1542.* §. und dieweil Christliche Häupter. R. A. *d. A. 1524.* § weiter. Quæ denominatio ratione suorum subditorum per analogiam, & sic non in sensu absolutô eis tribuitur, ut in *R. l. cit. ibi:* Zwischen den Christlichen Häuptern. Ideò majoris declarationis gratiâ Imperator sæpè summi capitis nomine venit. R. A. *d. A. 1566.* §. nach dem dann *ibi:* wie wir dann als Röm. Kayser/ und das Ober-Haupt im Röm. Reich. De quô summô capite nunc sermonem facturi sumus.

28. Cùm verò omnis quæ à ratione suscipitur de aliquâ re institutio, debeat secundum Ciceronem à definitione proficisci, ut intelligatur, quid sit id de quô disputatur. *offic. l. 1.* & nobis de commodâ Imperatoris definitione non immeritò prospiciendum censuimus. Imperator definitur à variis variè. Limnæo *est persona habilis ad capessenda Imperii Regimenta, ex illustri familiâ Germanicâ orta, ut Reipublicæ Romano-Germanicæ tanquam caput & administrator præsit. tom. 1. l. 2, c. 3.* Cui definitioni, cùm Cæsari jam electo competere non possit, inhærendum non putamus, ut potius cum *Dn. Arumæo p. 3. disc. 7. th. 11.* Cæsarem dicamus Principem, qui secundùm Carolinam Constitutionem legitimè electus, Summæ Reipublicæ Romanæ præest.

29. Nomen Cæsaris, quin à Cajô Juliô Cæsare in hodiernum usque diem derivatum duret, dubium est nemini. Et vetustis quidem tem-

temporibus, five in ftatu Romanæ Reipublicæ, non idem planè fuit Cæfar quod Auguftus. Dicebantur enim novi illi ad confortium Imperialis faftigii affumti Cæfares. *l. fifc. §. fin. de J. F. l. etfi C. de Malefic. & Mathem. Cujac. obf. 15, in fin.* qui non erant Imperii participes, fed defignari Auguftæ Majeftatis hæredes. Eoque nomine veniebant & Imperatorum filii, antequam gubernacula rerum actu ipsô fufcepiffent. *Albert. Manz. in metrop. l. 4. c. 1.* Hos Cæfares ab ipfis Auguftis electos effe ad regendam aliquam provinciam cum titulô Cæfaris & fucceffionis ex *Ammian. Marcell. & M. Ant. Sabell. tradit Goldaft. de Imp. Rom. q. 41. n. 2.* Auguftus verò fuit ein würcklich regierender Kayſer/quô nomine acclamati fuerant veteres à militibus, ut conftat exemplô Probi & Cari Imperatorum. Breviter hâc de re fcribit *And. Alciat. Inter Auguftum & Cæfarem id intereft, quod Augufti dicantur, qui nunc regnant, & à Senatu Imperatoriô nomine honeftati funt: at Cæfares ab Auguftô electi, cum Cæfaris honore tantum, donec Auguftus vixerit, poft ejus mortem fucceffuri in Imperiô.*

30. Hodiè vix eft in Imperiô noftrô realis aliqua diftinctio inter Cæfarem, Auguftum & Imperatorem, fed hifce nominibus promifcuè utimur, fignificaturi Regem Romanorum, aut fupremum Imperii Principem. Inter Cæfarem tamen & Regem Romanorum vivente adhuc Imperatore electum obtinere difcrimen non negamus, cum hic in Imperiô nil quicquam habeat nifi vicariam adminiftrationem nomine Cæfaris abfentis, vel aliàs impediti expediendam. *R. J. d. A. 1682.* §. und damit die Zeit R.A. *d. A. 1557.* §. haben wir im Nahmen. *Cap. Rudolph. II. Regis Romanorum electi fuperftite Maximil. II. perfcripta.* Quibus junge, quæ *Befold. in difc. de jurisdict. Imp. Rom. quæft. 13. in fin. ex Sleid. l. 8. Comment. adfert.* Qualem in Galliâ, Delphinum, in Hifpaniâ, Infantem, in Angliâ olim, Ducem Normanniæ (quæ hodiè Princeps Valliæ falutatur) effe arbitratur Zieritz *ad Conftit. Crim. Carol. 5. in præfat.*

31. Difcrimen præter alia inter Cæfarem & Romanum Regem obfervatur & hoc, quod Cæfar Romano Regi tribuat faltim titulum, fein ner Liebden. R. A. zu Speyer *d. A. 1544.* §. und dieweil aber wir; Rex verò Romanorum Imperatori adfcribat Majeftatem, *R. Spir. d. A. 1542.* §. damit auch folcher Ordnung. §. würde fich aber. R.A. zu Worms. *d. A. 1545.* §. wie denn auch feine Liebde. *Ord. Camer. p. 1. 4. 1.* & paffim in Imperii Conftitut. Præterea Rex Romanorum Imperatorem Domi-

minum suum appellat. R. A. d. 1555. in fin. §. solches alles und iedes wie obgeschrieben/ ibi: die Kayserl. Majest. unsern lieben Brudern und Herrn. Imperator verò Ferdinandum Regem Romanorum simpliciter fratrem suum appellavit, unsern freundlichen lieben Brudern. dict. Recess. Alias differentias vid. apud Arum. disc. 2. ad A. B. q. 21. Illud extra omnem positum est controversiam, Regem Romanorum post Imperatoris fata Imperii habenas capessere, uti Ferdinandus ipse de se loquitur in R. J. d. A. 1559. in pr. ibi: und als hiebevor erwehleten/ bestätigten und gekrönten Römischen König/ als Ihrer Liebden und Kayserl. Majest. im Fall des Kayserthums Erledigung ungezweiffelten rechten Successori. conf. R. J. d. A. 1566. in princ. Et Paurmeister de jurisd. l. 2. c. 5. n. 3. testis est, in Comitiis Ratisbonensibus Anno 1576. ipsô momentô intellectæ mortis Maximiliani Imperatoris inscriptionem ædium (in quas Rex Romanus Rudolphus diverterat) quæ erat Röm. Königl. Majest. deletam, huncque titulum, Kayserl. Majestät subjectum fuisse.

32. Non nudius tertius disputatum, an Regem Romanorum liceat eligere, Imperatore adhuc vivente? Et quamvis nonnulli negativam sententiam amplectantur, moti text. A. B. tit. 2. §. wenn es auch dazu kommen solte. Tamen his non obstantibus affirmativam tanquam veriorum cum Dn. Arumæo disc. 4. Acad. tuebimur. Constat enim ex Historicis Conradum I. Henricum Aucupem Regem Romanorum designasse. Sic Otto I. designavit Ottonem II. filium suum. Henricus III. Conradum II. Alii alium. Hancque nostram sententiam confirmant Imperatorum Capitulationes, quibus cavetur: Wir sollen und wollen die Churfürsten bey ihrer freyen Wahl eines Römischen Königes/ dieselbig/ so offt sie es dem heiligen Reich nothwendig und nützlich finden/ auch bey Lezeiten eines Römischen Kaysers/ mit und ohne eines Römischen Kaysers Consens vorzunehmen. Quæ verò hæ tales justæ causæ sint, ut citra Imperatoris consensum Rex Romanorum ab Electoribus eligi possit, altioris est indaginis, quam ut certi quippiam hâc in re statuamus. Dn. Dieterich ad A. B. id refert ad Arcana Imperii, nec suum vult interponere judicium.

33. Transitum facimus ad definitionis genus, quod Principem posuimus, eumque supremum seu summum. Ord. Notar. Maximil. I. Colon. A. 1512. facta. §. und nach dem gemeinen Recht/ ibi: der Nahme

des Obersten Fürsten. Id quidem ad differentiam vel Imperii Principum. *Daniel Otto in jur. publ. c. 5.* vel absolutè sumtorum, quorum mentio fit *l. 1. Pand. de Constit. Princ. l. Princeps de LL. §. sed quod Princip. plac.* aliisque textibus. Supremus autem Princeps est, non tantum respectu Imperii Romani Principum, sed etiam Exterorum, qui omnes, etsi viribus majores, culmini Imperatorio cedunt. *Barcl. in Icon. animor. c. 5.* Et ipsum Imperatorem Romanorum præcedere Turcam, ipse etiam Bethlem Gaberius Ferdinando II. aliàs infensissimus ignovit. *Marcus Fr. tom. 17.* cum autoritate & antiquitate præcellat. *A Sprinzenstein, in fac. Imp. Rom. mod. p. 1. n. 4.* Hinc JCti veteres Imperatorem vocarunt, corporalem mundi Deum, eminentem super omnes tanquam stella matutina, in medio nebulæ meridionalis. add. his ea, quæ *Speid. in vot. Creiß. & Besold. de praeced. c. 2. n. 2.* tradunt.

34. Porrò videnda sunt verba subsequentia, differentiam specificam & simul finem ac effectum continentia, nimirum: qui secundum Constitutionem Carolinam legitimè electus, summæ Romanæ præest. Prout verò per Constitutionem Carolinam Auream intelligi Bullam, (sive ab appensô Imperatoris sigillô aureô, sive à materiâ, quam complectitur auream, appellatam. *Buxt. ad A. B. c. 4.*) cuique liquet: ita & ejus Autorem Carolum IV. in Baptismate Wenceslaum, post verò contra Ludovicum Bavarum electum, Carolum insignitum fuisse, neminem, nisi publicatum rerum maximè ignarum latere potest. Carolus hic in curiâ Noribergensi, præsentibus Electoribus Ecclesiasticis & Secularibus, ac aliorum Principum, Comitum, Baronum, Procerum, Nobilium, & Civitatum multitudine numerosâ A. Domini 1356. Indict. 94. Idus Jan. Regnorum suorum A. 10. Imperii verò 11. vel ut habet Palatina, quamque approbat Buxtorff. 1. tulit. Quæ an ab Imperatore abrogari possit? vexata est inter Publicistas quæstio, Negativam tamen cum *Herman. Herm.* saniorem putamus. *in Fasc. J. P. c. 1. q. 5.*

35. Secundum prænominatam in th. proximâ constitutionem Imperatorem eligi, non succedere, præmissa nostra definitio quoque innuit. Ut autem eò accuratius sciamus, quando Imperatorum Electio cœperit, quomodo invaluerit, & tandem per vices mutata, tam stabilis & firma Imperio nostro reddita sit, res (ut ajunt) ab ovô petenda est.

36. Hæreditarium ab initiô fuisse Imperium historiæ testantur, nam

nam Julius Cæsar Octavium testamento instituit, ut Octavius rursus Tiberium Neronem, & Tiberius Cajum Caligulam ut Regni hæredes reliquit, à cujus morte jus electionis introductum est. *Cajo Caligula*, inquit Micrælius *in Syntag. hist. l. 2. sect. 3. qu. 20. sublatô, in Senatu plurimi, populo summam Reipublicæ restituendam esse censuerant, & jam genti Cæsarum, sexui etiam muliebri, omniq; affinitati magnum imminebat periculum. Sed ne libertatem recuperaret Roma, milites obstiterunt, qui Claudium, Drusi filium, Augusti & Liviæ nepotem, à Caligulâ ad ludibrium servatum in obscurô angulô latitantem jam quinquagenarium Imperatorem salutavere.* Cui calculum suum addit. *Cusp. in vit. Impp.* Tiberium Claudium magnâ militum contentione electum perhibens.

37. Ubi verò Imperialis dignitas consiliô Pontificis, utpotè Civis Romæ primarii in Carolum M. Francorum ac Longobardo. Italorum Regem translata, & à Græcis Imperatoribus plenè confirmata fuit, Imperium Francicum Romanum (ut loquitur *Onuph. Panv. c. 5. de comit.*) hæreditarium in sui primordiô fuit; ita ut successorum, qui vivô Imperatore quodammodo Imperii Domini erant, coronatio nil nisi solemnis inauguratio esset. *Lehm. in Chron. Spir. l. 3 c. 32.* Quod vel exinde meridianâ luce clarius patescit, quòd à Carolo M. usque ad Crassum hujus nominis, Ludovici Germaniæ Regis filium omnes ex hæreditate, nullô electionis jure sibi invicem successerint, ac Augusti & Imperatoris nomen non die suæ coronationis à Romano Pontifice assumserint, sed eô potissimum, quô filii à Patre appellati fuere Imperatores. *Otto Frising. l. 5. c. 33. Spang. c. 97. Chron. Mansf. Æmil. l. 3. de Republ. Franc.*

38. Carolinâ dein stirpe extinctâ, vel ut alii volunt, Regiô soliô dejectâ, ex quô Francorum Imperatoria Dignitas, Germaniæ Regno, seu ut tùm vocabatur, Regno Francorum Orientali accessit, eadem ratio obtinuit constituendorum eligendorumque Imperatorum, quam Regum. Liberrimâ autem electione Germaniæ Procerum, Regnum Germaniæ delatum fuit. Ottoni Saxoniæ Duci, qui tamen oblatam Dignitatem recusavit, excusatione usus, se non posse amplius ob corpus, quod matura ætas vietū & caducū relinquens sepulchra legere docuit, inter arma volitare, quô præsens status nil magis exigit, aliàs nullū corporis laborē, nullam animi sollicitudinem pro communi salute recusare. *Spang. in Chr. Mansf. c. 116.* Hujus igitur consiliô electus fuit Rex Germaniæ, opibus, robore tū animi tum corporis, fide, existimatione & Majestate

jestate pollens Conradus, Franconiæ Dux; à cujus temporibus usque ad excessum Friderici II. Imperium fuit partim electivum, partim hæreditarium, ita tamen, ut hæreditaria successio prævaleret.

39. Postquam Fridericus fatô excessisset, filius ejus, Conradus IV. hactenus dùm pater vixit, Cæsar, se quidem pro Augusto gessit, sed non diu superfuit, quia in Italiam contendens ad Regna paterna, venenô periit. Hinc in Germaniâ interregnum 18, *secundum Micræl. & Schrad. Chronol.* 22. annorum, in quô modò Guilielmum Hollandiæ Comitem, modò Richardum Anglum, modò Alphonsum Castellæ Regem incertis vicibus Imperio designarunt Ordines. At quia illud parum aut nihil curarunt, turbulentis motibus pulsatum reliquerunt.

40. Ad quos sedandos conventum est Francofurti & deliberatum de magnanimô & sapiente Principe in Cæsarem promovendô. Electus igitur est Werneri Moguntini instinctu, virtutibus præcellens Comes Rudolphus Habsburgicus, Austriacæ Potentiæ fundator felicissimus, qui rebelles omnes vicit, & ad obedientiam sibi & Imperio obligavit, pacemque in omni terrâ circumquaque ab Italiâ usque in Austriam itinerantibus firmissimam restituit, qui dignitatem Imperii collapsam postliminio redire jussit. Rempublicam fatis destinatam & fortunæ ludibrio expositam firmavit, Germaniam tantùm non in cineres redactam facie pristinâ redonavit, qui omnia benè, omnia feliciter.

41. Cùm verò ea virtutis avitæ ratio sit, ut nescio quem stimulum in posterorum animis relinquat: ita nemo Austriacorum exstitit, qui non plenô animi ardore per Rudolphi vestigia gradiri, & Heroicô fortitudinis experimento pristinæ Germaniæ robur vindicare contenderet. Unicè nunc Sacratissimum semperque venerabilem Imperatorem LEOPOLDUM Orbi Christiano A.O.R. 1640. d. 9. Jun. ex Mariâ Philippi III. Hispan. Regis filiâ natum ob oculos ponemus, avorum & proavorum facta dudum celebratâ piô gratôque venerantes silentiô. Nonne Princeps hic humanus, literatus & literatorum Mæcenas, consiliô & industriâ clarissimus is ipse est, quô imperante triumphat jam seriò Germaniæ libertas, dùm sexcennalem sub ejus sancti Imperii ministerio adspicimus Diætam Ratisbonensem, quod nunquam antehac contigit. In bellô quis LEOPOLDUS sit, loquitur Hungaria, inter fatales incendii cineres flammis penitus absumenda,

nisi

nisi LEOPOLDUS noster Invictissimus, Germaniæ Regum & Imperatorum quinquagesimus, toti Germaniæ Jubilæum attulisset, & suppressâ tumidi hostis cervice, pleniorem libertatis indulgentiam agonizanti Hungariæ restituisset. Non minorem sanè in Sacris Religiosissimum nostrum LEOPOLDUM concedere conscientiis libertatem, loquuntur ii, quibus eam largitur hactenus. Austriacorum laudi cedat & illud, quod *Kirchnerus teste Lansiô in Orat. i. pro Germ.* reverenti calamô asserit: *In familiâ Austriacâ nullum unquam tyrannum vel legimus vel audivimus.*

42. Verum enim verò ubi Helena ibi Troja, & ne quid seculum hoc lippis invidiæ oculis intentatum relinquat, non dubitant multi tenebriones, scævi nominis, orci galeâ tecti, sparsis hinc inde in vulgus libellis seditiosis famam Optimorum Imperatorum per summum scelus dilacerare, gravi sacrilegiò caput suum obstringentes. Hi illi sunt, qui Austriacam domum Imperio, & hoc rursus illi invident, dùm sub prætextu inducendæ per electionē ex aliô stemmate Germaniæ libertatis, nescio quô furoris æstrô perciti Augustissimæ hujus & Potentissimæ Domus extirpationem, inter rationes, quibus Imperio nostro consultum putant, referunt ac numerant.

43. Sed apage cum hoc tali Imperio nostro nescio quæ non mala minitanti consilio, diversum longè merita Austriacorum aliis inserviendô consumendorum nos docent, quam ut ob potentiam, quamvis non noxiam, nimiam tamen auferamus ei transferamusque Imperium. Dum adhuc valebat Imperium, non opibus magis quam virtute magnâ Imperatorum opus erat, ut in Rudolphô Habsburgensi, Adolphô Nassoviô, Henricô Luzenburgicô. Verùm hodiè ubi fortuna Imperii exilior, discordia gravior, æmuli plures, barbari potentiores, hostes viciniores, quis tantis cervicibus, qui inclinatum Imperii fastigium in se recipere velit, nisi qui tot mala sustinere, & suis reditibus pro universô Imperio bella gerere possit. Olim Imperatores accepisse annuos proventus, unde se sustentare, ac pericula sceptro vel Imperio imminentia propulsare possent, cui non innotuit? Unde ferunt Fridericum Barbarossam suô adhuc tempore usque ad 60. ut vocant auri tonnas ex reditibus, Imperii nomine annuatim accepisse, & cùm Rudolphus Primus peteret ab Ordinibus, ut se vivô filium crearent Regem, responderunt Status, se contentos esse unô, nec posse

alere simul duos, quod profectò indicium est adhuc tempore Rudolphi I. Imperatores non pudendos habuisse ex Imperiô reditus, quamvis fortè non quantos tempore vetustiori.

44. Tantò minus proindè successione hac Austriacorum continuâ liberæ electionis cursus impeditur, aut A.B. aquea efficitur, quantò frequentius & veteres Germanos vota libera ad certas adstrinxisse familias constat ex *Tacitô de moribus Germ. ex Lehm. Chron. Spir. l. 3. cap. 3.* quos nervis rerum gerendarum fuisse destitutos non immeritò dubites. Præclarè in hanc rem *Goldast. de majorat. c. 11. l. 3. n 3.* Regna quæ deferuntur suffragiis, non propterea censentur hæreditaria, quod in his sæpè filii parentibus succedant, & prærogativam aliquam pro tempore & necessitate publica habeant, ut in nostrô Imperiô Domus Austriaca, quoniam non ex vi successionis sed electionis admittuntur ad paterna regna. Quem electionis modum jam Conradi I. tempore exempla Francorum, Saxonum & Svevorum Germanum quemq; ex proximâ defuncti familiâ electum, testantia observatum legimus. Cur igitur non eodem, quô & aliam familiam ad thronum Imperialem promovere alium possent, jure, & liberâ voluntate, Domui Austriacæ concrederent Imperii gubernacula Electores? ob singulares partim virtutes & bene merita, partim propter eam ipsam potentiam, atque familiæ Austriacæ reditus dignitati etiam Imperatoriæ sustinendæ sufficientes. *Crus. de Jur. Præd. c. 17. n. 17.*

45. Facessant igitur hinc, qui cornicum oculos configere, & Austriacorum Eminentiam taxare non erubescunt, facessat Hippolitus ut vulgò audit lapideus, dudum castigatus, damnatus, facessat inquam, neq; amplius ogganiat libertatem, cui jam à Friderici II. ætate Cæsares Capitulationum legibus, quibus se nullô modô sibi suisque successionem asserturos juratô promittunt, cautum voluerunt. Interim nunquam hactenus nos pœnituit, sub his Principibus à quibus Germania nostra vitam, famam, gloriam accepit, hucusque traxisse spiritum. Unde non tantum summis precibus pro liberrimâ hâc successione & toties continuatâ electione contendemus, sed &, si res postulet, pro ea, tanquam pro aris & focis sumus pugnaturi. Sed ad propositum.

46. Præmissis his præliminariter de Electione, progredimur ad ejus definitionem. Et definimus eam per actum legitimum, quô personæ idoneæ administratio Imperii Romano Germanici juxta præscriptum

ptum A.B per Electorale collegium, aut partem illius majorem confertur. Cum quâ definitione hunc procedendi modum observabimus, ut consideremus 1. Personam eligendam. 2. Personas eligentes. 3. Formam & modum eligendi. 4. Electionem consequentia.

47. Primum quod concernit, videmus ex definitione eligi debere idoneum. Quæ verò hæc idoneitas involvat, fusè ostendit *Limn. tom. 1. l. 2. c. 1.* Nos præsuppositô non nisi unum. *A. B. tit. 2.* masculum. *l. 2. Pand. de R. J* figurâ præcellentem. *Otto in J. P. c. 8.* natalibus conspicuum, ad minimum Principem vel Comitem. *Schrad. de feud. p. 4. sect. 8. n. 18.* Justum. *Conrad. II. Imp. resp. apud Goldast. tom. 1. Const. Imp.* religiosum. *Devter. 17. 15. 2 ad Corinth. 6. 14. Ose 8 4.* eligi debere, videbimus quis nationem spectando & ætatem ad Imperiale fastigium promoveri possit.

48. Postquam Decus Imperii à Græcis in personam Caroli M. ob ejus virtutem & fortitudinem est translatum ab Ottone III. quod filiis careret Gregorii V. Pontificis autoritate accedente constitutum est, ut non nisi sanguine Germanô & oriundus ad Imperium admitteretur. *Micral. in Syntag. hist. l. 2. sect. 5. Sigon l. 7. Hist. Ital. Otto. in J P. c. 8.* constitutionem hanc Aureæ Bullæ tribuit, cui tamen verba Moguntini *apud Sleid. lib. 1. comm,* inquientis; *Gallum quod attinet legibus nostris & jurejurando nos arbitror impediri*, parum adminiculi afferent, cùm ea non de A. B. sed de Constitutione Ottonicâ, ut rectè vult *Limn. in not. ad eum*, sint intelligenda.

49. Et hæc constitutio Ottonica hactenus consvetudine, quæ vitæ humanæ lege omni est valentior. *arg. §. fine scriptô 9. Inst. d. J. N. G. & C.* fidelissimè est observata. Nemini enim exteræ nationis ad Imperialem Dignitatem adscendere licuit, sed omnes Imperatores fuere Germani. Neque verò id sine ratione; præterquam enim quod extranei Regnum durabile non sit. *Curt. l 7.* originarios melius patriæ affectu quam extraneos duci certum est. *Proinde etsi Princeps aliquis* (verba sunt *Comin.*) *exterus benè rem gerat, & commodè gubernet, tamen quia moribus & ingeniô differt, nec eam erga populum repræsentare potest benevolentiam, ac si esset indigena, facilè oriuntur dissensionum occasiones, quò fit, ut ille postea pro defensione Principatûs ad se delati & suarum fortunarum, militares copias aliunde addacat, ab eoq; aucti, magnam multitudinis invidiam sibi conciliet. lib 8. hist. in fin.*

50. Do-

50. Dominus Forstnerus judicat prudenter esse factum, quòd Rex Galliæ ratione Alsatiæ per Instrum. P. quia extraneus est, non sit inter Principes Imperii relatus: quod si obtineat, multò prudentius hanc de non admittendô ad Imperium Exterô constitutionem latam esse concludimus, cùm majus longè periculum sit ab Imperatore dimidium potestatis sibi in Imperiô adscribente, quam Principe metuendum. Huc quoque faciunt Capitulationes, quibus caveri solet, ne ad officia publica & Magistratus peregrini seu exteri admittantur, *conf. Limn. in annot. Carol. V.* verbis: mit keiner andern Nation als gebohrnen Teutschen. Illud cum Dominô Buxtorffiô præprimis optandum, ut constitutio hæc, de non alio nisi Germanô in Imperium promovendô approbatione novâ approbaretur, & ad præcidendam omnem spem exteris in corpus decretorum redigeretur.

51. Controversum nunc videtur, qui sub Germani nomine comprehendantur? Et putamus non tantum Germanum esse eum, qui in Germaniâ, sed etiam qui extra Germaniam patre vel avô paternô Germanô natus est. Idq; quod filius sequatur originem patris. *l. assumtio 6. §. 1. ad municip.* Quod etiam locum habet in avô, modò successurus nascatur eodem vivô; nam tunc non in patris sed in avi est potestate. *§. fin. Inst. de patr. potest.* adeoque ipsius quoque originem præcidue ad honores sequitur. *l. penult. Pand. de Senat.* Non igitur tam inspiciendus est locus in quô quis nascatur, quam persona ex quâ, *l. cùm satis. in pr. C. de agric. & censit.* Hinc natus ex Germanô ubicunque nascatur Germanus erit. *Bart. ad l. 1. n. 4. ff. ad municip.* Exemplum hujus rei habemus in Ferd. I. vivo avo Imperatore Maximiliano in Hispaniâ nato, & tamen pro Germano habito. Sic Fridericus II. Imperator licet in Siciliâ natus, quia tamen Henricum VI. Imperatorem patrem habuit Germanum ad Imperium fuit admissus. *Carion. Chron. in vit. Frid. II.* Cæterùm necessum est, ut eligendus in Imperatorem non sit origine ultimâ Germanus, aliàs etiam Galli, Itali, Angli &c. qui omnes in Germanorum visceribus originem sortiti sunt, Germani dicendi forent, sed qui vel in Germania, vel extra Germaniam, Germanô tamen sangvine quam proximè creatus sit. *Magnif. Dn. Strauch. diss. exot. 4. n 5.*

52. De ætate Imperatoris, quam attigisse oportet, ubi sceptrum Imperiale capessere mavelit, nil hactenus certi statuere licet, cùm certâ legum

legum nostrarum definitione circumscripta non sit. Jus commune si spectemus, minores 25. annis ad publicos honores non admitti cuiq; liquet. *arg. l. ad Remp. 8. de muner. & honor. l. 2. §. fin. de jur. immunit.* cùm juvenile sit vitium regere non posse Imperium. *Senec. in Troade.* Et plus habere umbram senis autoritatis quam gladium juvenis Henrici IV. Imperatoris pueritia, omnia penè vincula dissolvens, & Ottonis I. canities, cuncta nuspicatius gerens, comprobant.

53. Sed prout celerior secundum Ciceronem virtutis, quam ætatis cursus: ita non semper senii; præprimis in Magnatum filiis, in quibus ante dicta non usque quaque ritè applicaverimus, habenda ratio. Sapiunt enim Deorum filii ante annos quoque. Hinc in Galliâ consuetudo invaluit, ut Regum filii ob singularem prudentiam congenitam nunquam dicantur pueri. *Excell. Dn. Wagenseil. Vir summa prudentia & experientia, Præceptor quondam meus fideliss. colendiss. in disc. publ. ad Brautlacht.* Ita juris communis, nec in Ottone III. qui admodum puer electus est, habita est ratio, Henricus III. A. 12. Henricus IV. 8, Fridericus II. 12. Wilhelmus 20. Carolus V. 19. Imperialem thronum conscenderunt. *Otto Frising. l. 6. c. 26. Abbas Ursperg. in Ottone Spang. in Chronic. Mansf. c. 168. Crantz. l. 4. Sax. c. ult. Crusius Annal. Suev. l. 2. p. 3. c. 4.*

54. Si tamen in tam incertô casu aliquid definiendum sit, non ineptè fortè cum *Dn. Limn. in J. P. 4. 1. l. 2. c. 2.* argumentum ab ætate Electorum ad Imperatoriam ducemus, ut cum in Electoribus 18. demum anni legitimam ætatem constituant, minor terminus non facilè Imperatori præfigatur, sed major, ob majus quod ex imperfectâ ætate potest succrescere periculum. Et hoc in Invictissimô nostrô LEOPOLDO obtinuit.

55. Personam eligendam excipiunt personæ eligentes, quæ sunt VII. (hodie VIII.) Serenissimi Domini Electores, *A. B. tit. 1. 2. & seqq.* Quorum ordo, quando cœperit, non extra controversiam est positum nonnullis ad Carolum M. quibusdam ad Fridericum vel posteriores Imperatores referentibus, aliis Henrico II. aut Conrado II. aliis Conrado III. aliis Ottoni III. & Gregorio Pontifici, aliis Ottoni IV. vel Conrado IV. adscribentibus. *Arum. de Comit. & Limn. in annot. Cap. Caroli V.* tacitô Imperii consensu, ab occultis initiis, interveniente temporis diuturnitate, quod hominis memoriam excedit, jus Electorum

inductum volunt, quod firmatum putant textu *A. B. tit. 2. §.* und wiewol von guter alter und löblicher Gewonheit.

56. Nos in hâc varietate Dd. non improbabilem putamus eorum sententiam, qui circiter ad tempora Friderici II. Imp. Electorum originem referunt; cùm ab illô tempore omnes ferè Imperatores à certis quibusdam Electoribus sive Septemviris electi tradantur. *Peucer. in Chron. Car. p. 762.* Fatendum equidem jam ante Friderici II. tempora, VII. illos Principes, tanquam Imperii Officiales & opum magnitudine pollentes in Electionibus Imperatorum cæteros superasse, (nam jam sec. XIII. excommunicatô Friderîcô II. duos Anti-Cæsares à solis Septemviris esse renunciatos ex *Joh. Beka in chron. ultrajec.* novimus) post Friderici autem tempora, rebus per Germaniam mirè turbatis, cum reliquis negotia publica parum curæ essent, hi Septemviri Officiales sibi solis hoc jus eligendi addixerunt. Hoc ubi in consuetudinem per aliquot actus in interregnô post Fridericum II. abiisset, Carolus IV. Imperator illam per A. B. confirmavit, atque tùm publici juris esse cœpit. Ex quô tempore Septemviri Principes Electorum titulum sibi adsciverunt, quô antehac non erant insigniti, ampliorique quam reliqui Principes dignitati æstimari cœperunt.

57. Dissentit à nobis Schardius *in lib. de Elect. c. 4.* cujus præcipua ratio in contrarium nititur textu *c. venerab. x. de Elect. & Elect. potest.* Verùm enim verò, istud cap. de Septemviris expressè nil tradit, & alioquin talia loca ex Jure Canonicô deprompta, in materiis statum Germaniæ publicum concernentibus, non ita plenam sortiuntur autoritatem. Ejusdem farinæ sunt & aliorum Canonistarum testimonia. Cæterùm, sententiam istam saltim ut probabilem adduximus, quòd scilicet circa tempora Friderici II. præter propter cœperit negotium Electionis Cæsareæ ad certos quosdam Imperii Ordines restringi.

58. Quandocunque verò hic Electorum Ordo cœperit, maximæ hodiernô tempore est autoritatis, ut adeoque multis parasangis tùm dignitate, tùm potestate olim constitutos Præfectos Prætorio, quibus à nonnullis malè comparantur, superent. Nam Præfectus Prætorio nudâ tantùm & imaginariâ dignitate gaudebat, quæ contra in Electoribus multò augustior est, quàm ut umbratilibus illius cancellis possit includi, prout apparet ex variis hinc inde iis tributis encomiis. Vocantur Illustres Principes Electores, per quos cœpit & in quibus consistit

Impe-

Imperatoriæ gloriæ celsitudo. *Sigismund. in Constit. de Jure & Success. Elect. Palat. §. 1.* Columnæ & latera Imperii *A.B. cap. ult. §. 4. & c. 24. §. 3.* Palmites Imperiales. Septem candelabra lucentia in unitate Spiritûs Septiformis. *A. B. in pr.* Columnæ, quæ sacrum ædificium circumspectæ prudentiæ pietate sustentant. *c. 3. §. 1.* Membra corporis Imperatoris *c. 24.* Plura quibus fastigium Electorale condecorari solet elogia vid. apud *Limn. t. 1. l. 2. c. 11.* cui omninò add. *Cæsar. decret. A. 1590. à Brunning. in tit. de var. univ. spec. concl. 10.* exhibitum.

59. Præter titulos & encomia, quæ proximâ præcedenti th. innuimus, & fusius citati Autores deducunt, non parum facit ad Electorum autoritatem & dignitatem, quòd in celebratione Imperialis curiæ, eundo, sedendo vel stando nullus Princeps, cujuscunque statûs, dignitatis, præeminentiæ & conditionis existat, ipsis ullatenus præferatur. *A. B. c. 6.* Num verò hæc Electorum prærogativa extra Curiam Imperialem respectu Principum exterorum locum inveniat, non immeritò dubitamus, cùm textus A. B. expressè duntaxat in celebratione curiæ Imperialis & in actibus ad curiam ipsam spectantibus hanc prærogativam Electoribus tribuat. Huic igitur constitutioni inhærendum putamus, nec ad alios actus ad curiam Imperialem non pertinentes, quibus præter Principes Imperii etiam alios interesse contigit, eum extendi debere censemus. *Nec putandum*, inquit *Rumelinus, ad A. B. p. 1. disp. 5. th. 18. Imperatorem sine ratione hanc prærogativam ita restrinxisse. Imò nec posuisse quidem Electoribus hanc prærogativam in omnibus actibus concedere respectu eorum scilicet, qui ipsum pro superiore non agnoscunt.* Alia longè multa Electoribus competentia communiter jura exhibent hinc inde Publicistæ, quos vide.

60. Neque dubium est ulli, Electoribus solis competere juxta Auream Bullam cæterasque LL. fundamentales jus Electionis Cæsareæ. Ubi occasionaliter notandum vulgari illi quæstioni, an Electorum numerus augeri possit? *per art. 4. & 5. Pacification: Osnabrugo. Monasteriensis Anno 1648. d. 24. Octobr.* solenniter factæ, finem esse impositum. Cùm enim diu desiderata pax, patriæ nostræ concussæ & ultima jam jam pertimescentis, non nisi cum integriate Rudolphinæ lineæ, Comitum Palatinorum, quæ usque dignitate Electorali fuerat orbata, conciliari posset; nec Dux Bavariæ in Electorum numerum jam cooptatus citra injuriam ignominiamve cedere quiret, salute Reipubl. (quæ omnibus

N 2 instar

instar legis esto supremæ) Carolo Ludovico, Comiti Palatino Friderici V. primogenito & omnibus ejusdem descendentibus & collateralibus agnatis assignatus est inter Electores locus octavus, donec Guilielmiana Bavarica mascula prorsus decedat. Sunt igitur hodiè octo Electores, Tres Ecclesiastici, videlicet: Moguntinus, Coloniensis & Trevirensis. Quinque Seculares: Rex Bohemiæ, Dux Bavariæ, Dux Saxoniæ, Marchio Brandenburgicus, & Comes Palatinus Rheni.

61. Quorum numerum lineâ masculâ alicujus extinctâ (intellige præter lineam Bavaricam) sicque feudo Electorali ad Imperium devolutô imminui, & Imperatorem Imperio illud incorporare posse, nonnulli ex *Capit. Leopold. art. 30.* prolixè contendunt. Verùm enim verò, quis sub Principis Germanici nomine, Electores specialiori nomine à reliquis Imperii Principibus secretos, & specialem classem & Imperiale collegium constituentes intelligat? præprimis cùm *A. B. c. 7. §. fin.* per verbum debebit, necessitatem importans, reinfeudationem vacantis Electoratûs Imperatori injungat. Hæc autem Aurea Bulla Imperatori pro norma ponatur, secundum quam actiones suas formare debeat. Accedunt textus *A. B. c. 2. 5. 15. 26. 28. & 33.* ex quibus colligitur collegium Electorale integrum esse debere, quæ dispositio Aureæ Bullæ cùm nullibi legatur mutata, cur ergò stare prohibeatur?

62. De Electoribus Ecclesiasticis notabile est, quod iis vetustis temporibus in Imperiô nostro non competierit potestas Politica. *Lehm. Chron. Spir. l. 2. c. 35.* sed demum tempore Ottonis Magni Politicâ jurisdictione fratrem suum Brunonem magnô populi stupore honorantis cœperit. *Id. l. 4. c. 3.* paulòque post tantam in Ecclesiasticis personis obtinuerit autoritatem, ut veteres crediderint sine Sacerdotum interventu nil felici omine posse expediri, ac ita demum in portu consistere, si ex togatâ & armatâ militiâ Senatus secretior constaret. *Matth. Steph. de Jurisdict. l. 2. p. 1. c. 5.* Causa cur triga hæc reverendissimorum capitum & non alii in senatum Electorum adsciti, si credimus *VVinkio in tr. de Elect. Imp. c. 11.* fortè fuit horum dignitas ampla & firmissima tractûs cis & ultra Rhenum possessio.

63. Singulare quoque, sed commune his tribus Archi-Episcopis est, quòd quilibet ipsorum sit Archi-Cancellarius. Moguntinus per Germaniam, qui simul est collegii Electoralis Decanus. *A. B. tit. 2.* Cujus Archi Cancellariatus adhuc hodiè illæsus in viridi praxi viget in

Camerâ

Camerâ Spirensi & Judiciô Aulicô *Inst. P. art. 5. & 20. nec non. Capit. Leopold. art. 40. & 42.* Trevirensis est Archi-Cancellarius per Galliam & Regnum Arelatense, de quô rem ab initiô deducit *Magnif. Dn. Strauch. diss. exot. 2. th. 9. cui add. Conring. defin. Imp.* Coloniensis per Italiam, id est per Regnum quod fuit Longobardorum & reliquias veteris Imperii Romani Archi-Cancellarius audit. Hodè Regnum illud Italiæ variè dilaceratum. & in varios principatûs divisum, quorum Principes Imperatorem pro directô dominô agnoscunt, ut adeoque Coloniensis Archi-Cancellariatus vix suâ polleat autoritate. Originem muneris hujus non usque quaque notam esse scribit *Conring. de Elect.* Legi tamen de eâ merentur *cit. Magn. Dn. Strauch. loc. c. Dieterich ad A. B. tit. 28. Limn. tom. 1. l. 3. c. 3. & passim alii.*

64. Nec ignorandum Electores Ecclesiasticos Nepotum nomine ab Imperatore excipi: unsern lieben Neven und Churfürsten/ prout ostendi pôtest ex diplomate quod extat apud *Lehm. l. 7. Chron. Spir. c. 7.* Ubi Sigismundus Imperator Electorem Moguntinum seinen lieben Neven und Churfürsten appellat, *item: ex Reform. Maximil. I. Anno 1495. ibi:* Hochwürdig/ Hochgebohrne / Ehrsame liebe Neven Churfürsten ꝛc. Rationem non eandem reddunt Dd. *Heig. l. 2. q. 4. n. 62.* eam in abditô esse dicit. *Sprengerus* verò amori religionis & dignitati clericali adscribit. Porrò sciendum cùm Electoratus acquirantur vel successione, vel electione, vel collatione, hos non ut Seculares succedere sed eligi, aut collatione constitui: illa fit communi & plurium capitularium suffragiô; hæc verò ab Imperatore & Pontifice, si fortè emerserit aliqua in eligendô difficultas. Et quamvis Electoria dignitas Archi-Episcopis conferatur, competit tamen ipsis saltim ut Principibus Imperii: atque adeò capituli electiò, præsentatio, confirmatio, consecratio, pallii collatio, ut conditiones personæ jus & dignitatem acquisituræ: electio quidem ut necessaria, reliquæ ut communiter accidentes accedunt.

65. Ideoque Electus Archi-Episcopus, postquam investitus (ut vulgò loquimur) est, etsi pallium à Pontifice nondum redemerit, nec infulatus aut confirmatus fuerit, jure Electoriô ritè fruitur. Ratio in promtu est, quòd seculares dignitates non constent caracteribus. Et verò hæc ipsa dignitas iisdem, non quatenus sunt Personæ Ecclesiasticæ sed Imperii Principes, competit. *Mynsi. cent. 5. obs. 58.* quô nomine

N 3 aliquo-

aliquoties in A. B. Caroli IV. indigitantur, ut patet abundè ex *cap. 1. in pr. §. 2. 3. 5. & seqq. c. 2. n. 3. c 4. in pr. c. 10. in fin.* Ea verò spectanda est qualitas in personâ illius quæ duplici respectu conspicua, cujus respectu peragendus actus. *l. 15. § 1. ff. de Adopt.* Hujus rei exemplum habemus in Archi-Episcopô Coloniensi, adhuc in vivis existente, ante confirmationem Pontificis ad collegium Electorale admissô.

66. Sed quid in casu vacantis sedis, nondum electô eligendô? *Goldast. de Regn. Bohem. l. 3. c. 6. num. 26.* capituli Legatos admittendos probat ex præjudiciô Capituli Coloniensis, quod Anno 1562. vacante sede Archi-Episcopali fuit ad electionem Maximiliani II. citatum, adeò ut Legatos nomine capituli in consessum suum tam diu admiserint, donec novus electus procuratorium legatis suô nomine renovarit & confirmarit. Sed verior est sententia contraria vigore illorum, quæ *Limn. d. J. P. l. 3.* tradit, præprimis cùm allatum exemplum huc applicari nequeat. Quippè teste *Dn. Carpzov. disp. feud. 2. quæst. ad A. B. 5. num. 9.* Electores noluerunt progredi ad electionem, priusquam in locum Johannis Gebhardi Coloniensis ipsô conventûs tempore lucis usuram reddentis, alius surrogaretur Archi-Episcopus & Elector in capitulô Coloniensi.

67. Dein & illud Electores Ecclesiastici peculiare habent, quòd in causâ criminis læsæ Majestatis, non pœna ordinariâ, h. e. banni fulmine, ut seculares feriantur, sed tantum Regalibus, quæ ab Imperiô tenent, priventur. *Mynsing. loc. cit.* quamvis non desint proscriptionis in Ecclesiasticos exempla. Si Carolus V. Johannem Episcopum Hildershemensem proscripsit, cujus tamen sententia postea à Camerâ impugnata, & ad forum Pontificis rejecta fuit. Non minùs Ferdinandus II. Cardinalem Cleselium & Archi Episcopum Trevirensem contemtô Papali forô ad suum traxit.

68. Hactenus de iis quæ sunt Electoribus Ecclesiasticis specialia, superest ut videamus solis Secularibus Principibus competentia jura. Sicut autem Ecclesiasticorum quilibet salutatur Archi-Cancellarius (licet non unius ejusdemque Regni respectu ut supra innuimus) ob quod Imperatore, vel Rege Romanorum ad mensam ingresô præmissâ benedictione Episcopali sigilla & typaria Imperialia sive Regalia reverenter in mensâ ponant, vel id genus alia, quæ ad ipsorum munus pertinere videntur, facere jubeantur. *Aur. bull. tit. 25.* ita eadem

sanctio-

ſanctione conſtitutum eſt, ut certa quoque ſint Electorum ſecularium officia.

69. Hinc Bohemus Imperii eſt Archipincerna, & in celebratione ſolemnis curiæ, Imperatori primum poculum porrigit, quod officium niſi ſponte id faciat, ſub Regali coronâ præſtare non tenetur. *Conſtit. Rupert. apud Goldaſt. tom. 2. conſt. Imp. p. 91. §. ult.* Bavarus, poſt infelicem patruelis degradationem hodiè eſt Archidapifer *Inſt. P. art. 4. §. 3.* in ſolemni proceſſione pomum Imperiale geſtans. Saxo, Archi-Mareſchallus, præfert Imperatori gladium evaginatum. Brandenburgicus, ob Archi-Camerarii officium Imperatori aquam porrigit, & in proceſſione ſceptrum præfert. Hos denique excipit Palatinus Rheni, Architheſaurarius. *R. J. de A. 1654. in ſubſcript.* in ſolemni deductione Regis coronati ad palatium in circumſtantem populum nummos aureos & argenteos ſpargens. Quorum officiorum originem ſciſcitantem lectorem ad Lehman. Limn. & Conringium brevitatis causâ remiſſum volo.

70. His ſingulis ſui ſunt vicarii ſeu ſubofficiarii, quibus præfata officia in ſubfeudum concedunt, prout etiam feuda Regalia in ſubfeuda concedi poſſunt. *Andr. Kohl. in tract. de ſubſ. c. 2.* Quæ non ut olim temporaria ſed hæreditaria & perpetua ſunt, & ab Epiſcopo Bambergenſi recipiuntur in feudum. De cujus rei origine. *Marq. Freher. in add. ad Petr. d. Andlol. 2. c. 15. verb. ſubcan.* teſtatur Henricum ſecundum Claudum cùm Comitatum Bambergenſem in Epiſcopatum evexiſſet, & ſummis privilegiis ditaſſet, pro maximâ in eum locum affectione ſanxiſſe, ut IV. Electores officia ſua Imperialia (non, ut multi falsò ſtatuunt, ipſa feuda Electoralia, quæ Electores immediatè ab Imperatore recognoſcunt) adipiſcantur.

71. In Vicarii hujus muneris vicem præter alia privilegiorum commoda, quæ habent ſubofficiales, etiam ea quibus adminiſtrarunt in curiâ Electores inſtrumenta, unà cum equis quibus inſederunt ad eos deveniunt. *A. B. tit. 20.* Inter hoſce ſubofficiales & Aulæ Cæſareæ miniſtros, zwiſchen den Erbämtern und Hofämtern litem aliquoties exortam fuiſſe legimus, quinam eorum præferedi ſint? ac pro ſubofficialibus Imperii hæreditariis, für die Erbämter quò confidentius decidamus pugnat tùm *Aur. Bull. tit. 27.* tùm *Imperatoris declarationes d. 3. Jan. Anno 1566. & d. 6. Septembr. Anno 1593.* tùm denique ſubordina-

ordinationis natura. Quin verò in casu absentiæ Vicariorum seu subofficialium quotidiani Imperatoriæ Majestatis ministri ad officia hæcce admittantur, eaque expediant, horum fructus ac commoda colligant, non dubitandum putat Schütz *in colleg. J.P. disp. 7. th. 25. l. a.*

72. Ecclesiasticos Electores, electione vel collatione jus electionis consequi proximè innuimus, quis ergò modus obtinendi Electoriam hanc dignitatem inter Seculares receptus? Resp. Seculares ad hoc electionis jus perveniunt aut pacti gentilitii (confraternitatis) beneficiô, aut jure familiæ, hoc est successionis linealis agnaticæ, ita quidem ut neque dignitas Electoralis, neque terræ peculiariter Electoribus assignatæ divisionem recipiant. *A. B. tit. 7. ibi: Postquam Principes Electores Seculares, & eorum quilibet esse desierit, jus, vox & potestas Electionis hujusmodi ad filium suum primogenitum similiter Laicum liberè & sine contradictione cujusque devolvatur. Si verò primogenitus hujusmodi absque legitimis heredibus masculis Laicis ab hâc luce migraret, virtute præsentis Imperialis edicti, jus, vox & potestas electionis prædicta ad seniorem fratrem laicum per veram paternalem lineam descendentem, & deinceps ad illius primogenitum laicum devolvatur.*

73. Huc conferatur *tit. 25.* Ubi Imperator argumentô à minori ad majus ductô utitur: Si cæteros, inquiens, Principatus congruit in suâ integritate conservare, multò magis magnifici Principatus, Dominia, Honores & jura Electorum Principum debent illæsa servari (nam ubi majus incumbit periculum, majus debet remedium adhiberi, ne columnis ruentibus basis totius ædificii collidatur) Atqui cæteri Principatus in integritate suâ de jure conservari debent. *l. 2. feud. 55. §. firmiter.* E. *Goldast. de major. c. 17. n. 15.* Dann man mag weder Marggraffschafft noch Pfaltzgraffschafft noch Graffschafft theilen / und so sie getheilet werden / so haben sie ihren Nahmen verlohren. Schwaben-Spiegel. *c. 15.* Rectissimè: prout enim opes non divisæ splendorem & dignitatem familiis inducunt: ita è contrariô familiæ Illustres per nimias divisiones dispersæ & multiplicatæ vilescunt, cùm nihil tam magnum sit, quod divisione parvum non fiat, *Baldus in authent. hoc amplius. C. de fideicommiss. n. 8.* Quin & non parum interesse videtur subditorum, pluribus non subjici Dominis *Andr. Knich. in Comm. de Saxon. non provocand. jur. verb. Ducum c. 3. n. 24.*

74. De cæterô quia facilè contingit, ut legitimus successor ob mino-

minorennitatem rebus ex dignitate Electorali gerendis sit impar, Carolus minorennibus, quos 18. annis circumscripsit, lege publicâ proximum agnatum tutorem constituit. *A. B. tit. 7.* quæ tutela Juris publ. an exigenda sit ad Juris privati regulam *in l. 11. ff. de test. tut.* quæstionis non est ubique obviæ. Nos negantibus affirmativam opponimus usque dum sanctionem specialiorem constitutione Justinianeâ non deprehenderimus. In cæteris à jure privatô recessum esse extra omnem controversiæ aleam positum est. Sic infiniendâ tutela ultra 18. annos plures non requirit Carolina constitutio, sive impubes sive minorennis sit relictus, hisce completis cum dignitate Electorali simul administratio Principatuum ac Ducatuum ipsi restituitur. *A. B. tit. 7.* Factum hinc, ut cum Christianus II. annos legitimos complevisset, Fridericus Wilhelmus Administrator Saxonici Electoratûs, ei non solum Electorales, sed & cœteras Ducatuum terras restituerit. *Carpz. de feud. 4. q. 5. n. 12. & seq.*

75. Præstantissima & specialissima certorum Electorum Secularium jura duo sunt. Primum est jus Vicariatûs. Secundum consistit in potestate exercendi judicium in causis Imperatoris vel Regis Romanorum conventi. Illud, quod Palatino & Saxoni commune est *A. B. c. 5.* ibi: *quoties insuper* & paulò post in verbis: *& eodem jure provisionis.* jam priscis temporibus in usu fuisse ex *l. fin. C. de div. offic.* novimus, & idem significasse, quod alterius vicem gerere. *VVesenb. Pand. ad tit. C. de offic. vic.* Unde Vicarii Ottoni *Provisores dicuntur, qui vacante Imperiô vices Imperatoris sustinent, & in ejus qs. locum succedunt.* Jura horum Vicariorum hinc inde produnt Publicistæ. Imprimis autem de eis legi merentur. *Clapmar. de Arcan. Reip. l. 1. c. 21. Freher. c. 15. Orig. Palat. & c. 10. ad Petr. de Andlo. Buxt. ad A. B. c. 5. concl. 59. 60. 61. 62. & seqq.* Schütz *in colleg. J. P. disp. 5.*

76. Contingit autem Imperium non unô sed variis modis vacare. Et quidem 1. morte Imperatoris, de quâ expressè loquitur A. B. ubi vicarii maximè necessarii sunt, ne Imperium in anarchiam transmutetur, quod etiam innuere videtur *autor in tract.* Von des Heiligen Reichs Vicariat. ibi: da auch im Heiligen Reich Teutscher Nation solche nothwendige Vorsehung vor Alters nicht gewesen seyn solte/ so würde in denen etwas lang gewehrten interregnis gantz und gar in denselben eine Anarchi gefunden werden. 2. Vacare dicitur Imperium

per renunciationem vel resignationem, quæ utrum Imperatori concessa in conflictu videbimus, adductô interim pro fundamentô *Recess. Imp. d. Anno 1559.* zu Augsp. *in pr.* Idem dicendum alii putant 3. si Imperator ex justa causâ removeatur. Quæ autem hæ justæ causæ sint nost[illegible] non est judicare, Wenceslaum Caroli IV. filium ut inutilem, ign[illegible] inhabilem & Regni bonorum dissipatorem prout apparet ex formulâ exauctorationis ejusd. exhibita à *Clariss. Dn. Felvvingerô Præc. & qu[illegible] meo colend. in diss. pol. 13.* Electores deposuisse asseritur. Dabitur de hac quæstione uberior disserendi campus th. ult. quo nos remitimus. 4. Denique vacare Imperium si Imperator trans Alpes iverit, id ipsum negantibus itidem probabimus.

77. Locus in quô præfati Domini Electores jus Vicariatûs exercent, est totum Imperium Romanum. Quippe Vicariatus ipsis concessus in omnibus provinciis, in quibus obtinebant jura Saxonica & Franconica; regebatur autem Imperium totum illô jure, tempore, quô vicariam hanc administrationem meruerunt. Totius proinde Imperii vicariatum habuerint, & per consequens etiam nunc habeant necessum est, divisis tamen inter se limitibus, ita ut Comnes Palatinus Rheni, Sveviæ & in jure Franconicô, Elector verò Saxoniæ, ubi Saxonicum jus viget. *Marquard. Freher. in not. ad Petr. d. Andlo. l. 2. c. 10.* Controversiam super Vicariatu inter Palatinum Rheni & Bavarum exortam hâc vice indecisam relinquimus, sanè Camera Imperialis cùm hæc lis in factô moveretur post obitum Ferdinandi III. Imperatoris, secuta videtur partes Bavari in eô, quòd processus expedierit quoad terras Vicariatui Palatino subjectas nomine Electoris Bavariæ.

78. Præstantius longe Vicariatûs jure est alterum, quod itidem Palatino Rheni, sed soli competit: nempe, cujus vigore Imperator, nullum superiorem recognoscens, & nullum nisi DEUM judicem habens. *arg. l. 4. de recept. arbitr. l. judicium 58. de judic.* coram persona tam dignitate quam potestate minore convenitur. *l. minor. 18. in pr. ff. de min.* Translatæ hujus in Palatinos potestatis originem rectius [illegible] *mel. in diss. 5. ad Aur. Bull. thes. 4.* rejicit in Imperatores ipsos, qui [illegible] Majestate depositâ, quò moderatius Imperio frui meminissent se Palatino tanquam supremo Aulæ ministro, ultrò submittere voluisse [illegible] quod dein ex longô temporis usu in consuetudinem & demum nec[illegible]sitatem raptum fuit.

79. Cum

79. Cùm verò duplex in Imperatore respectus sit sciendum, eum ut Imperatorem (prout verba *A. B. cap. 5. ibi:* Ein Kayser und Römischer König innuunt) conveniri. Quippè conventum ut Ducem Austriæ in Camerâ respondere, ex verbis illis: Wir Carl &c. Römischer Kayser entbieten dir Carl Ertzhertzogen in Oesterreich, clarum est. Id unum antequam ulterius differamus removendum est dubium, an hic conveniendi coram Palatinô modus Majestatem Imperatoriam lædat? Negamus contra *Bodinum l. 1. de Republ. c. 8.* quùm non modò civili sed & naturali rationi conveniat, ne quis in causâ propriâ jus dicat, *l. 17. de judic. l. 10. de jurisd.* Quod apud Duces Saxoniæ quoque curiarum suarum cognitionem non respuentes. *Ordin. renovat. curiæ provinc. c. 17. in pr.* Archi-Duces Austriæ, conventi nobilem quendam sibi Judicem diligentes. *Limn. de J. P. l. 3. c. 9. ex Zangerô de excep. p. 2. c. 1. & Cuspin. in Austr. p. 37.* obtinere tradunt. Sic Regi Bohemiæ certos in Silesiâ esse judices, testis est *Nicolaus Henel. in Silesiogr. p. 97.* imò & Galliæ Reges nunquam sibi jus dicunt in causâ propriâ, sed Parlamenti Gallici Præses, vel alius Judex, coram quibus aliquando causâ cadunt, prout Carolo VII. contigit, de quô *Limn. in not. Regn. Franc. l. 7. c. 3.* At quis in his majestatem vel expirasse vel immunitam esse censebit?

80. Causæ ex quibus Imperator in Aulâ suâ aut aliâ Imperiali curiâ coram Palatinô convenitur, non sunt promiscuè omnes, sed civiles tantum. In Criminalibus quippè, v. g. ubi Imperator criminis alicujus, sive malè administrati Imperii arguitur, verbô: ubi de ejus depositione (si de eâ ex aliorum opinione scribere quid fas est) agitur, nonnulli non solum Palatinum, sed Electores omnes imò totum Imperium minimè sufficere, forte haut inconvenienter statuunt, prout in *th. ultima* dissert. hujus ad oculum patebit.

81. In controversiis feudalibus inter Imperatorem ejusque Vasallos vertentibus, quò minus Palatino ullum jus concedamus, sed id potestatis Paribus Curiæ adjudicemus in causâ est juris feudalis decisio, quæ litem inter Dominos & Vasallos super feudô; ortam per Pares Curiæ decidendam vult. *c. unic. 2. feud. 39.* Cui constitutioni cùm sit specialis, non potest derogari per Caroli IV. generalem. Quippè clari juris est, quòd per legem generalem nunquam derogetur speciali. *Schrad. tract. de feud. p. 10. sect. 5. n. 42.* quò facit textus in Schwa-

ben-Spiegel quem exhibet *Goldast. tom. 1.* in den Reichs-Satzungen, p. 37. ibi: Krieget der König mit iemand um Gut / oder um ander Ding das des Reichs ist/ da sollen übersprechen die Fürsten und Grafen/ die Freyen und des Reichs Dienstmann. *Et tit. de pac. const. §. sententiæ.* ubi ipsemet Fridericus Imperator Parium judicio in controversia feudali se subjicit, quod etiam obtinet si Cæsar actoris personam suscipiat, quamvis id in causis fiscalibus & civilibus vix benè statuerimus. Hinc fit, ut Principes, Comites, Barones Imperii citati in judicium extra Imperium Imperatori se sistere non teneantur.

82. Tertium de quô occasione Electionis dicendum proposuimus, est ipse eligendi modus, pro ratione instituti nostri, hoc est, breviter & concisè investigandus. Ubi sciendum, statim vacante Imperii sede Archi-Episcopum & Electorem Moguntinum, Germaniæ Archi-Cancellarium, Electionem reliquis collegis Coelectoribus omnibus intra mensem à die mortis Imperatoris denunciare, simulque indicare debere, ut intra trium mensium spatium à die datarum literarum Francofurti ad Mœnum ad novi Imperatoris Electionem conveniant, vel Legatos suos sufficienter instructos sine mora mittant. *secund. A. B. tit. 1.* Cui officio si Moguntinus desit unum alterumque non vocando, an electio valeat, quærunt Publicistæ.

83. Pro negativâ facit, quod sit actus Collegii, ad quem ritè perficiendum, omnes de collegiô debent vocari. *c. bonæ memoriæ. c. quod sicut. §. si autem de Elect. c. cum in Eccles. eod. in 6to.* Illegitima igitur est Electio, si Moguntinus unum alterumque non vocaverit. *c. abeuntibus in fin. distinct. 63. dict. c. quod sicut.* imprimis cum unius Principis non vocatio hic plus operetur quam plurium consensus. *c. venerab. de Elect. A. B. §. debet autem.* Neque experientia diversum probat. Nam in electione Ludovici Bavari & Maximiliani I. electio non solum a Rege Bohemiæ hoc nomine impugnata fuit, sed etiam Bellum Electoribus minitatum. *Andr. Knich. de jur. Sax. non provoc.*

84. Verùm his non obstantibus affirmativa verior est. Si enim à Moguntinô non fuerit vocatus, cur non accessit vel non vocatus? conveniant; inquit Imperator, si Archi-Episcopus in præcedente & intimatione hujusmodi negligens aut remissus fortassis fuerit, motu proprio etiam non vocati, pro fidei suæ virtute, qua sacrum prosequi tenentur Imperium *A. B. tit. 1. §. cum autem.* Quid si non negligentiæ vel

vel oblivionis, sed contemtûs causâ factum sit? Rem nullibi definitam & *Lampadius* definire metuit, putat tamen & hôc casu non malè facere Principes si ultro advolaverint, cùm electio jure publicô ipsis non vocatione Moguntini tributa sit. *p.3.c.11. §.18.*

85. Electionis locum quod concernit, fuit is olim meri arbitrii, unde quidam Imperatores Francofurti, quidam Wormatiæ, Moguntiæ quidam, Aquisgrani, alii alibi fuêre electi. Sed dein seu observantiâ seu lege Francofurtum ad Mœnum actui huic solemni præstitutũ, quod postea in *A. B. c. 1. §. Interea,* confirmatum legimus. *Limn. tom. 1. l. 2. c. 3.* in rei testimonium adducit Schwaben-Spiegel *l. 1. c. 28.* Als man den König kiesen wil/ das sol man thun zu Franckfurt/ oder auf dem Platz vor der Stadt; und läst man die Fürsten nicht kiesen in der Stadt/ so mögen sie recht kiesen vor der Stadt. *conf. Gunth. in Ligur.* Quæ constitutio ratione destituta non est, quippè aptior locus, cùm veluti centrum in medio dio Germaniæ positus sit, & omnium rerum abundet copiâ, haut inveniri potuerit. *Arum. ad A. B. disc. 1.* At verò si pestis hic loci grassetur aut bella civilia, aut denique aliæ prægnantes subsint causæ, constitutioni huic non necessartò insistendum tradit Schütz *in coll. Jur. P. disp. 2. th. 10. l. f.* Ita Ferdinandus I. Coloniæ. *Sleid. l. 7. de Stat. Relig.* Maximil. II. Rudolphus II. & Ferdinandus III. Ratisbonæ electi sunt. *Thuan. hist. l. 31. & 60. Arum. de Com. c. 5. n. 18.*

86. Tempus intra quod à die datarum à Moguntinô literarum convenire debeant Electores, vel si justô detenti fuerint impedimentô, ipsorum Legati cujuscunque dignitatis vel statûs, sunt tres menses, tam strictô observandi jure, ut qui neque per se neque per Legatos idoneè instructos comparuerint, electionis voce & votô pro istâ vice priventur. *A. B. c. 1. §. Princeps verò.* Absentium enim nulla habetur ratio. *R. Spir. d. A. 1529. §.* und damit ein solch. *R. Ratisbon. de Anno 1551. §.* Wir auch Churfürsten &c. cùm iniquum sit contumaciam absentium quorundam negotia publica impedire *l. 4. 5. d. decur.* Et si aliquis compareat, ante finitam tamen electionem recedat, eandem patitur pœnam. *A. B. l. c.* Tardius adveniens vero, sed adhuc ante peractam electionem, in eô statu admitti debet, in quô est electio adventus sui tempore. *A. B. tit. 2. §. postquam autem.*

87. Peculiare in Nunciis delegatis est, quòd comparere debeant nullâ instructioae à Principali suô ad certam personam vel familiam

Otto in J. P. c. 10. Et non idoneam censeri Electionem, si missus ad certam aliquam personam vel familiam sit adstrictus produnt *Reinking. de Reg. Sec. & Eccles. l. 1. cl. 3. n. 8. Wurmss Exercit. 2. q. 6.* siquidem ordinatio Bullæ vult, ut hi tales nuncii plenum & sufficiens mandatum, oder vollkommenen Gewalt/ habeant *c. 1. §. Princeps verò.* Cùm enim vota Electorum non sint peculiaria, sed collegialia, in ipso Electorum conventu, prævià diligenti deliberatione ex delegantis arbitriò restringi non debent. *Henning. Gæden. concl. 1. n. 8.* Atque sic *ex Lehm. Myler. in add. ad Rumel. diss. 6. th. 15. p. 2.* notat, in Electione Ferdinandi II. remotam Electionis actui injecisse, quòd Electoris Saxoniæ Legatus accesserit cum mandato nimis limitatô & restrictô.

88. Pro contrariâ sententiâ tuendâ à quibusdam adducitur exemplum Woldemari Brandeburgici, in commisso Legato dantis, ut eligeret Fridericum Austriacum, cui mandato cùm Legatus contraveniret Ludovicum Bavarum eligendo, capite, curante sic Domino plectebetur. *Buxt. ad A. B. concl. 20. Otto in J. P. c. 10.* Sed cùm id ipsum ante promulgationem A. B. ut ex chronologicis constat, factum sit, exemplum hoc, hâc in re nullum habere vigorem in aprico est.

89. Quid si Electores vota sua per literas transmitterent, ut in Electione Richardi. *Avent. l. 7. annal. Bojor.* Ludovici Bavari. *Cusp. sub rubr. de div. Imp. temp. Frid. & Ludovic.* Nec hoc concessum esse dicimus. Ita enim sancitum est à Carolo IV. ut Electores ad Electionem vocati vel in personâ propria se sistant, vel suos legales nuncios prædicto modo ablegent, aut ni alterutrum horum facerent, voto quod illâ vice habituri essent, privarentur. §. und welcher Fürst. *c. 1.* quia Electorum non tantum est eligere, sed & consultare, quod fieri per literas non potest. *Magnif. Dn. Strauch. in diss. exot. 4. th. 25.*

90. Multo minus cuique pro virium suarum amplitudine, & potestatis respectu Francofurtum ingredi licet, sed ex tenore A. B. cuique milites 200. intra quos ultra 50. armati esse non debent, conceduntur, *c. 1. §. debet autem.* Quod ipsum etsi hactenus tam accuratè non fuerit observatum (quippè A. 1562. tempore Electionis Maximiliani II. Moguntinus Francofurtum venit 360. equitibus, Palatinus 4. Saxo 802, Brandenburgicus 452) certis tamen ex rationibus a Carolo IV. statutum esse non ambigendum, tùm fortè ne nimia multitudine civitas oneraretur, & annona cresceret, tum ne unus vel alter Coelectorum alteri-

terius potentiam extimescens in illius votum transire, vel invitus vel contra liberum eligendi jus cogeretur, tùm verò denique ut tumultus si qui orirentur, cives tantò facilius compescere & partes diffidentes in ordinem redigere possint.

91. Ut autem ad solemnem hunc actum Serenissimi Domini Electores vel eorundem Nuncii securi & inviolati pervenire, & ad suos redire possint, salvus conductus secundum præscriptum *A. B. c.1.* sub pœna perjurii, amissionis voti, quod illa vice habituri fuissent, perditionis omnium privilegiorum, jurium libertatum ac gratiarum in sacrô Imperio obtentarum, ac præterea banni ac proscriptionis Imperialis *c. cit. §. statuimus §. ad præmissorum autem.* præstandus est. Si verò viam insolitam justâ ex causâ Elector ad Electionis actum properans elegerit, & Domino territorii id non significarit, multò minus petierit salvum conductum damnum, quod patitur, sibi imputare cogitur.

92. Francofurtum Serenissimis Dominis Electoribus, sive eorundem Legatis tandem ingressis, ejusdem civitatis incolæ præter securitatem, quam jurate solent, etiam fidem dare & cavere tenentur, ne quem cujuscunque tandem sit conditionis, dignitatis vel statûs ultra prædictum Electorum comitatum in urbem intromittere, intromissorum verô exitum absque morâ, donec Electio perficiatur cum effectu procurare velint, sub pœnâ perjurii & amissionis omnium privilegiorum, & banni Imperialis *A. B. c. 1. §. injungimus.* Et hoc juramentum tam Senatum Francofurtensem, quam cives præstare testis est *Gotbard. Arthus in relat. Elect. D. Matthiæ.*

93. Juramenti religiosè à Francofurtensibus servati habemus exemplum *de Anno 1519.* Nam cùm Franciscus I. Galliarum Rex Francofurtensem Civitatem literis rogasset, ut Oratores quos ad Serenissimos Dominos Electores miserat cum famulitio ac comitatu usque ad numerum 300. vel circiter equitum in Civitatem suam admitterent, aut saltim in unum oppidorum suorum civitati proximum, in quô tutò vel securè diversari possent atque commorari, eosdemque ibi benevolè ac indulgenter tractarent, ac demum in protectionem suam reciperent. Respondit Senatus Francofurtensis, sibi hoc per Auream Bullam non licere, nec insuper oppidula pagosque possidere munitos ad tutò recipiendos & conservandos Oratores.

94. His ita ritè præmissis Serenissimi Principes Electores statim

tim die sequenti à quò Francofurtum ingressi sunt, ad ipsam Electionem Imperatoriæ Majestatis, invocato prius in sacrariô templi S. Bartholomæi SS. Dei nomine descendunt. Quem ex antiquitate tractum morem, tum sacri, quam profani probant Codices *ad Coloss. 3. 17. l. 2. C. de Offic. Præfect. Prat. Afric.* Idem facit *Plato l. 4. de LL.* Deum in civitatis constitutione imprimis invocans, sciebat namq; nil recte incho[illegible] ri nisi post Deum faveret Imperator. *Veg. l. 1. de art. milit.* Unde & Imperator Justinianus Institutiones suas a Divini Nominis invocatione, auspicari & ad omnia consilia omnesq́ actus in nomine Domini nostri Jesu Christi semper progredi voluit. *l. 2. C. in pr. de Offic. Præfect. Prat. Affric.* rectè sibi persvasum habens benè & competenter universa geri, si rei cujusque Principium decens & amabile sit Deo. *Nov. 6. in pr.*

95. Quod vero in A. B. de missâ, ab omnibus audienda adjectum, id pro illius temporis moribus factum fuit, hodiè postquam potior inter Electores affulsit religio, & protestantes Principes talem cultum à verò divino alienissimum sunt edocti *Chemn. in exam. Trident p. 2. sess. 6. c. 167.* obtinet ut ipsi, dum Pontificii missam celebrant, in proximum conclave & sacellum secedant, & ibi donec missa missa sit, permaneant, quod in Maximiliani II. Electione Anno 1562. Rudolphi II. Anno 1575. Matthiæ Anno 1512. Ferdinandi II. Anno 1619. a tribus Electoribus, Palatinô scilicet, Saxone & Brandeburgico observatum tradit *Limn. 4. 1. l. 2. c. 2.*

96. Postquam sacra hæc finita sunt, locaque pristina ab Electoribus occupata, singuli Electores tam præsentes, quam absentium Nuncii juramentum præstare tenentur, quod secundum omnem discretionem suam, sincerè & liberè absque prece & pretiô populo Romano temporale velint eligere caput, id est Regem Romanorum in Cæsarem promovendum, qui ad hoc existat idoneus, prout se verba A. B. *tit. 2.* §. Ego NN. habent. vid. *Henning. Gœd. cons. 1.* Quod juramentum Electores in tantum stringit, ut Fridericus Elector Saxoniæ, cum delatum sibi Imperium ad Carolum V. suffragio suo detulisset & Caroli Legatis 30000. fl. oblatos, constanter rejecerit, cumque urgeretur, ut tantum 10000. pateretur dare ministris, accipere t dixerit, attamen nemo valebit postridie apud me, qui vel aureum acceperit. *Eras. Roterod. IV. Epl. 10. Sleid. l. 1. Hist.* Dein nec Electores sibi invicem hoc juramentum remittere possunt, cum sit de substantia & formâ electionis.

[illegible] Simon. Pistor. cons. 1. n. 31. at quod præcisè servandum est, sive quod forma[illegible] dat actui illud etiam ad actum illum requiritur, alioquin actus foret nullus. *l. non dubium 5. C. de LL.*

96. Ritus in præstatione juramenti adhibendi sunt, quod Electores Ecclesiastici coram Evangelio Divi Johannis manu pectori cum reverentiâ impositâ; Seculares vero duobus digitis sacro Evangeliorum libro impositis jurent in formulam præscriptam in *A. B. c. 2. §.* [illegible]. Illud præprimis circa hanc jurandi formulam notandum, eam in verbis finalibus paululum esse mutatam, & in locum verborum: ita me Deus juvet & omnes sancti, verba: *ita me* Deus juvet & sanctum ejus Evangelium, in conventu Francofurtensi A. 1562. substituta, instituto vel maximè celebrando. Non per solum Deum est jurandum. *Deuter. 6. v. 13. & 10. v. 20.*

98. Juramentô hôc tali præstitô secedunt in sacellum deliberatum de sacratissimo hocce negotio, cui terminus 30. dies a die præstiti juramenti præfixi, absque Electionis effectu elapsi consequens habentes, ut Serenissimi Domini Electores panem pro cibo, & aquam pro potu habeant. *A. B. tit. 2. §. quod si facere distulerint.* Ordo votorum enunciandorum, quem non more veteri obtinere ex *Buxt. concl. 42.* constat, evidentissimè exhibetur *in A. B. c. 4.*

99. Eligendus autem est Imperator de unanimi Electorum consensu, certè per majora. *A. B. c. 2.* Nec obstat notissima juris Regula, quod omnes tangit, id ab omnibus probari æquum est, quia hic Electionis actus communis est omnibus ut universis. *A. B. tit. 4. §. 1. ibi:* und derer sie alle/ und die da wollen. Idcirco quod major pars facit in eligendo, id firmum erit sicut in aliis actionibus collegii. *l. quod major. 19. ff. ad Municip.* Multò minus adversatur, quod Imperator eligendus concorditer, concors autem Electio fieri non possit, quando quibusdam dissrepantibus non omnes consentiunt. Quippe concordia hic requiritur non respectu singularum personarum, sed respectu actus, ad cujus perfectionem etiam concordia majoris partis sufficit, ut est text. §. wann aber sie.

100. Confinis huic quæstioni est illa: an majora intelligi debeant respectu totius collegii, an respectu majoris numeri votorum v. g. Si Moguntinus & Trevirensis Principem aliquem elegerint, Coloniensis & Rex Bohemiæ iterum alium, & IV. reliqui Seculares alium, hic

qui IV. habet vota respectu reliquorum à cæteris electorum, majora quidem habet, sed non respectu totius collegii Electoralis, quod hodiè octo votis constat; quæritur itaque utrô sensu intelligenda sint majora? [illegible] cum *Onuphr. Panv. in libr. de Comit.* respondetur, respectu totius collegii, quam sententiam juvare videtur *A. B. c. 2. §.* [illegible] ubi sine dubio sub voce [illegible] totum collegium Electorale intelligitur, ergo sequens contextus consimili sensu intelligendus est de majore numero illius collegii. Atque hæc electionis forma etiam juri communi est conformis, & in conciliô Lateranensi præscripta quoad Electionem personarum Ecclesiasticarum. *c. 48. & 50 X. de Elect.*

101. Denique in hâc votandi materiâ surgat nobis quæstio, an Elector quorundam collegarum electus votis suo sibi calculo suffragari possit. Resp. per *A. B. c. 2. §.* [illegible] omninò. Nec aliud usu obtentum in elect. Rupert. Palatini tradit *Freher. in not. ad Petr. de Andlo l. 2.* At quis ex *l. unicâ C. ne quis in causa propria.* neminem sibi in causâ propriâ testem esse posse? sed regero cum *Dn. D. Struvio*, hoc eo pertinere, neminem sibi directo præconem & testem esse posse: per indirectum autem fieri & relativè [illegible] ad alterius sententiam non incivile est, & quid ipsæ frequentius, quam testimonium vitæ ab aliô impetratum producere & eô niti? *diss. exot. 4. th. 24.*

102. Electionis formâ & modô perspectô, antequam ad membrum IV. cujus in Electionis definitione injecimus mentionem, [illegible] specie ad Capitulationem [illegible] accedamus, non absonum forte [illegible] quæstionem, an statim fit electo Imperatori, nequè adhuc capitulationis lege confirmato, vel coronato omnia jura Imperii competant? Vera est affirmativa, modò prius confirmaverit Electoribus [illegible] iam cæteris Imperii Principibus & Statibus. *Carpzov. de Leg. Regi. German. cap. 3. sect. 11. & seqq.* privilegia & jura. *Dieterich. ad I. P.* [illegible] *R. J. Anno 1564.* [illegible] Durch unser und des heiligen Reichs Churfürsten einhellige Wahl zum Römischen König und angehenden Römischen Kayser ordentlicher Weise erkohren/ und solche hohe Authorität und Würde auf uns genommen. Ipsô itaque Electionis [illegible] Imperialem [illegible] Maximilianus II. Imperator.

103. Primum [illegible] Electionis [illegible] Capitulatio [illegible] Principes Electores [illegible]

[illegible]

[illegible]m certis quibusdam capitulis, sub quibus Imperii administratio suscipienda est, devincunt. Originem hujus Capitulationis Monzambano imprimis ad Caroli V. tempora, quibus in consveto illi plus ultra, obex ponendus erat, refert, cum ante eundem ipsum vix ejusmodi Capitulationis exemplar lucem aspexisse, vel si quæ producta, sublestæ esse fidei asserat. Cui quidem sententiæ & nostrum calculum adderemus nisi *Chronic. Lehm. Spir.* jam olim Francicorum Imperatorum temporibus in usu fuisse, perhibens, obstaret. *l. 2. c. 4. & 10.* Cæterùm certum est à Caroli V. temporibus, quibus vel maximè Monarchia invalere videbatur, non solum cum quibusvis sceptrum Imperiale ambientibus pactum sive capitulatum esse, sed has tales capitulationum leges subinde auctas fuisse, ut quo recentior est quæque, eo etiam plura & strictiora videatur habere capitula. *Excell. Dn. Textor, Fautor & Patronus meus colendiss. in Tract. d. verâ & variâ rat. Stat. Germ. mod. c. 18.*

104. Ad quos verò hoc capitulationis jus pertineat, quæstio non est ita expedita. Sanè sibi soli capitulationis negotium reservatum velle Electorale collegium, vel ex appendice modernæ Capitulationis constat. Nos salvo quorumvis arbitrio distinguimus inter consveta capitulationis puncta & legibus publicis fundamentalibus haut repugnantia, ac vicissim inter nova, quæ si valerent legibus derogarent. Prioris generis articuli possunt in capitulationem inferri à solo Electorali collegio, idque ut videtur ex quadam Electionis connexitate. Unde quatenus capitulatio ex hujusmodi punctis constat, negotium illius videtur ad reliquos Ordines haut pertinere. Posterioris verò generis articuli non possunt obligare cœteros Principes vel Status in præjudicium Imperii legum fundamentalium, ideoque passim nota sunt exempla contradictionum, quibus in uno vel altero capitulationis articulo tam Ferdinandi IV. divæ memoriæ quam Leopoldinæ protestati sunt, ne illi adversus ipsos in vim legis publicæ valerent. Est autem hæc sententia ni fallor fundata in *Inst. pac. art. 8. § gaudeant.* Ubi sancitum ne lex publica fiat sine communi consensu comitiali. Non igitur poterunt in capitulationibus leges fieri cœteris Ordinibus reclamantibus. Atque hæc forsan causa est, cur ex re ducatur perpetuæ cujusdam Capitulationis formulæ conceptio quâ singuli Imperatores imposterum jurejurando obligentur.

105. In ordinem redactis Capitulationum articulis, [illegible] plenarie recipiatur Imperator præstare tenetur juramentum de ejusmodi pactionibus constanter, firmiter & inviolabiliter servandis, [illegible] appareat ex formula juramenti à Carolo V. præstiti: Solchs alles und jedes [illegible] wie obstehet/ haben wir obgenandter Römischer König denen gedachten Churfürsten geredet/ versprochen und bey unsern Königlichen Ehren/ Würden und Worten im Nahmen der Warheit zu zesagt/ thun dasselbige auch hiermit und in Krafft dieses Brieffes kund/ immassen wir dann das mit einem leiblichen Eyd zu GOTT und dem heiligen Evangelio geschworen/ dasselbige stät/ fest und unverbrochen zu halten/ dem treulich nachzukommen/ da wider nicht zu seyn/ zu thun/ noch zu schaffen gethan werde in einige Weise [illegible]. *Limn tom. 1. l. 1. c. 12.* Cui juramento si Imperator contraveniat actu aliquo actus ille pro nullo habetur *arg. l. non dubium 5. C. de LL. junct. l. 55. d. LL.* nec ducendus est [illegible] consequentiam *Cap. Ferd. art. 14.*

106. At numquid Majestas capitulatione læditur? Verior est negativa, quam etiam *Limn. d. J. P. tom. 1. l. 1. c. 12. & in proleg. ad Cap. Carol. V. fol. 8. n. 22.* propugnat, ob non mutabilem per modum habendi rei naturam, quæ sub modo ita habetur. *Non enim* inquit [illegible] *1 de J. B. & P. c. 3. n. 16. desinit esse summum Imperium, etiamsi is qui [illegible] turus est promittat aliqua subditis, aut Deo, etiam talia quæ ad Imperii [illegible] nem pertineant.* Id quod similitudine Patrisfamilias declarat, [illegible] quid ambitur [illegible] se professerit quod ad familiæ gubernationem pertineat, non desinit in familia sua jus summum, [illegible] habere [illegible] nec maritus maritali potestate eo quod [illegible] quid promiserit, privatur. Et sicut superioritate sua non [illegible] Princeps, obedientiam præstando legibus Divinis, ita etiam [illegible] fundamentalib. subjicitur, cum superioritate uti debeat in ea forma qua constituta fuit. *Est autem Majestas* (eadem cum [illegible] inquit *Hermannus Herman. [illegible] J. P. c. 9. n. 6.*) *in omni Republ. talis [illegible] publ. et confert. [illegible] ad Imperium [illegible] & pro diversitate Regnorum & Regionum, alia major, alia minor [illegible] non omnia sunt æqualia.*

107. Sicut itaque [illegible] is manet, licet [illegible] prohibeatur. *§. [illegible] J. [illegible]* ita [illegible] fundamentalium vinculis constrictus. [illegible]

[illegible]

[illegible] *Reg. Sec. & Eccles. l. 1. class. 3. c. 9.* Et ita novissimè quoque Ei- [illegible] von Herden *in suô libellô* die Grund-Vest des heiligen Rö- [illegible] Reichs *insignitô p. 1. c. 1.* asserit: durch die von dem Oberhaupt [illegible] eine Wahl Capitulation, ist vielmehr die Majestät gegeben als [illegible] zu achten. Idem sentit *Dominus Baro à* Sprinkenstein *in* [illegible] *modernâ Imperii.* Nec enim Majestas *naturæ* opus est, sed *hominum*; [illegible] quod omnium consensu uniformiter sit constitutum, at ejus [illegible] & una ubique forma sit & facies, sed ab arbitrio cujusque Reipubl. dependet? Vid. *Arnis. de Jur Majest. l. 1. c. 5.*

108. [illegible] posito hoc, eum qui Imperium præmissis legibus fundamentalibus in quas jurare æquum est & honestum Majestatem non habere, sequitur nullum in orbe terrarum, saltim inter moratiores gentes, vel habuisse inquam Majestatem, vel adhuc dum habere, cum ipsius notorius totius Orbis Christiani usus in viridi observantiâ omnes legibus fundamentalibus teneri comprobat. Nam & Rex Hispaniæ. *Aut. libell. de Just. Magist. in subd.* Belgicorum Ordinum. *Richard. Dinoth. l. 1. de bell. Civ. Belg.* Galliæ. *Aut. præcit. de jure Magist. &c.* Hungariæ. *Bonfinus de Republ. Hung. dec. 4. l. 9.* Angliæ. *Bodinus de Republ. l. 1. c. 8.* Daniæ, cujus juramenti formam *Lauterbeccius* in seinem Regenten-Buch persequitur. Sveciæ & Poloniæ. *Joh. V. F. Relsendf. Heromont. de summa. Princip. Germ. potest. David Chitr. in Chron. Anno 91. 94 & 95.* hi inquam omnes, & alii infiniti, nisi prius jurejurando promiserint, se leges patrias observaturos a sceptro capessendo arcentur. At quis unquam quasi his omnibus Majestatem deneget? Plura de capitulatione nostra [illegible] tem ad *Excellentiss. Domini D. Textoris tract. de verâ & nat. ratione Stat. Germaniæ modernæ* remittimus. Nobis pro conclusione hujus materiæ dixisse sufficiat, Capitulationem non legis sed pacti nomine venire; tum quia non sancitur à subjectô potestatem legum ferendarum habente, tùm quia non obligat invitum ex potestate præ[illegible], sed demum acceptantem vi promissionis juratæ; tùm denique per verba ipsa capitulationis: Gestalt ein Pactweise vereiniget/ vertragen angenommen und zugesagt. An vero Capitulatio rectè lex fundamentalis vocetur docebit cathedra.

109. Capitulationi subsequitur coronatio Imperatoris quæ secundum *Rumel. ad A. B. p. 3. d[illegible] 6.* nihil aliud est, quam congeries actuum solennium, quibus Electio & Commissio Imperii qs. renovatur, ad

auctoritatem Electi [illegible] stabiliendam, & personam ejus omnibus & singulis notam faciendam. Vel ut Excell. *Dominus Textor in manuscr. quadam J. P.* eam definit: *Est actus festivus, quô Electus Romanorum Rex vel Imperator solenniter in fastigio ipsi Cæsareo vel Regali conservatur, ac publico conspectui sistitur.* Hunc Coronationis usum antiquissimum [illegible] Reges Tyrrhenorum utentes corona aurea, sella eburnea & sceptro in summitate aquilam habente, testantur. *Vid. Feckermann. disp. Pol. concl. 12.*

110. Dispescitur ea in Germanicam, Longobardicam & Romanam. Illam Imperator recipit ab Episcopo Coloniensi, Aquisgrani [illegible] *A. d. A. 1521. in pr. ibi*: unser Krönung zuforderst in der Stadt Aach wie sich in halt der güldenen Bull und der Heiligen Gesetz gebühret empfangen haben. Ferream hanc esse volunt *Onuph. Panv. de Comit. [illegible] Schonb. l. 5. Pol. c. 9.* quod recte negat [illegible] *ad A. B. concl. 46. [illegible]* vel sua vel aliorum edoctus experientia. quæ [illegible] compe-rit, *Freherus ad Petr. de Andlo. l. 2. 6.* Münster. *in Cosmog. l. 3. c. 214 Jov. l. 2.* volunt eam ferream, quod [illegible] quandam ferream habeat in summitate, alii nec ferream argenteam esse sed auream, ita tamen ut in ea [illegible] laudabilis parcitas satis appareat.

111. Circa Coronationis locum præprimis notandum, eum post Caroli V. tempora non ita rigorose [illegible] observatum, prout exempla Impp. Ferdinandi I. Maximiliani II. Matthiæ & Ferdinandi II. qui omnes Francofurti, Rudolphi II. Ferdinandi III. qui Ratisbonæ coronam Germanicam acceperunt, probant. *Carpzov. de L. Reg. [illegible] n. 17. & 8. Hopping. de jur. insign. c. 1. n. 4.* Quæ loci [illegible] ad Electionem tam quoad coronationem Imperatoris [illegible] quicquam officit, maxime accedente causa prægnante, & unanimi Principum Electorum consensu: quum alioquin [illegible] solennitas lege vel moribus præscripta possit omitti, cur [illegible] variari?

112. Cæterum ea quæ de Coronatione [illegible] a Coloniensi [illegible] agendo diximus, intelligenda sunt de [illegible] quatenus jus [illegible] tus est, quo non obtento [illegible] juris effectus est, ut Imperator non a Coloniense, sed Moguntino [illegible] Trevirensi [illegible] *arg. cap. [illegible] X. de Elect.* quia [illegible] ungere [illegible] Episcopus [illegible]

[illegible]

[illegible] at ea quæ sunt ordinis Episcopalis, non nisi post consecrationem [illegible] ceri possunt ab Episcopis. *arg. cit. c. pallium. & c. quod sicut.* I[illegible] observatum fuisse in Coronatione Maximiliani II. Rudolphi II. & [illegible] testantur *Buxtorff. ad Aur. Bull. conclus. 48. Otto Frising. l. 7. hist. c. 22.*

113. De Lombardicâ coronatione, cùm nulli fere, ut ipse *Limnæus not. ad Ottonis c. X.* quæritur, satis exactè scripserint, illud tantum dixisse conducit, eam olim fuisse duplicem non unam ut *Otto in J. P. c. 10.* [illegible] *Sigonius lib. 8. de Reg. Ital.* scribit Conradum I. primo Mediolani Diadema Regium accepisse, & nihilominus Modœtiæ iterum se coronari veteri renovata consvetudine petiisse. De duplici hac Coronatione, qu[illegible] unam Modœtiæ, alteram ad Alexandriam cis Alpinæ Regiæ urbem [illegible] factam arbitrantur agit. *Marq. ad Freh. ad Petr. d. Andlo c. 6.*

114. Lombardicam Coronationem excipit Romana à Pontificis manibus, vel si ipse recusaret à quôvis alió Antistite peragenda. Ubi occurrit quæstio de Pontificis Romani ex actu Coronationis prætensâ autoritate. Decreverunt enim Pontifices, quorum primus erat Clemens V. Papa *c. pastoral. de sent. & re judic.* & post illum Joh. XII. *in extravag. ne sed. vacant.* Imperatorem non habere potestatem administrandi imperii priusquam fuerit à Pontifice Romano confirmatus. Quinimo inter causas quare Ludovicus Imperator ab hoc ipso excommunicatus fuerit, non minima censenda, suscepta Imperii administratio ante obtentam Pontificiam coronam. Hinc etiam Carolo V. Imperium depositruro persvadere voluerunt ut illud resignaret in manus Pauli IV. Pontificis, cum ita in specie de jure feudali dispositum legatur, ut Vasalli resignaturi feudum, hoc est, renunciaturi, Domino directo resignent *2. Feud. 4.*

[illegible] Non cùm Pontifices asserere haut erubuerint, Imperatorem esse Sedis Apostolicæ Vasallum in Caroli V. personâ hujus rei præjudicium e[illegible]cere studebant. Verum quotquot se hujusmodi exempla quibus Romani Pontifices vel jus in Imperatorem, vel in ipsos Electores (ut exemplum habemus in Maximiliano Bavariæ Electore, [illegible] Longinus quidam inst[illegible] petitionem confirmandi Electoratus à Pontifice) prætendunt, ca[illegible], & ut plurimum in hujusmodi conatibus post reformatam religionem, passi sunt repulsam,

neque

neque Pontifex [illegible] hinc vel aliunde prætensi illius Dominii [illegible] superioritatis jam a trecentis retro annis ullum præjudicium [illegible] parens [illegible] allegare potest. Nam jam tempore Ludovici V. Imperatoris consentientibus Ordinibus in comitiis publicis A. 1338. Coronationem Imperatoris Romanorum nihil nisi notam esse & [illegible] placuit; omnia vero Imperii jura Imperatori conferri per electionem, cui non innotuit? Præterea quod citatus in th. proxima [illegible] eos etiam in jus Canonicum sint redacti, tamen nullam habere [illegible] leges adversus Imperatorem ejusque jura cuique patet, utpote cum in causâ propriâ jus dicenti nemini temere fides habenda sit, atque tantum valet Imperatoris Germanici contradictio, quantum [illegible] Romani [illegible] *Conring. ad Lamp. p. 3. c. 2. §. 27.* Simile [illegible] Innocentii III. Epistola ferendum, quam [illegible] a paucis adhuc dum Principibus, inque vehementissimo motu civili.

116. *Gustmeier in Fec. Germ.* Septemvirali decreto & Ludovici Bavari Cæsaris sententia Romanam & Mediolanensem Coronationem in comitiis dict. A. 1338. abrogatam esse putat *l. 1. c. 5.* Quam sententiam [illegible] probamus obstant Imperatorum Capitulationes, semper Regiæ & Imperialis Coronæ distinctam facientes mentionem, confer *Ferd. IV. cap. art. 37.* Equidem non negaverimus multos Imperatores non suscepisse Romanam Coronam, ut Rudolphus Habsburgicus Maximilianus I. Ferdinandus I. Maximilianus II. Rudolphus II. Matthias, Ferdinandus II. Ferdinandus III. & fortè alii imo [illegible] cesserimus vanam & frustraneam Electores sæpe judicasse Coronam Pontificis, sed exinde non colligitur eam prorsus esse [illegible] observat *Limn. in annot. ad Cap. Carol. V. art. 3. verb* [illegible] gen. Sed cum pluribus de hac quæstione [illegible] da pangere ad finem hujus dissertationis properantes [illegible] loco.

117. An Imperator possit deponi? *Reinking l. 1. class. 3.* [illegible] *quô facit Buchan. de jure Regn.* affirmant [illegible] *qui pridem de* [illegible] ἀπλῶς vix ferendum. Concedo quidem (ut Sommus [illegible] *Conring. in diss. de Regno* [illegible] disserit) Imperatorem [illegible] [illegible]

[illegible]

perjurium Imperatoris, sed tenentur parere subditi. Nec enim imperat Imperator quia juravit, neque parent subditi ex pactô, sed Imperii causa proxima est DEUS, ut obsequii obligatio immediatè ab Imperiô descendit, & tenentur subditi Imperatori obedire, quia Imperium habet. Nusquam præterea in omnibus Capitulationibus Cæsareis hanc inveneris cautionem Imperatorem fidem frangentem debere exauctorari.

118. Igitur cum frustra sit hæc Numinis consilia explorare, sit à curiosis cogitationibus intactum Regum culmen, ac ut arcana in sacris vetustatis non nisi ad adorationem suspiciatur. *Optare bonos Principes pietis est, damnare etiam nocentes religio* inquit *Barcl. in Icon. anim. p.391.* *Et Hermannus Hermes in fasc. J. P. c. quæst. VI. Imperator non postulatur ut Medicus, cujus cura & Imperium durat quam diu ægroto placet.* Quippè DEUS est per quem Principes imperant & Potentes decernunt justitiam. *Prov 8. c.15.* Solumque DEUM felicis successionis electionisque largitorem & moderatorem scimus. Utramque is ut verè optimam, utramque interdum propter peccata populi reddit deterrimam, Regem in furore suo dans auferens in indignatione sua *Ose. 13. v.11.* Et morosis quoque Dominis obsequendum *1. Petr. 2.* Unde meritò concludimus depositionem Imperatoris *quà talis* nil nisi resistentiam esse Ordinationi Divinæ, quæ omninò ab homine Christianô exulare debet.

119. Et ita delineatam Imperatoriam Dignitatem rudi Minerva, sine noemate, candidè & brevibus dedimus. Nec omnia rimari, nec abstrusa, nec etiam scrutatores cordium esse voluimus. Quippe

Habent hoc omnes magni Principes,
Ut coli malint quàm indagari, neque melius
Majestatem suam vendicant, quam si ejus maxima
Pars ignoretur. Ignoti major est admiratio.
Admiratio maxima non parit verba sed *silentium!*

EXERCITATIO TERTIA.

De Juribus superioritatis majestati competentibus.

THES. I.

HOmo est animal sociabile *Aristot. 1. Ethic. 2. & 3. Polit. 4.* quod idem confirmat *1. Polit. 2.* ubi addit, eum, qui in societate communi esse nequit, aut bestiam aut Deum esse, quod sese ex illa cognatione, quam natura inter nos constituit *l. ut vim 3. ff. de just. & jur.* videatur eximere velle.

2. Societas illa consistit in ordine civili. Primitus cum sese homines in varia loca dispergerent, & partim sine legibus *Justin. lib. 1. c. 1. l. 2. §. 1. ff. de O & I.* sine imperio viverent *Sallust. de bello Catil. c. 6.* crescente multitudine, quidam ex morum & linguæ similitudine commixti, deinde beneficiis illecti, ob admirationem virtutum, quas in paucis conspexere, Reges creaverunt *Aristot. 3. Pol. 10.* quidam etiam imperii cupiditate rudes ad resistendum populos vi & armis sibi subjecerunt, uti Ninus *Justin. lib. 1. c. 1.* Nimrod *Gen. 10. v. 8.* (quem tamen Berosus Ninum fuisse asserit) Ex quo itaque nationes in unam Reipub. formam coaluerunt, Monarchicum Imperium primum extitit *Justinus lib. 1. c. 1. & ibi Bernecc. in not. Limn. de jur. publ. lib. 2. c. 1. n. 42. Forstn. in not. ad Tacit. lib 1. in initio.*

3. Ubi verò plures virtute pares extitere, civitates non amplius Regem tulerant, sed commune quoddam quæsiverunt, & Respublicas constituerunt, *Aristot. 3. Polit. 11.* Atque ita enata est triplex illa politicis solennis rerumpublicarum forma *Aristot. 4. Polit. 2. Vacon. a Vacuna lib 6. declarat. 97. n 5 Bodin. 2. de Republ. c. 1. Pet. Gregor. Tholos. de Rep. lib. 5. c 1. n. 2 Arnis. lib. 2. de Republ. c. 1. sect. 5. n. 6.* quod idem & *Tacitus 5. Annal.* his verbis indicat: *Cunctas nationes & urbes populus aut primores aut singuli regunt.* Quæ singulæ formæ habent etiam sua opposita vitia.

4. Earundem finis est publica salus *Arist. 3. Polit. c. 4.* Ob id enim exstructæ sunt civitates, non solum ut homines in illis vivant, sed

ut bene vivant *id 3. Polit. 6.* rempꝗ publicam cui naſcuntur *l. 1. §. 15. ff. de vent. in poſſ. mitt.* & patriam cui parendum *l. 2. ff. de I. & I.* [illegible] one omnes & ſinguli juvent. Quia ἡ σωτηρία τῆς κοινωνίας ἔργον ἐστί. κοινωνία δ' ἐστὶν ἡ πολιτεία, teſte Philoſopho *3. Polit. 3.*

5. Formalis rerumpublicarum ratio in genere imperio conſtat & ſubjectione, quæ non ſolum iisdem utilia, ſed & neceſſaria ſunt *Ariſt. 1. Polit. 3.* Nam plerique neceſſitati potius quàm rationi obediunt *10. Ethic. in fine.* & ſicuti Medea apud *Ovid. 7. Metam. c. 1.*

Mens, inquit, *aliud ſuadet, video meliora proboꝗ*
Deteriora ſequor,

quoniam affectuum impetu ex nimia licentia abripiuntur, imperio opus eſt, ut mali mores coërceantur, ſine quo alias ſocietas hominum ulla vix conſiſtere poſſit *Carpzov. pract. crim. p. 3. q. 101. n. 13. & ſeqq.* Subjectum ergò politices duplicem habet reſpectum; alterum ad eos qui imperant, ad eosꝗ qui parent alterum. Parere enim & imperare ſpecie differunt *Ariſt. 1. Pol. 8.*

6. Imperandi illi facultati, ut exerceri poſſit, poteſtatem divinæ quaſi ſuccedaneam adeſſe oportet, eam Majeſtatis nomine indigitant: quæ quidem hic non deſignat authoritatem perſonæ & dignitatis reverentiam, ut in *l. pen ff. de I. & I. l. ſi familia 9. ff. de jurid.* ſed ſummam legibusꝗ; ſolutam poteſtatem, quam qui ſtatui præeſt, obtinet in ſubjectos *Bodin. 1. de Rep 8. Ampliſſ. Dn. Kamman. diſput. regal. 1. th. 9.*

7. Summa eſt, quia actus ejus alterius juri non ſubſunt, nec alterius humanæ voluntatis arbitrio irriti reddi poſſunt *Grot. de jur. bell. & pac. lib. 1. c. 3. n. 7.* Accedit quod reſpublica ſit ordo *Ariſtot. 3. Polit. 4.* In ordine autem neceſſariò deveniendum eſt ad unum primum; quod quidem in Monarchico ſtatu perſpicuum eſt. In Ariſtocratia & Democratia, licet plures præſint imperio, quia tamen non ſinguli ſed omnes conjunctim imperant, unius locum ſubeunt, & unum quid ex analogia ſive conſpiratione conſtituunt. *Arniſ. de jur. maj. lib. 1. cap. 3. n. 1.* Cum enim vir bonus ex perfecta virtute judicetur *Ariſtot. 3. Pol. 3.* Et boni viri virtus boni principis virtus ſit *ibid.* nihil prohibet multitudinem quandoque meliorem eſſe quam pauci, non prout ſinguli, ſed prout univerſi conſiderantur *3. Polit. 8.*

8. Majeſtas porro legibus eſt ſoluta, ſiquidem & Princeps iisdem non eſt alligatus *l. princeps 31. ff. de LL.* Non equidem divinis, quia &

ipsa Principum potestas à Deo est Rom. 13. v. 1. & Deut. 17. v. 19. 20. ... Regi ut custodiat legem Dei, neque ab ea declinet in partem dextram vel sinistram Neque etiam legibus naturæ, quia naturalia jura, utpote divina quadam providentia constituta, semper firma atque immutabilia permanent, §. *sed naturalia* 11. *Inst. de I. N.G & C.* ... naturæ semper æquum & bonum est *l. pen. in pr. ff. de I. & I.* Inde Princeps defensionem tollere non potest *Mascard. de probat. concl.* ... 63. *n.* 5 ... neque quidquam contra bonos mores statuere *l.* 15. *ff. de cond.* ... *ff de R I. l.* 1. *C. si adversus ve*[illegible] *dit.* verumque est quod dixit *Bl. in d. l. Princeps* 31. Principem esse sub lege poli, naturæ & rationis.

9. Nec etiam juri gentium contravenire potest, ex inde que legibus contractum tenetur *Gail.* 2. *Obs.* 55. *n.* 7. *Rauchbar. p.* 2. *q.* 11 *n* 4 & *seqq. Matth. Stephan. de jurisd. lib.* 2 *p.* 1. *c.* 1. *m.* 2. *n.* 32 *Grot. de jur bel & pac. lib.* 2. *c.* 14. *n.* 6. Nam si resolutio contractus initi esset in manu Principis, nullus inveniretur, qui cum Principe contraheret, & sic careret omni commercio *Mascard. de prob concl.* 275. *n.* 29. nisi contractus ille vergat in summum Reip. detrimentum *Zas. de feud p.* 5. *n.* 17. *Bodin. de Rep.* 1. *c.* 8. *circa fin. Arnis. de jur maj. lib.* 1. *c.* 7. *n.* 9. aut sit contractus initus ab antecessore, qui sine jure invasit imperium *Arist.* 3. *pol.* 3. *Grot. de jur. bel & pac lib* 2. *c.* 14. *n.* 14. Hinc etiam leges imperii & capitulatio ... ab Imperatore servatur *Schonborn.* 5. *Polit.* 8. *Carpzov de leg. Reg Germ.* ... *sect.* 2 *n.* 3 & 5. & *sect.* 16 *n.* 2 & *seqq.* qui nec liber est à Recessibus imperii *Carpzov. d sect.* 2 *n.* 13. & *seqq. usque ad fin.*

10. Ad in eligendum porrò quomodo LL. solutus sit Princeps, distinguimus cum *Bachov ad* §. *eadem* 7. *Inst. quibus mod. test.* ... *infirm.* ex Aristot. inter regnum legitimum & παμβασιλείαν; itemque cum eodem & *Grotio de jur. bel. & pac. lib.* 1. *c.* 4 *n.* 3. inter jus regni & ... officium. Reges itaque secundum leges, quales olim fuerunt Ægypti *Diod. lib.* 2. Reges Laconici *Aristot.* 3. *Polit.* 10. & quidam Europæi (quia Europæ incolæ magis libertati quàm reliquæ nationes studuerunt *Aristot.* 7. *Polit.* 7.) qui una cum proceribus regni majestatem regni ... tant, tantum abest, ut sint legibus soluti, ut potius, si legibus contraire studuerint, regno exuti sint, & adhuc exui possint. Et regnum ... plenè regnantium actus possunt irriti fieri per legem populi *Grot. de jur. bel. & pac lib.* 2. *c.* 14 *n.* 2.

11. Secus si res habet, si de absoluto & verò Monarcha quæstio sit.

sit. Legibus enim esse obstrictum, iisdemque solutum esse, cum Majestate cohærere non possunt, cum apertè implicent; Ipse siquidem Princeps vim suam legibus communicat. Condere enim leges ad nullum quàm Majestatis jura pertinet *l. si imperialis 12. C. de LL.* facit autem id non ut inferior, neque ut æqualis, sed ut superior *Novel. 105. c. 2. §. fin. Magnif. & Amplis. Dnus Præses Exercit. 2. q. 5. in ajo.* Et quoniam talis reliquis virtute antecellere debet, injuria afficeretur, si cum reliquis eodem ordine censeretur *Arist. 3. Polit. 9.* Ubi & sequentia habet: *Nam talem probabile est esse tanquam Deum inter homines; quare & leges necesse est scribi in pares & genere & potentia: in hos verò nulla est lex, ipsi namque sunt lex etenim ridiculus sit, qui in hos leges conetur scribere.*

12. Cæterum, Principes humaniores de jure suo remittentes, licet soluti sint LL. tamen illis quodammodo ex officio vivunt, ut exemplo suo, quæ aliis præcipiunt, comprobent. *Licet enim,* inquiunt, *DD. Severus & Antonius, legibus soluti simus, attamen legibus vivimus § eadem 7 Inst. quib. mod. testam. infirm. jung. l. digna vox 4. C. de LL l. ex imperfecto. 3. C. de testam. l. ex imperfecto 32 ff. de legat. 3* In quam sententiam etiam Guntherus Ligur. de Friderico Imperat. *l. 5. à. v. 474. junctis præcedentibus,* canit:

> *Nam nihil, ut verum fatear, magis esse decorum*
> *Aut regale puto, quam legis jure solutum,*
> *Sponte tamen legi si se supponere Regem.*

Quod & Theophilus Græcus Interpres *in d. § 7.* his verbis comprobat; δεῖ θαυμάζοντας τὴν οὕτω θείαν φωνὴν ἐπὶ στόματος ἔχειν.

13. Aliis alio modo neque absurdè legibus solutus est Princeps, ut pœnis earum non teneatur *Harmenop. 1. tit. 1.* ut nec judicari, nec puniri, vel in ordinem redigi à quoquam possit, nisi à solo Deo; adeoque solutus sit quoad legum vim coactivam *Fachin. contror. jur. lib. 1. c. 2.* Liber est ab omni necessariâ legum observatione, Dione teste *lib. 53.* his verbis: ἐλεύθεροι ἀπὸ πάσης ἀναγκαίας νομίσεως εἰσὶ οὐδενὶ τῶν γεγραμμένων ἐνέχεσθαι, ut nulla solennitate juris adstringatur *l. 3. C. de testam.* nec judiciorum ordinem observare teneatur, *Gail 1. Obs. 42. n. 2. Arumæ. disc. de subi. & exempt. Ierit. c. 7. n. 29 v. præterea. Pruckman. de regal. c. 3. n. 8. & seqq. Matth. Stephan. de jurisd. lib. 2. p. 1. c. 1. m. 2. n. 43. & seqq. Kamman disput. regal. lib. 36. Carpzov. de Lege Reg. German. c. 9. sect. 12. n. 12. & seqq. & c. 12 per tot.*

14 Porro, quia Majestas quàm proximè ad Deum accedit, inviolabilis est, & qui in eam peccat, criminis Majestatis reus dicitur; quod quidem crimen olim cum perduellionis crimine idem fuit, postea distinctum. Perduellionis equidem crimen est, quod hostili animô adversus Imperatorem vel summum & universum statum Reip. Romanæ committitur. *l. fin. ff. ad L. Jul. Maj. l. quisquis 5. C. eodem.* Crimine autem Majestatis ita in specie dicto non summa Reipubl. labefactatur, sed ejus pars quædam duntaxat, *d. l. fin. ff. ad L. Jul. Majest.* sed nec hodie discrimen illud strictè observari tradit *Sixtin. de Regal. lib. 2. c. 20. n. 12.* nos videbimus.

15. Committitur id crimen non nisi à subdito *clement. pastoralis 2. §. denique & §. seq. de sent. & re judic. Peregrin. de jur. fisc. lib. 5. t. 1. n. 18. Gail. 2. de Pac. pub. c. 13. n. 19. Vult. 1. de jurispr. Rom. c. 47. n. 1. Carpzov. jurispr. for. p. 4. const. 1. def. 14. n. 5.* contra principem summum aut universum statum superiorem non recognoscentem *Bocer. de crim. læs. maj. c. 2. n. 9. & de Regal. c. 3. n. 307. Besold. differt. de majest. sect. 1. c. 4. n. 8.* Etiam hodie in Imperio Romano-Germanico, propter communicata quædam Majestatis jura Cæsaris cum Principibus, in Electores *A. B. tit. 24. Dn. Arum. disc. ad A. B. 6. n. 32.* An etiam in reliquos status Imperii, qui in consortium potestatis adsciscuntur? Affirmant *Carpzov. in pract. crim. p. 1. q. 41. n. 74. & seqq. & n. 82. Treutl. vol. 2. disp. 32. th. 1. Paurm. de jurisd. lib. 2. c. 2. Bocer. de regal. c. 3. n. 307.* A quibus dissentiunt *Gomez. 3. resolut. c. 2. n. 10. Joh. Fab. in proœm. Inst. ad princ. n. 1. Wesenbec. in Pand. ff. ad L. Jul. Maj. n. 7. Borcholt. ad c. un. quæ sint regal. n. 89. Sixtin. de regal. lib. 2. c. 20. n. 18. & seqq. Matth. Stephan. de jurisd. lib. 2. p. 1. cap. 1. m 2. n. 162.* In Consiliarios tamen Imperatoris committitur hoc crimen impropriè *Schneidevv. ad §. publica 3. Inst. de publ. judic. n. 3. Bocer. de regal. c. 3. n. 84.*

16. Ob atrocitatem suam, siquidem sacrilegio proximum est *l. 1. ff. ad Leg. Jul. Maj.* habet hoc crimen specialia quædam. Conatus hic solus punitur *l. quisquis 5. in pr. C. eod.* & accusare hic possunt famosi, milites, servi, mulieres *l. 7. & 8. ff. eod.* pater filium & vicissim; adeo ut si filius patrem, aut pater filium occiderit, id sine scelere fiat, & potius illi præmio afficiendi sint *l. minimè 35. ff. de religios. & sumt. fun. Mascard. de prob. conclus. 463. num. 9. & seq.* Accusare porro possunt Judæus Christianus *Mascard. ib. n. 13.* vasallus dominum *gl. ad §. 2. v. item si delator sit. 24. F. lib. 2.*

17 Præ-

17. Præterea, ut quidem volunt, casus in hoc crimine in culpam transit, juxta illud *Ovidii Trist. 2.*

Nec veniam læso numine casus habet.

ad exemplum Usæ ob imprudentiam a Deo puniti *2. Samuel. 6. v. 6. 7. 1. Paralip. 14. v. 9. 10.* Ideo Gabriel Comes Mongomerius, ut refert *Thuanus lib. 58. Histor.* quia ante annos quindecim Henricum II. in ludicro certamine imprudens lethali vulnere læserat, & ob id calamitatis publicæ invidia potius quam proprio crimine oneratus, securi percussus est, quo in loco author subnectit: *Ut hoc insigni exemplo omnes discant, solo casu, non tantum consilio nocentes effici quicunque vel imprudentes perniciem Principibus attulerint, vide & Forstner. ad Tacit. lib. 1. Annal. p. 26.* Sed lis hæc est à legibus aliena, sine quibus loqui erubescimus. Iniquissimè tamen is, qui Basilium Imperatorem, sublimem à cervo raptum, disciffo baltheo liberarat, ad mortem ejus jussu tractus est, propterea quod gladium in Imperatorem strinxisset *Zonar. in Basil. Arnis. de Jur. Majest. lib. 3. c. 6. n. 6.*

18. Rei Majestatis pœna non est uniformis, aliquando deportatio, aliquando etiam relegatio *l. Metrodorum 40. ff. de pœn. Bocer. de Regal. c. 3. num. 97. & seq.* ut plurimùm tamen capitalis *l. quisquis 5. C. ad L. Jul. Maj. Carpzov. jurispr. for. p. 4. c. 1. def. 15.* cui accedunt infamia *d. l. 5. §. 1.* Confiscatio omnium bonorum *d. l. . in pr.* quæ quidem, licet ante damnationem eorum dominus sit *l. quæsitum 15. ff. qui à quib. man. lib. non fiunt*, ipsi jure quoad administrationem adimuntur *Gomez. tom. 3. resol. c. 2. n. 17. Magnif. & Ampliss. Dn. Præses exerc. 16. quæst. 5. in ajo. Gail. 1. de pac. publ. c. 19. n. 13. & lib. 2. c. 3. n. 15. Bocer. de regal. c. 3. n. 125.* ita ut post crimen contractum non possit de rebus suis disponere *d. l. 5. §. emancipationes l. fin. in pr. C. ad L. Jul. Maj.* statim enim commisso delicto perdit ea, quæ sunt juris, & eorum efficitur incapax *Peregrin. de jur. fisc. lib. 5. tit. 1. n. 171.* Non tamen hujusmodi reorum omnium bona statim Imperatoris fisco cedunt, sed mediatè subjectorum bona tam feudalia, quàm allodialia hodiè ad Electorum vel Imperii statuum fiscum devolvuntur, ut constat ex *capitul. moderni Imperatoris S. A. v. 28.* Item nec reus lugetur *l. liberorum 11. §. 3. ff. de his, qui notantur infam.* Nec sepeliendus est *l. 1. ff. de cadav. punit.* Et post rei mortem id crimen instaurari solet, ut ejus memoria post mortem damnetur, & bona hæredibus auferantur & confiscentur *l. 7. pr. & l. fin. in pr. C. ad L. Jul. Majest.*

19. Quin

19. Quin & puniuntur reorum filii, infamia nempe & hæreditatum ablatione *d. l. 5. §. 1.* quia paterni hoc est hæreditarii criminis exempla metuuntur. Non tamen adoptivi *Magnif. & Ampliss. Dn. Præsid. Exercit. 16. q. 7. in n. 30.* Filias tamen & uxores non æquè pœna tenet. sed liberi Falcidiam tantū ex bonis matris, sive testata, sive intestata decesserit, retinent *d. l. 5. §. 3.* Hæ dotem recuperant, & donata retinent [illegible] tam, quibus defunctis, excepta Falcidia, quæ filiabus debetur, [illegible] sis filiis, ad fiscum deferuntur *d. l. 5. §. emancipationes & seq.* Nec [illegible] pro talibus intervenire, sub comminatione infamiæ *d. l. 5. §. denique 2.* Et qui scit & intelligit, delictum esse committendum contra Principem vel rempublicam, & non prohibuit vel revelavit, dum potuit, tenetur pœna hujus criminis, ac si ipse fecisset. *d. l. 5. §. id quod 6. Gomez. tom. 3. resolut. c. 2. n. 8.* Nimis ergo insolenter Strigelius *in notis ad Justin. lib. 1.* Harpagi crimen (de quo & *Herod. lib. 1*) in suum regem Astyagem commissum purgat. Sequitur jam, penes quem in Imperio Romano Majestas olim fuerit, & penes quem hodie illa sit.

20. Initio Romani Imperii penes Reges Romanos Majestas fuit, qui illud Monarchicè gubernarunt omnemque potestatem habuerunt *l. 2. §. 12. & 14. ff. de O. I.* post exactos deinde Reges degeneravit idem in Aristocratiam, gerique cœptum est a duobus Consulibus *Liv. lib. 2. Flor. lib. 1. c. 9. Eutrop. lib. 1.* Quorum potestati Val. Publicola ob declinandam affectatæ tyrannidis suspicionem multa detraxit *Liv. lib. 3. & 4.* adeo ut mixtum cœperit esse imperium ex Aristocratia & Democratia.

21. Successu temporis cum crudelitate fœneratorum plebs irritata in montem sacrum armata concessisset, ipsa sibi magistratum [illegible] sit, itaque primum sibi duos, postea vero decem Tribunos plebis [illegible] vit, qui Consulum potentiam non parum imminuerunt. Injuriis porro Appii Claudii permota, cum alteram seditionem moveret, [illegible] secessione factum est, ut Decemvirorum potestas abrogata fuerit, donec seditione & importunitate plebis victi Patres concesserint ut omnes magistratus a plebe crearentur, hoc facto jura Majestatis penes solam plebem fuerunt, atque ita Aristocratia Romanorum paulatim in puram Democratiam transfigurata est.

22. Sed postquam eversa Imperii æmula Carthagine [illegible] cœperunt, & eas gloria, imperium, potentia sequebatur, [illegible]

lasse-

bescere virtus, paupertas probro haberi, innocentia pro malivolentia duci cœpit *Sallust. in bel. Catil. c. 12.* Hinc consenuit hic popularis dominatus, & in ἀναρχίαν conversus est, adeo ut omnia factionibus laboraverint. Proinde corrupta illa respublica, in qua vel invalidum auxilium legum, aut iisdem nullus locus erat *Tacit. 1. Annal.* (quasi injuriam facere id demum esset imperio uti *Sall. d. l.*) ad arma civilia properavit.

23. Populus itaque Romanus jam ferendæ libertati impar salvus esse non poterat, nisi beneficio servitutis *Senec. 5. de benef. c. 16.* Tot enim hominum millia pugnabant, non an servirent, sed cui *id. 2. de benef. c. 20.* necesse itaque erat reipublicæ per unum consuli *l. 2. §. 11 ff. de O. I.* nec fuit aliud discordantis patriæ remedium, quam ut ab uno regeretur *Tacit. Annal. 1. & ibi Forstner.*

24. Cumq; Cn. Pompejus & C. Jul. Cæsar, quorum hic in Repub. superiorem, ille parem pati nolebant *Flor. lib. 4. c. 2.* ambitione & mutua æmulatione agitarentur, Cæsare Gallia, in qua ipse pacem fecerat, cum exercitu redux, vacuam urbem ingressus, se Dictatorem, & devicto Pompejo aliquoties Consulem fecit. Inde ubi bellis civilibus toto orbe compositis Romam rediit, agere insolentius cœpit, & contra consvetudinem Romanæ libertatis. Cum ergò & honores ex sua voluntate præstaret, qui à populo antea deferebantur, nec senatui ad se venienti assurgeret, aliaq; regia & penè tyrannica faceret, conjuratum est in eum à LX. vel amplius senatoribus, equitibusq; Romanis. Ergo Cæsar, cum senatus die quadam inter cæteros venisset ad curiam, tribus & viginti vulneribus confossus est *Eutrop. lib. 6. circa fin.* Hic itaque prima Monarchiæ Romanæ fundamenta jecit, & sensim populi discordantis potestas imminuta est.

25. Sublatis Bruto & Cassio libertatis vindicibus exutoq; Lepido & interfecto Antonio, Augustus à Cæsare adoptatus, abdicato Regis & Dictatoris titulo, solo Principis contentus, Imperii Majestatem ad sese variis artibus traxit, devictis iis etiam, quorum ope inimicos vicerat. Hic ubi militem donis, populum annona, cunctos otii dulcedine pellexerat, insurgebat paulatim, munia senatus, magistratuum, legum in se trahebat nullo adversante; siquidem ferocissimi per acies aut proscriptione ceciderant *Tacit. Annal. lib. 1.*

26. Præterea concessione honorum & dignitatum, atque ado-

ptione in Cæsarum familiam, integra etiam dum domo sua, dominationi suæ subsidia conquisiverat, adeò ut populus respirare non potuerit, sed partim vi & metu, partim adulatione tuta & præsentia, quàm vetera & periculosa maluerint. *Tacit. d.l.* Hinc effectum, ut, quod vi & armis invaserat imperium, ne non jure tenere videretur, sive modestia, sive simulatione (quod facilius crediderim) quasi depositurus idem, à Senatu Populoq; Romano Lege Regia lata, eidem confirmatum sit.

27. Legem igitur Regiam sub Augusto latam confirmant *Dio lib. 53. Pet. Greg. Tholosan. lib. 47. Syntagm. c. 20. n. 9 Pruckman de regal. cap. 3. num. 107. Matth. Stephan. de jurisd. lib. 2. p. 1. c. 1. n. 77 & quos citat Limn. de jur. publ. lib 1. c. 12. n. 67. & seqq.* Eam autem sub Vespasiano renovatam nihil impedit *Bacbov. ad §. sed & quod Inst. de I. N. G. & C.* quæ lex de Principis Imperio lata est, qua populus ei & in eum omne Imperium & potestatem suam concessit.

28. Hinc corruit ex malè explicata formula populari *ei & in eum*, error statuentium, populum potestatem suam cum Principe tantum communicasse, & dedisse eam potestatem Principi non privativè, ut eam abdicaret, sed cumulativè ut concurrentem cum Principe potestatem haberet. Refragantur enim huic sententiæ & politica principia & Historia, quæ manifestè arguit, statim sub Principibus Romanis puram Monarchiam extitisse, & si quod fuit temperamentum, illud ex indulgentia & conniventia Principum de jure suo remittentium fuisse *Bacbov. d. §. & ad Treutl. vol. 2. disp. 32. th. 1 lit. B.*

29. Neque etiam melior Bocerus *in tract. de invest. feudi c 3. n. 90. & 91.* qui hæc verba *in eum* idem vult significare, quod contra sive adversus ipsum Principem, quasi Principis potestas etiam contra se ipsam armata sit: præterquam enim quod natura correlatorum, quæ in imperando & parendo subsistunt, adeoque ad minimum duo subjecta requirunt, huic sententiæ adversetur, illa juris textibus refellitur. Nam nemo se ipsum cogere potest *l. ille 13. §. 4. ff. ad SCtum Trebellian.* neque sibi imperare aut se prohibere quicquam potest. *l. pen. ff de recept l Lucius 40. § fin. ff. de fideicommiss. lib. l. quod autem 7. ff de donat. int. vir. & ux* & vis extrinsecus est *Arist. 3. Ethic 1.*

30. Hoc tamen vastum imperium, quod mole sua laboravit divisione in Orientale & Occidentale facta, fœdè dilaceratum fuit, usque dum Carolus Francorum Rex, cum jam annos regnasset XXXIII. à Leone

Leone III. & ab omni populo Romano, quem jam sæpius à Longobardis & aliis liberaverat, Imperator Augustus salutatus sit *Sleidan. de 4. summ. imp. lib. 3. Arnis. de subj. & exemt. cleric. c. 7. n. 13. Limn. de jure publ. lib. 1. c. 5. n. 6. & seqq.* Qui idem ad Germanos, penes quos nunc continua serie est, transtulit. Orientale propter Christianorum discordias maximam partem in Turcarum potestatem concessit.

31. Translato igitur ad Germanos Imperio, ipsa Majestatis jura post Ottonum tempora Statibus Imperii una cum ditionibus per infeudationem communicari cœperunt; idque jure hæreditario & irrevocabili, non jure Magistratus *Conrad* von Einsiedel *de regal. cap. 3. n. 261.* adeo ut ex prima illa concessione Imperatoris sano sensu quilibet quoad subditos suos tantum possit, quantum Imperator in Imperio *Intrigiol. de feud. quæst. 66. n. 2. Borcholt. de feud. c. 5. n. 37. & c. quæ sint regal. num. 8. Pruckman. de regal. c. 4. m. 3. effect. 1. n. 22. Gail. de pac. publ. lib. 1. c. 6. n. 10. Thom. Michael. de jurisd. concl. 25. Hilliger ad Don. lib. 17. c. 9. lit. H. Rauchbar. p. 1. q. 15. n. 12. Rittershus. 1. part. feud. 5. quæst. 15. Bocer. tract. de collectis c. 1. n. 22. & c. 4. n. 5. Matth. Steph. de jurisd. lib. 2. p. 1. c. 1. n. 40. Sutholt. de jurisd. th. 403. & 412. Lampad. de Rep. Rom. Germ. p. 3. c. 3. n. 19. Carpzov. pr. crim. p. 1. q. 43. n. 12. & part. 2. q. 84. n. 21. & p. 3. quæst. 150. n. 28. & jurispr. for. p. 2. c. 2. defin. 2. n. 2. & 3. & de L. Reg. Germ. c. 1. s. 13. n. 4. & 11. & seqq. Limn. lib. 4. de jur. publ. c. 8. n. 6. & seqq.* Principesque hodierni non sint magistratus *Bachov. de action. disp. 2. th. 8. lit. C. Besold. in diss. de majest. in genere sect. 1. c. 5. n. 4. Carpz. de lege Reg. Germ. c. 1. sect. 14. n. 4. & seq.* Sed quasi Imperatores in suis terris *Sutholt. d. l. th. 405.* Quæ Principum cum Imperatore communicata potestas à Carolo IV. in A. B. tanquam per legem Imperii confirmata est, ut Principes aliique Imperii Status non proprie solius Imperatoris, sed potius Imperii subditi & membra dicantur *Besold. de stat. reip. mixto c. 1. n. 7.*

32. Habet itaque in Imperio Imperator quædam Majestatis jura sibi propria atque eatenus viget status Monarchicus; quædam cum reliquis statibus communia, & tum Aristocraticus *Lampad. in Rep. Rom. Germ. p. 1. c. 1. n. 61. & part. 2. c. 2. n. 12. & part. 3. c. 8. n. 14. & c. 14. n. 27. & c. 21. num. 11. confer Besold. diss. de stat. Reip. mixto c. 1. n. 4.* Summa enim potestas Imperii in comitiis in duos semisses distribuitur, quorum unum Cæsar, reliquum ordines universi habent, adeoque Status Imperii conjunctim tantum potestatis obtinent in comitiis, quantum

ipsemet Imperator *Tob. Paurmeist. de jurisd. Imp. Rom. lib. 2. c. 2. num. 20. Carpzov. pract. crim. p. 1. q. 41. n. 75.* qui ibidem *n. 82.* sic concludit: *Potestas juraq; majestatis ad status Imperii non ut singulos, sed ut universos ex parte, eaq; non minima pervenerunt; Ergo & Principes & status in consortium Majestatis & Imperii sunt adsciti.* Quod idem innuit *& de Leg. Reg. German. c. 1. sect. 12. n. 7. & seqq*: quod quatenus sit ita, explicat *d. c. 1. sect. 12. n. 1 & seqq. junge c. 13. sect. 6. Lampad. p. 3. c. 8. n. 14.* Si ergo verum est, quod à potiori fiat denominatio *l. quaeritur 10. ff. de stat. hom.* Regnum verò quavis Aristocratia sit præstantius *Aristot. 4. Pol. 2.* Imperium illud Romano Germanicum potius Monarchicum quàm Aristocraticum nominari amat. *confer Carpzov. de L. Reg. German c. 13. sect. 10. n. 7. & 8.*

33. Atque hæc de Majestate, quid illa sit, quomodo in eam peccetur, & quem penes illa in Imperio Romano olim fuerit, & adhuc sit. Quoniam autem Majestatis notio in jure vetandi, jubendi & gubernandi totam Rempubl. consistit *Arnis. de jur. Maj. lib. 2. c. 1. n. 8.* atque adeo illa summum quid est, explicare vires suas nequit, nisi & sint jura quædam in signum supremæ eminentiæ ipsi soli competentia. Jura illa vel pertinent ad supremam Principis authoritatem, vel competunt quidem Principi summo in symbolum superioritatis, consistunt tamen etiam in reditu, & fiscum concernunt. Utraque vocantur generali nomine Regalia. Consistit enim Majestas in usu regalium, nec possunt regalia ab illa separari *Carpz. de L. Reg. Germ. c. 13. s. 2. n. 18. & seq.*

34. Dicta sunt ea à REGE *Sixtin. de regal. lib. 1. c. 1. n. 1.* vel quod soli Regi competant; vel quod illa censeantur regalia, quæ à Rege conceduntur *Vult. 1. de Feud. c. 5. n. 6.* vel quod sine iis neque regnum consistere, neque regiæ manus vis & dignitas elucescere possit. *Vacon. à Vac. lib. 1. declar. 9. Kamman. disp. regal. 1. th. 88.* ubi & alias rationes tradit. Regis verò nomine in jure civili & feudali quandoque & Imperator vocatur *l. fin. pr. C. de LL. in verb regalem sensum l. bene à Zenone 3. C. de quadr. præscr. ibid. culmen regale c. un. 2. Feud. 54.* Sic Fridericus *in c. un. 2. Feud. 27. in pr.* se Imperatorem postea *in vers. si verò temerarius,* Regem appellat. Quo sensu & Lex Regia dicitur. Et qui hodie in casum demortui Imperatoris, vivo tamen eodem, sufficitur, Rex apud Germanos vocatur.

35. Quanquam autem eadem Imperatoris propria esse, & nemini nisi illi convenire olim *Bl. Isern. & Alvarot,* quos citat & sequitur *Vult.*

Vult. d. loco, docuerint: tamen videmus, aliarum gentium Reges, Principes, civitates, neminem superiorem præter Deum recognoscentes, sua quoque Regalia habere & conferre *Bocer. de regal. c. 1. n. 7. Conrad.* von Einsid. *de Regal. c. 1. n. 24.* (quia iidem plenitudine potestatis in statibus suis utuntur *Peregrin. de jur. fisc. lib. 1. t. 2. n. 10.* Et Rex quidem in suo regno Imperator est *Bertachin. in repert. in voc. Rex n. 42. & 52. Intrigliol. de feud. quæst. 8. n. 26.*) Quod tamen *Vult. d. loco n. 7.* vult fieri ad exemplum Imperatoris; ubi & concludit: Pontificem & Principes Ecclesiasticos, quatenus Ecclesiastici sunt, non habere regalia, sed quatenus Principes & status Imperii sunt, quam postremam sententiam etiam probant *Gail. lib. 1. obs. 30. n. 6. Bocer. de Regal. c. 1. n. 9. Carpzov. de L. Reg. Germ. c. 3. s. 11. n. 11. & seqq.*

36. Definiuntur in genere Regalia esse jura, ei, qui superiorem non recognoscit, vel cui concessione aut præscriptione consvetudineve quæsita sunt, competentia, ad salutem & decus Reip. tuendum *Sixtin. de Regal. lib. 1. c. 1. n. 14.* Quam definitionem immeritò improbat *Conrad.* von Einsid. *de Regal. c. 1. n. 19.*

37. Adquiruntur Regalia, ut ex definitione constat, duobus modis: CONCESSIONE IMPERATORIS, ET PRÆSCRIPTIONE *c. super quibusdam 26. §. præterea extra de V. S.* & concedit ea Imperator non privativè, ut loquuntur Dd. sed cumulativè *Mynsing. cent. 6. obs. 99. Bocer. de Invest. feud. c. 8. n. 100.* nempè quib. absque insigni dignitatis læsione alios investire potest Imperator, atque ut ipsi nihilominus salva superioritas, recognitio & fides maneat *Mynsing. d. loco. Rauchbar. p. 1. q. 13. n. 13. & p. 2. q. 11. n. 31. Matth. Steph. de jurisd. lib. 2. p. 1. c. 1. m. 1. n. 92.* Sive ut *Andr. Knich. de Jur. Sax. non provoc. verb. Ducum, c. 1. n. 16.* loquitur: salva semper majestate Imperii, id est, superioritate, majoritate & honore.

38. Præscriptione adquiruntur regalia, si quis per tempus immemoriale iisdem usus sit *d. c. super quibusdam 26. §. præterea. Peregrin. de jur. fisc. lib 1. t. 2. n. 65.* Exceptis iis quæ principi reservata sunt in signum subjectionis & superioritatis, ut tributum & census *l. competit. 6. C. de præscript 30. vel 40. annor. Peregrin. de jur. fisc. lib. 6. t. 8. n. 9. Bocer. de regal. c. 4. n. 47. Carpzov. jurispr. for. p. 2. c. 2. def. 2. n. 1.* Quin & observandum est, quod regalibus, & iis, quæ Imperatori reservata sunt, præscriptis, nunquam supremæ jurisdictiones præscriptæ censeantur *Boreh. ad cap. un.*

quæ sint regal. n. 20. Ea enim quæ generatim potestatem, & à qua tota vis Reipub. dependet, continent, cum subditos ab obedientia essent exemtura, salva Repub. communicari non possunt, cum directè ad Majestatem pertineant. *Arnis. de jur maj. lib. 2. c. 2. n 6.*

39. Dividuntur Regalia in MOJORA & MINORA, *Borcholt. ad c. un. quæ sint regal. n. 3, Sixtin. de regal. lib. 1. c. 2, n. 1. Vult. de feud, lib. 1. c. 5 n. 7. Arnis. de jur. maj. lib 2. c. 1. n. 8.* Quorum illa aliàs vocantur potiora *Zas. epit. feud. p. 5. n. 13.* Regalia Majestatis & personalia *Becer. de regal c. 2. n. 4.* Et sunt in quibus suprema potestas & dignitas Majestatis consistit. *Sixtin. de regel. lib. 1 c. 2 n. 1.* Minora (Zasio communia) sunt jura ad fiscum Imperatoris spectantia *Borch. ad c. un. quæ sint regal, n. 5. Vult. de feud, lib. 1. c. 5. n. 7.* De quibus *in c. un* 2. *Feud. 56* ubi ea enarrantur, exclusis tamen quibusdam majoribus, quæ Imperator cum aliis communicavit.

40. Majora Regalia cum *Arnis lib. 2. de jur. maj. c. 5. n. 16.* subdividimus in ea, quæ vel ex ipsius Majestatis essentia prodeunt, qualia sunt, condere leges universales, potestas armorum, constituere magistratus, (vide *Dionys. Halic. lib. 4. Grot. de jur bel. & pac. lib. 1. c. 4. n. 6.*) quæque hisce includuntur; & ea, quæ in ejus essentia non includuntur summam tamen in Repub. potestatem arguunt, hæc circa religionem (dissentit immeritò *Conrad* von Einsiedel *de regal c. 1 n. 27*) & rem nummariam, huicque annexo jure illo, quod circa mensuras & pondera versatur, occupata sunt. Quibus adduntur & ea, quæ, cum minora sint, etiam ad majora diversâ ratione referuntur.

41. Majorum Regalium essentiale primum est, CONDERE LEGES UNIVERSALES *l. fin. §. 1. C. de LL.* Hoc enim est præcipuum caput Majestati *Bodin. 1. de Rep. c. 10. Besold. de majest. f. 3. c. 2. num. 1.* Leges autem ad respublicas, non res ipsæ publicæ ad eas accommodandæ sunt *Arist. 4. Pol. 1.* Legalis virtutis laus est duplex, nempe si legibus latis pereatur, & si leges benè & prudenter instituantur *id. lib. 4 Pol. c. 8.* Nec Princeps solum novas leges fert, sed & veteres CONFIRMAT *§. 7. de concept. ff.* Et quemadmodum leges condere soli Imperatori concessum est, ita LEGEM INTERPRETARI solo dignum imperio esse oportet *d. l. fin. §. 1. C. de LL.* Hodie tamen in Imperio Rom. universalem legem condit Imperator cum assensu & consilio statuum Imperii, mit den Ständen des Reichs, *Matth. Steph. de jurisd. lib. 2. p. 1. c. 1. m. 2. n. 11. Carpz. de L. Reg. Germ. c. 3. f. 1. n. 10.*

42. In-

42. Insuper & ex occasione & evidenti utilitate Imperii LEGES MUTARE potest *A.Gell. noct. Attic. lib. 20. c. 1. Gail. de arrest. c. 2. num. 11. & seqq. Besold. de maj. sect. 3. c. 2. n. 8.* Et meritò culpatur Cato Uticensis, quod cum patria versaretur in ultimo discrimine, nimis antiquarum legum prisciique moris retinens, actiones suas instituebat, quasi fato delatus esset in Platonis Rempublicam, *Forstn. ad lib. 6. Tac. annal. pag. m. 431.* Necessitate tamen, &, ut dixi, evidente utilitate svadente hoc faciendum, ne jus in certum reddatur *Carpzov. de L. Reg. Germ. c 3 n. 1*, aut ob legum mutationem vis & authoritas earum infirma reddatur *Arist. 2. Polit. 8.* Sæpè enim Reipub. conditio, simul & utilitas publica svadent, ut leges, quales quales sint, immotæ maneant; & obtinet hic quod Cleon apud *Thucyd. lib. 3.* ait: satius esse malas & immotas habere leges, quam bonas & instabiles: proinde & sæpè malæ leges retinentur, ob vitandum majus malum, ne cum malis bona exstirpentur, & vulnera ipsa curatione rescindantur *Flor lib. 3. c. 13 & ibi Zevecot. in not. politicis.*

43. Cujus autem est condere leges universales, ejusdem etiam est iisdem derogare, quod fit CONCEDENDO PRIVILEGIA (intellige generalia) quæ olim lege 12 tabb. nisi centuriatis comitiis irrogari vetitum erat; hodi tanquam jus singulare propter aliquam utilitatem auctoritate constituentium introducuntur *l. jus singulare 16. ff. de LL.* quæ concedere summæ legibusq; solutæ potestatis est *Besold 1. Polit. 4. n. 4. Carpzov de L. Reg. Germ. c. 12 n 8 & seq.* sunt enim gratiosæ Principum concessiones *Peregr. de jure fisc. lib. 1. t 3. n 15.* Et Imperator solus ea dat & confirmat *d. l 1. §. fin. & l. 3 ff. de constit. Princip. §. 7. Inst. de I. N. G. & C. Matth. Stephan. de jurisdict. lib. 2. p. 1. c. 1. m 2 num. 153. Schonborn. 5. Polit. c. 16. Lampad. de Rep Rom. Germ. p 3. c. 14. n. 6.* Non autem nisi ex causa probabili, absque læsione aliorum *Mynsing cent. 4. obs. 70. Kamman. regal. disp 4. th. 103.* Data tamen intelliguntur semper salvo jure Superioritatis *Sixtin lib. 1. de regal. c. 5. n 3. & seq.* arguuntq; dantis superioritatem, & inducunt subjectionis speciem in persona accipientis *Reink. de reg. sec. & eccles. lib. 2 cl. 2. c. 8. n. 25.* Porro ejus etiam est PRIVILEGIA REVOCARE, cujus est eadem concedere, *Rauchb p. 2. q. 11. n. 25. Matth. Steph. de jurisd l. 2. p. 1. c. 1. m. 2. n. 158.* Sed cum varia sint privilegiorum genera, ideoque de iis, quæ inter regalia majora numerantur, in specie agemus.

44. Jus ergò hoc privilegiorum exercet Imperator, si quos ex plebejorum numero eximit, eosdemq; NOBILITAT *l. fin. §. 2. C. ubi senat.*

vel

vel clariss. l. 3. & fin. C. de Consul. lib. 12. Matth. Stephan. jurisdict. lib. 2. p. 1. s. 1. m. 1. n. 74. & seq. Bocer. de regal. c. 3. n. 7. Qui ergò se nobilem dicit, cum non sit, præterquam quod crimen falsi subeat l. eos 27. §. fin. ff. ad L. Corn. de fals. VVesenb. in Pand. ff. ad d. tit. n. 8. etiam criminis majestatis reus est l. 3. §. fin. ff. ad L. Jul. Maj. Carpzov. de L. Reg. Germ. c. 3. sect. 14. n. 48. Confertur autem nobilitas non solùm expresè, verùm etiam tacitè, puta si quem Imperator non nobilem natu sibi consiliarium eligit l. omnium 19. in pr. ibi: inter hos nobiles C. de testam. Bocer. de Regal. c. 2. n. 8. de quo principali judicio disputare sacrilegii instar est l. sacrilegii 5. C. de divers. rescript. & l. disputare 3. C. de crim. sacrileg. Cæteroquin & Rex alius in suo regno nobilitatis insignia dat. c. super quibusdam 26. §. præterea de V. S. Matth. Steph. de jurisd. lib. 2. p. 1. c. 2. n. 18. quemadmodum & alia regalia jure superioritatis exercet.

45. Cæterum filii ex nobilitate patris nobiles fiunt, licet ante paternam nobilitatis dignitatem nati sint l. senatoris 5. ff. de senator. l. filii. 22. §. 5. ff. de municip. l. senator. 11. C. de dignitat. lib. 12. Carpzov. jurispr. for. p. 2. c. 10. def. 32. Quod & in regnis observari quidam statuunt, ut jus primogenituræ non ex tempore dignitatis paternæ inceptæ, sed ex ætatis & naturæ privilegio æstimetur Tiraquell. de nobil. c. 15. num. 7. Pet. Greg. Tholos. de rep. lib. 7. c. 9. Arnis. de republ. lib. 2. c. 2. sect. 11. Bocer. de Regal. c. 2. n. 9. & seqq. Grot. de jur. bell. & pac. lib. 2. c. 7. n. 28. Kamman. regal. disp. 4. th. 30. Schultz. in syn. feud. c. 7. n. 65. Quod tamen alii negant Rein. Cors. 3. indagat. jur. c. 6. Magnif. & Ampliss. Dn. Præses exercit. 2. q. 13. in ajo. Niell. disp. feud. ult. th. 2. & quos citat Schonborn. 1. Polit. c. 10. Inter Principes etiam Imperii hoc jus primogenituræ non est beneficium patris, sed legis & consvetudinis, ideoque à patre in præjudicium aliorum filiorum in testamentô dari nemini potest. arg. l. eum qui 3. ff. de interdict. in verbis: quæ verò non à patre. Intrigliol. de feud. q. 49. n. 110. & seq. Reink. de regim. lib. 1. cl. 4. c. 17. n. 67. & seqq.

46. Cum hoc jure nobilitandi coincidit ORDINIS EQUESTRIS INSTITUENDI POTESTAS, quæ à nullo datur, nisi qui jura majestatis possidet Peregrin. de jur. fisc. lib. 1. t. 1. n. 27. in verbo equites. Matth. Stephan. de jurisd. lib. 2. p. 1. c. 1. m. 1. n. 74. Besold. de maj. sect. 3. c. 8. n. 2. Quin amplius indulgere potest Imperator, UT HOMO NOVUS, non sufficientes avos Nobiles habens, AD LUDOS EQUESTRES ADMITTATUR Pruckman. de regal. c. 4. eff. 4. Matth. Stephan. ibid.

ibid. n. 77. & seqq. Huc refertur & JUS AUREORUM ANNULORUM, quod à Principe conceditur *t.t.ff & C. de jur. aur. ann.* in cujus locum hodiè successerunt INSIGNIA, quæ à Principe familiis & civitatibus conceduntur. *Besold.d.c.8.n.2.*

47. Eodem modo & Imperator REGES, ELECTORES, ARCHIDUCES, DUCES, PRINCIPES, MARGGRAVIOS, LANDGRAVIOS, PFALTZGRAVIOS, COMITES & BARONES CREAT *Zas. epit. feud. p. 5. n. 2. Matth. Stephan. de jurisd. lib. 2. c. 1. m. 2. n. 70. & seq. Bocer. de regal. c. 2. n. 57. & seq. Besold. diss. de maj. sect. 3. c. 3. n. 5. Carpzov. de L. Reg. Germ. c. 3. sect. 13. n. 11. & seqq.* Sic Otto III. Boleslaum Poloniæ Ducem constituit Regem *Sleidan. de 4. summ. imp. lib. 3. Reink. de regim. lib. 1. cl. 2. c. 7. num. 57. Schonborn. 5. Polit. c. 15.* Fuitq; Polonia feudum imperii usque ad Casimirum Regem *Limn. de jur. publ. lib. 1. c. 9. n. 59. & seqq.* Et Petrus Daniæ Princeps regium titulum à Friderico I. accepit *Reink. ib. Limn. d. l. n. 27. & seqq. Sixtin. de regal. lib. 1. c. 2. n. 24 Bodin. de Repub. lib. 2. c. 3.* De Rege Bohemiæ, quæ adhuc est feudum Imperii, simile testantur *Reink. & Sixtin. cit. locis.*

48. De Electorum collegio & jure, quando cœperit, variè disputatur, quidam originis authorem Ottonem III. scribunt, *Matth. Steph. de jurisd. lib. 2. p. 1. c. 5. n. 3. & seqq. Lampad. de Rep. Rom. Germ. p. 3. c. 3. n. 2.* ad Friderici II. tempora refert. Alii asserunt illud tacito Principum consensu ortum paulatim irrepsisse, donec id tandem per A.B. Caroli IV. plenissimè confirmatum sit *Schonborn. 5. Polit. c. 32. Coler. de jur. Imp. Germ. sect. 47.* Extra dubium tamen est, eos proximum à regibus locum obtinere, imò ipsis Regibus æquiparari *VVarem. de Ehrenb. de fœd. lib. 1. c. 2. n. 147.* De Ducum appellatione disserunt præter alios *Zas. Epit. feud. p. 5. n. 6. Limn. de jur. publ. lib. 4 c 3. Carpz. de L. Reg. Germ. c. 3. s. 13. n. 24. & seqq.* Quorum Austriæ Duces soli Archiduces sunt *Schonb. 5. Pol. c. 78. Vult. 1. de Feud. 4. n. 14.*

49. Qui Principes olim fuerint dicti, explicant *Lampad. de Rep. Rom. German. p. 3. c. 2. n. 2. & Limn. de jur. publ. lib. 4. c. 2.* In jure vocabulo Principis propriè intelligitur Imperator *Intrigl. de feud. q. 8. n. 129.* Secundum analogiam etiam impropriè sumitur & cum additione, ut Princeps Imperii, quasi ab alio pendens, nempe Imperio *Matth. Steph. de jurisd. lib. 2. p. 1. c. 1. n. 37. & seqq.* Nos specialiter hic accipimus hanc vocem de eo, qui de Principatu, einem Fürstenthum/ ab Imperatore

una cum dignitate eines Fürsten investitus est. quales recenset *Limn. d. loco n. 6.* Ducum, Marchionum & Comitum nomina magistratuum & officiorum olim fuerunt *Reinking. de regim. lib. 1. cl. 4. c. 16. n. 42. Limn. de jur. publ. lib. 4. c. 1. n. 7.* quæ uberius examinant *Zas. de feud. p. 5. n. 6 & seqq. Intrigliol de feud q. 8. Vult. de feud. lib. 1 c. 4 n. 14. Reink. de regim. Secul. & Eccles. lib. 1 cl. 4. c. 12. 13. & 14. Limn. d. lib. 4. c. 3 4. & 5.* Horum posteriores etiam de Baronibus tractant. junge *Besold. diss. singul. de Comitib & Baronib. Imperii Rom. Germ per totum.* Postea facta sunt hæreditaria nomina dignitatum, quæ perpetuæ mansere & ad successores transmissæ sunt: *Paurm. de jurisd. lib. 2. c. 10. n 8 & 9. Hillig. ad Donell. lib. 17. c. 9. lit. H.*

50. Atqui hi in jure feudali vocantur Capitanei regni *Zas. de feud. p. 5. n. 3.* ceu capita quædam & vertices eminentes inter alios vasallos *Vult. de feud. lib. 1. c. 4. n. 14.* Investiunturque feudis dignitatum ditionibus adhærentium *Frid. Mindan. lib. 1. de process. c. 19. n. 11. Andr. Knichen de subl. jur. Territ. c. 1. n. 221.* Qualia sunt Electoratus, Ducatus, Marchionatus, Comitatus & Baronia *1. Feud. tit. 14. & 2. Feud. t. 10.* Vocanturq; Feuda regalia *2. Feud. tit. 34.* Nostris diversimodè tamen Scepter und Fahnenlehen/ *Carpz. de L. Reg. Germ. c. 3. s. 11. n. 24. Schultz. in syn. feud. c. 7 n. 60.* Habentq; hæc regalia imaginem quandam Majestatis; quippe Electoribus & Principibus Imperii jus quoddam sublime territorii competit, de quo *And. Knichen de subl. jur. territ Matth. Stephan. de jurisd. lib. 2. p 1. c. 5. per tot. Lampad. de Rep. Rom. Germ p. 3. c. 3. n. 18 Carpz. de L. Reg. Germ. c. 1. s 12. num. 4. Limn de jur. publ. lib 3. c. 2. & lib. 4. c. 8.* Eorum jura sarta tecta sese iisdem esse conservaturos, Imperatores sanctè pollicentur, uti constat ex capitulationibus Caroli V. §. 5. Ferdinandi I. §. und in allewege/ Ferdinandi II. §. 3. & moderni Imperatoris Invictissimi §. 3.

51. Quemadmodum autem solus Imperator ista Regalia feuda confert, ita is solus ex causa indignis aufert, quod fit, si quando ex plenitudine potestatis in refractarios, rebelles & seditiosos des Heiligen Römischen Reichs Aechter tam immediatos quàm mediatos BANNUM IMPERIALE IRROGAT, privilegiis, dignitatibus & immunitatibus privat *Reink. de Reg. sec & Eccles lib. 1. cl 5. c. 6. n. 147.* Descriptio banni Imperii est apud *Gail. 2. de pac. publ. c. 1. n. 20. & Carpz. pract. crim. p. 3. q. 141. n 13.* Et animadvertit Imperator in Duces, & principes tam secularès quàm Ecclesiasticos. Et seculares quidem puniuntur ordinaria banni pœna expressa à *Gail. lib. 2. de pac. publ. per tot. ferè.* Eccle-

siastici

fiastici immediati, & principaliter Imperio subjecti privantur beneficiis, regalibus & privilegiis, quorum intuitu forum Cæsareum sortiuntur *Gail.lib.1.de pac.publ.c.8.num.8. Mynsing.cent.5.obs.58. Matth.Stephan.de jurisd.lib.2.p.1.c.1.m.1 n.90.& seq.* An autem bannum Imperii à reliquis Imperii Statibus præter Imperatorem & ejus Cameram declarari possit, dubitatur? *Gail.l.1.de pac.publ.c.6.n.8.& seqq.& lib.2.c.1.n.27. Paurmeist.de jurisd. lib. 2.c.6.n.228. Modest. Pistor. p.1.q.26.* negant. *Carpz. pract.crim. p.1.q.56 n.11.& seqq & de L.Reg.Germ.c 9.sect.10.* affirmat, sed ea ratione, ut Status Imperii bannum decernant at solus Imperator sive Camera idem exequantur. *d.sect.10.n.21.& seq.* Bannitos eos nemo recipere tolerareve, nec cibum subministrare potest, sed ii ut hostes Imperii persequendi sunt *Pet.Denais.in jur.Cam.t.49.n.8. Gail.lib.2.de pac.publ. d.loco & c.10.n.4.*

52. Atque hæc ideo constituta sunt, quod Reip. intersit ne delicta maneant impunita *l.ita vulneratus 51.ff.ad L.Aquil. l.si operis.14. C. de pœn.* ne impunitas audaciam tribuat deliquendi, *l.si quis servo.20. C. de furt.* Sed hæc utut sint constituta, tamen Princeps aliquando ex plenitudine potestatis DAMNATOS CONTRA VIM LEGUM AC JUDICIORUM LIBERAT *Bod.1.de Rep.c.10. Heig.p.2.q.22.n.6. Carpz. pract.crim.p.3 q.150.n.17.* Quod facit, si cui sine exemplo subvenit, *l.1.§.fin.ff.de const.princ.* & pœnam ordinariam mitigat, aut ex causa remittit *l.1.§ 10.ff.de postul.l 1.§.10. C. de sentent pass.* Unde in Principe omnem pœnam arbitrariam esse ex multis deducit *Peregr. de jur. fisc. lib.4.t.8. n.15.* ut etiam pœnas augere & majores indicere possit *Alciat. in l. quos nos hostes ff.de V.S. Peregrin. d. loco n.18.* Uti ergo bannum Imperii per Imperatorem vel Cameram irrogatur; sic quoque per Imperatorem vel Cameram quis A BANNO ABSOLVITUR *Ordin.Camer.p.2.t.18.§. so auch in fin. Gail.lib.2.de pac.pub.c.18. Matth.Steph.de jurisd. lib.2,p.1. c.1.m.2.n.165.* Et cum Status Imperii regalia teneant, illis jus remittendi pœnas jure territoriali competit *Pet.Theodor.in colleg.crim. disput.10.th.7.lit.B. Carpzov.pract.crim.p.3.q.150.n.22.& de L.Reg.Germ.c.9.sect.11.n.24.* Quo spectant quæ de gratiæ tribunali *Thomas Campanella de Hispan.Monarch.c 9.& Forstn.l.2.ad Tacit.* disserunt. Jus tamen hoc gratiæ ita exercendum, ne justitia & gratia simul confundantur, nec cujusquam noxæ meritis compensentur *Scip.Amirat.lib.2.diss.ad Tacit 7.* Hinc Principem pœnā in delictis lege divina severè prohibitis remittere non

posse, ostendunt *Kamman. regal. disp. 4. th. 75. & seq. Besold. 2. Polit. c. 2. n. 19. v. 4. Carpz. pract. crim p. 3. q. 150. n. 29. & n. 39. & seq. & de L. Reg. Germ. c. 9. s. 11. n. 21. & seqq.*

53. Indulgentia illa Principis sæpe ita remittit pœnam, ut nihilominus criminis infamia maneat *l. fin. C. de gener. abolit.* nonnunquam pœna corporalis convertitur in pecuniariam *Besold. de majest. sect 3. c. 4. n. 3.* Ita proscriptionem potest Camera, quæ Imperatorem repræsentat, in pecuniariam pœnam convertere *Pet. Denais. in jur. Cam. t. 99. n. 5.* Aliquando non solum pœnam minuit aut remittit, sed & in integrum restituit *l. Divi fratres 27. l. ad bestias 31. ff. de pœn.* ut damnatus reorum numero eximatur, crimenque aboleatur *l. abolitio 8. c. cum duab seqq & l. 12. ff. ad Setum Turpill.* & RESTITUATUR FAMÆ & HONORIBUS, quæ restitutio est de majoribus regalibus *l. 1. §. 10. ff. de postul. l. 1 C. de sent. pass. Bodin. l. 1. de rep. c. 10. Gail. de pac. publ. lib. 1. c 19. Sixtin. de regal. lib. 1. c. 2. n. 20. Carpzov. de L. Reg. German. c. 9. s. 11. n. 4.* Tantumque reddat absolutio, quantum abstulit condemnatio. Pari modo absolutus à banno non solum bonis, sed etiam famæ & honoribus restituitur *Gail. de pac. publ lib. 2. c. 19. n. 1. Matth. Stephan. de jurid. lib. 2. p. 1. c. 1. m. 1. n. 124. & seqq.* Hoc tamen modo Princeps gratiam faciendo, non potest tollere jus pœnæ quæsitæ parti privatæ *l. venia 2. juncta Gloss. C. de in jus vocando Carpzov. d sect. 11. n. 6.* Quamvis dissentiat *Peregrin. de jur. fisc lib. 4. t. 8. n. 16.*

45. Naturæ facultatis criminum condonandorum quodammodo affinis est CONCESSIO ABSOLUTÆ ET PLENÆ SECURITATIS sive SALVI PER IMPERIUM CONDUCTES, vulgo Salvoguardi; & conceditur hæc securitas hostibus, bannitis, reis, hæreticis &c. Quæ inter regalia numeratur *Bocer. de regal c. 2. n. 235. Sixt. de regal l 1. c 2. n. 18. Kamm. regal. disp. 1. th. 21. Besold. de majest. sect. 3. c. 6. n. 7.* Quia olim solus Imperator in signum supremum eminentiæ eam deliquentibus concessit *l. relegati 4. in fin. ff. de pœn.* talis salvus conductus semel concessus servari, nec sine justa causa rescindi debet, *Pruckman. de regal. c. 4. m. 2. eff. 5. n. 22. Facbin. lib. 9. controv. c. 59.* postulat enim hoc fides humana *l. 1. in pr. ff. de pact. l. 1. ff. de constit. pec.* Securitas autem veniendi includit securitatem recedendi *Mynsing. cent. 1. obs. 82. Gail. lib. 1. obs. 52. n. 5. Kamman. regal. disp. 5. th. 18. Carpz. pract. crim. p. 3. q. 112. n. 7.* Et qui eum, qui salvum conductum talem habet, offendit, crimen majestatis

com-

committit *l. 1. §. 1. in verbo: securitatem & ibi gl. Matth. Steph. de jurisdict. lib. 2. p. 1. c. 1. m. 2. n. 160. Carpzov. pract. crim. p. 3. q. 112. n. 76.* qui tamen pœnam extraordinariam, pro judicis arbitrio, hoc casu irrogandam esse, juxta facti & personarum qualitatem cum aliis, quos allegat *n. 80.* arbitratur.

55. Cui præterea jus nobilitandi competit, eidem & JUS CREANDI COMITES PALATINOS tribuitur, ideoque ad jura Majestatis spectat. *Besold. lib. 1. polit. c. 4. n. 49. Bocer. de regal. c. 2 n. 147.* Non intelligimus quidem hic illos Comites, qui de Comitatu aliquo sunt investiti, de quibus supra actum, sed eos, qui sic impropriè vocantur, & vice Imperatoris, qui ipse omnibus in locis adesse nequit *l. magistro 7. C. de professor. & med. lib. 10.* actus nonnullos expediunt, qui aliàs non nisi ab ipso, Imperatore essent expediendi, *Schonborn. 5. Pol. 15.* Iis non semper eadem potestas datur, proinde illa ex tenore privilegii est discenda. Nonnullis conceditur tantùm Notarios sive Tabelliones creandi, spurios & naturales legitimandi; nonnullis insuper Doctores, Licentiatos, Magistros, Baccalaureos & Poetas faciendi: aliàs adhuc famæ restituendæ &c. *Paurmeist. de jurisd. lib. 2. c. pen. n. 19. Reink. de reg. sec. & Eccles. lib. 1. cl. 4 c. 13. n. 39.* Quid? quod & ex specialissimo privilegio Comites Palatini alios creent Comites Palatinos *Limn. de jur. publ. lib. 4. c. 4. n. 48. & seq. Carpz. de L. Reg. Germ. c. 10. s. 10. n 7.*

56. Ex potestate igitur Imperatoris sibi concessa Comes Palatinus CREAT TABELLIONES sive NOTARIOS, quod jus exinde ad majora Regalia refertur *Sixt. de regal. l. b. 1. c. 2. n. 35. Vult. de feud. lib. 1 c. 5. n. 7. Borcholt. ad c. un. quæ sint regal. n. 4. Bocer. de regal. c. 2. n. 161. Besold. lib. 1. Polit. c. 4. n. 49* Etiam IN ADOPTIONE, QUÆ FIT PER ARROGATIONEM, AUTHORITATEM CÆSARIS INTERPONIT *Mynsing. ad § fœminæ 10 n. 3. Inst. de adopt.* quod jus itidem regale est *Sixtin. d. c. 2. n 19. Bocer. de regal c. 2. n. 136. & de jurisd. c. 4. n 21. v. similiter Kamman. regal. disp. 4 th 95. Besold. de maj. sect. 3. c. 5. n. 7.* Privilegiorum etiam species sunt, jus concedendi facultatem erigendi Academias, easdemq; privilegiis dotandi; & jus creandi Doctores, Licentiatos & Magistros; verum de utroque hoc jure incidenter infra.

57. Ut etiam omnes sciant, legitimis matrimoniis legitimam sibi posteritatem quærendam *l. legem Anastasii 7. C. de natural. lib.* dura lex est, quæ spurios & illegitimo thoro natos castigat. Regulariter enim

nullius rei paternæ capaces sunt; nec filii nominandi, nec alendi de jure civili *Novell. 89. c. 18. Auth. ex complexu C. de incest. nupt. Mynsing. cent. 1. obs. 35. & cent. 4. obs. 31.* Verum cum misericordia digni sint, qui non suo, sed alieno malo laborant. *d. l 7.* Imperator ei, quem alterius culpa premit, subvenit, & abstergendo vitium SPURIOS LEGITIMAT, eosdemque naturæ sive natalibus restituit *t. t. C. de jur. aur. annul. & Novel. 89. c. 9.* Ita ut omninò ingenuitatis jure utantur *l. quarù 3 ff. de natal. restit. Sixt. de regal. lib. 1. c. 2 n. 20. Matth. Steph. de jurid. lib. 2. p. 1. c. 1. m. 2. n. 121.* Atque ita per rescriptum Principis legitimatus plene restituitur ad omnes gradus successionis & honores, perinde ac legitimo matrimonio natus *Matth. Stephan. de jurid. lib. 1. p. 1. 6. m. 1. num. 49. Carpz. jurispr. for. p. 2. c. 6. def. 16.*

58. Privilegii porrò species est JUS CIVITATIS. Peregrini enim ferè ubique à muneribus publicis & potissimum magistratibus submoventur *Bodin. 1. de Rep. c. 6.* neque illi de jure civili testamentum facere possunt *l. 2. ff. ad L. Falcid.* (quamvis Fridericus II. in *auth. omnes peregrini C. commun. de success.* illud abrogaverit) neque hæredes institui, *l. 1. C. de hæred. instit. & ibi Gothof.* Proinde ut civium jurium capaces fiant, imperiali indulgentia indigent. Ita Antonius Imperator civitatis jus, quod antea magno constitit, omnibus in Imperio Romano degentibus concessit, *l. in orbe 17. ff. de stat. homin.* In Gallia hodiè defunctorum peregrinorum bona omnia Regis fisco cedunt *Eguin. Baro in comment. Instit. sub tit. de nupt. Pet. Greg. Tholos. de Rep. lib. 9. c. 1. num. 23. Kamman regal. disp. 8. th. 16. Besold de maj. sect. 3. c. 7. n. 6.* quod jus Albinagii *droit. de haubeine* vocatur, & regalibus fisci annumeratur. Et hæc ibidem ubivis obtinent, nisi privilegio, quod vocant *lettres de naturalitè*, testandi facultatem à Rege impetraverint, de quo *Bodin. 1. de Rep. c 6. Golniz. in itiner. Belgico-Gall. in descriptione Gandavi.*

59. Non sicco, ut dicitur, pede hic prætereundum, per jus civitatis alios intelligere JUS CONDENDI CIVITATEM, quod vocant, spiritum & vitam vico dare, quod penes Imperatorem sit metropolin *l. un. C. de metrop. Beryt. lib. 11.* & alias civitates constituere *Matth. Stephan. de jurisdict. lib. 2. p. 1. c. 1. m. 2. n 114. & seqq. Besold. de maj. sect. 3. c. 8. n. 11.* quod jus muniendi muros & portas nemini competit, nisi Principi, & cui hoc indulsit *l. sacra 9. §. muros 4. ff. de R. D.* Hinc castella, loca munita, & civitatum seditiosarum muri sæpe diruuntur,

nec semper licet propè civitatem castrum ædificare *Gail. lib. 2. obs. 69. num. 23. & 24. Matth, Steph. de loco. n. 120. & seq.* Hinc cum anno 1612. Principes Juliacenses civibus Coloniensibus propter religionem Coloniâ egressis permitterent, ut Mulheimium ædificarent, civibusque ibi privilegia concederent, protestantibus Coloniensibus ædificatio illa prohibita est ab Imperat. *Calvis. in Chronol. ad ann. Christi 1612. & 1614.*

60. Hujus loci est JUS RECIPIENDI JUDÆOS, quod recessu deputationis de anno 1577. *tit. 20. in pr.* omnibus habentibus regalia concessum *Sixtin. de regal. lib. 1. c. 5. n. 19.* Et licet plurimi Principes à tali regali exercendo abhorreant, adeò ut inter Politicos disputetur, an in Rebuspub. Christianorum Judæi sint tolerandi; eos tamen certis conditionibus recipiendos esse placuit *Sixtin. d. loco. n. 24. Conrad* von Einsidel *de regal. c. 2. n. 283.* Si ergò iisdem in provincia vel civitate collegium vel domicilium est concessum, inquietandi non sunt *l. die sabbathi 13. l. nullus 14. C. de Judæis & cælic.* ab omnibus autem dignitatibus & officiis publicis inter Christianos repelluntur *l. ult. C. d. t. c. ex speciali 18. extra de Judæis.* ne occasione honorum & officiorum in Christianos, quos odio capitali prosequuntur, grassentur *Petr. Greg. Tholos. lib. 4. de rep. c. 5. n. 23.*

61. Legibus etiam detrahit Imperator, quotiescunque REMITTIT JURAMENTUM AD EFFECTUM AGENDI. Wann er einem seine gegebene Urphed gegen den Herrn / so ihn also verurphedet hat/relaxiret damit er sich gegen selbigen Rechtens gebrauchen möge. *l. fin. pr. ff. ad municip. l. pen. C. d. transact. l. ult. C. de non num. pec.* Quamvis enim omne juramentum, quod in alterius præjudicium non redundat, nec in æternæ salutis dispendium vergit, servandum sit *c. cum contingat 28. extra de jurejur.* illudque vicem rei judicatæ, & speciem transactionis obtineat *l. 1. in pr. ff. quar. rer. act. non datur l. 2. ff. de jurejur.* tamen sæpè contingit ob iniquitatem contractus, renunciationis, transactionis, vel ob aliam causam, ut quis mereatur absolvi *d. l. fin. pr. ff. ad munic. Gail. l. 1. obs. 22 n. 1. obs. 25. n. 2 & seq. & l. 2. obs. 42. per tot. Mynsing. cent. obs 57. & cent. 3. obs 99. Rauchb. p. 2. q. 4. n. 81. Carpz. jurispr. for. p. 2. c. 36. def. 2. n. 2.* Hodie relaxatio juramenti quoad effectum agendi tam ab Imperatore, quàm Imperiali Camera fieri potest, exclusa sententia Canonistarum *Gail. 1. obs. 25. Myns. cent. 3. obs. 99. Matt. Steph. de jurisdict. lib. 2. pag. 1. cap. 3. num. 150. Rauchb. loco num. 82. Carpzov. d. const. 36. def. 1. n. 7.* Etiam à statibus Imperii & Principibus secularibus protestanti-

bus

bus *Zanger. de exception. p. 2. c. 1. n. 147. Carpz. de L. Reg. Germ. c. 9. s. 12. n. 7. confer constit. Elect. Aug 36. part 2.*

62. Species privilegii hujus loci quod Imperator concedit est IMMUNITAS *Sixtin. de regal lib. 1 c. 2 n. 22. Matth. Stephan lib. 2 p 1. c. 1. m. 2. n. 150. Besold de maj sect. 3. c. 4 n. 15.* Munus enim ad civilem administrationem relatum, & onus & officium significat, quod necessariò obimus, lege, more, imperiovè ejus, qui jubendi habet potestatem *l 18. l. 214. ff. de V. S. & ibi Gœdd.* Et nemo ab eo excusatur, ne quidem oblatione pecuniæ *l. æstimationem 16. in pr. ff. de munerib.* exceptis quibusdam personis LL. expressis, de quibus *tit. ff. de vacat. & excus. mun.* Et quoniam Princeps supra leges est *Nov. 105. c. 2.* ideo excusare se possunt, quibus immunitas, h. e. vacatio à summo Principe concessa est *VVesemb. in Pand. ff tit. de jur immunit.* Similiter Princeps alicui ob merita indulget *l. 1. §. fin. ff de Const. Princ.* quod facit concedendo immunitatem à tributis *Theoph. ad §. 6. Inst. de I. N. G. & C. Sixtin. d. loco.*

63. Minoribus etiam indulget Imperator DANDO iisdem VENIAM ÆTATIS. Cum enim iis ætas impedimento sit *per Inst. de iis per quos ag. poss.* Ut agere quidquam prohibeantur *l. in quæstione 13. §. min res C. de sentent. pass.* Ideo ipsis rei suæ administratio interdicta est *l. 1. in pr. & §. fin. ff de min.* nec iis honor committitur *l. ad remp. 8. ff. de muner. l. non tantum 11. ff. de Decurion.* si tamen adolescentes sint, qui honestate morum præditi paternam frugem & avorum patrimonia gubernare velint, super hoc Imperiali auxilio indigent *l. omnes 2. & t. t. C. de his qui ven. ætat. imp. l denique 3. pr. ff. de minor.* Iisq; etiam honor potest deferri *d. l. 11. ff. de Decur. in verb. nisi ex causa.* Hac ratione Electorum filii sub tutela proximioris agniti usque ad XVIII. ætatis annum sunt, *A. B. Caroli IV. c. 7.* Exempla huc facientia recenset *Reink de reg. sec. & Eccl. lib. 1 cl. 3 c. 12. n. 57.*

64. NUNDINARUM ET MERCATUUM CONCESSIO hujus ordinis est *l 1. ff de nund. l. un. C. eod.* Differunt nundinæ & mercatus ratione magnitudinis. Sunt enim nundinæ magnæ mercatus; contra mercatus quasi parvæ nundinæ *Cujac in Pand. C. Gothof. in not. & Pacius in anal. Cod. ad d. tit. de nund.* A quibus differt emporium hebdomadale der Wochenmarckt *Bocer. de regal c. 2. n. 239. Schultz. in syn. feud. c. 7. n. 116.* Secus ac sentiunt *Obrecht & Sichard.* quos citat & sequitur *Arnis. de jur. maj. lib. 2. c. 3. n. 18.* quod tamen non est de regalibus,

bus, adeoque sine privilegio seu indultu superioris constitui potest *Bocer. d. loco Kamman. regal. disp. 6. th. 6.* Conceduntur verò nundinæ & mercatus ita, ne vicini, quorum interest, lædantur, qui si prohibere velint, audiendi, *Gail. 2. obs. 69. n. 24. & 25. Matth. Stephan. de jurisd. lib. 2. p. 1. c. 1. m. 2. n. 101. Kamman. d. disp. 6. th. 7. Bocer. de regal. c. 2. n. 239. v. nunquam.*

65. Nundinæ hæ habent publicam securitatem *d. l. un. C. de nund.* ut nemo privati debiti causa ibidem interpellari possit, *d. l. un. & l. solet 3. §. 2. ff. de feriis.* Nisi quis ibi vel contraxerit *l. hæres 19. §. 1. & 2. ff. de judic. Wesemb. in Pand. ff. de nund. n. 2. Matth. Stephan. de jurisd. lib. 1. c. 29. n. 52.* quanquam secus sit de Jure Saxon. *Carpzov. jurispr. for. p. 1. const. 30. def. 26.* vel in illo loco se soluturum quis promiserit, *arg. l. 8. & l. 1. ff. de eo quod cert. loc. Treutl. vol. 1. disput. 4. th. 2. lit. e.* aut si huic privilegio expressè fuerit renunciatum, *l. si judex 41. ff. de minorib. l. penult. C. de pact. Carpz. d. loco def. 27. Schultz. in syn. feud. c. 7. n. 120.* Amittitur hoc privilegium nundinarum, ut reliqua, quæ in faciendo consistunt, per non usum decennio, *l. 1. ff. de nund. Gail. 5. obs. 60. n. 1.* Potest & Princeps hoc jus ex causa revocare, & alii civitati conferre *Kamman. d. disp. 6. th. 10. Matth. Stephan. de jurisd. lib. 2. p. 1. c. 1. m. 2. n. 99.* Cum hoc jure ferè idem est JUS STAPULARUM. Stapula ad unum mercium genus directa, nec tamen tempore, ut nundinæ coarctata est, qua sistuntur & stabulantur merces exoticæ & domesticæ, venumque prostituuntur. *Golniz in itin. Belgico-Gall. in descript. Brugæ.*

66. Nec minus naturam privilegii sapit JUS CONCEDENDI INDUCIAS MORATORIAS Anstands Briefe/quæ non nisi ab Imperatore conceduntur, *l. fin. C. qui bon. ced. poss. l. universa 4. C. de prec. Imp. off.* quo beneficio gaudent debitores, qui propter adversam fortunam, malamque temporum conditionem ad inopiam redacti sunt, non decoctores qui in decoctione dolum admiserunt *l. sed si. ex parte 4 §. quanquam 2. ff. quod cum eo qui in al. pot. Straccha de decoctor. p. 6. n. 10.* Et quia per eas jus creditorum ad certum & modicum tempus suspenditur, ideoque pro ratione temporum hæ dilationes induciæ annales, item quinquennales *d. l. fin.* appellantur. Solet & dilatio quinquennalis à majori parte creditorum concedi, cum decoctor paratus sit bonis cedere, de qua *Straccha d. loco* quæ huc non spectat. Huic annexum est quoque JUS EX CAUSA CONCEDENDI NOVAS TABULAS,

quas Princeps aut supremus magistratus debitoribus concedit, ut ii debitas pecunias cum usurus creditoribus persolvere non cogantur, sed novæ tabulæ conficiantur, extinctis usuris, de quo est apud *Cæsar. de bell. civ. lib. 3 Livium lib. 32. Justin. l 16.*

67. Secundum jus Majestatis essentiale est BELLI INDICENDI ET GERENDI POTESTAS, quod vel omnium maximum imperii jus vocat *Clapmar de arcan. rerump. lib. 1 c. 20. in pr.* Ab hoc jure differt JUS CONCEDENDI ALIIS LICENTIAM MOVENDI BELLUM, quod itidem majoribus regalibus annumeratur, *Sixtin. de Regal. lib. 1. c. 2. n. 10. & lib. 2. c. 1. n. 16. Kamman. Regal. disp. 5. thes. 63.* licet utriusque tractatio una sit. Ante L. Regiam quidem populus hoc jus habuit *l. hostes 24. ff. de captiv. & postlim. rev. Bodin l. 1 de Rep. cap. 10. Arnis de jur. maj. l. 2. c. 9. n. 12. v. quamdiu.* per L. Regiam verô soli Imperatori proprium est *l. un. C. ut armor. usus. l. neminem 17. C. de re militari l. 12.* Et committit crimen majestatis, qui injussu Principis bellum gesserit, dilectum habuerit, exercitumvè comparaverit *l. lex 3 ff. ad. L. Jul. maj Gail. l. 1. de pac. pub. c. 4. n. 9.* Pacifragi quoque ipsi jure & facto proscripti sunt. *Denais. in jur. cam. tit. 215. n. 1.*

68. Præter authoritatem autem Principis bellum indicendi subesse debet justa & necessaria causa *Sixtin l. 2. de regal. c. 1. n. 21.* Et juste quidem movemus bellum ob defensionem *l. ut vim. 3. ff. de I. & I. l. scient. 45. §. 4. ff. ad L. Aquil.* quæ præter regiones & personas etiam respicit religionis exercitium *Bodin. de Rep. l. 4. c. 7. Steph. Jun. Brut. de jur. magist. c. 10. Kamman. regal. disp. 3. th 29. Reink. de regim. l. 2. cl. 3 c. 2. n. 7.* Sic Constantinus Imperator religionis intuitu Licinium bello adortus est, *Socrat. Histor. Eccles. l. 1 c 2.* Secus est in religione propaganda *VVarem. de Erenb. de fœder. l. 2. c. 1, n 81.* aut si fides abnegetur *id. n. 77. Carpz. ad L. Reg. Germ. c. 4 s. 6. n. 13. & seq.* Defendimus etiam ab injuria socios, amicos; etiam alios homines, nisi manifestum sit periculum *arg. l. culpa 50. ff. de R. I. Arum. disp. Pand 1. th 6 Grot. de jur. bell. & pac. l. 2. c. 25. n. 4. 5. & 7.* Breviter bellum, quod pro defensione propria suscipitur, aut rerum suarum, aut recuperandis rebus ablatis, pro defensione patriæ aut civitatis suæ, aut contra subditos rebelles & omnium maximè quod geritur contra infideles Turcas perpetuos fidei Christianæ hostes, justum & licitum est *Gail. lib. 1 de pac. pub. cap. 4. num. 40. Carpzov. de L. Reg. Germ. cap. 4. sect. 2. & sect. 3.*

69. Ho-

69. Hodie in Imperio Romano-Germanico de belli decernendi negotio delrberatur in Comitiis inter Imperatorem & Electores, qui Proceribus belli causam proponunt, (cum etiam alias absque præscitu eorum bella Principibus vix sint aggredienda, & subditorum consensu mota plus habeant roboris *Comin.l.5.c.18.*) quibus si æqua videtur, lege comitiali bellum decernitur *Denaiſ.in jur.Camer t.51.n.4. Carpz. de L.Reg.Germ.c.4.n.17.& sect.1.n.13.& 17.* quod etiam ex capitulationibus constat. Sin autem imperium bello petatur, suo arbitratu Imperator arma expedit. *Lampad. de Repub. Roman. German. pag. 3. cap. 19. n.7.*

70. Præterea & Principibus Germaniæ ex antiquissimo libertatis prætenso jure concessum est, conscribere milites in propriam & aliorum salutem, modo observarint formam in Constitutionibus Imperii expressam, in primis *recess. anno Christi 1555.1570.1576.1582.1594.& 1598. VVarem.ab Erenb.lib.1.de fœder.c.2.n.56.* Et ut id fiat ex voluntate circuli istius Ducis *Denaiſ. in jur.Cam tit.190.n.4.* Et cum pacem publicam non turbet, qui dominicæ potestatis jure utitur, punire licitè potest dominus subditos suos inobedientes, contumaces, refractarios & rebelles, etiam hostiliter & armata manu *l. si quis forte 6. §. si quos comitum ff.de pœn,Gail. de pac.pub.lib.1.c.2.n.19. & seq. Lampad. de Reip. Rom. Germ. p.3.c.20.n.5.* In tantum ut superioris avocatio locum non habeat *Reink. de regim. l.2.cl.3.c.1.n.24.*& quos ibidem citat.

71. Belli finis est PAX *Arist.7.Polit.14.Gail.de pac.pub.l.1.c.4.n.19. Grot.de jur.bel.& pac.lib.1.c.1.n.1.* Δεῖ μὲν γὰρ ἀσχολεῖν δύνασθαι καὶ πολεμεῖν, μᾶλλον δ' εἰρήνην ἄγειν καὶ σχολάζειν. *Aristot.ibid.* modò ea pax sit tuta & honesta *Bodin. de Rep. lib. 5.c.5.Reink. de regim.lib. 2.cl.3.c.1.n.5.* Et hæc constituitur ab illo, penes quem est summa rei, *Grot. lib.3.de jur.bel. & pac.c.20.n.2.Matth. Stephan.de jurisd.lib.2.p.1.c.1.m.2.n.59.Besold.de maj. sect.3.c.6.n.6.Reink. d.regim. lib.1. cl.2.c.2.n.128.* Si quis alius pacem spoponderit, illaque à superiore improbetur, ex tali sponsione sponsoris bona primum ad id quod interest, & si ea non sufficiant, corpus ad servitutem obligantur *Liv.l.9.Grot.de jur.bell.& pac.l.2.c.15.n.16.* Huc spectat etiam GENERALIS ἀμνηστίας CONSTITUTIO, item PAX PUBLICA, der Landfrieden/ & PAX RELIGIONIS.

75. Quoniam verò Principes non uno remedio pacem bellumve tuentur, hinc fit, ut MUNITA LOCA IN SUAM POTESTATEM RE-

CIPIANT PORTARUM CLAVIUMQUE CUSTODIAM HABEANT, *Kamman. Regal. disp. 5. th. 67.* PRÆSIDIA DISPONANT, URBES, OPIDA & CASTELLA MUNIANT, FOEDERA PANGANT *VVarem. ab Ehrenb. lib. 1. de feud. c. 2. n. 57.* INDUCIAS FACIANT, LEGATOS & OBSIDES MITTANT, quæ omnia cum belli pacisq; jure conjunctam habent causam. Et jus quidem muniendarum urbium regium est, nec cuiquam invita majestate usurpandum *Arnis. de jur. maj. lib. 2. c. 5. n. 8.* Planè jus belli ac fœderum pari passu ambulant *Lampad. de Rep. Rom. Germ. p. 1. n. 55.* neque hæc feriuntur nisi à superiorem non recognoscente, aut si ab alio, superioris authoritate. Indeque majoribus Regalibus rectè annumeratur *Sixtin. de regal. lib. 2. c. 1. n. 29. Kamman. d. disp. 5. thes 78. Reink. de regim. lib. 2. cl. 3. c. 3. n. 24. & seqq. Carpz. de L. Reg. Germ. c. 6. s. 1. n. 4.* Hodie Imperator de rebus Imperii cum exteris nullum fœdus, nisi de Septemvirorum consensu, inire potest, *Capitulat. Caroli V.* §. Wir sollen und wollen. *7. Sleid. lib. 1. rerum anno 1519. gestarum. Schonborn. 4. Polit. c. 34. Carpz. de L. Reg. Germ. c. 6. n. 12. & seq. & sect. 1. n. 5. Vide & Capitulationes Ferdinandi II. v. 6. & Ferdinandi III. v. 7.*

73. Fœdera hæc vel personalia vel realia sunt *Grot. de jur. bel. & pac. lib. 2. c. 16. n. 16.* Et finiuntur illa morte alterius ex fœderatis, uti societas *l. actione 65. §. morte ff. pro socio. §. solvitur 5. Inst. de societate.* Hæc vel elapso tempore præfinito, vel finitâ fœderis causâ pereunt *Reink. de regim. lib. 2. cl. 3. c. 3. n. 41 & seq.* De induciis idem ac de fœderibus judicium *VVarem. ab Ehrenb. de fœd. lib. 1. c. 3. n. 26.* nisi quod eæ brevissimæ etiam concedantur a Ducibus belli *id. n. 27.* Aliàs non sine voluntate offensorum, quorumvè intererit. *Denais. in jur. Cam. t. 212 n. 15.*

74. Pignorationes sive Clarigationes vulgò REPRESSALIÆ belli speciem habent, nec nisi à Majestate conceduntur *Bod. de Rep. lib. 1. c. 10. Matth. Stephan. de jurisd. lib. 2. pag. 1. c. 1. m. 2. n. 62. Besold. lib. 1. Polit. c. 4. n. 26. & de majest. s. 3. c. 6. n. 5. Carpzov. jurispr. for. p. 4. c. 16. def. 5. n. 3.* Et locum habent, ubi jus denegatur *Gail. lib. 1 obs. 28. in fin. Mynsing. cent. 6 obs. 1. per tot. Grot. de jur. bel. & pac. lib. 3. cap. 2. n. 4.* Conceduntur etiam adversus Principem, quem judicio convenire nequimus, vel qui jus & justitiam administrare recuset *Frid. Mindan. lib. 1. de process. c. 48 Besold. lib. 2. Polit. c. 7 n. 25.* Quod quidem jus non natura, sed moribus introductum est, atque antiquissimum *Gail. de pignor.*

gnor. lib. 2. c. 2. n. 2. & 5 Rittershus. ad Novel. pag. 3. cap. 6. Grot. de jur. bel. & pac. lib. 3 c. 2. n. 5. Lege civili eximi repressaliis solent legati, mulieres, infantes, res eorum, qui literis operam dant, & qui ad nundinas veniunt. *Grot. d. loc. n. 7.* Sed quia hæ ansam præbent ad pacem publicam perturbandam, Imperatorem in Imperio haud facilè eas concedere testatur *Gail. lib. 2. de pignor. c. 2. num. 3. confer Carpzov. jurispr. for. p. 4. c. 16. def. 5. & seq.*

75. Diximus supra ex Denasio in Imperio Romano-Germanico bellum comitiali lege decerni, proinde & COMITIORUM INDICENDORUM & DIMITTENDORUM POTESTAS hujus loci est, & jus Majestatis *Bodin. de Rep. lib. 1. c. 8. & 9.* Item *lib. 2. c. 6. Arnis. de jur. maj. lib. 2. c. 4. n. 17. Kamman. regal. disp. 6. th. 82. & seq. Besold. l. 1. Polit. c. 4. n. 30. Carpzov. de L. Reg. German. c. 5. n. 6. & 11. Schultz. in syn. feud. c. 7. n. 111.* Quia in comitiis plurimum momenti est, sive ad evertendam, sive ad mutandam, sive conservandam Remp. *Arnis. d. loco.* quanquam ex hac ratione etiam id ad prius majestatis jus essentiale spectet. Hodiè ab Imperatore non indicuntur comitia universalia, ein Reichstag/ eine gemeine Reichsversamlung, nisi antecedente Electorum suffragio *Paurmeist. de jurisd. lib. 2. c. 2. n. 19. Schonborn. l. 4. Polit. c. 33. Sixtin. de Regal. lib. 1. c. 4. n. 29. Matth. Stephan. de jurisd. lib. 2. p. 1. c. 1. m. 2 n. 11. Reink. de regim. lib. 1. cl. 5 c. 2. n. 125. & cl. 5. c. 8. num 47. Carpzov. pract. crim. p. 1. q 41. n. 75. & seqq. & de L. Reg. German. c. 5. n. 12. & seq. & sect. 1. per tot. Lampad. de Rep. Roman. German. part. 3. cap. 3. n. 2.* Nec in comitiis Imperator absque eorum consensu quicquam statuere potest, *Matth. Steph. d. loco vers. præterea.* In iis deliberatur de summa rerum, de pace publica, tam in civilibus, quàm ecclesiasticis ac religionis negotiis firmanda, de belli indictione, de fœderibus, de legibus ferendis & aliis quæ recensent *Aristot. lib. 4. Polit. c. 14. Matth. Stephan. d. loco v. stante. Kamman. regal. disp. 6. n. 87. Carpzov. de L. Reg. German. d. cap. 5. s. 1. num 18.*

76. Tertium Regale majus essentiale est MAGISTRATUUM MAJORUM CREANDORUM JUS *l. un. pr. ff. ad L. Jul. de amb. l. quidam 57 in fin. ff. de re jud. Jac. Ravard. lib. 5. variorum c. 12. n. 8 Besold. de maj. s. 3. c. 3. n. 3. & seq.* Nec solum jus magistratum constituendi, sed & eundem CONFIRMANDI, nec non ABROGANDI & tollendi huc pertinet *Sixtin. de regal. lib. 2. c. 15. n. 23. & seq. Kamman. regal. disp. 5. th. 61.* Cum

enim à populo in Principem collatum esset omne imperium *§. sed & quod Inst. de I. N. G. & C.* non potuit Princeps omnia solus administrare, ideò constituit magistratus, qui nomine ejus administrarent *Nicol. Bellon. 5. supput. jur. cap. 1. num. 5.* Si tamen ipse Princeps, in quo est plenitudo jurisdictionis & Imperii, præsens sit, magistratuum authoritas cessat: quod Fridericus *in pac. Constant. §. privilegia* innuit: consulatum inquit, recipiat unaquæque civitas à nuncio nostro, nisi in Lombardia fuerimus, tunc enim à nobis recipiet. Quod etiam de jure Saxon. obtinet *art. 60. lib. 3. Zobel. part. 1. diff. 1. Carpzov. de L. Reg. Germ. c. 9. s. 2. n. 5. & 6.* Jure Romano verò si Princeps proprio motu causam ad se vocet *Arnis. de jur. maj. lib. 2. c. 4. num. 10.* Magistratus illi sint rerum singularium judices *Aristot. 4. Polit. 4.* in judicando rationibus & legibus obnoxii, nam τὸ μὴ κατὰ γράμματα ἄρχειν ἀλλ' αὐτογνώμονα ἐπισφαλές *Aristot. 2. Polit. 8.* qui meminerint turpe esse causas oranti jus, in quo versatur ignorare *l. 2. § 43. ff. de O. I.*

77. Atque ut officium suum magistratui damnosum esse non debet *l. sed si quis 7 ff. testam quem aper. l. si servus 61. §. quod verò ff. de furt. l. videlicet 29. ff. ex quib. caus. maj. l. 140. ff. de R. I.* Sic quoque ab omni sorde vacuum sit *l. eadem lege 6. §. 2. ff. ad L. Jul. repetund.* Si quis ergò pecuniam ob judicandum decernendumvè accepit *l. 3. d. t.* vel quo magis aut minus quid ex officio suo faciat *l. 4. ff. eod.* vel ob accusandum, vel non accusandum *l. 6. §. 3. ff. eod.* Lege Julia repetundarum tenetur, & extraordinem punitur, *lib. 7. §. 2. ff. d. t.* qua lege damnatus testimonium publicè dicere, aut judex esse postulareve prohibetur *d. l. 7. §. 1.* Hocque crimen, quod in sacratissimas leges *lib. 9. C. de LL.* committitur, & barbarè Barrataria vocatur, *Mascard. de prob. concl. 164. & duab. seqq. Matth. Stephan. de jurid. lib. 2. p. 1. cap. 3. m. 1. num. 32.* læsæ majestatis crimini æquiparatur *gl. in auth. sed novo jure C. de pœn. jud. qui malè jud. Mascard. d. concl. 164. n. 9.*

78. Hoc consequitur JUS CONCEDENDI JURISDICTIONEM *Bocer. de regal. cap. 2. num. 247. Kamman. disp. regal. 6. thes. 63. Schultz. in syn. feud. cap. 7. num. 108.* ut magistratus finem suum adsequatur, & justitiam expediat *cap. un. Feud. quæ sint regal.* Dico jus concedendi jurisdictionem, quia non ipsa jurisdictio, sicuti nec merum imperium, Regalibus annumeratur, sed ejus concessio, ut contra *Arnis. de jur. maj. lib. 2. cap. 1. num. 9. Peregrin. de jur. fisc. lib. 1. t. 1. num.*

n. 10. Vult. 1. de feud. c. 5. n. 6. v. atque hac sunt, & alios quos sequitur Conrad von Einsidel *de reg. c. 2. n. 311.* disputat. *Bocer. de regal. c. 1. n. 27. & seqq. Schultz. d. c. 7. n. 109.* Cum jurisdictionis autem concessione veniunt ea, sine quibus jurisdictio explicari nequit *l. 2 ff. de jurisd.*

79. Cum verò jura non in singulas personas, sed generaliter constituantur *l. jura 8. ff de LL.* & facti interpretatio etiam prudentissimos fallat *l. in omni 2. ff. de I. & F. I.* Leges etiam nemini injuriam fieri patiantur, *arg. l. SCto 8. in pr. ff. ad SCtum Syllan.* factum est, ut ob imperitiam & iniquitatem judicantium, *lib. 1. pr. ff. de appell.* is qui gravatur, ab inferiore magistratu ad immediatè superiorem regulariter gradatim appellet, *Gail. lib. 1. obs. 119. Mynf. cent. 1. obs. 67.* Exinde ad eum, qui magistratus constituit, res controversæ, in inferioribus judiciis ventilatæ, per modum appellationis extremæ devolvuntur, nec etiam statuto introduci potest, ne appelletur ad superiorem; *Mynf. cent. 1. obs. 14.* Licet pactum de non appellando inter litigantes initum vires habeat *l fin. §. fin. C. de temp. & repar. appell. Mynf. d. obs. 14.*

80. Est ergo JUS RECIPIENDÆ APPELLATIONIS soli Principi reservatum, adeo ut nunquam salva superioritate illud Imperator à sese abdicare possit. *Molin. in consult. Paris.* quem citat *Bocer. c. 2 de regal. n. 243.* Ac quamvis à Præfecto Prætorio appellare non licuerit, *l. un. ff. de off. Praef. Prat. praefecti 17. ff. de minor.* quod jus ex oratione Adriani Augusti etiam Senatui concessum fuerat, *l. 1. §. 2 ff. à quibus appellatio non licet*; tamen adversus ejus sententiam supplicare licuit Imperatori intra biennium *l. si quis adversus 5. & auth. seq. C. de prec. Imp. off. l. un. C. de sent. praef. prat* quod vocatur retractationis auxilium *Nov. 82. c. 12. & ibi Gothof. Nov. 119. c. 5.* Et sic Præfecti prætorio in integrum ex sua sententia restituerunt *d. l. praefecti 17. ff. de minor.*

81. Hodie appellatio si summa sit 300. florenorum *Denaif. de jure Cam. t. 29. num. 6.* nisi tamen ea sit contra privilegia Statib. indulta *id t. 30. n. 2.* ad Cameram Imperialem devolvitur, quæ cum Imperatore (exceptis feudis regalibus aliisque paucis) habet concurrentem jurisdictionem *Paurm. de jurisd. l. 2. c. 5. Gail. 1. Obs. 29 n. 3. & Obs. 121. n. 3. Matth. Steph. de jurisd. lib. 1. c. 26. n. 11 Reink. de reg. sec. & eccl. lib. 1 cl. 2. c. 2. n. 211. & cl. 4. c. 19. n. 87.* & à Maximiliano I. ipsius Imperatoris & Ordinum Imperii consensu instituta est, *Reinking. de regim. lib. 2. cl. 2 c. 14. n. 7. & seq.* ut administrationi justitiæ contentiosæ, litiumque decisioni præesset &

vaca-

vacaret. *Sixtin. de regal. lib. 1. c. 4. n. 8.* ex qua etiam hodie Imperator causas avocare nequit *Ordin. Cam. p. 2. t. 35. Matth. Stephan. de jurisd. l. 1. c. 31. n. 43.* In ea tamen in criminalibus ex consuetudine Germaniæ, contra jus commune, appellatio non admittitur *Gail. lib. 1. obs 1. n. 28. & lib. 1. d. pac. pub. c. 20. n. 36. Mynsing. cent. 2. Obs 98. Rauchb. p. 2. q. 8. n. 47. Matth. Stephan. de jurisd. lib. 1. c. 2. n. 64.* Nec in matrimonialibus & quæ fori ecclesiastici sunt *Reinking. de regim. lib. 3 cl. 1. c. 10. n. 44 Schonborn. lib. 5. Polit. c. 20.*

82. Hujus Cameræ jurisdictioni subsunt omnes Imperii Romani subditi, tam mediati, quam immediati, *Ordin. Camp. 2. t. 27.* Illi quidem regulariter ex secunda, hi ex prima instantia *ordin p. 2. t. 1. & 28.* Quin & Ecclesiastici, quatenus Principes & Status Imperii sunt, & Regalia privilegia, & alia bona feudalia ab Imperio recognoscunt, in Camera alios conveniunt & ab aliis conveniri possunt *Mynsing. cent. 2. 51 Gail. lib. 1. Obs. 30. n. 1. & seq. Carpz. de L. Reg. Germ. c. 3. s 11. n. 19.* ab hac tamen necessitate exempti sunt hodie Elector & Duces Saxoniæ, quia defensores sunt Juris Saxonici *VVesemb. in Pandect. ff. ad tit. à quib. appell. non licet. n. 2.* quod privilegium à Ferdinando I. renovatum recitat *Jacob. Ayrer in process. Histor. p. 2. c. 4. obs. 2.* Item Elector Brandeburgensis *Reink. de regim. l. 1. cl. 5. c. 7. n. 42.*

83. Quamvis verò hoc jus ex A. B. *tit 11.* omnibus Electoribus competat, *Carpz. de L. Reg. Germ. c. 9. s. 3 n. 4. & seq.* præter dictos tamen reliqui id non utendo amiserunt *Treutl. vol. 2. disp. fin. th. 4. lit. c. Kamman. reg. disp. 6. th. 70. Carpz. ov. d. c. 9. sect. 9. n. 2.* Porrò exemti sunt & Archiduces Austriæ, Duces Lotharingiæ & Burgundiæ *Arnis. de jur. maj. lib. 1. c. 2. n. 3. Schultz in syn. feud. c. 7. n. 103. & 104.* Nec subditi Ducis Wurtenbergici à judicio curiali provocare possunt, nisi illis lis sit cum alterius ditionis subdito, *Bocer. de regal c. 2 n. 244.* Et hæc ita se habent, nisi justitia denegetur *Carpz. d. c. 9 s. 5. n. 12. & s. 7. n. 4. Schulz. in syn. feud. c. 7. n. 99.* In causis tamen fractæ pacis omnes hi privilegiati, solo Burgudiæ Duce excepto, Camerali judicio subsunt, *Myns. cent. 5. Obs. 58. num. 1. & 2. Gail. 1. Obs. 3. n. 1. & l. 1. de pac. pub. c. 1. n. 9.*

84. Juri illi porrò annexum est JUS PRONUNCIANDI, NE A SENTENTIA APPELLARI POSSIT *l. 1. in pr. ff. à quib. appell. non lic. Bocer de regal. c. 2. n. 241.* Hinc à Cæsaris sententia appellare fas non esse inquit Ulpian. in *d. l. 1.* Et hæc hodie ita obtinent, ut & in

in Camera à Cæsare malè informato ad eundem melius informandum appellatio non admittatur, *Gail.lib.1.Obs.155.n.7.Bocer. de regal.c.2 n.242. Carpzov.de L.Reg.German.c.9.sect.11.n.18.& seq.Conrad* von Einsiedel *de regal.c.2.num.55.* partim, quia hoc est contra naturam appellationis, quæ non ab eodem ad eundem, sed ab uno ad alium fieri debet *l. 1. & 3.1 ff. de appell.Gail lib 1.Obs.155.n.6.* & quidem ab inferiore ad superiorem, *arg l.Imperatores 21.ff.de appellat. VVesemb.in Pand.ff. de appell. n. 9.* partim etiam, quia appellatio iniquitatis sententiæ quærelam continet, *l. præfecti 17.ff de minor.* & iniquitatem & imperitiam judicantium corrigit, *l.1.ff.de appell.* Non autem præsumitur iniquum protulisse, aut jus ignorasse, qui in terris lex animata est *Nov.105.c.2.in fin.Gail.lib.2. obs.55. n.4.* qui omnia jura in scrinio pectoris habere dicitur, *l. omnium 19. C.de testam.* qui solus legum ænigmata solvit *l. si imperialis 12.§. fin.C. de LL.* Multò minus ab Imperatore ad Papam appellatur *Peregr. de jur.fisc.lib.1. t.2.n 62.Mynsing.cent.1.Obs.14.Matth.Stephan.de jurisd lib.2.p.1.c.1.m.2. n. 197.Carpzov de L.Reg.German. c.8. s 2.n.17.* proinde etiam multatur 100. marcis auri puri, qui ad Imperatore ad Papam appellat. *Reink.de reg. l.1. cl.2.c.2.n.10.*

85. Sed quamvis ita in Camera observatur, ut à Cæsare malè informatos ad eundem melius informandum non appelletur, prout testatur *Gail.d. loco.* tamen Dd. plerique contrarium statuunt, *arg. l. 1. §. 1. ff.de appellat.* quam sententiam sequuntur *Treutl.vol.2.disp fin.th. 4. lit. d. Paurmeist. de jurisd.lib.2.c.4.n.159. Matth.Steph.de jurisd.lib.2.p.1. c.1. m.2.n. 200.Arnis.de jur.maj.lib.2.c.4.n 8.* nec desunt exempla taliter factæ appellationis. Quod alii conciliant, distinguendo inter sententiam & rescriptum Principis, ut ab hoc appelletur, juxta *d.l.1. §.1.* quia sic non adversus Principem, sed adversus calliditatem judicis provocetur *l.1.pr. ff.quando appell.* ab illa non item, nisi sententia illa ab inferiore magistratu ad rescriptum Principis sit lata, *Schultz in syn.feud.c.7.n.96.& seq.* Cæterum utut appellatio non admittatur, restat tamen Revisionis beneficium, quo executio judicati æquè suspenditur, atque per appellationem, & sicut non admittitur appellationis appellatio, ita nec revisionis revisio *l.si quis 5.C.de prec.Imp.off.Carpzov jurisp.for.p.1.const. 20. def.16. num.5. & seq.*

86. A jure provocationis descendit etiam JUS DELEGANDI CAUSAM CUM CLAUSULA APPELLATIONE REMOTA

l.1.§.interdum ff à quib appell.non licet. Credidit enim Princeps, eos, qui ob singularem industriam, explorata eorum fide & gravitate, ad ejus offici magnitudinē adhibentur, non aliter judicaturos esse pro sapientia ac jure dignitatis suæ, quàm ipse foret judicaturus *l. un. ff de offic. Praef. Pr.*

87. Atque hæc tria jura Majestatis essentialia, Leges sciscere, bella decernere, magistratus creare, quæq; ex iisdem profluūt, aut illis affinia sunt hactenus à nobis tractata sunt. Cum itaq; in Macedonia à Romanis devicta per singulas civitates magistratus constituerentur ipsaq; à Paullo acceptis legibus uteretur, *Justin.l.33.* Majestas ejus periit, & Monarchia Macedonum extincta est. Ergo tum cœpit quarta Monarchia, sive Imperium alicujus populi, nempe Romani, summum contra vulgarem opinionem. Nunc pergimus ad reliqua jura, quæ quidem essentialia non sunt, non tamen nisi à Majestate exercentur.

88. Horum primum est CURA RELIGIONIS, quod jus alias Politicis Ecclesiasticum vocatur. Neq; enim absolutè verum esse, quod *Sixtin.de regal.l 1.c.4 n.1.* regalium materiam merè secularem esse asserit, cum *Kamman. regal. Disp.3. th.2.* affirmamus confer *Carpzov.de L. Reg. Germ.c. 1.s.1.per tot.* Pertinet namque ad Majestatem dare operam, ne ex religioe quid Respub. detrimenti capiat *Lampad. de Rep. Rom. German. p.1.n.21.* Siquidem is qui religionis moderamen habet, uno fere ictu rempublicam evertere, & subditos majestati subtrahere potest *Arnis. de jur. maj lib.2.cap.6.num.4.* Et hac tanquam arctissimo vinculo devinciuntur invicem animi hominum *Thom. Campan. de Monarch.Hisp.cap. 5.* Nec immeritò Plato eam propugnaculum potestatis, ac legum honestæ disciplinæ vinculum vocat *Grot.de jur.bel. & pac.lib.2.c.20.n.44.* Neque hoc quidquam dignitati & authoritati Ecclesiæ detrahit. Sane Christus & Apostoli Ecclesiam militantem politicæ potestati subjecerunt *Actor. 25.v.10.Rom. 13.v.1 & seqq.1.Pet. 2.v.19.* Et est Ecclesia in Republica, non respublica in Ecclesia *Reink. de regim l.3.cl.1.c.1.n 19.Besold.de Maj.in gen.sect.2. c. 2. n.1.*

89. Hoc jus Imperatori non ex privilegio Papæ, sed jure regiæ potestatis à Deo competit Et tituli priores *l.1 Cod.* satis ostendunt Imperatores olim religionis negotium curæ habuisse. Ipse Justinianus Imperator *Nov.3.in fin* ait, se nihilo minorem Ecclesiæ curam habere quàm vitæ *Carpz.pract.crim p.1q 44 n 9.& aliquot seqq.* Et cognoscant Principes seculi, Deo debere se reddere rationem propter Ecclesiam, quam à Christo tuendam suscipiunt *c.Princ.20.c.administrat.26.caus.23.q.5.* Proinde

inde & in V.T. Reges Judæorum Levitas constituerunt, & Baalitas vel ejecerunt, vel jugularunt *2.Reg.10.v.19.& seqq.& c.18.v.4. 2.Paral.34.v.4. & seqq.* Hinc non immeritò in Gallia Jesuitæ causâ cecidere, ubi conclusum fuit, Papam non jure imperare Regibus, & clerum rectè judicari à politico magistratu *Calvis.in Chron.ad ann.1611.* Quin & superiori seculo in Imperio inter Imperatorem & status Imperii convenit, ut cum Pontificiorum religione Augustana confessio vigeret, istarum religionum neutram amplexi pacis religionis beneficio non fruerentur. *Denais.in jur.Cam.t.216.n.8.* adeò ut assessores in Camera alterius religionis à judice de consilio adsessorum removerentur *id. tit.14.n.3.*

90. Porrò Princeps hoc jure JUDICIA ECCLESIASTICA ORDINARIA CONSTITUIT, & per ea de Episcopis & Pastoribus vocandis, examinandis, in officio dirigendis, judicandis, disponendis leges dat *Bes.I.Pol.3.n.13.& in diss.de maj.s.2.c 5.n.3.* Quæ jurisdictio Ecclesiastica, vigore pacis religionis, ad Princeps Imperii jure territoriali & superioritatis devoluta est *Matth.Steph.de jurisd.l.3.p.1.c.15.Bes.de maj.s.2 c.5.n.4.Lamp.in Rep.Rom Germ.p.3.c.11.n.6.Carpz.de L.Reg.Germ.c.3.s. 9.n. 8.& sect.10.per tot.* Hinc affirmativè respondendum est ad usitatam illam quæstionem, quæ jam in omnium ore circumfertur: An Status aliquis Imperii non Augustanæ Confessionis, qui tempore Passaviensis Transactionis illam non amplexus fuit, religionem mutare, & ad alteram transire possit? Quod idem & de statibus Ecclesiasticis Imperio immediatè subjectis certo tamen modo affirmant *Bes.disc.pol.4. c.de jure mutanda relig.n.2 & Lamp. de Rep.Rom.Germ p.3.c.11.n. 20.& seqq.*

91. Ex hoc jure Imperatores quondam PONTIFICES CREAVERUNT, CONFIRMARUNT, eosque rursus ex justa causa DEPOSUERUNT, nec sine eorum scientia & jussione ordinari iidem potuerunt. *c.Hadrianus 22.& seqq. distinct.63.Arnis.de jur.maj.lib.2.c.6.n.10. Thuan.Hist.2.Reink.de reg.s.& Eccl.l.1.cl.2.c.6.n.20. Lamp.de Rep.Rom.Ger. p.2.c.n.11.Carpz.de L.Reg.Germ.c.2.s.3.per tot* Hocq; jus communicatum fuisse una cum Imp. titulo Carolo M. ab Adriano I. totaq; synodo *Sleid. de monar.l.3.* testatur, successoresq; ejus jus illud exercuisse, aliquot exemplis demonstrat, usque dum simultatibus & Paparum inimicitiis defatigati Cæsares, facti sint paulatim remissiores, nec ante Pontifices Galliæ præsidiis fretos quievisse, quàm illi extra Italiæ fines eos submoverint, vide & *cap.7. Arnis.de subject. & exemt. cleric.* Quod autem Imperatoribus in Pontificem Romanum, idem iis licuit & in

U 2 Epi-

Episcopos & Archiepiscopos *d.c.22.& seqq. dist. 63. Lampad. d. loco. Carpzov. d.c. 2. sect. 4. num. 11.* Huc spectat & JUS PRIMARIUM PRECUM, sive quorundam beneficiorum Ecclesiasticorum jus patronatus, præsentatio, collatio, constitutio, institutio & provisio, quæ Galliæ & Angliæ Regibus regali jure competunt *Sixtin. de regal. l. 1. c. 2. n. 57. Arnis. de jur. maj. l. 2. c. 6. n. 10. v. JCti quoque Besold. diss. de maj. in genere sect. 1. c. 4. n. 3. & seq.*

92. Cum hoc jure cohæret etiam FESTORUM FERIARUMQVE CONSTITUTIO *l. à nullo 4. C. de feriis VVesemb. Pand. ff. de feriis n. 4. Donell. lib. 24. comment. c. 7. ibique Hillig. Matth. Stephan. de jurisd. lib. 3. p. 1. c. 3. n. 46 Besold. 1. polit. c. 4. n 54. in pr. Reink. de regim. lib. 3. cl. 1. c. 2. n. 4.* Item CALENDARII CORRECTIO, sic Julius Cæsar ad ordinandum Reip. statum fastos correxit. *Svet. in Jul. Cæsar. c. 40.* Augustus annum à D. Julio ordinatum, sed postea negligentia conturbatum atque confusum rursus ad pristinam rationem redegit *id. in Augusto c. 31.* Commodus Antoninus mensium nomina mutavit, quæ tamen post ejus necem populus Romanus erasit, *Æl. Lamprid. in Commodo Antonino.* Inde Principes seculares Imperii mandatum Pontificium de suscipienda Calendarii Romani emendatione recipere in Augustanis comitiis recusarunt, *Besold. lib. 1. Polit. 3. n. 24. v. 2.* vide & consilium Augusti Saxoniæ Electoris ad Rudolphum II. Imperat. brevibus descriptum apud *Matth. Stephan de jurisdict. lib. 2. p. 1. c. 1. m. 2. n. 107. & seq.* Conclusumque fuit in Camera vetus Calendarium in processibus observandum, donec aliter à Cæsare & imperio ordinibus statueretur *Denais. in jur. Cam. tit. 36. n. 5.* Calendarium autem ipsum in gratiam ipsius Pontificis esse recipiendum rationibus aliquot dissvadet *Reink. de regim. lib. 3. cl. 1. c. 2. n. 30.* Potest tamen Imperator hanc operam Pontificiam suam facere adprobatione & adsensu, eique robur & validitatem addere ex sua authoritate, ut ea ratione recipiatur *l. 1. sed neque 6. v. omnia C. de V. I. E. Reinking. d. loco. n. 38.* Hisce adjungi potest, & JUS LINGUÆ & IDIOMATIS cujusdam universis in territorio præscribendi *Bodin. 1. de rep. c. ult. Kamman. disp. Regal. 6. th. 43. Besold. de majest. sect. 3. c. 8 n. 11.*

93. Orta verò in Ecclesia hæresi aut schismate Imperator, ut nutritius Ecclesiæ ex jure regiminis Ecclesiastici CONCILIA OECUMENICA CONSCRIBIT *Lampad. de Rep. Rom. Germ p. 3. c. 12. num. 7. Kamman. regal. disp. 3. th. 31.* Licet Pontificis asseclæ hoc jus Cæsari ere-
[illegible] ptum

ptum eant. Hodiè cum in Imperio Romano religionis cura à Cæsare ad Comitia transierit; Cæsaris simul & statuum erit conciliorum in Imperio convocatio *Lampad. d. loco.* Unde nationalia in suis territoriis Status Imperii rectè indicunt. In illis Imperatores & Principes convocant, locum designant, salvum conductum & necessarios sumtus præstant, turbas auctoritate & præsentia sua reprimunt, sententiam è scripturis probatam edictis non tantum concilii, sed & suo nomine promulgant, in damnatos animadvertunt, vel exilii vel aliis pœnis in jure expressis *l. 5. C. de summ. Trin. & tit. C. de haret. & Manich. Dr. Calixtus in Epit. Theol. ferè sub fin.* recaptoresq; eorum coërcent *l. 4. §. pen. C. de haret.*

94. Ut autem sint in Ecclesia, qui sciant rectè partiri sermonem veritatis *2. Tim. 2. v. 15.* & contradicentes convincere *Tit. 1. v. 9.* quiq; in foro & judiciis jura calleant (nam certè quales schola exhibet, tales habitura est Resp. & Ecclesia moderatores & cives *Pet. Greg. Tholos de Rep. lib. 18. c. 1. & 2. Kamman. regal. disp. 3. th. 37.*) Imperator aut ipse ERIGIT ACADEMIAS, aut aliis JUS EASDEM ERIGENDI CONCEDIT, quas ipse solus confirmat *Zas. epit. feud. p. 5. n. 14. Schonborn. lib. 5. Polit. 17. Vult. de feud. lib. 1. c. 5. n. 7. Sixtin. de regal. lib. 1. c. 2. n. 26. Boc. de regal. c. 2. n. 121. Matth. Steph. de jurisd. lib. 2. p. 1. c. 1. m. 2. n. 63.* In iis verò non tantum Sacra Scriptura, justissimæ leges, medicina salutaris, & literæ philosophicæ plenè docentur, sed & DOCTORES, LICENTIATI, MAGISTRI solenniter CREANTUR *Matth. Stephan. d. loco. n. 67. Bocer. d. loco.*

95. Status Imperii & Principes, quibus Religionis cura incumbit, scholas & gymnasia instituere quidem possunt, ut ibidem ad Ecclesiæ & Reip. utilitatem discentium animi sanâ doctrinâ imbuantur; Academias autem, quibus creandi Doctores, Licentiatos & Magistros potestatem impertiant, erigere nequeunt: quia Doctorum, Licentiatorum, Magistrorum dignitas non cohæret muneri Ecclesiastico, sed est dignitas politica à solo Cæsare etiamnum dependens, *Lampad. in Rep. Rom. Germ. p. 3. c. 12. n. 5.* junge *Peregr. de jur. fisc. lib. 1. t. 1. n. 27. Treutl. vol. 1. disp. 1. th. 7. lit. a. Kamman. regal. disp. 3. th. 47.* Qui ergò nomen & insignia Doctoris falsò sibi assumit, criminis falsi reus est, *Br. in l. reddatur C. de profess. lib. 10.* falsi enim nominis vel cognominis asseveratio pœna falsi coercetur *L. falsi 13. ff. ad L. Corn. de fals.*

96. Doctoribus hisce in publicis scholis profitentibus jure magistratus jurisdictio competit, quam exercent in studiosos, & reliquos Reip. literariæ subjectos *Treutl. vol. 1 disp. 3. th. 4. lit. f. Joach. Steph. de jurisd. lib. 1. cap. 8. num. 54. Besold. lib. 1. Polit. c. 12. n. 44. Bocer. in orat. de privileg. Doctorum. Matth. Stephan. de jurisd. lib. 1. c. 38. n. 24.* Ut possint delinquentes leviter coercere *l. municipii 6. ff. de decret. ab ord. fac.* & refractarios relegare, quæ relegatio tum demum infamat, cum causa, ob quam imponitur, est famosa *arg. l. ictus fustium 22 ff. de his qui not. infam. Kamman. regal. disp. 3. th. 42. Matth. Stephan. de jurisd. lib. 1. c. 10. n. 17.* Quæ tamen jurisdictio ad triviales scholas, quæ jure universitatis non utuntur, non extenditur. *Paurmeist. de jurisd. l. 2. c. 9. n. 97.*

97. Præterea & habent suas immunitates; immunes enim sunt ab omni functione, & ab omnibus munerib. vel civilibus vel publicis *l. medicos 6. C. de profess. l. 10.* gaudent & aliis privilegiis, quæ fusius pertractant *Bocer. in d. orat. de privil. Doctorum Kamman regal. disput. 3. th. 60. & seqq.* quæ privilegia & communicantur Doctoribus Bullatis à peritis in arte examinatis, & idoneis repertis *Treutl. vol. 1. disp. 1. th. 7. lit. à Kamman. d. disp. 3. th. 53. Arum. ad A. B. disc. 1. thes. 5. Limn. de jur. publ. lib. 8. c. n. 14. Carpz. de L. Reg. Germ. c. 10. sect. 10 num. 15.* Quin & sua privilegia habent in Academiis discentes, quæ exprimuntur in *auth. habita C. ne filius pro patre.*

98. Nunc ad rem nummariam. Olim negotiatio mercium permutatione fiebat; sed quia non semper, nec facilè occurrit, ut cum tu haberes, quod ego desiderarem, in vicem haberem, quod tu accipere velles, electa materia est, cujus publica & perpetua æstimatio difficultatib. permutationum æqualitate quantitatis subveniret, ea materia forma publica percussa est *l. 1. pr. ff. de contrah. emt.* Ex necessitate itaque monetæ sive nummi usus in Rep. repertus est *Aristot. lib. 1. Polit 9.* quia numus commensurabiles inter se facit res atque adequat. Et quoniam Majestatis est prospicere, ne occasione monetæ Respub. quid detrimenti patiatur, *Arnis. de jur. maj. lib. 2. c. 7. n. 2.* idcirco meritò inter regalia majora JUS MONETÆ die Müntzgerechtigkeit refertur *Kamman, regal. disp. 6 th. 15. & seqq. Carpz. in pract. crim. p. 1. q. 42. n. 2. & quæst. 43. n. 5. & de L. Reg. Germ. c. 8 s. 7. n. 5.* Quippe JUS CUDENDÆ MONETÆ publica, & potestas CONCEDENDI aliis magistratibus jus informandæ monetæ publicæ soli competit Imperatori *lib. 2. C. de f. mon. lib. 1. C. de* nuls.

vet. nummum, pot. lib. II lib. 2. F. tit. 56 in verbo: moneta Arum. ad A. B. disc. 9. n. 10. Rocir. de regal. c. 2. n. 216. Nec privatus id jus petere sub pœna arbitraria potest, l. fin. C. de fals. moneta.

99. Unde sive moneta cudenda, sive mutanda, sive reprobanda, sive ei æstimatio valorque certus constituendus sit, imperiali authoritate opus est, quæ & qualitatem monetæ dare potest, quantum auri argenti alteriusque metalli debeat admisceri Sixtin. de regal. lib. 2. c. 7. n. 31. & seqq. Arnis. de jur. maj. lib. 2. c. 7. num. 7. Kamman. regal. disp 6. th 12. & seqq. Besold. 1. Polit. 4. n. 5. & seq. & de maj. sect. 3. c. 8 n. 6. Carpzov. de L. Reg. Germ. c 8. s. 7. n. 2. Hodie in Imperio hoc regale Principes & Status plerique usurpant Reichs Abschied zu Nürnberg de anno 1524. §. dergleichen hat: & de anno 1570. §. als denn auch & nonnullæ civitates auream monetam cudunt Zas. epit. feud. p. 5. n. 14. quod quidem jus partim habent ab Imperatoribus privilegio, partim diuturna consvetudine adquisiverunt Mynsing. cent 4 Obs. 24. Nemini tamen sese extra consensum Electorum esse concessuros Imperatores in capitulatione promittunt Carpz. pract. crim. p. 1. q. 41. n 17 & de L. Reg Germ. c. 8. n. 29. videatur capitulatio Ferdinandi II. v. 33. & Ferdinandi III. v. 37.

100. Qui ergo adulterinam monetam cudit, læsæ Majestatis reus & flammis exurendus est, l. 2. C. de fals. mon. Peinliche Halsgerichts Ordnung art 120. Damhoud. in praxi crim. c. 65. Pet. Denais. injur. cam. t. 192. n. 21 Carpzov. jurispr. for. p. 4. const. 1. def. 16. n. 10. Cujus accusatio publica est Denais. ibid. n. 15. Nec interest, aurea an argentea sit moneta Sixt. de regal. lib. 2. c. 7. n. 122. & seqq Kamman. disp. regal. 6. th. 30. Quæ pœna extenditur etiam in eum, qui cudentibus & falsificantibus auxilium & opem præstant Carpzov. pract. crim. p. 1 q. 41. n 66 & seqq. & domus, etiamsi sit aliena, in qua moneta falsa sciente domino cuditur, fisco vindicatur, Peinliche Halsgerichts Ordnung art. 111. Carpzov. d. loco n. 118.

101. Præterea & lege Cornelia de falsis falsificator monetæ tenetur l. lege 9 in pr ff. ad L. Corn. de fals. Falsi item reus est, qui nummos aureos partim raserit, partim tinxerit vel finxerit, l. quicunq. 8. ff. eod. & morte, corpore, bonis multatur, Denais. d. tit 192 n. 14. Eadem lege & tenentur adulteratam ab aliis monetam expendentes, l. Lege Cornelia 9. §. 1. & 2 ff. ad L. Corn de fals. d. art. 111 tum etiam scienter prædicta crimina dissimulantes nec indicantes duabus marcis auri puniuntur ex edicto monetario de anno 1559. §. hierauff setzen Sixtin, d. c. 7. n. 132.

102. Sed

102. Sed cum dupliciter crimen falsæ monetæ committatur, ratione materiæ, & ratione formæ, prædictæ pœnæ locum habent, si ex vitiosa materia falsa moneta cusa sit: mitius cum illo est agendum, qui falsæ monetæ crimen ratione formæ committit; nempe si 1. fabricat monetam absque privilegio à Cæsare impetrato. 2. imponit signum alienum suæ monetæ. 3. adimit justum pondus. 4. resolvit monetam grandiorem justo modo formatam. Ubi pœnam arbitrariam sufficere voluit Imperator in der peinl. Halsgerichts-Ord. *art. 111.* quæ plenius tractat *Carpz. d. part. 1. q. 42. n. 1. & seqq.*

103. Lege etiam Cornelia de falsis tenetur, qui mensuras vini vel frumenti publicè probatas corruperit *l. pen. §. 1. ff. ad L. Corn. de fals.* Hinc ratio PONDERUM, MENSURARUM, MODIORUM & ULNARUM, itemque ANNONÆ PUBLICÆ CURA cum præcedente rei nummariæ regali connecti solet, *Kamman. de regal. disp. 6. th. 42. Besold. de majest. sect. 3. c. 8. n. 9.* Mensuris autem quantitatem modumque dicere vel imponere soli Principi licet *l. modios 9. C. de susceptorib. lib. 10. Gothof. ad d. l. pen. §. 1.* mensuræ ergo ponderum & ulnarum jus publicum est, & inter regalia refertur à *Knichen de sublimi jur. territ. c. 4. n. 232. Besold. 1. Polit. 4. n. 43. & de maj. d. n. 9.*

104. Et hactenus quidem majoribus regalibus expeditis, antequam ad minora progrediamur, monendum, quædam regalium minorum albo accenseri, quæ aliâ consideratione ad majora reducuntur. Siquidem unum regale diversa ratione utriusque indolis est, *Sixtin. de regal. lib. 1. c. 2. n. 51.* Et distincta hæc cum sint, distinctè etiam explicanda veniunt; primum ergo eadem quatenus ad majora referantur, proponemus, post ubi ad minora venerimus, eorum tractatio peculiaris, quatenus minoribus adscribantur, non erit incommoda.

105. Horum primum sunt ARMANDIÆ 2. *Feud. tit. 56.* Quæ vox rejectis aliorum derivationibus deducitur ab armandis hominibus *Arnis. de jur. maj. lib. 2 c. 5. n. 2.* Et Armandias accipimus hoc loco pro jure habendi fabricas armorum bellicorum & armamentaria publica. *Cujac ad d. t. 56. Peregr. de jur fisc. lib. 1. t. 1. n. 14. Sixtin. de regal. lib. 2. c. 1. num. 5. Vult. de feud. lib. 1. c. 5. n. 7. Arum. disp. feud. 4. th. 17. Bocer de regal. cap. 2. n. 138. Arnis. d. loco Besold. de maj. s. 3. c. 6. n. 4.* Esse autem hoc jus regale solis Principibus competens apparet ex *Nov. 85. Peregr. & Sixtin. dd. locis.* Unde & armorum usus privatis interdictus est *Nov. 17. cap. fin. lib. 2. F. t. 27.*

n. 27. §. *5.* Nam teſte Ariſtotele *lib. 7. Polit. 9.* οἱ τῶν ὅπλων κύριοι καὶ μένειν καὶ μὴ μένειν κύριοι τὴν πολιτείαν. Et neceſſario ſunt Principi arma πρός τε τὴν ἀρχὴν τῶν ἀπειθούντων χάριν καὶ πρὸς τοὺς ἔξωθεν ἀδικεῖν ἐπιχειροῦντας id. *lib. 7. polit. 8.* Cæterum an ſubditis armorum uſus ſit concedendus diſſerit contra Politicos *Thom. Campan. de Hiſpan. Monarch. c. 9.* ubi affirmativam tuetur.

106. Secundum ſunt VIÆ PUBLICÆ. Principi enim jus eſt cogendi magiſtratus territorii cujusque ut vias publicas & muniant, & à malis hominibus purgent, *l. præſes 3. & l. congruit. 13. in pr. ff. de offic. præſid l. pen. C. de privileg. Dom. Aug. lib. 11. Arum. ad A. B. diſc. 1. th. 11.* Et ut diſpoſitos habeant ſtationarios milites, ad tuendum popularium quietem, *l. 1. §. 12. ff. de Off. præf. urb.* Publicè enim utile eſt, ſine metu & periculo per itinera commeari. *l. 1. §. 1. ff. de his qui effud. vel dejec.* Atque hoc caſu Viæ publicæ inter majora Regalia collocantur *Sixtin. de regal. lib. 2. c. 2. n. 9. Bocer. de regal. c. 2. n 144. Kamman. reg. diſp. 5. th. 32. Carpz. pract. crim. p. 3. q. 110. n. 43.* Ad reſtitutionem autem damni per vias publicas illati dominus territorii tenetur maximè ſi pedagium exigat, *Gail. 2. obſ. 64. Mynſing. cent. 5. obſ. 70. Borcholt. ad c. quæ ſint regal. n. 28. Arniſ. de jur. maj. lib. 3. c. 5. n. 1. v. quod enim Carpz. pract. crim. p. 2. q. 91. n. 59.* Quod verum eſt, ſi viator à via regia non deflectat. *Gail. ib. n. 11. Mynſing. d. loco n. 4. Matth. Stephan. de jurisd. lib. 2. p. 1. c. 7. n. 405. & Carpz. d. loco.* qui & requirit, ut Princeps dederit ſalvum conductum *n. 60 & ſeqq.*

107. Tertium ſunt FLUMINA NAVIGABILIA, quæ ad majora regalia ſpectant, quatenus publicè coactis operis ad commodiorem navigationem ripæ muniuntur, *Bocer. de regal. c. 2. n. 163. Kamman. regal. diſp. 7. th. 16.* Habet enim Imperator ſuper fluminibus ſupremam jurisdictionem, licet uſus eorum ſit communis, *Sixtin. de regal. lib. 2. c. 3. n. 34. & 35. Vult. de Feud. lib. 1. c. 5. n. 7. verſ. flumina. Rauchbar. p. 1. q. 23. n. 5.* Inde ob uſum navigationis in publicis fluminibus molendinum, pontem, vel alia ædificia exſtruere non eſt licitum *l. 1. & 2. & t. t. ff. ne quid in loc. pub. vel it. fiat.* niſi id fiat cum licentia Principis, *d. l. 2. §. ſi quis à Principe.* Eadem etiam obtinent de ALVEO FLUMINIS, qui regalibus annumeratur, *Peregr. de jur. fiſc. lib. 1. t. 1. n. 23. Schneidew. in §. quod ſi naturali n. 2. Inſt. de R. D. Sixtin. de regal. lib. 2. c. 3. n. 23.* Quid? quod eſt ipſa INSULA IN FLUMINE NAVIGABILI nata hiſce re-

X gali-

galibus adsocietur *Sixtin. de regal. c. 3. n. 29. Kamman. d. disp. 7. n. 16.* Et potest Princeps in flumine publico Insulas nondum natas sibi jure assignare, *Carpz. jurispr. for. p. 3. c. 31. d. 13.*

108. Fluminum naturam sequuntur PORTUS, quæ quartum hic locum obtinent, circa eos Imperator non minus, quàm circa flumina disponere potest, *Capoll. de servit. rustic. præd. c. 28. Borcholt. ad c. quæ sint regal. n. 39.* Est autem portus locus conclusus, quo importantur merces, & inde exportantur, & nihilominus est statio conclusa & munita *l. 59. ff. de V. S.* ut ibi naves simul tutò stare, & à ventis procellis & piratis tutæ esse possint; *l. 1. §. stationem 13. ff. de flumin ne quid in flum. pub.* Ad cujus conservationem & reparationem quilibet etiam privilegiatus conferre tenetur *l. ad portus 7. C. de operib. publ.* Et tanto magis ad Principes & Dominos territoriorum pertinent Portus, quanto facilius cum onerariis navibus classis quædam hostilis una subvehi, aut alia non admittenda mercimonia una subvehi possunt *Arnis. de jur. maj. lib. 3. c. 5. n. 3. Kamman. regal. disp. 7. th. 46.*

109. Quintum constituunt RIPATICA. Per ea hoc loco intelligimus omnia jura publica, quæ Princeps habet in ripis publicorum fluminum, vel respectu vectigalium, vel respectu aggerum, vel etiam respectu juris transfretandi de ripa ad ripam, *Peregrin. de jur. fisc. lib. 1. t. 1. n. 24. Kamman. regal. disp. 11 th. 7. & seq.* Ob securitatem enim publicam non quilibet sibi jus transfretandi de ripa ad ripam attribuere potest, sed ii solum, qui hoc specialiter à Principe impetrarunt, die mit der öffentlichen Fähre von der Obrigkeit belehnet sind. Quamvis autem ripæ ipsæ non censeantur inter regalia, cum earum usus sit publicus; protectio tamen & custodia ipsa regaliorum est *Gothofr. in not. ad c. quæ sint regal. verbo: ripatica.*

110. Sextum regale hujus ordinis est VECTIGALIA INSTITUERE, aut ALIOS HOC JURE IMPERTIRE *l. 1. C. nova vectigal. inst. non posse.* Et dicuntur vectigalia à Dd. esse de summo Imperio prout ex multis deducit, *Sixtin. de regal. lib. 2. c. 6. n. 4.* Aliud autem est nova vectigalia erigere, alind jam instituta exigere; hoc ad minora, illud ad majora regalia pertinet *Sixti. de regal. lib. 1. c. 2. n. 40. & lib. 2. c. 6. n. 42.* Constituuntur quippe vectigalia non nisi Imperatorum consensu, sine quo nec illa reformare, nec iis quidquā addere aut deminuere quidquam licet, *l. vectigalia 10. ff. de publ. & vectig. l. 3. C. vectigal. nova inst. non posse.* Et qui sine

sine Imperatoris permissu vectigal instituit, Lege Julia de vi publica tenetur, *l.fin.ff ad L. Jul.de vi publ.* tenetur etiam L. Jul.de ambitu *l.un.§.3.ff ad L Jul.de amb.* Quin & mandata sine clausula adversus eos, qui vel nova vectigalia instituunt, vel vetera augent, in Camera obtineri possunt *Sixt.de regal.lib.2.c.6.n.23.Matth.Steph.de jurisd.lib.2.p.1.c.1.m.2.n.95.& seqq.capitulat.Ferd.II.v.21.& moderni Imp.Invectiss.v.24.* Hodiè quoq; ad instituenda nova vectigalia præter Imperatoris auctoritatem requiritur consensus Electorum, R.A. *de anno 1576* §. Weiters sind wir auch *cum duob.seqq.Denais.in jur.Cam.t.321.Joach.à Beust.ad rubr.de jurej.n.170. Sixtin.de regal.lib.1.c.4.n.29.Kamman.regal.disp.11.th.48.Bocer.de regal.c.2.n.184.Lampad.de Rep.Rom.Germ p.3.c.10.n.17.Carpz.de L.Reg.Germ.c.8.n.10.& s.1.per tot.vide Capitulat.Caroli V.v.18 Ferdin.II.v.17.& seqq.& Ferdin.III.v.20.*

111. Septimum regale huc spectans est JUS COLLECTANDI, quod Princeps summus, & hodie Imperator, & Status Imperii in Imperio habent, quatenus nempe arguit summam potestatem collectas indicendi, *Sixtin.de regal.lib.1.c.12.n.22.* Equidem sunt Collectæ symbolum ac nota quædam superioritatis vel eminentiæ superioris *l.nulli 28.§.quod si in vico.C.de Episcop.& cler.c.2.extra de censib.Petr.Greg.de rep.lib.9.c.1.n.11.vers.non negatur.Sixtin.de regal.lib.2.c.14 n.21.Matth.Stephan.de jurisd.lib.2.p 1.c.7 n 457.Kamman.regal.disp.12.th.78.Besold.de maj sect.3.c.7.n 11.* Et jure regalium non solum competunt Imperatori, sed etiam Principibus aliis, & Statibus Imperii, ex privilegio, vel ex consvetudine, sive præscriptione. *Borcholt ad c.quæ sint regal.n.53. Sixtin.d.loco n.32.& seqq.Bocer.de collect.c.1.n.21.& de regal.c.3.n.218.v.cæterum.* Hodiè jure territorii & superioritatis ordinariæ in signum universalis dominii *Matth.Steph.de jurisd.d loco n.453.Carpz.de L.Reg.Germ.c.1.s.13.n.2.* Conrad von Einsidel *de regal.c.3.n.261.*

112. Hisce octavo accedunt CURSUS PUBLICI. Non parum enim facit ad Reip.securitatem & quietem popularium defendendam, si sciatur, quid in quolibet terræ angulo agatur, ideoq; cursus publici sive Postæ instituuntur. Hi enim maximam commoditatem præbent iter facientibus, aut literas alicubi mittentibus, & præterea fiscum (quo respectu tamen huc non refertur) ditiorem reddunt. Hos autem constituere, aut constitutos confirmare ad solum Imperat. spectat *tot.tit.C.de curs.pub.lib.12.& ibi Cuj.Sixt.de reg lib.2.c.13.n.42.Bocer.de regal.c.2.n.336.*

Arnis. de jur. maj. lib. 3. c. 5. n 1. v. sed unum. In Anglia & Gallia Regum authoritate introducti sunt. In Germania cuidam generales Postas per Belgium & Italiam constituere annitenti, ab Imperatore pro hujus juris sibi competentis tuitione interdictum fuit. *Sixtin. Bocer. Arnis. dd. locis, Matth. Steph. de juris d. lib. 2. p. 1. c. 1. m. 2. n. 112.*

113. Sequuntur minora Regalia, quæ & regalia fisci appellantur. Et sunt jura, quæ ad conservandum & augendum Imperatoris vel Reipublicæ fiscum pertinent *Boc. de regal. c. 3. n. 6. Peregr. de jur. fisc. lib. 1 t. 1. n. 9. Sixtin. de regal. lib. 1. c. 2. n. 45.* Distingvitur fiscus à patrimonio Cæsaris, quod hoc ejus privata bona *l. 2. C. de off. Com. rer. privat. l. fin. C. de agric. & man. dom. lib. 11.* Ille ejus publica bona denotet. Unde omnia, quæ fisci sunt, & Cæsaris, Principis aut Reip. sunt, sed non contra *Peregrin. de jur. fisc d. loco n. 9.* Regalia autem hæc cum *Arnis. de jur. maj. lib. 3. c. 2. n. 6.* & cum secuto *Kamman. regal. disp. 7. th. 5* in tres classes dispescimus, quarum prima publicos reditus; secunda bona ereptitia & caduca; tertia ea, quæ à bonis privatorum petuntur, continet.

114. Ad primam classem referimus ea, quorum paulò ante meminimus, quæque diversimodè & inter majora & minora locum sibi vendicant. Qualia primò sunt ARMANDIÆ, quatenus vectigal ex concessione de armis in publicis officinis fabricandis facta fisco præstatur. *Sixtin. de regal. lib. 2. c. 1. n. 6. Gothof. in not. ad c. quæ sint regal. in voce Armandiæ.* Eodem respectu & VIAS PUBLICAS & FLUMINA NAVIGABILIA minoribus regalibus adsociamus *Kamman. reg. disp. 9. th. 6. & 10. & 16.* prout nimirum reditus omnes ex viis publicis dependentes, & omnis utilitas ex decursu fluminum proveniens ad fiscum pertinent. *Cujac. ad c. quæ sint regal. Gothof. ad d. c. ad voc. & ex quib. fiunt navig.* Et potest Princeps vectigalia à navigantibus per flumina publica & transeuntibus per vias publicas exigere. *Peregrin. de jur. fisc. lib. 1. t. 1. n. 22.* Huc spectant etiam CURSUS PUBLICI sive POSTÆ, quoad utilitatem quam fisco Principis inferunt *Kamman. d. disp 7. th. 14.* Sanè in Gallia omnis ille proventus Regis est, qui etiam exinde ad eos cursus homines & equos alit, & ad iter expediendum necessaria instituit. *Arnis. de jur. maj. lib. 3. c. 1. n. 1 sub fin Kamman. d. l. th. 15.*

115. PORTUS est de minoribus Regalibus ratione vectigalis, quod ex navium statione fisco Imperatoris solvitur *l. inter publica 17.* [illegible] *§. publi-*

§. *publica ff. de V. S. Sixtin. de regal. lib. 2. c. 4. n. 11. Kamman. regal. disp. 7. th. 51.* Hujus loci sunt RIPATICA das Strand-Geld/non quidem ratione proprietatis, qua ad tertiam classem essent referenda cum *Kamman. regal. disp. 11. th. 4.* Sed respectu usus, qui publicus est *l. riparum. 5. ff. de R. D. & §. 4. Inst. eod.* Ripaticum est vectigal illud, quod navigantes per flumen publicum ob id solvunt, quod ripam nave appellunt, & ad eam morantur, consistuntque aliquandiu, *Bocer. de regal. c. 3. n. 138.* Vel etiam sunt proventu & commoda, quæ tanquam vectigal occasione riparum percipiuntur *Sixtin. de regal. lib. 2. c. 5. n. 9.* Quo pertinet etiam naulum das Fehr-Geld / quod pro navibus trajectoriis solvitur *Kamman. d. loco. th. 8.*

116. In hunc censum veniunt ARGENTARIÆ *d. c. quæ sint regal.* quibus non solum argenti, sed omnis generis metalli fodinas significamus *Sixtin. de regal lib. 2. c 16. n. 23. Bocer. de regal. c. 3. n. 166. v. quod autem Arnis. de jur. maj. lib. 3. c 5. n. 4. v. comprehendit Kamman. d. disp. 7. th. 88. & th. 98. & seq.* cujus conditionis etiam sunt venæ lapidum pretiosorum *Peregrin. de jur fisc. lib. 4. t. 2. n. 13. Rauchbar. p. 1. q. 22. n. 6.* Et metalla in solo publico reperta ad Principem pertinent, servata parte inventori ad exemplum thesauri, si in fundo privato, eorum decima debetur fisco *Peregr. ibid n. 11. & seqq. Sixtin. d. l. n. 45.* Quanquam hîc consuetudo cujusque loci sit intuenda *l. 1. C. de metallar. lib. 11.*

117. Et licet olim argentariæ in patrimonio privatorum fuerint, *Cujac. 13. obs. 11.* quod & innuunt *l. item 9. §. 3. l. si cujus 13. §. inde & quæsitum 5. ff. de usufr. l. sed si 3 §. fin. & l. seq. ff. de rebus eorum qui sub tut. vel cur. &c.* Tamen hodie, de consvetudine Germaniæ, secundum Practicos, fodinæ metallicæ omni ex parte Regalib. annumerantur, nec quisquam vel in proprio fundo metalla quærere potest, nisi prius ab Imperatore vel alio, qui hoc jus ab Imperatore specialiter in feudum tenet; sit investitus *Carpz. jurispr. for. p. 2. const. 53. def. 1. n. 9. & seqq. Schultz. syn. feud. c. 7. n. 176 cum allegatis.*

118. Horum numero veniunt & PALATIA eine Burg/ Schloß/ sive κατ' ἐξοχὴν ein Hauß/ *c. quæ sint regal.* Et solius Imperatoris sunt, aut quibus ille concedit, *l. quicunq. 17 C de operib publ. l. nulli judicum 14. C. de off. Rect. prov.* siquidem privatorum usibus prorsus eximuntur *l un. C. de palat. lib. 11.* & imperio magna ab universis secreta debentur, *d. l. quicunque.* Et ut olim Imperatores sua habuerunt palatia civitates

majores, ita & in Germania Imperatorum palatia celebrantur Aquisgranum, Goslaria & Castrum Noribergense *Sixtin. de regal. lib. 2. c.* [illegible] *20. & seqq.* Hodie Imperii Principes, Comites & alii jure superioritatis ea palatia exstruunt, ut Imperatoriis palatiis magnitudine & splendore minimè cedant.

119. Palatiis annectuntur REDITUS PISCATIONUM qui [illegible] regale minus constituunt *c. un. quæ sint regal. Peregr. de jur. fisc. lib. 8* [illegible] *Vult. de feud. lib. 1. c. 5. n. 7. v. 18.* Iis intelligimus non jus piscandi, quod [illegible] privati juris, sed vectigal piscatorium, quod ex piscatione in mari [illegible] fluminibus publicis fisco Imperatoris solvitur *Rodericus Suarius in* [illegible] *primo de usu maris n. 11. & 12. quod annexum est Straccha tractatui de mercatura. Sixtin. de regal. lib. 2. c. 18. n. 32. Bocer. de regal. c. 3. n. 141.* Quod & innuitur vocabulo piscariarum *l. inter publica 17. §. 1 ff. de V. S.* nec solum de piscibus in aquis publicis, sed in fluminibus, lacubus, & stagnis privatis captis hoc vectigal deberi asserit *Bocer. d. loco n. 148.* quem sequitur *Conrad* von Einsiedel. *de regal. c. 3. n. 340* quod tamen fallit in piscibus custodiæ causa impositis *Sixtin de regal. lib. 2. c. 18. n. 29. Conrad* von Einsiedel *d. loco n. 141.* Non prætermittendum etiam quod *Cujac. ad d. c.* pro vocabulo piscariarum *in d. l. 17. §. 1. de V. S.* substituat dictionem picariarum. Licet equidem ipsæ PICARIÆ regale sint *Sixtin. d. loco n. 2. Conrad* von Einsiedel *de regal. c. 3. n. 334.* nec absurdus ex hac suppositione vocis eliciatur sensus, vulgaris tamen lectio retinetur.

120. Piscationi affinis est VENATIO, de cujus jure disceptatio est inter JCtos, sitne inter regalia computandum necne? Nos non attento jure civili quo venari cuilibet est concessum non solum in suo, sed & alieno fundo *l. 3. §. 1. ff. de adquir. rerum dom. §. feræ 12. Inst. de R. D.* de consvetudine Germaniæ jus venationis Regalibus accensemus, *Sixtin. de regal lib. 2. c. 18. n 45. Bocer. de regal. c. 1. à n. 30. usq. ad 52. Arnis. de jur. maj. lib. 3 c. 4. n. 11. Besold. 1. Polit. 4. n. 41. Matth. Stephan. de jurisd. lib. 2 p. 1. c. 7. n 443. & seq. Arum. disp. feud. 4 th. 15. Carpzov. jurispr. for. p. 2. c. 3* [illegible] *25 n. 3. & in pract. crim. p. 2. q. 54. n. 23. & seq.* Mores enim ubique jus gentium subegerunt, adeò ut ne in flumine quidem publico piscari, neque in agris liberè venari aut aucupari liceat, *Cujac. 4. observ. 2. Gothof. ad l. 3. § 1 ff de A. R. D.* Et nemini privato hodie etiam in suo fundo venari conceditur; *Sixtin. d. loco Matth. Stephan d. loco n 444. Carpz. jurispr for p 3.* [illegible] *32. d. 17.* Sane ab Imperatore hodie in investituris feudorum specialiter jus venandi (Wildbann) Principibus & nobilibus vasallis pro-

bene-

beneficio concedi ſolet *Cujac.ad §.nemo retia.tit.27.F.lib.2.Carpz.ov.pract. crim p.2.q 84.n.22.* qui Modeſtini Piſtoris in hunc ſenſum verba Germanica allegat.

121. Huic juri plerumque annexum eſt JUS FORESTALE das Forſtrecht/ differ tamen ab eodem, & conſiſtit in cura ſylvarum & nemorum *Kamman. regal. diſp. 7. th. 82.Carpz.d.loco.* Illud jus qui habet, ſaltuarios conſtituere poteſt. Oberförſter/ oder Forſtmeiſter und Forſtknechte. Item prohibere, nec arbores excidantur, & multare contra facientes, *Bocer.de regal c 1.n 69.Matth.Stephan. de jurisd.lib.2.p.1.c.7.n 432.& seqq.Kamman.d loco.* Atque hæc duo unum totum conſtituunt, quod vulgò appellari ſolet Förſtliche Obrigkeit, *Bocer.& Carpz.dd.locis.*

122. Secunda Claſſis continet bona EREPTITIA & CADUCA. Caducum propriè antevertitur, antequam in poſſeſſionem alicujus veniat. Ereptitium aufertur ex jam poſſeſſis, ut diſtinguit Cuntius, quem allegat *Arniſæus de jur.maj. lib 3.c.6.n.1. Kamman.regal. diſp.8. thes. 1.* Nec multum abeſt *Matth Steph de jurisd lib.2.p.1.c.7.m.1.n.137.* Ereptitiorum nomine veniunt BONA PUBLICANDA; namque ut generaliter dicam, JUS BONORUM PUBLICANDORUM de regalibus eſt *Peregr. de jur.fisc.lib.5 t.1 n 30.Vult.1.de Feud.5.n.7.v.XIII.* Qualia primò ſunt BONA COMITENTIUM CRIMEN MAJESTATIS, quæ Regalibus adſcribuntur *c. quæ sint regal.* In iis ergo caſibus, cum bona ipſo jure publicantur, ex die delicti commiſſi fructus ad fiſcum pertinent quaſi ad dominum *l.& ex diverso 31.§ 1.ff. de rei vin.* & poteſt fiſcus res alienatas etiam titulo oneroſo vindicare abſque pretii reſtitutione, *arg.l.si mancipium 23 C.de rei vind.& l.incivilem 2.C. de furt. Peregr. de jur. fisc.l.5.t.1.n.173.* Hujuſmodi ut & aliorum publicatorum bonorum petitiones quamvis ſublatæ ſint, *t.t.C.de petitionibus bon. sublat.lib 10.* inverecunda tamen ſæpe aulicorum importunitas, Principum liberalitatem juſtam antevertit, adeo ut citius donata, quam de crimine pronunciatum ſit, & bona publicata inveniantur.

123, Ereptitiis etiam adjunguntur BONA CONTRAHENTIUM INCESTAS NUPTIAS *c. quæ sint regal.* quæ ipſo jure publicantur, ita ut illorum dominium in fiſcum tranſeat *auth.incestas C. de incest nupt.Nov.12 c 1.Peregr.de jur fisc.lib.4.t.5.num 16. Sixtin de regal. lib.2. c.11.n.36.* quamvis ſimul opus ſit ad avocandam poſſeſſionem ſententia declaratoria facti *Peregr.d.t.5.n.8.Gail.de pac.pub.lib.2.c.3.num.8.& seq.*

VVurmbs,

VVurmbs.lib.1.tit.50.obs.3 n.3.Sixtin.d.loco. n.37. Et hæc vera sunt, nisi extent liberi justi ad tertium gradum, parentes ad secundum; item frater, soror, patruus & amita *l. si quis incesti 6. cum auth. seq. C. de incest. nupt. d. Nov 12 c.1.& 2.Borch.ad c.quæ sint regal.n.80.Vult.1.de feud.c.5.n 7.v.XI.Bocer.de regal.c.3 n.56.*

124. Liberi itaque ex incestis nuptiis procreati non sunt in potestate parentum, *d. l. si quis incesti §. si adversus 12. Inst. de nupt.* nec alendi de jure civili, *Nov. 89. §. fin.* Secus de jure Can. ut æquiore *c.cum haberet 5. extra de eo qui duxit in matr. quam per ad. poll.* quod & hodie obtinet *Gail. 2. obs. 88. n 4.* Quia alimenta denegans necare videtur, *l. necare 4 ff. de lib. agnosc.* Et ut liberi hi parentibus non succedunt, neque ex donatione inter vivos, vel ex ultima voluntate patris vel matris per se vel per interpositam personam capere possunt, *d. l. si quis incesti*; ita parentibus hi liberi nihil, relinquere possunt, *Sixtin. de regal. lib. 2. cap. 11. num. 15.*

125. Hisce subnectuntur *in d. c. quæ sint reg.* BONA DAMNATORUM & PROSCRIPTORUM. Damnati sunt, qui ob crimen aliquod capite damnati, tacito jure ipsa damnatione bona sua amittunt. Proscripti sunt criminis alicujus rei, quorum bona non nisi per sententiam expresse publicantur *Cujac. in Pand. C. tit. de bon. prosc. seu damn. Bocer. de regal. c.3 n.60.* quamvis alii eos aliter describant, ut sunt *Borch. ad d. c. n.81. Sixtin. de regal. lib. 2. c. 12. n. 3. Matth. Steph. de jurisd. lib. 2. p. 1. c. 7. m. 1. n. 152. & seq.* Eorum autem bona fisco vindicantur, si non exstent adscendentes & descendentes usque ad tertium gradum inclusive, *Nov. 134. c fin.*

126. De collateralibus idem statuunt communiter Dd. *Peregr. de jur. fisc. lib. 5. t. 1. n. 4. Borcholt. ad d. c. quæ sint regal. n. 93. Vult. de feud. lib. 1. c. 5. n. 7. v. XII. Arum. disp. feud. 4. th. 20.* allegantes authenticam *bona damnatorum C. de bonis proscript. seu damn.* ab Irnerio insertam, à quibus dissentiunt *Treutl. vol. 2. disp. 31. thes 7. lit. b. Sixtin. d. loco n 25. & seqq. Matth. Stephan. d. loco n. 157. Bocer. de regal. c. 3. n. 71. & seq. Kamman. regal. disp. 9. thes. 12.* Sed ab eo, quod jure communi de confiscatione bonorum receptum est, recessum esse generali consvetudine, excepto crimine Majestatis & hæreseos, tradit *Peregr. de jur. fisc. lib 5. t. 1. n. 8. Matth. Stephan. d. l. n. 169. Schultz. syn. feud c. 7 n. 169. v. sane hodie.* Quod sine omni exceptione verum esse cum *Sixtin. d. c 12. n. 93. & seq* recte negamus, ut in disquisitione patebit.

127. Ere-

127. Ereptitiorum numero sunt, BONA QVÆ INDIGNIS AUFERUNTUR *l.cum tacitum penult.ff.de jur.fisc.* quæque regalibus fisci adponuntur *c.quæ sint regal.lib.1. in pr. & l.edicto 13.§ pen.ff.de jur.fisc.* Differunt indigni ab incapacibus. Indignus plus juris habet, quam incapax *Peregr. de jur.fisc.lib.3.t.1.n.3.Sixtin. de regal.lib.2.c.10.n.4.* quippe quod INDIGNUS sit, qui ex defuncti hæreditate aliquid & capere potest, & capit etiam, sed quod cepit retinere non potest, quod vel testator vel lex ipsum eo indignum judicavit.*Bocer.de regal.c 3.n 39.Kamm. regal.disp.10.th.3.* INCAPAX est, cui relicta ab initio inutilia sunt, & pro non scriptis habentur. *l.cum quidam 12.ff. de his quæ ut indign.& lib.3. ff.de his quæ pro non script.hab.* Indignus ergò est capax jure, incapax effectu; incapax verò est incapax jure & effectu, *Cujac, in Pand. C.de his quib.ut indign.* Indignitatis causæ legibus sunt definitæ *Peregr. de jur. fisc.lib.2.t.2.n.2.Sixtin de regal lib.2.c.10.n.2.* Indignos eos, quibus lex adimit hæreditatem & eam fisco defert, plenius recensent *Peregr. de jur. fisc.lib.2. à t.2.ad finem libri secundi.& Sixtin.de regal.lib.2.c.10. à n.13. usq. ad n 92.* In capax non ita facilè locum fisco facit, nisi si eidem tacitè & clam relinquatur *l.1 in pr.l.non intelligitur 3. in pr ff. de jur. fisc. l. in fraudem 10.in pr.ff.de his quæ ut ind.auf.*

128. Huc referuntur MULCTARUM POENARUMQVE COMPENDIA, quæ ad jus fisci pertinent *l.mulctarum 5.l.fin. §.4. C.de modo mulct.* & regalibus adscribuntur *c. quæ sint regal..* Differunt autem pœna & mulcta, nam pœna est certa & à lege constituitur; mulcta verò est in certa & arbitrio judicis indicitur, *l.aliud 131.§.1 ff de V.S. Sixtin.de regal.lib.2.c.8. n. 15.* Inde à mulcta appellatur regulariter; à pœna non item, quia legis gravamen est, *l. si qua pœna 244. ff. de V.S.* alias differentias recensent *Peregr.de jur.fisc.lib.4.t.8. n 2 Sixt.d.loco n 4. & seqq.Borchols ad d.c.n.65.Matth.Steph de jurisd.lib.2.p.1. c.7.m. 1.n.230.& seq.* Non tamen omnis pœna statim fisco adjudicatur, sed ea tantum, quæ pro crimine extra ordinem vel publico judicio infligitur, *Peregr. d.t.8. n.5.& n.13.Matth.Steph.d loco n.240.Boc.de regal.c.3.n.17. Arum disp. feud.4.th.20.Kamman.regal.disp.8.th.33.* Et sæpè inter partem læsam & fiscum pœna decernitur, atque ita in Camera Imperiali & aula Cæsaris decerni solere tradit *Sixtin.de regal. lib.2.c.8 n.86.*

129. De moribus hodiernis compendia multarum pœnarumque censentur esse fructus jurisdictionis, & magistratibus debentur,

Peregrin. de jur. fisc. lib. 6. t. 5. n. 43. VVesemb. in Pandect. C. de modo mulct. n. 6. Arnis. de jur. maj. lib. 3. c. 6. n. 17. Matth. Steph. de jurisd. lib. 2. p. 1. c. 7. m. 1. n. 241. Arum. disp. feud. 4. n. 20. quanquam de jure civili hæc doctrina vix subsistat *Bocer. de regal. c. 3. n. 19.* Quin & hodie Principes inferiores, civitates Imperiales, Comites, Barones & Nobiles concessione Imperatoris vel præscriptione hæc compendia sibi adquisiverunt *Bocer d. loco n. 18. Kamman. de loco th. 37. Conrad,* von Einsiedel *de regal. c. 3. n. 118.*

130. Regalibus fisci adduntur BONA EORUM, QUI SIBI MORTEM CONSCIVERUNT *l. qui rei 3. ff. de bon. eorum qui ant. sent. l. 1. & 2. C. eod. l. in fraud. 45. §. 2. ff. de jur. fisc. l. 2. C. qui testam. fac. poss.* sed requiritur, ut metu futuri supplicii ex sola criminis conscientia se interfecerint *d. l. qui rei 3. in pr. d. l. 45. §. 2. & l. 1. C. de bon. eorum, qui ante sent.* & si eo crimine nexi fuerint, ut si convincerentur, bonis careant, *d. l. qui rei §. 1. & §. 3. Peregrin. de jur. fisc. lib 4. t. 4. n. 1. Joachim. à Beust. in repet. l. admonendi 31. ff. de jurejur n. 1180. Conrad* von Einsiedel *de regal. c. 3. n. 219.* Qui ergo doloris impatientia, æris vel alieni, aut vitæ tædio, aliâve de causa mortem sibi intulerint, heredem habent ex testamento, vel ab intestato *d. l. qui rei §. 4. & d. l. 45. §. 2.*

131. Ad secundam classem & CADUCA referuntur, cujusmodi sunt BONA VACANTIA *per text. in c. quæ sint regal. l. quidam 96. §. 1 ff. de legat. 1. tot. tit. C. de bon. vacant. lib. 10.* Et sunt bona illius defuncti, qui nullum ex qualibet sangvinis linea vel juris titulo legitimum reliquit intestatus hæredem, vel bonorum possessorem, *l. vacantia 4. d. t. C. Bocer. de regal. c. 3. n. 27.* Ut ergò bona vacantia sint, requiritur, ne testamentum ad sit, nec supersit ex qualibet sangvinis linea hæres, *l. filiusfam. 114. §. 2. ff. de legat. 1 l. 1. & l. 4. C. de bon. vacant. lib. 10.* nec ex juris titulo alii sint hæredes, ut sunt adoptivi & arrogati §. *sed hodie 2. & §. sed si quis 7. Instit. de adopt. l. 1. § fin. ff. de suis & legit. hered. l. cum in adoptione 10. C. de adopt.* & conjuges, *t. t. ff. unde vir & ux.*

132. Succedit itaque fiscus duobus modis, primum quando ab ipso defuncto est institutus hæres: deinde quando deficit legitimus successor *d. l. vacantia.* Et capit fiscus ea bona cum onere suo, ut satisfaciat creditoribus, *l. si marito 31. ff. solut. matrim,* & præstet legata,

&

& fideicommissa, *d. l. quidam 96. §. 1. ff. de legat. 1.* In feudis tamen hisce casibus fiscus non succedit, sed dominus feudi *c. un. §. etsi. lib. 1. Feud. t. 13.* Et de jure Saxon. bona vacantia ad judices deferuntur, qui jure fisci utuntur, *Wesembec. Pandect. ff. de jur. fisc. in fin. Carpzov. jurispr. for. p. 2. c. 14. th. 61.*

133. Jam etiam de THESAURO. Hujus dimidium in loco Cæsaris inventi, non data opera vel loco religioso fisco vindicatur, & regalibus minoribus accensetur *c. quæ sint regal. l. non. intelligitur. 3. §. si in locis 10. ff. de jur. fisc.* cujus juris rationem reddit *Bachov. ad §. thesauros 39. n. 4. Inst. de R. D.* Totus autem est Cæsaris, si fuerit inventus data opera *d. §. thesauros 39. d. c quæ sint reg.* vel artibus magicis *l. un. C. de thesaur. lib. 10.* nisi dicto modo in privati fundo repertus sit, quo casu domino loci cedit *d. l. un. v. quod si nobis C. de thesaur. lib. 10.*

134. Verum cum hodiè loca sacra & religiosa non amplius sint in nullius bonis, sed in Dominio Ecclesiæ, dimidium illud thesauri, aut si data opera, aut arte magica fuerit inventus, totus est Ecclesiæ *Joh. Fab. ad d. §. thesauros 39. n. 4. & ibid. Schneidevv. n. 9. VVesemb. n. 6. Peregrin. de jur. fisc. lib. 4. t. 2. n. 7. v. verum apud nos. Sixtin. de regal. lib. 2. c. 21. n. 38. & seqq. Arnis. de jur. maj. lib. 3. c. 6. n. 24.* Eamque sententiam communiter à Dd. receptam esse tradit *Sixtin. d. loco.* ne sit deterior conditio Ecclesiæ quàm privati *Arnis. d. loco.* Qui verò in loco fisci thesaurum invenerit, & partem ad fiscum pertinentem suppresserit, totum cum altero tanto cogitur solvere *l. 3. §. fin. ff. de jur. fisc.*

135. Hic examinanda quoque veniunt duo illa jura, in Gallia & aliis regnis usitata, qualia sunt BONA PEREGRINORUM ibidem morientium, de quibus supra *th 85.* Et BONA NAUFRAGORUM *Joh. Fab. in §. fin. circa fin. Instit. de R. D. Sixtin. de regal. lib. 2. c. 3 n. 31. & seqq. Arnis. de jur. maj. lib. 3. c. 6. n. 19.* Sed alterum jus hospitalitatis, quod Christianis religiosè observandum est, violat *Arnis. d. loco. n. 20.* Alterum verò afflicto addit afflictonem, quod est inhumanum, *arg. §. fin. Inst. de action. l. jure succursum 6. in pr. ff. de jur. dot.* & juri naturali & æquitati repugnat: quod enim jus habet fiscus in aliena calamitate, ut in re tam luctuosa compendium sectetur, inquit *Constant. in l. 1. C. de naufrag. lib. 11.* confer. *l. ne quid 7. ff. de incend. ruin. & auth. navigia C. de furt.*

136. Qui ergo naufragorum res surripiunt, aut lucrantur, in quadruplum naufragium passo & in tantundem fisco condemnantur, *l. 3. §. fin. ff. de incend. ruin.* & de jure canonico ipso facto sunt excommunicati, *c. excommunicati 3. extra de raptorib.* & contra eosdem in Camera Imperiali mandata sine clausula decerni solere, tradit *Gail. 1. Obs. 18 n 6. Sixtin. de regal. lib. 2. c. 3. n. 90. Kamman. regal. disp. 8. th. 24.* Id tamen naufragii jus licitum est, cujus vigore Majestas arrogat sibi bona naufragorum, quorum domini ignorantur, quæ dividuntur inter Principem & inventorem, instar thesauri, *Besold. d. maj. sect 3. c. 7. n. 7.*

137. Ultimo loco venit tertia classis eorum regalium, quæ A BONIS PRIVATORUM petuntur, ubi primò considerantur VECTIGALIA. Vectigal (alias telonium & gabella item dacium) hoc loco non est, quod è publicis rebus fisco penditur, de quo supra prima classe; sed quod ex bonis privatorum venalibus, sive pro reb. civitati invectis & evectis publico solvitur, *Alciat. ad l. eum qui vectigal 16. ff. de V. S.* quod & innuit *Sixtin. de regal. lib. 2. c. 6. n. 1. Kamman. reg. disp. 11. th. 41. & seq.* Vectigalia qui conducta habent, vocantur Publicani, *d. l. 16. & l. 1. §. 1. de publican.* quantum autem solvatur, consvetudo cujusq; loci est spectanda, *l. si public. 4. §. fin. ff. de publican.* Ea non nisi ob justam & rationabilem causam instituenda, *Mynf. cent. 5. Obs. 31. n. 3 & seq. Sixtin. de regal. lib. 2. c. 7. n. 43 & seqq. Kamman. d. disp. th. 50.* Honestissimum autem vectigal est, quod ex illis rebus colligitur, quæ ad luxum pertinent & libidinem, *Bodin de repub. lib. 6. c. 2 Kamman. regal. disp. 11. th. 70. Carpz. de L. Reg. Germ. c. 1. s. 3. n. 2. & seqq.* penditur etiam illud ob mutationem domicilii, *Gail. de arrest. c. 14. n. fin. Kamman. d. loco n. 71.*

138. Ad eorum ergo præstationem quilibet tenetur, *l. ex præstatione 7. C. de vectig. & commiss.* quod intellige de privatis personis *l. omnium 6. C. d. t.* Hinc fiscus nihil præstat *l. universi 5. C. de vectig. l. locatio 9. § fin ff de publican* nec privilegiati, quales sunt Princeps, Præsidis provinciarum, Illustrissimi, Illustres, Generosi, Nobiles, Principum, Cameræ & Parlamentorum Consiliarii, Assessores, Fiscales, Secretarii & similes. Porro & legati exterarum gentium *Sixt. de regal. lib. 2. c. 6. n. 110. & seqq. Peregr. de jur. fisc. l. 6. t. 5. n. 23 & seqq. Kamman. d. disp. 11. th. 77. & seqq.* item navicularii, *d. l. omnium l. 1. §. fin. C. de navicul. lib. 10.* quatenus nempe publicæ annonæ vehendæ serviunt, *l. semper 5. §. neg tiatores ff. de jur. immun.* Quibus annumerantur & Ecclesiasticæ personæ, Academiarum

rum Professores, & omnes, qui literis operam dant in Academiis, itemque hospitalia, *Sixtin. d. loco n. 114. & seqq.*

139. Cæterum non omnes res vectigal præstant, & generaliter earum rerum vectigal, quarum nunquam præstitum est, præstari non potest *l. locatio 9. §. earum 6 ff. de publican.* Non penditur vectigal rerum exercitui paratarum *d. l. 9. § res exercitui 7. Peregrin. d. loco v. item res.* Nec pro iis rebus, quæ ruis excercendi causa vehuntur *l. universi 5. C. de vectigal.* (quanquam pleræque editiones pro voce ruris legant juris) *Sixtin. de regal. lib. 2 c. 6 n. 127.* Nec etiam pro iis rebus quibus quis ad usum suum carere non potest, *d. l. universi.* Nempe quod victus sui causa ab aliquo paratum est *l. in lege Censoris 203 ff. de V. S. & l. cum in testamento 28. ff de auro argent. mund.* quæ à Dd. extenduntur ad ea, quæ quis pro usu familiæ suæ comparavit *Sixtin. d. loco. n. 130.* Quanquam hoc jus commune in desvetudinem abierit *Sixtin. de regal lib. 2. c. 6. n. 128. & seq. Bocer. de regal. c. 2. n. 206. Arnis. de jur. maj lib 3. c. 7. n. 5. Kamm. regal disp. 11. th. 60.* Quilibet tamen res suas profiteri tenentur, alias in commissum cadunt, *l. fin. §. quoties 3. ff. de public. Cujac lib. 14 Obs. 3.* quamvis quidam ex Dd. contrarium statuant, quos citat *Anton. de Amatis decis. 35. n. 4.* Et alias professio hoc operatur, ne res cadat in commissum *d. l. fin. § si quis 12.*

140. A vectigalibus differunt tributa, quod hæc sint onera fructuum, *l. 7. § 2 v. hactenus ff. de usufr. l neque 13. ff. de impens. in res dot. fact. Cujac. 7. Observ. 4. VVesemb. in Pandect. ff. de publican. n. 12. Kamman. regal. disp. 12 th. 16.* vel personis indicantur, quæ collecta captis vocantur. Offeruntur autem ut plurimum ratione privati soli quod quis possidet *l. 2 C. sine censu vel reliq. fund. l. Indictiones 3. C. de annon. & tribut. lib. 10. & ibi Cujac. Gail 1. Obs. 21. n. 20. Bocer tract. de collect. c. 10. n 6.* Vocatur tributum alio nomine contributio, *l. sine hæredibus 32 § Lucius 6 ff. de admin. & peric. tut.* Collatio *l. 27 § 3. ff. de usufr. & c. un. quæ sint regal. ibi: collatio extraordinaria.* Itemque Indictio. *t. t. C de indict. lib. 10.* Vulgato nomine COLLECTA, quæ difinitur contributio publica, pro reipublicæ commodo vel necessitate à magistratu indicta. Germ. Steur Schatzung / Hülffgeld / Anlag *Bocer. tractat. de collect. c. 1. n 1.*

141. COLLECTA vel ORDINARIA quæ anniversaria etiam & canonica vocatur; vel EXTRAORDINARIA est *l. 1. in fin. C. de indict. l. omnes 5. C. de annon. & trib lib. 10. Bocer. de regal. c. 3. num. 199. Kamman.*

disp. regal. 12. th. 2. Et colligendi hoc jus de regalibus ... *regal. l. 2. c. 14 n. 17. Bocer. de coll. c. 1. n. 21. & seqq. Arnis. de jur. ... lib. 3. c. 7. n. 10. Matth. Stephan. de jurisd. lib. 1. c. 38 n. 19. Carpzov. ... for. p. 3. const. 16. def. 10. n. 1.* Non possunt autem collectæ subditis imponi, nisi id publica exigat utilitas vel necessitas *Gail. 2. Obs. 55. ... Bocer. tract. de collect. c. 6. n 53. Carpz. de L. Reg. Germ. c 8 sect. 5. ...* & absque illis causis vi extortæ censentur *Mascard. de probat. ... in fin. Kamman. regal. disp. 12. th. 39.* & expilationem præsentem, & servitutem futuram indicant *Kamman. ibid.* Indicunturque pro ... subditorum *l. omnes 12. C. de oper. publ. & l. 1 ibi; pro modo ... C. de muner. patrim. lib. 10.*

142. EXTRAORDINARIA illa COLLATIO ad felicissimam regalis numinis expeditionem, quod regalibus *c. un. quæ sint regal.* rectè annumeretur, evincitur etiam ex eo, quod non nisi ex jussu & præcepto Imperatoris exigi possit *l. un. C. de superind. lib. 10.* Dicitur alias superindictum, Germ. Römerzug und der Türcken Steuer *Kamman. d. disp. 12. th 67.* Est autem superindictum augmentum ordinariæ & canonicæ indictionis *Cujac. ad d. l. un.* Quo regali comprehenditur etiam FODRUM REGALE, cujus Fridericus *in Const. de pac. Const. § nobis autem* meminit, quod non solum pabulum equorum ein Futter/ sed & omnem extraordinariam annonæ militaris collationem significat *Sixtin. de regal. lib 2. c. 14. n. 3. & seq. Bocer. de regal. c. 3. n. 212. Kamman. regal. disp. 12. th. 66.*

143. Hodie extraordinaria collatio non à solo Imperatore, sed ex consensu statuum Imperii indicitur, quod ex multis Imperii recessib. deducunt *Bocer. d. loco n 213. Schultz. syn. feud. c. 7. n. ...* *quod superindictum Conrad* von Einsidel *de regal. c. 3. n. 2 5. vide Carpzov. de L. Reg. German. c. 8. n. 24. & capitulationes Ferdinandi III. 9. 10. & moderni Imperatoris Invictissimi §. 13.* Quin & eam imponere Principes aliique Imperii status à subditis suis exigere possunt, *Bocer. & Schulz ibid. Sixtin. de regal. lib. 2. c. 14 num. 129.* Quæ vero collectæ, cum magis in modum executionis exigantur, quàm jure proprio, & vigore regalium, faciunt, ut talis subcollectatio non sit de eorum regalibus, *Sixtin. d. c. n. 31. Kamman. regal. disp. 12. th. 37.* Et si hæ collectæ contra Turcam imponantur, non bonis tantum, quæ ... etiam sint, sed & capitibus atque adeo etiam ministris injungitur, ut

nec clerici, nec ecclesiæ, neque etiam monasteria, sive feuda ab Imperatore habeant, sive non, aliique omnes omnino status, licet maximè privilegiati, immunitatem habeant, quod patet ex Recessib. Imperii, quos citat *Schultz. praallegato loco. confer. Kamman. regal. d. p. 12. tit. 23. & th. 60. & seqq. Carpz. jurispr. for. p. 3. const. 28. def. 19. num. 15.*

144. Ex privatis bonis etiam fiscum ditant SALINARUM REDITUS, qui in albo regalium *d. c. un. quæ sint regal.* recensentur. Non intelligit autem Fridericus *d. c.* salinas publicas, ut suspicatur *Gothof. in not. ad d. c. in voce salinarum* quæ ipsius Principis sunt, & alio respectu à *Sixtin. de regal. lib. 2. c. 19. num. 12.* post alios, quos allegat, inter Regalia etiam referuntur, à quibus dissentiunt *Bocer. de regal. c. 3. num. 175. v. quod attinet. Conrad* von Einsidel *de regal. c. 3. num. 332.* Neque privatarum salinarum emolumentum omne; quippe quod ex proprietatis jure sint eorum, quorum in prædiis sunt, *l. 3. §. fin. l. 4. l. 5. in pr. & §. 1. ff. de reb. eor. qui sub tut. & l. 4. §. salinæ ff. de censib.* atque illæ in fructu prædiorum habeantur *l. fructus 7. §. sed si cretifodinæ ff. solut. matrim. l. item 9. §. sed si 2. & §. seq. ff. de usufr.* sed partem redituum, nempe vectigal aliquod, seu canonem, qui fisco de privatis salinis debetur, *l. inter publica 17. §. 1. ff. de V. S. Sixtin. de regal. lib. 2. c. 19. num. 7. Vult. de feud. lib. 1. c. 5. num 7. v. XIX. Rauchbar. pars. 1. q. 22. num. 4. Bocer. de regal. c. 3. num. 175.* vocaturque à Pontifice salinarium, in *c. super quibusdam 26. §. præterea extra de V. S.*

145. Non desunt tamen, qui per salinarum reditus omne commodum, omnesque fructus salinarum intelligunt, & regalibus annumerant, tametsi salinæ in privatorum prædiis inventæ fuerint *Schultz. syn. feud. c. 7. num. 180.* Sanè in Gallia omnes salinæ Regis propriæ sunt, nec ibi licet aliunde invecto sale uti, *Cujac. 3. obs. 31.* Hodiè non solùm Electores vigore A. B. *tit. 9.* sed & alii nonnulli Principes & ordines Imperii ex præscriptione vel ex concessione ipsius Imperatoris, hoc jus tanquam regale exercent, *Sixtin. de regal. lib. 2. c. 19. num. 15. & seq.* adeò ut salinarum reditus, absque speciali Principis concessione, nemo in suo fundo sibi vindicare possit.

Rauchb.

Rauchb.p.1.q.22.n.1 Carpzov. Jurupr. for. p.2.const.53.def.2. quod [illegible] probat exemplo [illegible]inarum Hallensium, quas cives titulo feudi possident.

146. Regalium minorum agmen claudunt ANGARIARUM, PARANGARIARUM, PLAUSTRORUM & NAVIUM PRÆSTATIONES, daß man den Fürsten mit Rossen/ Wagen/ Schiffen und dergleichen Frohnen diene/ Hoffdienste/ Schildwache in Kriegsleufften/ *c.un quæ sint regal. Arum. disp. feud. 4. th. 20. Besold. de maj.* [illegible] *n.13.* quia soli Imperatori debentur *l. neminem 11. C. de S. S. Eccles.* [illegible] ille eas concedit *l. judicibus 9. C de curs. publ. lib. 12.* Angaria(ἀπὸ τῆς ἀγγαρείας, quod compulsionem, sive coactionem violentam, & quod necessariò injungitur, significat) est transitus per viam publicam, [illegible] & cursum habet. Parangaria verò per viam transversam *Cujac.* [illegible] *bric. C. de curs. publ. lib. 11. Gothofr. ad d. rubr. C. Borcholt. ad d. c. un. n. 84.* [illegible] *de regal. l. 2. c. 13. n. 39. Bocer. de regal. c. 3. n. 239.*

147. Referuntur etiam Angariæ & Parangariæ ad munera patrimonialia sive realia, *l. fin. §. patrimoniorum 13. ff. de muneribus l. sunt* [illegible] *ra 11 ff. de vacat mun. l. cum ad felicissimam 2. C. de quib. mun. vel præst.* [illegible] *lic se exc. lib. 10. l. hac nostra 2. C. de præpos. sac. cub. lib. 12.* (licet gl. & D[illegible] muniter sint in contrarium, quos recensent *Borcholt. ad d. c. un. n. 82.* [illegible] *d. loco n. 17.*) quæ exiguntur à provincialibus in transvectione annonarum *l. fin. C. de fabric. lib. 11.* vel specierum *lib. 1. C. de quib. munerib.* [illegible] *Cujac.* vel ob quamlibet publicam necessitatem *Cujac. ad rubr. C. de curs. publ. lib. 12. Sixtin. de regal. lib. 2. c. 13. n. 10. Vult. de feud. lib. 1. c. 5. n. 7. v. XI.* Exiguntur autem à privatis plaustra, jumenta (utpote equi, boves, muli & asini) naves, operæ extra ordinem *Cujac. d. loco.* Quæ cuncta sub voce angariarum generaliter accepta comprehenduntur, licet aliquando ab iisdem angariæ separatæ legantur, *Cujac. ad l. ult. C. de fabric.* [illegible] *Borcholt. ad c. un. quæ sint regal. n. 84. Sixtin de regal. lib. 2. c. 13. n. 11, 12, & 14. Bocer. de regal. c. 3. n. 237. Kamman. regal. disp. 11. th. 18.*

148. Jumenta quæ præstant provinciales diversa sunt à Veredis, qui sunt equi, seu muli cursuales, publico cursui destinati [illegible] à paraveredis, qui videntur fuisse majores equi clitellarii & [illegible] qui convehunt post exercitum impedimenta, *Cujac ad rubr. C. de curs. pub. Bocer. de regal. c 3. n. 241 & seq.* qui non privatorum, sed publica erant animalia *l. gravissima 10. & l. animalia 18. C. de curs. publ. lib. 12.* licet fuerit

sumtu provincialium eorum stabula exstructa fuerint, *l. in omnib. 7. C. d. t.* Nec iis privati in suos usus utebantur *l. nullus 11 C. d. t.* sed tantum, qui publicæ functionis causa proficiscebantur *l. judicibus 9. C. d. t.* Angariarum verò & parangariarum ratione præstantur tantum equi privati, ad cursum publicum perficiendum, vel onus aliquod in causa publica deportandum. *Bocer. d. loco n. 147.*

149. His ita præcognitis, definiuntur angariæ & parangariæ esse munus, quod ob negotium aliquod publicum, cui celeriter necessitate ita urgente vehendis oneribus providendum est, privatis imponitur *Sixtin. d. loco n. 10.* Ab harum præstatione, & maximè, si ad felicissimam regalis numinis expeditionem exigantur, nemo excusatur *l. sunt munera 11. ff. de vacat. mun. l. neminem 11. C. de SS. Eccles. l. cum ad felicissimam 2. C. à quib. mun. & præstat. lib. 10. l. nullus 21. C. de curs. publ. lib. 12.* Et quoniam hoc regale Imperii Principibus & Statibus ex concessione vel præscriptione competit, ideoque, ne nimium subditi hisce operis onerentur, remedia adversus abusum & sævitiam dominorum subditis sunt concessa, de quibus *Mynsing. cent. 5. obs. 8. Gail. 1. obs 17. & de arrest. c. 10. n. 7. Hartm. Hartm. lib. 2. t. 54. obs. 43. Sixtin. d. loco n. 48. & seqq. Kamman. reg. disp. 11. th. 26.*

150. Regalia hæc ut à superiorem habente diversimodè adquiruntur, ita etiam multis modis eadem per privilegium vel per investituram concessa, aut consvetudine vel præscriptione adquisita amittuntur. Et generaliter causa adquisitionis est etiam causa amissionis *l. nihil. 35. l. omnia 100. & l. 153. ff. de R. I.* Sed singulos hosce modos præter alios recensent *Sixtin. de regal. lib. 1. c. 6. Conrad* von Einsiedel *de regal. c. 4.* His etiam remedia & actiones, quibus jus regalium quæsitum quis tueri possit, quæ *Sixtin. d. lib. 1. c. 7.* prodidit, addi possunt. Uberioribus esse nobis jam non licet. Quibus cum jugi & ardenti voto ad supremam Majestatem, pro Imperii Romano-Germanici Majestatis sempiterna florentissimaque felicitate hic discursus clausus esto.

EXERCITATIO QUARTA.

De

Juribus circa Religionis dissidium modernum in Germania receptis.

Proœmium.

Multa cum inveniantur, quæ non tantum ad esse, verum [illegible] ad bene esse civitatis faciant haud inter postrema collocand[illegible] imo potius cunctis cœteris præferenda est rerum [illegible] procuratio. Aristotel. *7. Pol. c. 8.* Lipsio etenim teste *in* [illegible] *Dialogis.* urbs citius sine solo, quam respublica sine opinion[illegible] aut constitui, aut constituta commode conservari potest. [illegible] nimadvertentes Romani religionem & sacra sua instrument[illegible] buerunt ad vindicandum ab interitu Reipubl. statum. [illegible] Romulum, nonne ut recens regnum stabiliret à religione [illegible] Numa quoque Pompilius nullâ commodiore viâ quietum [illegible] dum animum effenum Romanorum in illis principiis redd[illegible] religione, regnum etiam ita formavit firmavitque, ut quo[illegible] neque ab exteris neque à subditis bello sit petitus. [illegible] *Numa.* Inde etiam nulla aliâ ex causâ, quam ut religionis [illegible] mune inseparabilitatem demonstraret, definiens Jus pu[illegible] pianus *in l. 1. §. 2. ff. de Just. & Jur.* curam rerum sacrarum [illegible] vult comprehensam. Quapropter rectissime Arnisæus *l.* [illegible] *de Jur. Maj.* scribit: *Illos, quibus Dei assiduum insidet metus & [illegible] gistratuum expendere, nec se mutuo nec alios fallere, pacta fide[illegible] observare.* Econtrario neglecta religione & Justitia & [illegible] disciplinæ publicæ, huic tanquam firmissimo fulcro & fun[illegible] superimposita corruunt. *Recess. Imper. de Anno 1532.* rubric. [illegible] betreffend §. Ferner haben wir / auch Churfürsten / [illegible] Stände den Articul den Zwiespalt unsers heiligen Christ[illegible] bens belangend / als den höchsten und fürnehmsten / dar[illegible] Christenheit und teutscher Nation Heil am meisten gelegen / [illegible] Hand genommen / den zum treulichsten berathschlaget etc. [illegible] Daneben auch folgen / daß alle Zucht / Ehr / Gehor[illegible] [illegible] Tugend in Geistlichen und weltlichen [illegible]

Cum itaque religio propugnaculum sit potestatis ac legum honestæque disciplinæ vinculum, ut docet H. Grot. *de Jur. bell. & pac. l. 2. c. 20. §. 44. n. 3.* meritò religionem Christianam non modo non in optimâ republicâ tolerari posse, sed etiam oportere adstruimus, tum quod primæva colendi Deum ratio à per quam paucis naturalibus ingenii dotibus hactenus sit comparata, tum quod rarissimè (nisi cœlitus illuminentur animi) contingat, ut ad veritatis cognitionem pervenire, atque ex rationis præscripto vitam nostram instituere, Deumque puro corde colere possimus, præsertim cum gravissimi errores nostras mentes occupent, quorum plerumque tanta vis est, ut juxta illud Poetæ: Meliora videamus quidem probemusque, deteriora tamen semper sequamur. Vid. Conring. *in Exercitat. de Maj. civil. auct. & off. circ. sacr. th. 92. & seqq.* Hinc cum ad beatam civium vitam usque adeò sit necessarium scire, quomodo ex dictamine rectæ rationis quis debeat vivere, Deum colere, insimulque ad vitam rectè instituendam idoneus esse, utrumque verò absque Christianâ religione vix impetrare liceat, quia nihil virtutis, nihil pietatis naturalis est, quod non Christiana religio quam sanctissimè exigat, & quidem proponendo cum pœnas, tum præmia æterna, largiendoque Spiritus Sancti auxilia quibus suffulti vitam rectè & instituere & finire valemus; Quare manifestum est, Christianam religionem à bene instituta Republica abesse nec posse nec debere. Per doctrinam enim Christianam hodienum rectè vivendi Deumque colendi ratio omnium facili negotio inscribitur animis, quæ notitia aliàs non nisi ad paucos, imo ad neminem pertingeret. Quæ porro addit primævæ naturali Christiana religio, illa quidem ad civitatem haud perinde faciunt, interim tamen ad æternam salutem consequendam omnino cunctis mortalibus sunt necessaria; Jam uti summæ potestatis civilis officium est, omnibus modis civium salutem promovere, ita prorsus etiam ei incumbit media subministrare, quibus illa felicissimè obtineri queat. Eleganter dicta confirmat *Recess. Imper. August. de Anno 1566. §.* Wiewohl wir nun auf solches alles samt Churfürsten/ Fürsten/ Ständen/ der abwesenden Bottschafften und Gesandten/ diese hochwichtige Sachen/ daran alle zeitliche und ewige Wohlfahrt hanget/ uns nicht weniger zu Hertzen gehen lassen/etc. Malè siquidem vivitur, si de Deo non bene creditur, inquit Augustinus *lib. 5. 6. 10. de Civitate Dei.* Proinde & nos cum

Balduino *lib. 2. cap. 6. cas. 1. de casib. Consc.* firmiter concludimus: *si quietam rempublicam optamus, si felices ac prosperos nostrarum Rerum successus speramus, si nobis & nostræ posteritati bene consulere volumus, prima cura sit religionis sinceræ. circa quam & Magistratus & omnium sub[illegible] opera occupata esse debet.* Ast cum superiori Seculo religio [illegible] quisquiliis Pontificiorum purgata atque veteri & justa Deum colendi ratione, à Salvatore & Apostolis tradita, rursus introducta, una [illegible] in Imperio nostro nunc tolerentur religiones, operam non inutilem videbor consumpsisse, si *recepta circa hanc modernam Religionum diversitatem jura* proposuero. Tu igitur, alme Parens! huic proposito [illegible] tiosam Spiritus tui adsistentiam ita largire, quo Te Duce hic labor & inchoetur & finiatur.

CAPUT I.

De denominatione Religionis, dissidii occasione & historia.

§. 1.

RElligionem Lactantius *l. 4. c. 28. d. ver. sapient.* à religando [illegible] ctam esse arbitratur, quod ejus vinculo obstricti & religati simus Deo, nobisque Deus; Cum quo etiam facit Ambrosius *in lib. de virginit.* ubi virgines Deo nuptas quasi religatas ostendit. Augustinus *lib. [illegible] c. 4. de civit. Dei* dictam vult à religendo, quod Deum per [illegible] m religamus. Cicero eam deducit à relegendo, quasi religiosi ea omnia, quæ ad cultum divinum spectant, retractent & tanquam relegant. Massurius Sabinus verò religionis vocabulum à relinquendo vult derivatum. Quæ posteriores derivationes [illegible] Dn Calov. *in System. Theol. tom. 1. c. 1. in princip.* [illegible] Sive [illegible] a relegendo, sive à religando, sive à relinquendo, sive à religen[illegible] derivetur, nostrum non erit, copiosius inquirere, proinde [illegible] ad relinquentes id alia, tanquam scopo nostro conducibiliora, progressum facimus.

§. 2. Quod originem nostræ religionis Christianæ [illegible] tamus, quod illa [illegible] tum suum debeat divinæ revelationi, quæ de [illegible] ratione [illegible] post lapsum protoplastis [illegible] *Genes. 3.* [illegible] et deinceps ad Patriarchas, Abrahamum imprimis & posteros ejus repetita est. Quare neutiquam videmus, quomodo probari possit sen-

tentia

tentia Johann. Volckel. qui *lib. 2. c. 8. de ver. relig.* religionem Christianam ad novi testamenti tempora restringit, aliamque facit religionem primi mundi, Adamiticam sc. ab Adamo usque ad Abrahamum; aliam Abrahamicam ab Abrahamo ad Mosen; aliam Mosaicam à Mose ad Christum; aliam denique Christianam. Nam Adami religio post lapsum & cœterorum Patriarcharum ut & populi Dei in vetri Testamento non fuit quoad substantiam à religione Christiana in novo Testamento diversa, etsi quoad circumstantias nonnullas discrepantia detur, utpote quod illa Christum exhibendum respexerit, hæc Christum exhibitum. Quamvis igitur pro distinctis temporum intervallis sigillis & ceremoniis variantibus distingui possit, sicut etiam diversæ religionis Christianæ constitui solent Epochæ, quas refert Dn. Calov. *cit. c. 2.* Ideo tamen Christiana religio multiplicari non debet, cum non sit nisi unica vera religio, quâ ad Deum deducitur homo, eaque Christiana omnibus temporibus pate facta, aliis quidem obscurius, aliis clarius. *Joh. 14. v. 6. Actor. 4. v. 12. 1. Petr. 1. v. 10.*

§. 3. Sumitur verò religio extra Scripturam pro debito officio. Cicer. *lib. 4. ad Verr.* Item pro animi integritate. Cicer. *pro Cæcinna* In scripturâ vero sacra iterum duplicem præsupponit significationem. Nam denotat 1. Virtutem moralem, quæ justum debitumque Deo tribuit honorem *l. 1. C. de summ. Trinit.* 2. Certum statum & conditionem vitæ multorum hominum, qui speciali modo ac regula se Deum colere profitentur. Bart. *ad l. 1. C. de summ. Trin. n. 5.* Balduin. *de casib. Consc. lib. 2. cap. 5.* Reink. *de regim. Secul. & Eccles. lib. 3. class. 1. c. 1. n. 1. & 2.* Priori modo si sumatur religio, etiam pietas vocatur, quæ quoad rem ipsam cognitionem sc. Dei & præstationem sive cultum divinum comprehendit. Hinc constat, quod duo sint religionis capita: primum est *agnitio* Dei, alterum *cultus divinus.* Hic cultus iterum est vel *verus*, id est debitus & legitimus, qui in verbo præscribitur & *Roman. 12. v. 1.* appellatur λογικὴ λατρεία, vel *falsus* ab hominibus ingenii sui fiduciâ excogitatus, ac vocatur superstitio. Hoc enim, teste Lactantio *lib. 4. c. 28. Inst. divin.* inter religionem & superstitionem interest, quod religio sit veri cultus, superstitio falsi.

§. 4. *Verus cultus* iterum duplex est, *unus internus, alter externus.* *Internus* residet in animo hominis, duosque actus habet, devotionem sc. & submissionem ac fundamentum est omnis externæ reveren-

tiæ ac honoris, qui Deo verbis, operibus ac gestibus ab homine exhibetur. Nam ex devotione, amore ac reverentiâ Dei internâ oritur externus Dei cultus, qui devotionem animi verbis & operibus prodit, & nihil aliud est, quam exercitium veræ pietatis, quod Deus à nobis æquè ac cultum internum requirit. Hinc Paulus *1. Corinth. 6, v. 20.* hortatur: *Glorificate Deum in corpore vestro & Spiritu vestro.* Hic cultus *externus* iterum vel *publicè* exercetur ab omnibus, vel *privatim* in cujuslibet familia. *Publicus* in sincere religionis piâ curâ in Republicâ conservandæ in congressuum publicorum conservatione, in auscultatione verbi, in publicis precibus atque communi Sacramentorum usu consistit, & huc quadrare videtur posterior religionis acceptio. *Privatus* vero disciplinam domesticam, exercitia pietatis inter liberos & servos, conservationem vitæ innocuæ, suavissimamque domesticorum conjunctionem, ut Deo uno numero debitum honorem exhibere possint, concernit. Balduin. *de casib. Consc. l. 2. cap. 6.* In hac Dissertatione Religionis nomine potissimum venit *cultus Dei externus &* quidem *publicus*, qui tamen cultum internum ac devotionem præsupponit & juxta usitatissimam vulgi consvetudinem vocatur *Religio*, German. die Religion/ ut testatur Balduin. *de casib. Conf. cit. loc.* Quare præpositâ cognitione vocabuli jam ad alia pergimus.

§. 5. Antequam verò ad Jura circa diversitatem religionis observanda fiat progressus, operæ pretium ducimus, originem & dissidii causas ex parte delibare, ubi notandum, quod falsæ religiones sint dum *Hæreticorum*, dum *Atheorum*. *Atheismus* à Dn. Calovio alius dicitur inchoatus, alius consummatus vel secundum quid, vel absolutè, qui posterior Epicureismus ab Epicuri secta dicitur, de qua fertur, quod hominum bonum in voluptate posuerit, omniaque casui adscripserit. Cicer. *lib. 2. de finib.* Et hic Atheismus à Dn. Calovio describitur: quod sit irreligiositas formalis, qua quis religionem omnem contemnit, abnegatâ Dei providentiâ ac Justitiâ, ut impunè ac secure quidvis perpetret. Illius sectatores nullatenus, ne professione quidem, in Ecclesiâ aut Christianorum cœtu extitisse, prælaudatus Dn. Calov. *System. Theolog. 4. tom. gener. 1. c. 2. pag. m. 108.* asserit, quod equidem quoad professionem extrinsecam & publicam largiendum. Multorum tamen impiorum hominum facta, proh dolor! demonstrarunt, atque adhuc demonstrant, quod apparenter Christianorum nomen

men gerant; revera autem Atheismum cum æternæ salutis dispendio inæstimabili professi sint & profiteantur. *Hæreticorum* variæ & innumeræ sunt sectæ, imprimis Veterum, qui in Ecclesiâ latent & Christum profitentur, ut Christianis quidem accenseri velint, pro veris tamen haberi nequeant; Hæreses tamen omnes ut referamus neque nostræ est professionis, neque etiam nostri instituti, cum non de his, verum de Juribus circa Religionum diversitatem in Germaniâ receptis thema nostrum conceptum sit. Interim evolvatur sæpius cit. Dn. Calov, *qui d.l.* celebriores recenset.

§. 6. Ut itaque propius ad scopum nostrum accedamus, Papismus à Romani Pontificis auctoritate dependens in priori seculo causam dissidii dedit, cujus semina jam dum Apostolorum tempore per Pseudo-Apostolos, articulum de Justificatione per fidem depravantes, teste Dn. Calovio sparsa fuerunt, incrementum tamen potissimum sumsit stabilitâ Romani Episcopi papali auctoritate, cum Oecumenici vel universalis Ecclesiæ Administratoris sive Inspectoris titulum & jura sibi arrogaret. Defecit autem Romana Ecclesia non statim à veritate Apostolicâ sed paulatim, non simul & semel, sed successivè, donec tandem variorum errorum novorum ac traditionum humanarum farrago in locum Apostolicæ veritatis successit, adeò ut nunc in quam plurimis articulis à verbo Dei dissideat, dum scripturam sacram pro unicâ fidei ac morum normâ non admisit, sed verbum non scriptum & traditiones adjecit, peccatum originale extenuavit, vires liberi arbitrii extulit, legis observantiam possibilem, salutem verò per bona opera adseruit, merita humana propagavit sacramentorum numerum ampliavit, sacrificium missaticum & sanctorum invocationem introduxit, Pontificem Romanum è cathedrâ papali aliquid decernentem, ceu infallibilem, approbavit, ac cum indulgentiis purgatorium recepit, quæ Indulgentiæ cum Annatis & Pallio Episcopali multas easque gravissimas Nationis Germanicæ produxerunt querelas. Et hæ sunt causæ prægnantissimæ, quæ dissidii occasionem quoad Religionem in Germaniâ nostrâ præbuerunt. *Theologicas* quidem, cum nostræ professionis limites transcendant, non examinabimus, B. L. de illis ex scriptis nostratium Theologorum susius constabit; *Politicas* verò & extrinsecas, inter quas *Annata, Pallium & Indulgentia* occurrunt, paucis perlustrabimus.

§. 7. An-

§. 7. *Annatas* quod attinet, [illegible] anno, [illegible] anni [illegible] ex vacante beneficio Papæ [illegible] pr[illegible] juxta Arnd. *in Lex. Antiq. Ecclef.* vel sunt reditus ab eo præstandi qui [illegible] in defuncti [illegible]scopi & Abbatis locum vacansque beneficium [illegible] sit. Ex his ingens Pontificis ærario præprimis ex Germania pecunia accessit, licet olim color & prætextus exigendi eas maxime probabilis extiterit. Prætextui enim serviebatur expeditio in terram sanctam, indeque in genere militia adversus Turcam, oppressæ in Oriente Ecclesiæ commiseratio & gloriæ Christi propagatio, quæ causa quidem sat speciosa fuit, revera tamen ad emungendos Germanos, Gallos & Anglos pecunia, stabiliendum papalem dominatum, Majestatem[illegible] civilem pessundandam, aliasque Status Pontificalis rationes [illegible]das comparatæ [illegible]. Quo spectant illa à Friderico à Landeccen prolata: Man fahret über Meer und ficht an die Heyden/ und [illegible] viele sterben und verderben um den Glauben/ blieben Sie daheim/ und strafften die bösen Christen/ die an GOTT meinaydig werden/ dieses wäre eine gute Meerfahrt/ ohn allen Zweiffel hielten wir unser Ordnung Christlich/ alle Heyden und Ungläubigen bekehreten sich zu uns. Vid. Magnificus Strauch. *Ex. Exoter. 5 th. 17 & seqq.* Et his Annatis jam olim Albertus II. secundum decreta Concilii Basileensis, quo hoc vectigalis genus damnatum erat, non solum pragmatica sanctione, sed & cum in concordatis Nationis Germanicæ con[illegible] essent, querelæ Germanorum restiterunt, adeò ut ipse Imperator Carolus V. in epistola quadam ad Pontificem missâ Annatas & cetera lucra sedis Romanæ *claves aureas, quibus Papa bellorum archiva pro [illegible] aperire & claudere solent, appellaverit,* earumque lucrum non amplius Romam exportari, sed in Imperii necessitatem impendi postulaverit in Comit. Noriberg. *de anno* 1522. Quin & Ordines Imperii in [illegible] Comitiis de iisdem Annatis graviter conquestos esse, testatur Hor[illegible]. Plura post Dn. Strauch exhibentur in tractatu Dn. Pr[illegible] *de [illegible] Templor. cap. 11 circa fin.*

§. 8. Nec minorem animum dedit Religionis di[illegible] pretium ab Archiepiscopis & Episcopis quibusdam, [illegible] in Germaniâ, *pro [illegible] mento Pallii* præstandum. R[illegible] enim Historiographi, quod in vita unius hominis species viginti millia [illegible]rum à solo Archiepiscopatu Moguntino pro confirmatione & Pallii

impe-

impetratione Romam pervenerint. Hinc licet conjicere, quam longè ubertimus quæstus Pallii redemptio Pontifici fuerit. Quæ vero hujus pallii materia extiterit vel textura, solide describit Dn. Strauch. *Exercit. Exoter. 5. thes. 12.* ibique allegat. Johann. Bapt. Vivian. *in rat. Jur. Can. ad c. 7. X. de us. & auctorit. Pall.* & Ungep. *ad Decret. eod. tit. n. 3. & 4.* Dn. Ziegl. *ad Inst. Jur. Can. lib. 1. tit. 11. §. 1.* post Marc. *de Concord. Sacerd. & imper.* pallii originem ad seculum octavum refert, illudque à Pontificibus propterea receptum esse asserit, ut Metropolitani hoc modo magis obnoxii fierent sedi Romanæ, quare in signum plenitudinis Episcopalis tributum est, per *c. 4. X. de auctorit. & us. Pall.* Et olim quidem gratis, constat enim priscis temporibus hoc tantum ab accepturo Pallium requisitum fuisse, ut fidem suam suo Patriarchæ exponeret, quo constaret, sibi cum Ecclesiâ de fide convenire. Addidit Paschalis II. ut Pallium accepturi juramento se obstringerent *c. 4. X. de Elect. & Elect. potest.* Postmodum receptum, ut intra tres menses à consecratione, vel in casu translationis à confirmatione peteretur. Denique ut fœcundior existeret hic acquirendi modus, Pontifex Romanus certum hujus Pallii pretium statuit, quod successivè adeò in immensum crevit, ut integras provincias ad redimendum illud expilari oporteret. Quamvis enim ab initio sat grave fuerit pretium constitutum, nec sic tamen Paparum, decem (ut suspicamur) præcepta Dei in unum (nempe da pecuniam) commutantium, inexplebilis auri fames extingui potuit; Nam ut legere est in der stattlichen Ausführung/ warum die Protestirenden Stände Pii IV. Concilium nicht besuchen können ꝛc. ap. Hortled. B. II. des Teutschen Kriegs *fol. 661. num. 44.* ad immensum Pallii pretium & alia accessere, verba sic sonant: Muß noch über die Haupt-Taxt erleget werden/ die Haupt-Bulla/ die Befehlchs-Bulla/ die Bulla der Absolution/ die Bulla an das Capitul/ die Bulla an die Clerisey/ die Bulla an die Gemeinde/ die Bulla an die Lehnleute/ die Bulla an den König/ die Form des Eyds/ und was man behalten muß in Consistorio für die Einweihung und Einsegnung/ ohn was der Pabst ihm fürbehalten/ was ihm heimgefallen/ und andere etliche Zinsen. Hinc gravissimæ iterum extiterunt Germanorum querelæ de hac pallii nundinatione & Aulæ Romanæ avaritia. Vid. Goldast. *in volum.* der Reichssatzungen *fol. 215.* & Sleidan. *lib. 13. Comment. ad annum 1541.* Reliqua ad hanc materiam facien-

facientia ex Dn. Præsid. *Tract. de Jur. Templ. c. 11.* patent, quorsum B. L. remittimus,

§. 9. Denique ad causas dissidii cum *Indulgentiis* præcipuè pertinet confictus *Purgatorii metus*. Nam cum Gregorius ex somniis Origenis purgatorium induxisset, statim oblationes pro liberandis animabus ibidem commorantibus excogitatæ sunt. Hinc prodierunt preces, hinc Missæ, & quænam sunt sexcenta alia, pro liberandis defunctorum animabus ex tormentorum loco. Hinc denique Indulgentiæ extortæ sunt, ut præstitâ pro expiatione omnium delictorum pecuniæ certâ summa, simul ac nummulus in arcam esset conjectus, animæ, quæ ignæ purgatorio cruciabantur, in cœlum quasi è vestibulo evolarent. Sleidan. *l. 1. Comm.* Et hæ indulgentiæ postmodum in tantum invaluerunt, ut & propter committenda delicta concessa fuerint. Nomen quidem Indulgentiarum recens non est, sed jam olim in puriori Ecclesiâ receptum fuit, significatione tamen longè diversâ, tunc temporis enim nihil aliud denotabat, quam mitigationem pœnæ Ecclesiasticæ, postmodum autem pro condonatione peccatorum ære venali acceptum est, & hæ Indulgentiæ frequentissimæ fuerunt. Quare etiam Leo X. Pontifex Romanus pro suâ, quam in omnes Christiani nominis Ecclesias se habere putabat, auctoritate, missis per omnia regna literis atque diplomatibus, omnium delictorum expiationem ac salutem æternam pollicitus est, interventu pecuniæ, quam quisque daret. Ad eam rem qui mittebantur quæstores ac hujus beneficii præcones, æraria passim per omnes provincias constituerunt, nec id modo, verum etiam editis libellis dogmata sua defenderunt, in Germaniâ præsertim. Et hanc condonationem suo vocabulo jam ante recepto, *Indulgentias* nominarunt, teste Sleid. *l. 1. Comm. circ. init. ad annum. 1517.*

§. 10. Per has *Indulgentiarum* nundinationes Leo X. institore per Germaniam *Tezelio, Pirnâ Misnico, Monacho Franciscano*, tantam sibi inique pecuniæ summam acquisivit, ut & tandem Tridentini Concilii Patres hujus nundinationis puduerit, præprimis cum ad rei indignationem accesserit, quod partim in Alberti Marchionis Brandeburgensis, Moguntini Archiepiscopi, commodum, ut pretium ad comparandum à Curiâ Romanâ Pallium sibi conquireret. *Sleid. Comment. lib. 13. ad annum 1541.* partim etiam in ipsius Pontificis directam utilitatem, ut

ut taceamus opprobrium, venditæ sint. Nam non solum nimis licentiose à Papæ ministris hic mercatus exercitus & in popinis quotidie sine pudore per aleæ lusum ususque turpissimos pecunia acquisita perdita, sed & residua in usum Magdalenæ Pontificis sororis, Francisco Cibo Innocentii VIII. spurio nuptæ, erogata est. Quapropter & ipsi Patres Concilii Tridentini voluerunt, ut in quibuscunque religionis Christianæ locis nomen atque usus quæstorum istorum penitus aboleretur, ut eleganter post Thuanum *lib. 1. Histor.* & Serv. *in histor. Concil. Trident.* tradit incompar. noster Strauch. *Exercit. Exoter. 5. th. 7. 8. & seq.* ubi inter alia notabilia refert, quod *Indulgentiæ fuerint ex arcanis Pontificatus & aurifodinæ Pontificiæ ditissima vena, ex qua magna vis auri signati pro sede Apostolicâ effodiebatur.*

§. 11. Cum itaque vi sui mandati Tezelius Germaniam, Saxoniam vero imprimis, execrandis istis Indulgentiis deprædaretur, atque tantâ cum impudentiâ doceret, ut licet quis virginem Mariam vitiasset, gravidamque fecisset, se tamen ejus condonandi peccati, dummodo adsit pecunia, potestatem habere. Ideoque hæc impietas ut cuique optimo, ita quam maximè Martino Luthero displicuit, eumque in finem *Witteberga Anno 1517. 31. Octobr. in vigilia omnium Sanctorum 95.* propositiones contra Indulgentiarum Quæstorem Tezelium conscripsit, easque publicè disputandas Templi valvis affixit. Vid. Georg. Horn. *in histor. Ecclesiast. period. 3. artic. 1. & seqq. & in Orb. Polit. de Imper. Roman. §. 17.* Burgold. *in Not. Imper. part. 1. discurs. 1. th. 9.* Sicque initium Reformationis Ecclesiæ calidis votis sæpe numero exoptatæ factum est. Antea quidem Hussitæ in Bohemiâ restitutione purioris Christianismi Ecclesiæ consulere voluerunt, sed Johannes Hussus, neglectâ publicâ fide, non auditus neque hæresos convictus damnatus atque combustus est, simili modo vitam suam finiit ipsius discipulus Hieronymus Pragensis Wiclefi verò corpus in Anglia exhumatum & publicè concrematum fuit, non aliam ob causam, quam quod discipulo suo Johanni Hussio sincerum de Deo sensum juxta divini verbi cynosuram instillasset. Denique Hussitæ variis in Bohemiâ persecutionibus oppressi sunt, ideoque opus salutaris Reformationis usque ad tempora Lutheri cessavit, qui quidem ab initio, ut Dei singularem providentiam eo magis admiremur, nil minus quam integrum Papatum reformare cogitavit, ut patet ex Sleidan. *Comment. lib. 1. §. 12.*

§. 12. Lutherus enim, cum contra Indulgentiarum impios præcones Wittebergæ suas propositiones affigeret, Papam adhuc pro Ecclesiæ capite agnovit; Literis proinde humillimis ac supplicibus ad Papam missis, scripta sua per quam reverenter Papali submisit censuræ, nihilque aliud, quam Ecclesiasticæ disciplinæ emendationem postulavit, quod præter omnium opinionem salutari Reformationi ansam dedit. Nam cum Lutheri contra indulgentias disputatio satis plausibilis esset, multi Principum ac civitatum, quinimo magna populi pars cum studio reformandæ Religionis ei favere cœpit. Vid. Thuan *lib. 1. histor.* præcipue cum contra Johann. Eccium, Sylvestr. Prieriatem & Jacob. Hogostratum theses suas de Indulgentiis optimè defenderet. Sleidan. *dict. lib. 1.* Quo facto à Leone Papa Romam citatus est, sed periculi & insidiarum metu perculsus comparere detrectavit, terrebant siquidem ipsum vestigia introrsum semper, nunquam vero retrorsum spectantia. Quare ad Electoris Saxoniæ interpositionem coram Thomâ Cajetano, Cardinali in Germaniam ad Augustana Comitia a Papa misso, Augustæ Vindelicorum se Lutherus *anno 1518.* stitit, sed cum ad Cardinalis Cajetani instantiam revocare nollet, infectâ re discessit, atque *16. Octobr.* à Cajetano ad Pontificem, *28. Novembr.* autem ejusdem anni à Pontifice ad Concilium provocavit. Vid. Georg. Horn. *period. 3. artic 1. lib 6. Histor. Ecclesiast.* Post abitum Lutheri Cajetanus missis ad Fridericum Saxoniæ Electorem literis ipsum monuit, ut existimationi & conscientiæ suæ consuleret, & Lutherum aut Romam mitteret, aut è suis finibus ejiceret, sapientissimus Pinceps respondit: *Sibi hoc non esse integrum, cum error Lutheri nondum commonstratus, ille verò paratus sit, disputationem in loco non suspecto subire, & aliorum, qui rectius aliquid afferre possint, judicia pati.* Sleidan. *d. lib. 1. Comment. ad annum 1518.*

§. 13. Cum itaque Lutherus & Romæ comparere, & erroris haud convictus revocare detrectaret, à Papa Leone, illo rugienti bruto, suo fulmine, quasi hæreticus *anno 1520.* excommunicatus est, ejusque libri exusti sunt. Nam *anno*, quem diximus, *1520. Julii mensis die sexto* Pontifex ad Fridericum Electorem Saxoniæ literas dedit, quibus narravit, se convocato Cardinalium Senatu & cum doctissimis Viris, Prælatis scil. Canonistis & Theologis re communicatâ, post multam ac gravem deliberationem excommunicationis decretum

fecisse,

fecisse præmonstratore Spiritu illo sacro, qui Ecclesiæ Romanæ nunquam desit. Sleidan. *lib. 2. Comment.* Exemplum harum literarum habetur *tom. 1. Wittebergens. Luther. fol. 31.* Misit etiam Pontifex exemplar hujus decreti Friderico, suamque declaravit mentem hanc esse, ut Elector Lutherum admoneret, quo omni deposita superbia ab instituto desisteret, errorem deponeret, ab eoque palam & solenniter discederet, hoc si recusaret, intra diem præfinitum ut custodiæ mandaretur, jussit. Sleidan. *ibid.* Lutherus qui jam antè ad Concilium provocaverat, id nunc repetiit eo magis, quod ipsum Pontifex nec vocatum nec erroris convictum damnaret, suas vero opiniones & merè humana deliria sacris literis anteponeret, denique quod Concilio nullum relinqueret locum. Quare insimul edidit scriptum contrarium & omnia sua dogmata, quæ Leo damnaverat, ordine confirmavit & asseruit. Sleidan. *c. l.* Serv. *lib. 1. histor. Conc. Trident.* & Dn. Strauch. *Exerc. 6. th. 4.* Postquam etiam vidit, precibus se nihil impetrare posse, par pari retulit; Invitatis proinde solenni programmate studiosis Wittebergæ extra portam, quam vocant Elystræ, papales Bullas cum Corpore Juris Canonici, spectante magnâ doctorum virorum caterva, publicè combussit. Dn. Ziegl. *in Dissert. de Orig. Jur. Canon. th. 64.* Hocque modo divinâ aura afflatus ansa à Pontificiis propemodum obtrusâ opus reformationis aggressus est, atque puriorem Christianismum sine ullâ vi externâ solo calamo mirabiliter Spiritus Sancti gratiâ propagavit. Plura de hac Lutheri excommunicatione proponit Dn. Strauch. *cit. Exercit. 6 usque ad th. 17.* Severin. de Monzamban. *c. 5. de Stat. Imper. Germ.* ne larvam ejus Pontificii agnoscerent, ita politicè de hoc negotio inter alia disserit: *Cum Martinus ille deprehenderet, Sacerdotum apud Tribunal nihil æqui se obtenturum, Laicorum captare favorem constituit. Exinde Papam &c. pro judice recusavit agnoscere: Et ne Patronis destitueretur, docere cœpit: Ad Principes seculares spectare curam Ecclesiæ, quumque videant, per bona à majoribus ad pios usus destinata Clericorum ignaviam & luxuriam ali, fas esse otiosa pecora sagina sua excuti. Id à multis avidè arreptum, partim quod pleraque à veritate non aliena dici viderentur, partim quod redditibus suis opimam inde allucinationem sperarent. Increbuerat quoque rumor, ab Italis simplices Germanos illudi, dum pecuniis ex peccatis ipsorum redacta, alea, luxuria aut ad satiandam Papalium neptium avaritiam insumitur. Redibat quoque in memoriam*

 dictum

in proximo Conventu. Adhæc ut interventu Magistratus ac diligentia purè doceatur Evangelium & modestè juxta sensum & interpretationem Scriptorum, quos Ecclesia comprobavit &c. Habetur illud *Decretum Noribergense* apud Gold. *Const. tom. 2. p. 150. & tom. 1. VVitteberg. Lutheri p. 385.* ut & Sleidan *lib. 4. Comm. ad ann. 1524.* per quod contra Edictum Wormatiense causa Lutheranorum probata videbatur, hinc & Lutherus datis ad Principes literis pro se interpretatur. Quamvis itaque Ferdinandus, Austriæ Princeps, latam adversus Lutherum superiori anno sententiam & *Edictum VVormatiense* vehementer urgeret, Cæsar quoque per literas cum Principibus de isthoc Decreto iracundius expostularet, imo per Legatum prorsus infringere conniteretur, Serv. *Histor. Concil. Trident. lib. 1.* Sleidan. *l. 4. Comment. ad ann. 1524.* remorari tamen hæc omnia cursum Evangelii neutiquam potuerunt, test. Dn. Strauch. *Exerc. Exot. 6. th. 21.*

§. 17. Cæsar quidem Conventum Imperii Spiræ futurum missis ab Hispaniâ literis inhibuit, cum autem turbulentus esset Germaniæ Status, *anno 1525.* Augustæ Vindelicorum à Ferdinando ex voluntate Cæsaris denuo indictus fuit, quia tamen perpauci eò venerunt, ob seditionem popularem à Nicolao Storch & Thoma Muntzero, fanaticis Auctoribus motam, ideoque dilata res est in annum sequentem ad Calendas usque Maji, cui conventui designata est Spira. Decretum tamen inter alia fuit, Magistratui interea diligenter providendum esse, ut concionatores verbum Dei proponant & explicent juxta sententiam Doctorum, quos Ecclesia recepit Christiana utque doceant non seditiosè, verum sic ut nomen Dei celebretur & tranquillitas retineatur. *Anno subsequenti 1526.* Principes Germaniæ admodum frequentes Spiræ convenerunt, ubi hæc causa in Comitiis quoque tractata est. Nam Legati Cæsaris cum à Cæsare indicti conventus causam exposuissent, illis, quæ ad deliberandum proposuerunt, & hoc addiderunt: *Cæsarem imprimis velle atque mandare, ut Ordines communi consilio decernant, quomodo religio Christiana & Ecclesiæ vetus atque per manus deducta consuetudo valeat apud omnes & integra permaneat: Deinde quomodo sint mulctandi, qui contra faciunt & coercendi, si forte vim & potentiam opponant, quomodo etiam communicanda invicem auxilia, ut & Cæsaris Edictum VVormatiense & hujus etiam conventus Decretum ab omnibus servetur & in executionem veniat.*

§. 18.

§. 18. Post arduam deliberationem in hoc Decretum discessum est, ad constituendam Religionis formam & retinendam tranquillitatem opus esse legitimo vel Germaniæ vel totius Orbis Concilio, cujus intra annum fiat initium, & ne qua mora vel impedimendum interveniat, legationem esse mittendam ad Cæsarem, oratum, ut miserum & tumultuosum Imperii Statum respiciat, quam primum in Germaniam accedat & Concilium procuret. Ad religionem & Edictum Wormatiense quod attinet, placuit, ut interea, dum Concilium aliquod haberetur, *ita se gerat in suâ quisque provinciâ, quo facti sui rationem Deo ac Cæsari reddere queat.* Vid. Sleidan. *lib. 6. Comm. ad ann. 1526* Habetur hoc Decretum *in Recess. Spirens. de dict. anno* §. und Erstlich. & sequent, præcipue §. 4. cujus inter alia hæc sunt verba: Demnach haben wir/ auch Churfürsten/ Fürsten und Stände/ und derselben Bottschafften uns itzo allhier auf diesen Reichstag einmühtiglich verglichen/ und vereiniget/ mitler Zeit des Concilii oder aber National Versamlung nichts desto weniger mit unsern Unterthanen/ ein ieglicher in Sachen/ so das Edict durch Käyserl. Maj. auf den Reichstag zu Wormbs gehalten/ ausgegangen/ belangen möchten/ für sich also zu leben/ zu regiren und zu halten/ wie ein ieder solches gegen GOtt und Käys. Majest. hoffet und vertrauet zu verantworten.

§. 19. Quia vero hæc Decreti clausula nimis lata fuit, & ad Edictum Wormatiense se retulit, quod causæ Lutheranæ minimè favebat, quippe prohibens circa religionem & ceremonias quicquam novare ideoque in utramque partem trahebatur, cum tamen pro Lutheranis faceret *Decretum Noribergense* Wormatiensi posterius, item *Recess. Imper. Noribergæ factus de anno 1524. §.* und ist darauf 29. in verbis: Es sollen auch unser Stadthalter ꝛc. und Stände des Reichs darneben mit sonderbahren hohen Fleiß und Aufmercken versehen/ daß mitler Zeit das heilige Evangelium/ und Gottes Wort nach rechten wahrem Verstande und Auslegung der von gemeiner Kirchen angenommenen Lehren ohn Aufruhr und Aergerniß geprediget und gelehret werde: Ideoque cum hisce placitis disertè derogatum non esset, Lutheranorum causa sat tuta credebatur, atque adeò §. *iste* ex Recessu Spirensi jam antea citatus ita accipiebatur, quod Jus daret singulis Principibus in suo territorio interim legem & ordinem præscribendi, secundum quem subditi viverent, donec Concilium seu generale seu

tiæ ac honoris, qui Deo verbis, operibus ac gestibus ab homine exhibetur. Nam ex devotione, amore ac reverentiâ Dei internâ oritur externus Dei cultus, qui devotionem animi verbis & operibus prodit, & nihil aliud est, quam exercitium veræ pietatis, quod Deus à nobis æquè ac cultum internum requirit. Hinc Paulus *1. Corinth. 6. v. 20.* hortatur: *Glorificate Deum in corpore vestro & Spiritu vestro.* Hic cultus *externus* iterum vel *publicè* exercetur ab omnibus, vel *privatim* in cujuslibet familia. *Publicus* in sincere religionis piâ curâ in Republicâ conservandæ in congressuum publicorum conservatione, in auscultatione verbi, in publicis precibus atque communi Sacramentorum usu consistit, & huc quadrare videtur posterior religionis acceptio. *Privatus* vero disciplinam domesticam, exercitia pietatis inter liberos & servos, conservationem vitæ innocuæ, suavissimamque domesticorum conjunctionem, ut Deo uno numero debitum honorem exhibere possint, concernit. Balduin. *de casib. Consc. l. 2. cap. 6.* In hac Dissertatione Religionis nomine potissimum venit *cultus Dei externus & quidem publicus*, qui tamen cultum internum ac devotionem præsupponit & juxta usitatissimam vulgi consvetudinem vocatur *Religio*, German. die Religion/ ut testatur Balduin. *de casib. Consc. cit. loc.* Quare præpositâ cognitione vocabuli jam ad alia pergimus.

§. 5. Antequam verò ad Jura circa diversitatem religionis observanda fiat progressus, operæ pretium ducimus, originem & dissidii causas ex parte delibare, ubi notandum, quod falsæ religiones sint dum *Hæreticorum*, dum *Atheorum*. *Atheismus* à Dn. Calovio alius dicitur inchoatus, alius consummatus vel secundum quid, vel absolutè, qui posterior Epicureismus ab Epicuri secta dicitur, de qua fertur, quod hominum bonum in voluptate posuerit, omniaque casui adscripserit. Cicer. *lib. 2. de finib.* Et hic Atheismus à Dn. Calovio describitur: quod sit irreligiositas formalis, qua quis religionem omnem contemnit, abnegatâ Dei providentiâ ac Justitiâ, ut impunè ac securè quidvis perpetret. Illius sectatores nullatenus, ne professione quidem, in Ecclesiâ aut Christianorum cœtu extitisse, prælaudatus Dn. Calov. *System. Theolog. 4. tom. gener. I. c. 2. pag. m. 108.* asserit, quod quidem quoad professionem extrinsecam & publicam largiendum. Multorum tamen impiorum hominum facta, proh dolor! demonstrarunt, atque adhuc demonstrant, quod apparenter Christianorum no-

men gerant, revera autem Atheismum cum æternæ salutis dispendio inæstimabili professi sint & profiteantur. *Hæreticorum* variæ & innumeræ sunt sectæ, imprimis Veterum, qui in Ecclesiâ latent & Christum profitentur, ut Christianis quidem accenseri velint, pro veris tamen haberi nequeant; Hæreses tamen omnes ut referamus neque nostræ est professionis, neque etiam nostri instituti, cum non de his, verum de Juribus circa Religionum diversitatem in Germaniâ receptis thema nostrum conceptum sit. Interim evolvatur sæpius cit. Dn. Calov. *qui d. l.* celebriores recenset.

§. 6. Ut itaque propius ad scopum nostrum accedamus, Papismus à Romani Pontificis auctoritate dependens in priori seculo causam dissidii dedit, cujus semina jam dum Apostolorum tempore per Pseudo-Apostolos, articulum de Justificatione per fidem depravantes, teste Dn. Calovio sparsa fuerunt, incrementum tamen potissimum sumsit stabilitâ Romani Episcopi papali auctoritate, cum Oecumenici vel universalis Ecclesiæ Administratoris sive Inspectoris titulum & jura sibi arrogaret. Defecit autem Romana Ecclesia non statim à veritate Apostolicâ sed paulatim, non simul & semel, sed successivè, donec tandem variorum errorum novorum ac traditionum humanarum farrago in locum Apostolicæ veritatis successit, adeò ut nunc in quam plurimis articulis à verbo Dei dissideat, dum scripturam sacram pro unicâ fidei ac morum normâ non admisit, sed verbum non scriptum & traditiones adjecit, peccatum originale extenuavit, vires liberi arbitrii extulit, legis observantiam possibilem, salutem verò per bona opera adseruit, merita humana propagavit sacramentorum numerum ampliavit, sacrificium missaticum & sanctorum invocationem introduxit, Pontificem Romanum è cathedrâ papali aliquid decernentem, ceu infallibilem, approbavit, ac cum indulgentiis purgatorium recepit, quæ Indulgentiæ cum Annatis & Pallio Episcopali multas easque gravissimas Nationis Germanicæ produxerunt querelas. Et hæ sunt causæ prægnantissimæ, quæ dissidii occasionem quoad Religionem in Germaniâ nostrâ præbuerunt. *Theologicas* quidem, cùm nostræ professionis limites transcendant, non examinabimus, B. L. de illis ex scriptis nostratium Theologorum fusius constabit; *Politicas* verò & extrinsecas, inter quas *Annatæ, Pallium & Indulgentiæ* occurrunt, paucis perlustrabimus.

§. 7. An-

§. 7. *Annatas* quod attinet, dicuntur ab anno, quia è primi anni fructus ex vacante beneficio Papæ Romano præstandi, ut ait Arndius *Dict. Antiq. Eccles.* vel sunt reditus ab eo præstandi qui novus in defuncti Episcopi & Abbatis locum vacansque beneficium succeßit. Ex his ingens Pontificiis ærario præprimis ex Germania pecunia acceßit, licet olim color & prætextus exigendi eas maxime probabilis extiterit. Prætextui enim sumebatur expeditio in terram sanctam, indeque in genere militia adversus Turcam, oppreßæ in Oriente Ecclesiæ commiseratio & gloriæ Christi propagatio, quæ causa quidem satis speciosa fuit, revera tamen ad emungendos Germanos, Gallos & Anglos pecuniâ, stabiliendum papalem dominatum, Majestatemque civilem pessundandam, aliasque Status Pontificalis rationes firmandas comparatæ erant. Quo spectant illa à Friderico à Landescron prolata: Man fähret über Meer und ficht an die Heyden/ und gar viele sterben und verderben um den Glauben/ blieben Sie daheim/ und strafften die bösen Christen/ die an GOTT meinaydig werden/ dieses wäre eine gute Meerfahrt/ ohn allen Zweiffel hielten wir unser Ordnung Christlich/ alle Heyden und Unglaubigen bekehreten sich zu uns. Vid. Magnificus Strauch. *Ex. Exoter. 5 th. 17 & seqq.* Et his Annatis jam olim Albertus II. secundum decreta Concilii Basileensis, quo hoc vectigalis genus damnatum erat, non solum pragmaticâ sanctione, sed & cum in concordatis Nationis Germanicæ confirmatæ essent, querelæ Germanorum restiterunt, adeò ut ipse Imperator Carolus V. in epistola quadam ad Pontificem missâ Annatas & cætera lucra sedis Romanæ *claves aureas, quibus Papa bellorum archiva pro lubitu aperire & claudere solent, appellaverit*, earumque lucrum non amplius Romam exportari, sed in Imperii necessitatem impendi postulaverit in Comit. Noriberg. *de anno* 1522. Quin & Ordines Imperii in dictis Comitiis de iisdem Annatis graviter conquestos esse, testatur Hortled. Plura post Dn. Strauch exhibentur in tractatu Dn. Præsidis *de Bon. Templor. cap. 11 circa fin.*

§. 8. Nec minorem ansam dedit Religionis dissidio immensum pretium ab Archiepiscopis & Episcopis quibusdam, ut Bambergensi in Germaniâ, *pro indumento Pallii* præstandum. Referunt enim Historiographi, quod in vita unius hominis species viginti millia florenorum à solo Archiepiscopatu Moguntino pro confirmatione & Pallii impe-

impetratione Romam pervenerint. Hinc licet conjicere, quam longè ubertimus quæstus Pallii redemptio Pontifici fuerit. Quæ vero hujus pallii materia extiterit vel textura, solide describit Dn. Strauch. *Exercit. Exoter. 5. thes. 12.* ibique allegat. Johann. Bapt. Vivian. *in rat. Jur. Can. ad c. 7. X. de uf. & auctorit. Pall.* & Ungep. *ad Decret. eod. tit. n. 3. & 4.* Dn. Ziegl. *ad Inst. Jur. Can. lib. 1. tit. 11. §. 1.* post Marc. *de Concord. Sacerd. & imper.* pallii originem ad seculum octavum refert, illudque à Pontificibus propterea receptum esse asserit, ut Metropolitani hoc modo magis obnoxii fierent sedi Romanæ, quare in signum plenitudinis Episcopalis tributum est, per *c. 4. X. de auctorit. & uf. Pall.* Et olim quidem gratis, constat enim priscis temporibus hoc tantum ab accepturo Pallium requisitum fuisse, ut fidem suam suo Patriarchæ exponeret, quo constaret, sibi cum Ecclesiâ de fide convenire. Addidit Paschalis II. ut Pallium accepturi juramento se obstringerent *c. 4. X. de Elect. & Elect. potest.* Postmodum receptum, ut intra tres menses à consecratione, vel in casu translationis à confirmatione peteretur. Denique ut fœcundior existeret hic acquirendi modus, Pontifex Romanus certum hujus Pallii pretium statuit, quod successivè adeò in immensum crevit, ut integras provincias ad redimendum illud expilari oporteret. Quamvis enim ab initio sat grave fuerit pretium constitutum, nec sic tamen Paparum, decem (ut suspicamur) præcepta Dei in unum (nempe da pecuniam) commutantium, inexplebilis auri fames extingui potuit; Nam ut legere est in der stattlichen Ausführung/ warum die Protestirenden Stände Pii IV. Concilium nicht besuchen können &c. ap. Hortled. B. II. des Teutschen Kriegs *fol. 661. num. 44.* ad immensum Pallii pretium & alia accessere, verba sic sonant: Muß noch über die Haupt-Taxt erleget werden/ die Haupt-Bulla/ die Befehlichs-Bulla/ die Bulla der Absolution/ die Bulla an das Capitul/ die Bulla an die Clerisey/ die Bulla an die Gemeinde/ die Bulla an die Lehnleute/ die Bulla an den König/ die Form des Eyds/ und was man behalten muß in Consistorio für die Einweihung und Einsegnung/ ohn was der Pabst ihm fürbehalten/ was ihm heimgefallen/ und andere etliche Zinsen. Hinc gravissimæ iterum extiterunt Germanorum querelæ de hac pallii nundinatione & Aulæ Romanæ avaritia. Vid. Goldast. *in volum.* der Reichssatzungen *fol. 215.* & Sleidan. *lib. 13. Comment. ad annum* 1541. Reliqua ad hanc materiam facien-

facientia ex Dn. Præsid. *Tract. de Jur. Templ. c. 11.* patent, quorsum B. L. remittimus.

§. 9. Denique ad causas dissidii cum *Indulgentiis* præcipuè pertinet confictus *Purgatorii metus*. Nam cum Gregorius ex somniis Origenis purgatorium induxisset, statim oblationes pro liberandis animabus ibidem commorantibus excogitatæ sunt. Hinc prodierunt preces, hinc Missæ, & quænam sunt sexcenta alia pro liberandis defunctorum animabus ex tormentorum loco. Hinc denique Indulgentiæ extortæ sunt, ut præstitâ pro expiatione omnium delictorum pecuniæ certâ summa, simul ac nummulus in arcam esset conjectus, animæ, quæ igne purgatorio cruciabantur, in cœlum quasi è vestibulo evolarent. Sleidan. *l. 1. Comm.* Et hæ indulgentiæ postmodum in tantum invaluerunt, ut & propter committenda delicta concessa fuerint. Nomen quidem Indulgentiarum recens non est, sed jam olim in puriori Ecclesiâ receptum fuit, significatione tamen longè diversâ, tunc temporis enim nihil aliud denotabat, quam mitigationem pœnæ Ecclesiasticæ, postmodum autem pro condonatione peccatorum ære venali acceptum est, & hæ Indulgentiæ frequentissimæ fuerunt. Quare etiam Leo X. Pontifex Romanus pro suâ, quam in omnes Christiani nominis Ecclesias se habere putabat, auctoritate, missis per omnia regna literis atque diplomatibus, omnium delictorum expiationem ac salutem æternam pollicitus est, interventu pecuniæ, quam quisque daret. Ad eam rem qui mittebantur quæstores ac hujus beneficii præcones, æraria passim per omnes provincias constituerunt, nec id modo, verum etiam editis libellis dogmata sua defenderunt, in Germaniâ præsertim. Et hanc condonationem suo vocabulo jam ante recepto, *Indulgentias* nominarunt, teste Sleid. *l. 1. Comm. circ. init. ad annum 1517.*

§. 10. Per has *Indulgentiarum* nundinationes Leo X. institore per Germaniam *Tezelio, Pirnâ Misnico, Monacho Franciscano*, tantam sibi inique pecuniæ summam acquisivit, ut & tandem Tridentini Concilii Patres hujus nundinationis puduerit, præprimis cum ad rei indignationem accesserit, quod partim in Alberti Marchionis Brandeburgensis, Moguntini Archiepiscopi, commodum, ut pretium ad comparandum à Curiâ Romanâ Pallium sibi conquireret. *Sleid. Comment. lib. 13. ad annum 1541.* partim etiam in ipsius Pontificis directam utilitatem, ut

ut taceamus opprobrium, venditæ sint. Nam non solum nimis licentiose à Papæ ministris hic mercatus exercitus & in popinis quotidie sine pudore per aleæ lusum usumque turpissimos pecunia acquisita perdita, sed & residua in usum Magdalenæ Pontificis sororis, Francisco Cibo Innocentii VIII. spurio nuptæ, erogata est. Quapropter & ipsi Patres Concilii Tridentini voluerunt, ut in quibuscunque religionis Christianæ locis nomen atque usus quæstorum istorum penitus aboleretur, ut eleganter post Thuanum *lib. 1. Histor.* & Serv. *in histor. Concil. Trident.* tradit incompar. noster Strauch. *Exercit. Exoter. 5. th. 7. 8. & seq.* ubi inter alia notabilia refert, quod *Indulgentiæ fuerint ex arcanis Pontificatus & aurifodina Pontificiæ ditissima vena, ex qua magna vis auri signati pro sede Apostolicâ effodiebatur.*

§. 11. Cum itaque vi sui mandati Tezelius Germaniam, Saxoniam vero imprimis, execrandis istis Indulgentiis deprædaretur, atque tantâ cum impudentiâ doceret, ut licet quis virginem Mariam vitiasset, gravidamque fecisset, se tamen ejus condonandi peccati, dummodo adsit pecunia, potestatem habere. Ideoque hæc impietas ut cuique optimo, ita quam maximè Martino Luthero displicuit, eumque in finem *VVitteberga Anno 1517. 31. Octobr. in vigilia omnium Sanctorum 95.* propositiones contra Indulgentiarum Quæstorem Tezelium conscripsit, easque publicè disputandas Templi valvis affixit. Vid. Georg. Horn. *in histor. Ecclesiast. period. 3. artic. 1. & seqq. & in Orb. Polit. de Imper. Roman. §. 17.* Burgold. *in Not. Imper. part. 1. discurs. 1. th. 9.* Sicque initium Reformationis Ecclesiæ calidis votis sæpe numero exoptatæ factum est. Antea quidem Hussitæ in Bohemiâ restitutione purioris Christianismi Ecclesiæ consulere voluerunt, sed Johannes Hussus, neglectâ publicâ fide, non auditus neque hæresos convictus damnatus atque combustus est, simili modo vitam suam finiit ipsius discipulus Hieronymus Pragensis Wiclefi verò corpus in Anglia exhumatum & publicè concrematum fuit, non aliam ob caussam, quam quod discipulo suo Johanni Hussio sincerum de Deo sensum juxta divini verbi cynosuram instillasset. Denique Hussitæ variis in Bohemiâ persecutionibus oppressi sunt, ideoque opus salutaris Reformationis usque ad tempora Lutheri cessavit, qui quidem ab initio, ut Dei singularem providentiam eo magis admiremur, nil minus quam integrum Papatum reformare cogitavit, ut patet ex Sleidan. *Comment. lib. 1. §. 12.*

§. 12. Lutherus enim, cum contra Indulgentiarum impios præcones Wittebergæ suas propositiones affigeret, Papam adhuc pro Ecclesiæ capite agnovit; Literis proinde humillimis ac supplicibus ad Papam missis, scripta sua per quam reverenter Papali submisit censuræ. nihilque aliud, quam Ecclesiasticæ disciplinæ emendationem postulavit, quod præter omnium opinionem salutari Reformationi ansam dedit. Nam cum Lutheri contra indulgentias disputatio satis plausibilis esset, multi Principum ac civitatum, quinimo magna populi pars cum studio reformandæ Religionis ei favere cœpit. Vid. Thuan *lib. 1. histor.* præcipue cum contra Johann. Eccium, Sylvestr. Prieriatem & Jacob. Hogostratum theses suas de Indulgentiis optimè defenderet. Sleidan. *dict. lib. 1.* Quo facto à Leone Papa Romam citatus est, sed periculi & insidiarum metu perculsus comparere detrectavit, terrebant siquidem ipsum vestigia introrsum semper, nunquam vero retrorsum spectantia. Quare ad Electoris Saxoniæ interpositionem coram Thomâ Cajetano, Cardinali in Germaniam ad Augustana Comitia a Papa misso, Augustæ Vindelicorum se Lutherus *anno 1518.* stitit, sed cum ad Cardinalis Cajetani instantiam revocare nollet, infectâ re discessit, atque *16. Octobr.* à Cajetano ad Pontificem, *28. Novembr.* autem ejusdem anni à Pontifice ad Concilium provocavit. Vid. Georg. Horn. *period. 3. artic. 1. lib. 6. Histor. Ecclesiast.* Post abitum Lutheri Cajetanus missis ad Fridericum Saxoniæ Electorem literis ipsum monuit, ut existimationi & conscientiæ suæ consuleret, & Lutherum aut Romam mitteret, aut è suis finibus ejiceret, sapientissimus Princeps respondit: *Sibi hoc non esse integrum, cum error Lutheri nondum commonstratus, ille verò paratus sit, disputationem in loco non suspecto subire, & aliorum, qui rectius aliquid afferre possint, judicia pati.* Sleidan. *d. lib. 1. Comment. ad annum 1518.*

§. 13. Cum itaque Lutherus & Romæ comparere, & erroris haud convictus revocare detrectaret, à Papa Leone, illo rugienti bruto, suo fulmine, quasi hæreticus *anno 1520.* excommunicatus est, ejusque libri exusti sunt. Nam *anno*, quem diximus, *1520. Julii mensis die sexto* Pontifex ad Fridericum Electorem Saxoniæ literas dedit, quibus narravit, se convocato Cardinalium Senatu & cum doctissimis Viris, Prælatis scil. Canonistis & Theologis re communicatâ, post multam ac gravem deliberationem excommunicationis decretum

fecisse præmonstratore Spiritu illo sacro, qui Ecclesiæ Romanæ nunquam desit. Sleidan. *lib. 2. Comment.* Exemplum harum literarum habetur *tom. 1. Wittebergens. Luther. fol. 51.* Misit etiam Pontifex exemplar hujus decreti Friderico, suamque declaravit mentem hanc esse, ut Elector Lutherum admoneret, quo omni depositâ superbiâ ab instituto desisteret, errorem deponeret, ab eoque palam & solenniter discederet, hoc si recusaret, intra diem præfinitum ut custodiæ mandaretur, jussit. Sleidan. *ibid.* Lutherus qui jam ante ad Concilium provocaverat, id nunc repetiit eo magis, quod ipsum Pontifex nec vocatum nec erroris convictum damnaret, suas vero opiniones & merè humana deliria sacris literis anteponeret, denique quod Concilio nullum relinqueret locum. Quare insimul edidit scriptum contrarium & omnia sua dogmata, quæ Leo damnaverat, ordine confirmavit & asseruit. Sleidan. *c. l.* Serv. *lib. 1. histor. Conc. Trident.* & Dn. Strauch. *Exerc. 6. th. 4.* Postquam etiam vidit, precibus se nihil impetrare posse, par pari retulit; Invitatis proinde solenni programmate studiosis Wittebergæ extra portam, quam vocant Elystræ, papales Bullas cum Corpore Juris Canonici, spectante magnâ doctorum virorum caterva, publicè combussit. Dn. Ziegl. *in Dissert. de Orig. Jur. Canon. th. 64.* Hocque modo divinâ aura afflatus ansa à Pontificiis propemodum obtrusâ opus reformationis aggressus est, atque puriorem Christianismum sine ullâ vi externâ solo calamo mirabiliter Spiritus Sancti gratiâ propagavit. Plura de hac Lutheri excommunicatione proponit Dn. Strauch. *cit. Exercit. 6 usque ad th. 17.* Severin. de Monzamban. *c. 5. de Stat. Imper. Germ.* ne larvam ejus Pontificii agnoscerent, ita politice de hoc negotio inter alia disserit: *Cum Martinus ille deprehenderet, Sacerdotum apud Tribunal nihil æqui se obtenturum, Laicorum captare favorem constituit. Exinde Papam &c. pro judice recusavit agnoscere: Et ne Patronis destitueretur, docere cœpit: Ad Principes seculares spectare curam Ecclesiæ, quumque videant, per bona à majoribus ad pios usus destinata Clericorum ignaviam & luxuriam ali, fas esse otiosa pecora sagina sua excuti. Id à multis avidè arreptum, partim quod pleraque à veritate non aliena dici viderentur, partim quod reditibus suis opimam inde accessionem sperarent. Increbuerat quoque rumor, ab Italis simplices Germanos illudi, dum pecunia ex peccatis ipsorum redacta, aleæ, luxuriæ aut ad satiandam Papalium neptium avaritiam insumitur. Redibat quoque in memoriam*

 dictum

dictum Martini V. Sibi esse in votis, ut Ciconia fiat dummodo Germani in ranas verterentur. *Et qui antehac tam mascule Romanorum arma repulerant, ingemiscebant, se obtente religionis ab imbelli hominum genere tantum non ad fœnum edendum compelli.* Hactenus Monzamb.

§. 14. Carolus V. Imperator cum animadverteret, ex hisce religionis controversiis magnas exorituras esse mutationes in Republica, ut nascentes & gliscentes ejusmodi contentiones in ipsâ quasi extingueret herbâ, Lutherum Wormatiam anno 1521. d. 16. April. cautione tamen prius de securo aditu atque reditu interposita, evocavit. Vid. Dn. Strauch. *cit. Exerc. Exoter. 6. th. 19.* Ad mandatum igitur Cæsareæ Majestatis, dissuadentibus licet amicis, Wormatiam, fretus causæ justitiâ, pervenit. Sed & ibi res infecta relicta est. Nam præter hæc verba, quæ ex citatâ Magnifici Dn. Strauchii Exercitat. adscribere lubet: Sind die Bücher dein? Ja. Wilst du sie wiederruffen? Nein. So heb dich/ nihil ferè memoratu dignum ab Eccio, fatuo illo Lutheri Antagonista, propositum. Cum ne hac quidem ratione Carolus V. hanc controversiam decidi posse perspiceret, in gratiam Papæ, quam adversus Galliæ Regem apprime sibi utilem aucupabatur, *8. Maji* prædicti anni Lutherum proscripsit. Edictum hujus proscriptionis legi poterit *tom. 1. Const. Goldasti* ex versione Cochlei, *& tom. 2. fol. 143.* ex ipsius Lutheri translatione. Sententiam Edicti proscriptionis exprimit Sleidan. *lib. 3 ad annum 1521.* quo Lutherus, ut auctor schismatis atque manifestarius & pertinax hæreticus damnatus, mandatumque omnibus, gravi pœnâ denunciatâ, ut pro tali agnoscant, & post 21. dies, quos ad reditum concesserat Luthero Imperator, quisque det operam, ut illum capiat & captum in potestatem Cæsaris perducat; Hos vero, qui quocunque modo faveant Luthero, aut ei operam suam communicent, æque proscribit Edictum illud, libros aboleri jubet & librariis imposterum gravem constituit pœnam. Et hoc vocatur *Edictum VVormatiense*, cujus executio postmodum in multis Comitiis postulata est. Fridericus autem Saxoniæ Elector, Lutheri metuens capiti, in arcem Wartburg eum deduci curavit, ubi etiam per decem menses securus latitavit. Discedente verò ex Germaniâ Imperatore, Wittebergam mens. Mart. *anno 1522.* postliminio reversus, res ecclesiasticas ibi perturbatas restituit, & inter alia Missam quoque *anno 1523.* abrogavit.

§. 15. Si-

§. 15. Sicut vero Papale fulmen ex pelvi & inane, ita quoque nec Cæsarea hæc proscriptio executioni mandata fuit, cujus rei causam Legato Pontificis Adriani Sexti, qui Leoni successerat, Sleidan. *Comment. lib. 3. ad annum. 1521.* reddiderunt Imperii Ordines Noribergæ *anno 1522.* in Comitiis, unde facile apparet, Lutheri causam in hisce Comitiis non fuisse improbatam. Exprimuntur vero causæ, propter quas Ordines Cæsaris præscriptionem executioni dare noluerunt, apud Gold. *tom. 1. Const. Imper. fol. 453. & seqq.* his verbis: *Quod sedis Apostolicæ sententia in Lutherum lata simulque sacræ Cæsareæ Majestatis Edictum, executioni non demandatum sit, id non sine maximis, urgentissimisque rationibus, ut puta ne pejora inde causarentur, hactenus prætermissum est. Majori namque populi parte jam pridem persuasum est, & modo Lutheranis libris ac dogmatibus populorum opinio sic informata, ut jam pro comperto habeant, Nationi Germanicæ à Curiâ Romanâ per certos abusus, multa & magna gravamina & incommoda illata esse. Ob id si pro executione Apostolicæ Sedis sententiæ, vel Imperatoriæ Majestatis Edicti quidpiam acerbius attentatum esset, mox popularis multitudo, sibi hanc suspicionem animo concepisset, ac si talia fierent pro evertenda Evangelicâ veritate, ac sustinendis manuque tenendis abusibus, impietatibusque. Unde indubiè aliud nihil, quam gravissimi tumultus populares intestinaque bella speranda essent, quemadmodum ex multis & variis rerum argumentis Principes aliique Ordines tam planè didicere atque cognovere. Opportunioribus itaque remediis his malis in hac potissimum temporum difficultate succurrendum esse existimarunt.* Vid. Sleidan. *l. 4. Comment. circ. init. anni 1523.* Cæsar quoque in Comitiis per Legatum conquestus est, *VVormatiense Edictum*, quod communi Ordinum consilio ac voluntate factum sit, esse violatum, maximo quidem Germaniæ detrimento, quare jussit ut imposterum magno studio servetur, ad quod Principes responderunt, se quantum ejus præstare possint, facturos. Sleidan. *Comment. lib. 4. ad ann. 1524.*

§. 16. Secutum denique est Decretum Noribergense *die 18. April. 1524.* quo sancitum: Ut de voluntate Cæsaris, Pontifex in Germaniâ primo quoque tempore liberum indicet Concilium loco idoneo, ut Spiræ conveniant Ordines deliberaturi, quid sequi oporteat interea, dum Concilii fiat initium, ut Principes in sua Provincia deligant viros doctos & idoneos, qui ex Lutheri & aliorum libris colligant ea, de quibus putant posse disputari, quæ Principibus exhibeant

in proximo Conventu. Adhæc ut interventu Magistratus ac diligentia purè doceatur Evangelium & modestè juxta sensum & interpretationem Scriptorum, quos Ecclesia comprobavit &c. Habetur illud *Decretum Noribergense* apud Gold. *Const. tom. 2. p. 150. & tom. 1. VVitteberg. Luther. p. 385.* ut & Sleidan. *lib. 4. Comm. ad ann. 1524.* per quod contra Edictum Wormatiense causa Lutheranorum probata videbatur, hinc & Lutherus datis ad Principes literis pro se interpretatur. Quamvis itaque Ferdinandus, Austriæ Princeps, latam adversus Lutherum superiori anno sententiam & *Edictum VVormatiense* vehementer urgeret, Cæsar quoque per literas cum Principibus de isthoc Decreto iracundius expostularet, imo per Legatum prorsus infringere conniteretur, Serv. *Histor. Concil. Trident. lib. 1.* Sleidan. *l. 4. Comment. ad ann. 1524.* remorari tamen hæc omnia cursum Evangelii neutiquam potuerunt, test. Dn. Strauch. *Exerc. Exot. 6. th. 21.*

§. 17. Cæsar quidem Conventum Imperii Spiræ futurum missis ab Hispaniâ literis inhibuit, cum autem turbulentus esset Germaniæ Status, *anno 1525.* Augustæ Vindelicorum à Ferdinando ex voluntate Cæsaris denuo indictus fuit, quia tamen perpauci eò venerunt, ob seditionem popularem à Nicolao Storch & Thoma Muntzero, fanaticis Auctoribus motam, ideoque dilata res est in annum sequentem ad Calendas usque Maji, cui conventui designata est Spira. Decretum tamen inter alia fuit, Magistratui interea diligenter providendum esse, ut concionatores verbum Dei proponant & explicent juxta sententiam Doctorum, quos Ecclesia recepit Christiana utque doceant non seditiosè, verum sic ut nomen Dei celebretur & tranquillitas retineatur. *Anno subsequenti 1526.* Principes Germaniæ admodum frequentes Spiræ convenerunt, ubi hæc causa in Comitiis quoque tractata est. Nam Legati Cæsaris cum à Cæsare indicti conventus causam exposuissent, illis, quæ ad deliberandum proposuerunt, & hoc addiderunt: *Cæsarem imprimis velle atque mandare, ut Ordines communi consilio decernant, quomodo religio Christiana & Ecclesiæ vetus atque per manus deducta consuetudo valeat apud omnes & integra permaneat: Deinde quomodo sint mulctandi, qui contra faciunt & coercendi, si forte vim & potentiam opponant, quomodo etiam communicanda invicem auxilia, ut & Cæsaris Edictum VVormatiense & hujus etiam conventus Decretum ab omnibus servetur & in executionem veniat.*

§. 18.

§. 18. Post arduam deliberationem in hoc Decretum discessum est, ad constituendam Religionis formam & retinendam tranquillitatem opus esse legitimo vel Germaniæ vel totius Orbis Concilio, cujus intra annum fiat initium, & ne qua mora vel impedimendum interveniat, legationem esse mittendam ad Cæsarem, oratum, ut miserum & tumultuosum Imperii Statum respiciat, quam primum in Germaniam accedat & Concilium procuret. Ad religionem & Edictum Wormatiense quod attinet, placuit, ut interea, dum Concilium aliquod haberetur, *ita se gerat in suâ quisque provinciâ, quo facti sui rationem Deo ac Cæsari reddere queat.* Vid. Sleidan. *lib. 6. Comm. ad ann. 1526* Habetur hoc Decretum *in Recess. Spirens. de dict. anno* §. und Erstlich. & sequent, præcipue §. 4. cujus inter alia hæc sunt verba: Demnach haben wir/ auch Churfürsten/ Fürsten und Stände/ und derselben Bottschafften uns itzo allhier auf diesen Reichstag einmühtiglich verglichen/ und vereiniget/ mitler Zeit des Concilii oder aber National Versamlung nichts desto weniger mit unsern Unterthanen/ ein ieglicher in Sachen/ so das Edict durch Käyserl. Maj. auf den Reichstag zu Wormbs gehalten/ ausgegangen/ belangen möchten/ für sich also zu leben/ zu regiren und zu halten/ wie ein ieder solches gegen GOtt und Käys. Majest. hoffet und vertrauet zu verantworten.

§. 19. Quia vero hæc Decreti clausula nimis lata fuit, & ad Edictum Wormatiense se retulit, quod causæ Lutheranæ minimè favebat, quippe prohibens circa religionem & ceremonias quicquam novare ideoque in utramque partem trahebatur, cum tamen pro Lutheranis faceret *Decretum Noribergense* Wormatiensi posterius, item *Recess. Imper. Noribergæ factus de anno 1524.* §. und ist darauf 29. in verbis: Es sollen auch unser Stadthalter ꝛc. und Stände des Reichs darneben mit sonderbahren hohen Fleiß und Aufmercken versehen/ daß mitler Zeit das heilige Evangelium/ und Gottes Wort nach rechten wahrem Verstande und Auslegung der von gemeiner Kirchen angenommenen Lehren ohn Aufruhr und Aergerniß geprediget und gelehret werde: Ideoque cum hisce placitis disertè derogatum non esset, Lutheranorum causa sat tuta credebatur, atque adeò *§. iste* ex Recessu Spirensi jam antea citatus ita accipiebatur, quod Jus daret singulis Principibus in suo territorio interim legem & ordinem præscribendi, secundum quem subditi viverent, donec Concilium, seu generale seu

nationale haberi posset; Sed hanc interpretationem Cæsari postmodum displicuisse, ex *Recess. Spirens. de anno 1529.* §. und aber derselben *articul. 4.* haud obscure colligitur Dn. Strauch. *Exerc. Exoter. 6. th. 23.*

§. 20. His ita se habentibus Cæsar datis Valoteti literis *anno 1528.* iterum Imperii Conventum indixit Spiræ ad initium Febr. *seq. anni 1529.* religionis & Turcici belli causâ, quo minus autem ipse veniat, per occupationes se excusat, simulque constituit Legatos, quorum nomina recenset Sleidan. *lib. 6. Comment. ad ann. 1528.* In his Comitiis Superioris Conventus Spirensis actio paucis repetitur, in eo nimirum fuisse decretum, ut quantum ad Cæsaris Edictum Wormatiense pertinet, ita se gerant omnes, quo sui facti rationem & Deo & Cæsari reddere queant, sed multos eo prorsus abuti & omnis ferè generis horrenda novaque dogmata sub hoc veluti prætextu nunc & defendi & excusari. Hinc novum factum est Decretum, ut illi qui Cæsaris Edictum adhuc servarunt, deinceps quoque illud usque ad Concilium servent; Qui verò doctrinæ genus mutarunt, neque discedere jam ab eo possunt absque metu seditionis, ut hi sibi temperent imposterum, nec aliquid præterea innovent usque ad Concilii tempus. Deinde ne doctrina eorum, qui de Cœnâ Domini, secus quam Ecclesia docent, recipiatur, neve abrogetur Missa, nec iis in locis, ubi novum est doctrinæ genus, impedimentum fiat, quo minus ad Missam, qui volunt, accedant. Vid. Sleidan. *lib. 6. Comm. ad ann. 1529. & Recess. Imper. Spirens. de dict. ann. 1529.* §. und aber derselbe *articul. 4. &* §. und sonderlich soll &c.

§. 21. Sed cum hoc Decreto Juri Lutheranis quæsito multis partibus detraheretur. Ideoque *Elector Saxoniæ, Georgius Marchio Brandeburgens. Ernestus & Franciscus Duces Brunsvicenses, Philippus Landgravius Hassiæ & VVolffgangus Princeps Anhaltinus,* quibus se adjunxerunt quædam Civitatum relatæ à Sleidan. *d. l. 6.* interque eas *Noriberga, publicè se huic Decreto opposuerunt, & die 19. April. ejusd. anni 1529.* palam de scripto recitarunt, cur dictæ jussioni obligati esse nollent, unde ab hac publicâ protestatione celeberrimum illud *Protestantium* nomen Principes Lutheranæ Religioni addicti sortiti sunt. Causas dissensus atque Protestationem ipsam in Principum consessu prolatam, prolixe refert Sleidan. *d. l. 6.* Ipsam quoque protestationis formulam, quam scriptam ad acta Imperii collocari curarunt Protestantes, Saxo postea

&

& Landgravius publico diplomate divulgarunt cum digna sit ut sciatur ab omnibus, qui hoc nomine fruuntur, ideoque B. L. ad Dn. Strauch *Exercitat. Exoter. 6. th. 23.* remittimus, ubi *sub fin.* exhibetur. Post appellationis quoque formulam Protestantes conceperunt, atque ab omni actione Spirensi & Decreto ibidem facto ad Cæsarem provocarunt, Legationemque ad ipsum decreverunt. Legati à Sleidan. *lib. 7. Comment. in princip.* denominantur. Die 12. Septembr. 1529. hi Legati ad Cæsarem Placentiæ admissi ordine exposuerunt, quod Decretum Imperii anno abhinc tertio factum, nuper alio decreto sublatum sit, de quo protestati essent Saxo & Socii. Cum vero responsio non ex voto secuta esset, sed juberentur potius Decreto Spirensi morem gerere Protestantes, Legati appellationem Alexandro Schweis tradiderunt, adhibitis ad eam rem testibus, quo facto in custodiam liberam dati sunt, denunciata capitis pœna si pedem è diversorio moverent, aliquid suis perscriberent, vel suorum quem aliquo mitterent. Vid. Sleidan. *lib. 7. Comment. ad ann. 15.9.* Utrum juste Protestantes contra Decretum Spirense, quod per majorem partem suffragantium confectum, excipere atque appellare, deinde quo Jure Cæsar Potestantium Legatos detinere potuerit, hoc accuratissimè pro more solito *Exerc. Exoter. 7. per tot.* explicat Noster JCtus Salanus, quorsum meritò B. L. remittimus.

§. 22. Sed quia à primis inde Comitiis Wormatiensibus ad hoc usque tempus legationis nunquam in Germaniam rediit Imperator, neque divinare poterant Protestantes, an brevi eò venturus esset, durum videbatur, Legatos, qui contestandi obsequii Protestantium causâ Cæsari obviam, non sine gravi sumptu ac periculo, ivissent, hoc modo detinere. Quare Protestantes hac de re certiores facti *anno 1529. sub fin. Novembr.* Smalcaldiæ conventum indixerunt, ibique, ne quid Evangelica Ecclesia detrimenti capiat, sollicitè providerunt. Interea Imperator publico Diplomate *anno 1530.* Augustæ Vindelicorum Comitia indixit, & quia Imperator partium dissidentium circa Religionem opiniones & sententias se auditurum decreverat, deliberationes de summa doctrinæ in territoriis Protestantium receptæ habitæ sunt, quæ in Comitiis Imperatori exhiberi possent. Composuit igitur Lutherus articulos 17. quibus Confessionem Protestantium, omissis disputationibus Scholasticis, complexus est. Jusserant & cœteri

teri Principes suos Theologos confessionis summam scripto complecti, quæ omnia Philippus Melanchton Augustæ collegit & in ordinem redegit. Camerar. *in vit. Philipp. Melanchton.* Reperiuntur autem Lutheri *articuli 17. in Histor. August. Confess.* à Chytræo editâ *p. 21.*

§. 11. Cum itaque Carolus V. pompâ, quam describit Sleidan. *l. 7. Comment. ad ann* 1530. & Chyt. *Histor. August. Confess. p. 43.* Augustam ingressus esset, in hospitium deductus, dimissis cœteris Electoribus & Principibus, à Principibus Evangelicis petiit, ut suos Concionatores dimitterent, & processioni in festo corporis Christi interessent? Principes inter se collocuti per Georgium, Marchionem Brandeburg. causas, quo minus id facere possent, exposuerunt; Quare Imperator mandavit, ut causas detrectationis scripto comprehenderent, quas *die 17. Jun. 1530.* Protestantes exhibuere. Die *20. Jun.* Comitiorum finitis sacris factum est initium, & cum primum de religione deliberandum esse Principes censuissent, Electori Saxoniæ & Sociis mandatum est, ut suæ fidei confessionem scripto comprehensam Cæsari exhiberent. Quare *die 24. Jun.* festo Johann. Baptistæ Elector Saxoniæ & conjuncti Principes se ex mandato Imperatoris Confessionem fidei suæ latinè & Germanicè scripto complexos esse declararunt, quam prælegere cupiêrunt. Cæsar quidem sibi scriptum tradi atque deponi jussit, illi contra, cum non dubitarent, multa de ipsorum doctrina aliter atque proterve ad Ordines delata esse, atque adeo ipsorum existimationem & fortunam, æternam quoque salutem in eo versari, replicantes petierunt, ut publicè audiatur Confessio. Cum hoc vehementissimè urgerent, tandem Cæsar annuit. Sequenti igitur die in Palatio Cæsaris, Cæsare & universis Statibus auscultantibus, ab Electoris Saxoniæ tunc temporis Cancellario, *Christiano Bruck* prælecta, postmodum vero in Imperii Archivis reposita & Imperatoris jussu Italice & Gallice versa est. Legati quoque regnorum singuli in suæ gentis idiomata conversam in præcipuis Europæ aulis & urbibus distribuerunt, ita ut latissimè, secus ac Catholici opinati erant, hæc confessio propagata fuerit. Sleidan. *lib. 7.* & Dn. Strauch. *Exercit. Exoter. 6, th. 12.*

§. 24. Institutâ in Senatu Principum circa exhibitam Confessionem deliberatione, triplices fuere sententiæ, prima atrocissima, ut Edictum Wormatiense adversus Lutherum & omnes ipsi adhærentes

tes ratum esset, & non obedientes armis cogerentur. Secunda mitior, ut oblati Confessionis articuli bonis ac doctis viris neutri parti addictis committerentur, postea vero Cæsar pronunciaret. Tertia, ut refutatio Confessionis Cæsar. Maj. auctoritate comprobata Elect. Saxon. & Sociis recitaretur, postmodum tota causa Cæsaris judicio permitteretur, qui omnia in integrum restitui mandet, donec controversiæ in Concilio legitimo fuerint dijudicatæ. Et cum in hanc sententiam plerique Ordines inclinarent, Cæsar decrevit responsum ad Confessionem Saxonicam, sicut etiam recitata fuit Confessionis confutatio à Theologis Pontificiis conscripta, quam refert Sleidan. *lib. 7. Comment. ad ann. 1530.* Designati quoque nonnulli fuerunt, ut placide de Religionis dissidio transigerent & concordiæ rationes inirent. Cæsar insimul Protestantes ad defectionem sollicitavit, qui tamen neque exhortationibus neque ullis objectionibus, nullis denique calumniis, quibus premebantur, dimoveri poterunt, quin constanter in suâ confessione perstiterint, ut patet ex *d. lib. 7.* Sleidan.

§. 25. Quare Cæsaris mandatu nonnulli delecti sunt, qui de faciendo Decreto deliberarent, dumque Saxo domum cogitaret, Cæsar petiit, ut quatriduum solum expectaret. Interea Principes delecti formulam Decreti conceperunt, quod postmodum *die 22. Septembr.* in principum consessu recitatum est. Tenor breviter talis fuit: Exhibitam confessionem Sacræ Scripturæ testimoniis confutatam esse, & Imperatorem Saxoni atque Sociis singulari quadam clementiâ deliberandi spatium largiri, ut interea reputent secum, num idem quod Pontifex, quod ipse, quod universus denique orbis Christianus profiteri velint, interea Imperatorem velle, ne Saxo & Socii novi quid ulterius de Religione statuerent, ne quem ad suam religionem pellicerent, neve suæ ditionis homines, qui veterem religionem sequuntur, quo minus id agant, ullâ ratione impedirent. Postremo quia multo jam tempore nullum sit habitum Concilium, Cæsarem daturum operam apud Pontificem aliosque Reges, ut intra semestre tempus denuncietur & anno post inchoetur. Prolixius hoc Decretum recenset Sleidan. *l. 7. Comment. ad ann. 1530.* Ad ea Saxo Sociique re deliberatâ per Pontanum responderunt, & Apologiam Augustanæ Confessionis Cæsari porrexerunt. Tandem cum Cæsar minaretur, si non obtemperarent Protestantes, nunciaturum se omnia Pontifici

cæterisque Regibus, & eorum eâ in re usurum esse tum consilio tum auxilio, Protestantes è Comitiis discesserunt, atque eodem *anno 1530.* mens. Decembr. ad vim hostilem, si qua inferretur, propulsandam foedus inierunt Smalcaldiæ, de quibus omnibus, ut & de iis, quæ post discessum Protestantium in Comitiis Augustanis gesta sunt, fusius agit Sleidanus *lib. 7. Comment.*

§. 26. Cum verò in Comitiis hisce Augustanis decretum fuisset, ut de Concilio Pontifex interpellaretur, ideoque Pontifex Clemens VII. etsi à Concilio alienissimus, apud Reges & Principes literis suis anno 1531. scriptis maximum ejus conciliandi studium simulavit, sed longe aliam ipsius fuisse mentem præter Histor. Concilii Tridentin. lib. 1. & Sleidan. *sub fin. lib. 8.* testatur Onuphrius Panvinius *in vitâ Pauli III. Pontificis.* Et ut maximè seriò egisset, tamen ejus erant de Concilio habendo postulata & conditiones ejusmodi, quæ omnino cum decretis Imperii pugnabant, ut demonstrat Dn. Strauch. *Exerc. Exoter. 8. th. 7.* Clemente mortuo Paulus III. Farnes. successit. Sleidan. *lib. 9. Comm. ad ann. 1534.* qui *Mantuæ* Concilium indixit, sed cum ipsi cum Friderico Mantuæ Principi non constaret, diplomate publico se excusavit, quod alienâ culpâ non suâ id acciderit, ideoq; *Vincentiæ anno 1538.* novo diplomate Concilium promulgavit, quod tamen à Protestantibus perinde ut Mantuanum reprobatum est. *Anno 1542.* Pontifex ad conventum Ordinum *Spiræ* celebrandum Legatum misit, Concilioque Ferrariam, Bononiam, Placentiam vel si minus placituræ sint, *Tridentum* obtulit. Sleidan. *Comment. lib. 14. Anno. 1544.* in Conventu Ordinum Spiræ Concilii mentio repetita est, cumque inter Galliæ Regem & Cæsarem inita pax esset, in hoc inter alia convenerunt: ut uterque pro virili veterem religionem propugnaret, Curiæque Romanæ emendandæ invigilaret. Pontifex ut hanc Regum solicitudinem anteverteret, novum Edictum affixit, quo Concilium Tridentinum instauravit, & ad idus Martias insequentis anni inchoandum significavit, Sleid. *lib. 16 Comm. ad ann. 1544.* Protestantes quidem causas, cur repudient illud scripto complexas ediderunt, nihilominus tamen *Tridentini anno 1546.* processit, quod à Pontifice postmodum dissolutum & Bononiam, ubi plena & absoluta Pontifici fuit potestas, ex quæsito morbi pestilentialis metu translatum est. Quod tamen Imperator indignissimè tulit & suæ ditionis Episcopis atque Theologis mandavit,

vit, ne pedem illinc moverent; Itaque Concilii pars Tridenti, pars altera Bononiæ fuit Sleid. *lib. 19. Comm. ad ann. 1547.* Dn. Strauch. *Exercit. Exoter. 8 th. 12.*

§. 27. Hæc & alia ſcintillarum inſtar fuere, ex quibus deinceps anno 1546. antequam ejusdem anni 18. Februar. B. Lutherus placidè in Domino obdormivit, exitiale Smalcaldicum bellum exarſit. Poſtquam enim Carolus V. cum ſuis hoſtibus pacem conſtituiſſet, conſcripto milite ſe contra Proteſtantes ad arma præparavit, eo enim tempore, quo Pontificium Concilium Tridenti celebrari cœpit, Papa hanc fœderis rationem cum Cæſare iniiſſe dicitur, ut qui Concilium repudiaturi eſſent, adductis ex Germaniâ & Italiâ copiis ad Romanæ Curiæ obedientiam retraherentur, quamvis prætextus diverſiſſimus erat. Bellum enim ſe ſuſcepiſſe Cæſar dixit, non religionis, ſed Juris ac æqui conſervandi, ac Imperatoriæ dignitatis & Germanicæ libertatis recuperandæ causâ. Vid. Thuan. *lib. 2. hiſtor.* in bello hoc ferali Elector Saxoniæ Joh. Fridericus ad Mulbergam à Cæſare victus & cum ex acri pugnâ in ſiniſtrâ maxillâ vulnus adverſum, glorioſum tamen, accepiſſet *die 24. April. 1547.* captus & ex Hiſpanico rigore capitis damnatus eſt, vitam tamen certo modo redemit. Vid. Sleid. *lib. 19. Comment. ad ann. 1547.* Nec ſolus verò Elector, ſed præter eum & Erneſtus Dux Brunſ[illegible]nſis, & Dynaſta Grubenhagenſis Philippi filius captivi facti ſunt. Adhæc Landgravius Haſſiæ, à Cæſare proſcriptus, Mauritii Sax. Brandenburgici aliorumque ſuaſu, Halæ Saxonum ſupplex factus à Cæſare veniam poſtulavit, ſed præter datam fidem & omnium ſpem in captivitate manere coactus eſt. Vid. Sleid. *lib. 19. Comment. ad ann. 1547.*

§. 28. Dum hæc geſta ſunt, cum Principibus Proteſtantibus Imperator egit, ut Concilio ſe ſubmitterent, quibus prolixè operam ſuam promiſit, ut in Concilio ipſis ſatisfieri poſſet. Aſſentiebantur Palatinus, Mauritius Saxoniæ Dux, ut & Electoris Brandenburgici aliorumque Legati. Et Palatino quidem Imperatoris preces minarum inſtar erant, ob ſuperioris anni recentem offenſionem, quæ nec dum cicatricem duxerat. Mauritio itidem objecta quaſi quædam neceſſitas, ut Cæſari annueret, à quo nuper Electoratus beneficio auctus, & ut Landgravio ſocero eo facilius liberationem impetraret. Civitatibus vero periculoſum videbatur, omnibus indifferenter Concilii

cilii decretis se permittere, itaque cum satis multum cum iis egisset Granvellanus, tandem Cæsari responderunt, se quidem Principum sententias corrigere nolle, scripto tamen quousque Concilium approbarent, exposuerunt. Cæsar contentus sibi in speciem obediri, haud lecto scripto acquievit, inde Cardinalem ad Pontificem ablegavit, ut restituatur Concilium Tridentinum. Pontifice Paulo III. mortuo Julius III. successit, apud quem Cæsar Concilii instaurationem per Oratorem solicitavit, quod iterum continuatum est. In Germaniâ Mauritus Dux Saxoniæ mittendis Tridentum Theologis Philippo Melanchtoni aliisque mandavit, ut doctrinæ capita in Concilio exhibenda conscriberent, Doctoresque Theologiæ ad ea examinanda Lipsiam convocavit, post Cæsari nunciavit, paratos esse Theologos, sed fide publicâ nondum idonee cautum, itaque ut Concilii Patres suam fidem interponerent postulavit, cæteroquin neminem suorum ad Concilium venturum. Hoc tandem Cæsar à Pontifice, quantumvis ægrè, impetravit, formulam hujus salvi conductus exhibet Serv. *lib. 3.* Sed cum admodum captiosa & suspecta Protestantibus visa esset, communi consensu statuerunt, nisi ejusmodi cautionem, qualis à Concilio Basileensi concessa fuit, impetrarent, deinde omnes controversiæ Scripturâ sacrâ Judice deciderentur, se velle Cæsari excusatos esse, dum non comparerent. Sleid. *lib. 22. Comment.*

§. 29. Imperator interea Augustæ Vindelicorum Comitiis habitis, voluit, ut omnes se submitterent judicio & sententiæ Concilii Tridentini; Interim vero formulam quandam doctrinæ sequerentur, quam *Julius* Pflug/ Episcopus Naumburgensis, *Michael Sidonius* & *Johannes Islebius Agricola* conscripserant. Huic libro inditum nomen INTERIM, in quem ut Imperii Ordines ac Status vel consentirent, vel Augustanæ Confessioni renunciarent, armorum terrore coegit, Johanne Friderico tamen excepto, qui illum librum Intermisticum, promissâ etiam liberatione, agnoscere noluit. Patris exemplum & filii tum temporis adolescentes imitati sunt. Magdeburgenses autem Interreligionem Cæsaris constanter improbantes ab ipso sunt proscripti & armatâ validâque manu Duce Mauritio Electore (postquam anno 1547. 24. Februar. Electoralem dignitatem Augustæ Vindelicorum, inspectante Johanne Friderico captivo, propter fidelem navatam operam ipsi contulerat) sub exitum *Novembr. 1550.* obsessi sunt. Quæ tamen

men obsidio *sequenti anno* salvâ religione & libertate soluta est, Sleidan. *lib.* 20, 21. *& seqq.*

§. 30. Durante obsidione Mauritius, Albertus, Brandeburgicus & Megapolitani Duces cum Galliarum Rege Henrico II. pro Germanicâ libertate tunc temporis periclitante Chamborticum fœdus inivere, & anno 1552. Cæsari bellum unitis viribus intulere cujus tanta vis fuit, ut Carolus V. intempestâ nocte Oeniponte profugere, ac tum Saxonem per quinquennium captum, tum Landgravium captivitate liberare fuerit coactus, qua occasione quoque fugâ Patrum Concilium Tridentinum dissolutum est. Sleidan. *lib.* 23. *Comment. ad ann.* 1552. Tandem interventu Ferdinandi, Regis Bohemiæ & Hungariæ *anno* 1552. per Transactionem Passaviensem & subsecutam anno 1555. Pacem Religiosam Augustæ Vindelicorum libertas religionis juxta Augustanam Confessionem, libro INTERIM abrogato, ita concessa & stabilita est, ut Protestantium regioni liberum in Germania datum fuerit exercitium. Et quidem per *Transactionem Passaviensem*, quæ *anno* 1552. Pacem Religiosam præcessit, induciæ factæ & Religiosæ pacis fundamenta jacta sunt. Ipsa autem *pax religiosa* cum causæ cognitione, consensu Procerum Imperii, Augustæ Vindelicorum solenniter inita ac lis de religione sopita est. Vid. Magn. Dn. Fritsch. *in manual Jur. publ. voc. Pacificat. religios.* quod postmodum quoque Recessibus Imper. de anno 1566. §. und nachdem &c. & de anno 1582. §. welche von wegen &c. confirmatum invenimus.

§. 31. Sic itaque dissidio religionis vi pacis composito, non inutilis exsurgit quæstio: An religionum diversitas bonâ in republicâ sit toleranda? Cum optare quidem, sperare autem vix ac ne vix doctrinæ concordiam liceat, inter Scyllam quasi & Charybdin navigantes, nauclerum imitemur necesse est, qui cum eo, quo cupit, pergere non possit, quo potest, cursum dirigit, ac sæpe velificatione mutatâ, procellis ac tempestatibus obtemperat, ne, si directum cursum tenere velit, naufragium patiatur. Ita quoque in hujus quæstionis decisione progrediendum arbitramur, statuentes nimirum, si civitas ita sit perturbata, ut sine totali internecione aut multi sangvinis effusione res componi nequeat, varias religiones perferendas potius, quam funditus evertendam rempublicam esse; Præstat siquidem qualem qualem habere Politiam, & aliquo modo propter religionis dis-

 sidium

fidium turbatam, quam penitus nullam. Vid. Carpzov. *Jurispr. Consist. lib. 2. def. 266.* Hinc facile licet colligere, quantum Magistratus peccet tum in Deum, tum in subditos, varias, quas præcavere potuisset, in republicâ voluntarie religiones admittens & absque ulla necessitate retinens. Quamvis enim nonnulli censeant, diversitatem religionis Principi magis prodesse quam obesse, cum impediat, ne subditi concordes in illum conspirent, quali opinione Hugonotæ Galliæ Reges impubere laborarunt, sed tristia intestina bella Germaniæ ac Galliæ hoc Politicorum placitum vanum esse demonstrant. Nec verisimile est, quod Princeps subditos habens, quorum nonnulli alios opprimere, nonnulli ne opprimantur, continuo sibi prospicere student, domi ac belli celebritatem famæ adipisci possit. Vid. Balduin. *de casib. Consc. lib. 2. cap. 6. cas. 3.* ubi insimul proponit tres modos diversitatem illam tolerandi, quorum *primus* est, quando in republicâ turbatâ & diversis sectis jam occupata propter adhærentium multitudinem & potentiam sine seditionis periculo exstirpari nequeunt. Videndum tamen, ut puriori religioni addicti in eâ conserventur, ne usu veniat illud Virgilii *Eclog. 5.*

Grandia sæpe quibus mandavimus hordea sulcis,
Infelix lolium, & steriles dominantur avenæ.
Pro molli viola, pro purpureo narcisso,
Carduus & spinis surgit paliurus acutis.

Secundus, quando Proceres regni de Majestate participant, eam tenetur Princeps, quam amplexi sunt Proceres & Primarii subditi, in regno suo tolerare regionem & αὐτονομίαν sartam tectam relinquere. *Tertius* denique, si Princeps per Imperii leges fundamentales ad diversarum religionum observantiam juramento se obligaverit, tunc in tollendis à fide suâ diversis religionibus inque obligatione sua contentis absque perjurii periculo nihil attentare potest.

Caput II.

De Juribus publicis propter Religionis dissidium competentibus.

§. 1.

Historia dissidii in priori capite fusius exposita, jam jura circa compositionem recepta se offerunt. Cum itaque satius visum fuerit,

per

per pacem aliquam hoc dissidium, quam per atrocissimam & sanguinolentam Hispanicam inquisitionem, de quâ Carpzov. *ad L. Regiam cap. 3. sect. 5. num. 10. & seqq.* componere; Ideoque in omnibus Comitiis *ab anno* 1521. usque ad *annum* 1532. habitis ad dissensionem circa Religionem ortam in unanimen consensum rursus redigendam variè tractatum laboratumque est. Acta exstant apud Hortleder. Von Ursachen des teutschen Krieges *p. 1. lib. 1. c. 10.* & Goldast. *Const. Imper. tom. 1. p. 441. cum multis seqq.* Et cum dissensio indies magis magisque augeretur, pacemque publicam valde turbaret, Archiepiscopus Moguntinus & Palatinus Princeps apud Carolum V. *anno* 1532. de pace usque ad generale vel nationale Concilium servandâ intercesserunt.

§. 2. Imperatore consentiente eodem anno 11. April. inter Moguntinum & Protestantes de illâ pace Schweinfurti agi cœptum est, teste Sleidan. *libr. 8. Comment.* Hinc prima omnium religionis pacificatio Norica fuit, quæ Schweinfurti cœpta, & *anno* 1532. Noribergæ decreta. Vid. Gold. *de Stat & Rescript. tom. 1. p. 2.* à Cæsare verò approbata, atque Ratisbonæ in Comitiis die 3. Aug. 1632. universis Imperii subditis mandata atque promulgata, Hortled. Von Ursachen des teutschen Krieges *d. l.* Postmodum Cadam. *anno* 1534. repetita & confirmata; Denique Francofurti ab Oratoribus, Cæsareis Commissariis ratificata. *Recess. Imper. anno* 1541. §. Und damit 26. Spiræ prorogata; Per *Recess. Imper. de anno* 1544. §. Nach dem wir uns. 76. repetita, sicque conservata est usque ad bellum Germanicum à Carolo V. contra confœderatos Schmalcaldicos susceptum. Chytr. *Saxon. lib. 13.* Hortled. *part. 1. lib. 1. cap. 10.* Blum. *in Process. Camer. tit. 28. § 3. & seq.* Fibig. in *select. Jur. publ. semid. 8. quæst. 4.* Sleidan. *lib. 8. Comm.* aliique ab Hortled. *d. c. 10.* relati.

§. 3. Quia vero hæ & aliæ religionis Pacificationes temporariæ solummodo erant, & ad pacis conservationem non sufficiebant; ideoque illam excepit Transactio Passaviensis *anno* 1552. inter Ferdinandum I. Romanorum Regem & Mauritium Saxoniæ Electorem celebrata, ubi inter alia dispositum ut intra sextum mensem Cæsar agat Imperii conventus ad deliberationem, quâ potissimum ratione Religionis dissidium componi debeat; Pacem interea ut colant omnes & propter religionem nulla cuiquam molestia exhibeatur, quod autem de pacandæ religionis modo, communi Ordinum consilio & interve-

niente Cæsaris auctoritate decretum fuerit, nimirum ut placidis, piis & æquis rationibus dissidium componatur, firmum atque ratum sit, denique ad Imperiale judicium sive Cameram admittantur etiam ii, qui Augustanæ Confessionis sunt. Vid. Gold. *tom. 3.* der Reichs Satzungen *ubi p. 1257.* proponit Passaviensem Transactionem, item Sleidan. *lib. 24. Comment. ad anno* 1552. Carpzov. *ad L. Reg. cap. 3. sect. 5. n. 49.* Et hujus Transactionis vigor duravit usque ad *anno* 1555. quo unanimi Procerum totius Romani Imperii consensu, regnante adhuc Carolo V. ejusque vices gerente fratre Ferdinando, Romanorum Rege, inita est illa nunquam satis laudata religionis Pacificatio, quæ verè *Germaniæ Palladium* dici potest. per quod huc usque viguit & in futurum vigebit sacro sancta Imperii nostri Majestas, ut ait Petr. Syring. *de Pac. Relig. th. 12.* Limn. *de Jur. publ. l. 1. c. 13. n. 17. sub fin. §. 3. Est namque, ut loquitur* Denais. *in jur. Cam. tit. 216. n. 1. multis modis jactatæ ac etiam num periclitanti ob dissensum de religione Reipubl. Germanicæ, quieti constituendæ, mutuæque Magistratuum & subditorum fiduciæ conciliandæ, averruncandisque malis & calamitatibus publicis hoc velut auctario patria pax sancita.*

§. 4. Est itaque *Pax Religiosa* der Religions-Frieden sanctio pragmatica perpetuo valitura, unanimi Imperatoris ac Statuum Imperii consensu de dissidio religionis, & de se invicem ejus intuitu non turbandis, in Comitiis Augustanis *ann.* 1555. inita Magn. Dn. Fritsch. *in Manual. Jurispr. public. sub voc. Pacificat. religios.* Alii aliter definiunt. Cran. *in dissert. Jurid Polit. de pac. religios. in Imper. servand.* Pacificationem hanc per Comitiale edictum definit. Syring. *Dissert. de pac. Religios.* describit per SCtum; Maulius verò *in tractat. de pac. religios. tit. 1.* Religionis pacem dicit esse contractum juratum ab Imperatore & Catholicis cum Evangelicis celebratum, sicque descendit *in Dilligensium sententiam*, Pacem religiosam publicum fœdus esse affirmantium, legis vigorem inter eos solummodo obtinens, qui in illam Pacificationem consenserunt. Utilitas vero hujus disquisitionis haud exigua est. Si enim Religionis Pacificatio tantummodo pactum esset, sive conventio neminem certè obligaret, qui non consensit, aut contradixit, adhuc nullâ Imperii Constitutione, pluribus licet Ordinibus volentibus & consentientibus, mutari posset; Secus vero est, si illa religionis Pacificatio Lex vel constitutio Imperii diceretur.

§. 5. Sed

§. 5. Sed quod Pax religiosa Edictum comitiale vocari nequeat, patet exinde, quod edictum dicatur illud, quod Princeps proprio motu ad utilitatem subditorum constituit. Vid. Vinn. *ad* §. *6. n. 2. J. de Jur. N. G. & C.* Quare etiam Syring. pro Edicti voce, quâ generis loco quondam usus fuerat, SCtum constituit; Sed cum nec hæc vocula naturæ Pacificationis ex asse correspondeat, ideo præstabit forte vocabulis istis abstinere. Multo minus pactum, transactio vel fœdus nominari poterit, ut pluribus demonstrat Dn. Fibig. *in select. Jur. Publ. semidec. 9. quæst. 1.* Melius ergo erit vel *legis* vel *pragmaticæ sanctionis* vocabulum surrogare, unde quoque pro lege Imperii habetur, prout innuit *Recessus Imperii de anno* 1555. §. Setzen demnach/ordnen/ wollen und gebiehten rc. Conventionis & transactionis quidem naturam non prorsus Religionis Pacificationi denegamus, attamen eandem nil nisi pactum esse, & vim solius conventionis aut transactionis habere, adeo ut neminem, nisi qui in eandem consenserit, nec eidem contradixerit, adstrictum & obligatum habeat, hoc negamus. Rationes, quibus *Dillingenses JCti* in sua *composit. Pac.* pugnant, huic assertioni neutiquam contrariantur. Hæ enim si quicquam concludunt, id modo inferunt, quod Religiosa Pax mediante conventione sive transactione constituta sit, quod & Fibig. *cit. semidec. 8. quæst. 4.* asserit. Addat. Limn. *lib. 1. c. 13. n. 19.* ubi Religiosam pacem conventionem nominat.

§. 6. Historiam actorum tum circa Transactionem Passaviensem, tum circa Religionis pacem collegit memorabili opere Christophorus Lehman. cujus diligentiam Dn. Bœclerus *in discurs. ad Not. Imper. lib. 12. c. 5.* egregiis encomiis ornat, insimulque optandum esse dicit, ut quis circa omnes ac singulos Imperii Recessus eâ diligentiâ, quâ Lehmannus usus est, actorum historiam conscriberet. Quia verò circa hanc pacem quæstiones variæ motæ & agitatæ sunt, illas paucis perlustrabimur. Et quidem I. circa causam efficientem disputatum est: An Cæsar cum Pontificiis Statibus absque Pontificis consensu paciscendi potestate polluerit? Negant hoc nonnulli ex ordine Jesuitico, hinc Religiosam Pacificationem statim ab initio parùm autoritatis habuisse contendunt, quod Pontificis consensus ad hujus actus validitatem non accesserit, qui tamen maximè necessarius fuerit, cum hæc Pacificatio non minus Pontificem, quam reliquos Imperii Status

tangat, præcipue in puncto hoc Religionis. Quâ de causâ Paulus III. Papa graviter cum Carolo V. quod falcem in alienam messem mitteret, expostulavit; Hancque litem à Pontificiis in Imperio fuisse sæpius motam, ex Protestantium gravaminibus Cæsari *in Comit. Ratubon.* exhibitis constat.

§. 7. Verùm quia omnem in imperio potestatem Papæ denegamus, ut qui nihil commune habet cum Imperio, ideoque contrarium meritò asserimus. Quod si enim Imperatori Comitia convocare, in iisque cum Statibus Imperii, Pontifice insalutato, de bono publico deliberare & concludere permissum est, optimo etiam Jure, non attento vel consensu vel dissensu Pontificis, Religiosam Pacificationem celebrare potuit, præcipue cum à Pontifice Imperator non dependeat, ad defensionem Ecclesiæ vi Juramenti adstrictus sit, & prospicere debeat, ut piè ac pacificè subditi vivanr. Quapropter etiam Ecclesiæ defensor & Advocatus audit in *Recess. Imper. de anno 1518.* §. erstlich. & in *Recess. Imper. August. de anno 1536.* §. auf solches unser gnädigst Erinnern. Accedit, quod Jura Sacrorum Imperatori potius, quam Papæ competant, quare maturo judicio Ordinumque assensu Pacem hanc Religionis confirmare potuit, ne contrarium præfractè agitans, Imperii membris sectione immaturâ reliquo à corpore avulsis, in semetipsum & aliorum sanguinem justo fuisset immanior. Vid. Limn. *cit. lib. 1. c. 13. n. 25. & seq.* Carpzov. *ad L. Reg. c. 3. sect. 6. n. 6. & seq.* Dn. Boecl. *in Not. Imper. lib. 12. c. 5.* ubi tradit, quod hæc quæstio ex Sacrorum Jure dependeat.

§. 8. Altero modo (2) quæritur: An Imperatori Statibusque Pontificiis hæc Pax Religiosa vi metuque sit extorta, ut regula de infirmitate per vim actorum hic locum habere queat? Quod rectè contra quosdam Catholicorum & cumprimis Francisc. Burcard. ad Auctore *Parthen. litigios. lib. 1. cap. 6. n. 9.* Andr. Erstenberger dictum, *in suâ Avtinomiâ p. 3. cap. 13.* & Windek. *in deliberat. hæres. extirpand.* aliosve negamus. Rationes negativæ nostræ sententiæ prægnantissimæ sunt, quas collegit Dn. Fibig. *Select. Jur. publ. semidec. 9. quæst. 2.* hinc & Dilligenses in suis scriptis cautius agunt. Quamvis enim illorum scripta hostilem prodant animum, de vi tamen & metu planè tacent, intelligentes fortè, quam futile hoc sit argumentum. Quis enim Imperatori, qui tum in vivis erat, & Regi Romanorum, tantas copias haben-

habentibus, timorem & metum audeat adscribere! Burcardus quidem in sua autinomiâ Carolum V. hanc Pacem metu majoris mali iniisse docet; Verum & hoc negamus, & si poneretur, ex Philosophia morali de actionibus mixtis respondemus, quod hæ reverâ invitæ non sint, sed habeant aliquid voluntarii, per ea, quæ tradit Philosophus *lib. 2. Ethic. c. 1.* unde regula de infirmitate per vim actorum hic locum habere nequit. Cessavit quoque eo tempore omnis vis hostilis & compulsiva, omnis metus & armorum strepitus quiescebat, nec non Carolus V. Imperator ubique ferè triumphum agere videbatur. Thuan. *lib. 4. histor.*

§. 9. Ut omnia alia sicco pede prætereamus, quæ Nostrates hic accumulant, hoc ipso contenti sumus, quod prædictam pacem nulla vi, sed amicabili Ordinum Imperii compositione initam atque conclusam esse, certo certius sciamus. Et hoc fusius liquet ex multis Imperii Recessibus *de anno 1531.* §. haben wir. *de anno 1541.* §. und der weil. It. ex ipsa Transactione Passaviensi in Princip. Porro ex Recessu Imperii *de anno 1555.* §. Wir befehlen und gebiehten 32. &c. & §. In solcher vorgezogener Berahtschlagung des Friedens 13. §. Setzen demnach ordnen wollen und gebieten. 14. §. Und damit solcher Friede auch der spaltigen Religion halben 15. & §. Und damit itztgesetzter Friedstand über den Articul der spaltigen Religion &c. 33. in fin. So haben wir uns mit der Churfürsten Rähte/ erscheinenden Fürsten/ Ständen und der abwesenden Bottschafften/ und Gesandten/ und sie hinwieder mit uns verglichen und entschlossen. Hinc & Maximil. II. *in Rec. Ratisbon. de anno 1567.* Pacem Religiosam vocat: Eine wohl bedächtliche aufgerichtete Constitution, atque in Erklärung von Freystellung und Religion-Frieden &c. laud. Imperator de eadem asserit, daß sie (die Constitutio nimirum pacis religiosæ) mit zeitlichen Raht und höchster Bemühung *anno 1555.* abgeredet sey &c. Imò hinc & Bertram *de pace religios. th. 15.* apud Arumæum *tom. 1. Jur. publ. discurs. 25.* refert: Ferdinandum sibi cum tripudio quasi gratulatum esse, quod ad sedandas discordias publicas animum adjecisset, ac tolerantiæ in Religione formulam Deus sibi in mentem dedisset his verbis: *Inter summa beneficia, quæ Deus in gubernatione Imperii mihi concessit, primum atque maximam vero animi judicio hoc duco, quod ad sedandas discordias publicas animum adjeci, & pacificationis* in Religione formulam Deus

mihi

cæterisque Regibus, & eorum eâ in re usurum esse tum consilio tum auxilio, Protestantes è Comitiis discesserunt, atque eodem *anno 1530.* mens. Decembr. ad vim hostilem, si qua inferretur, propulsandam, fœdus inierunt Smalcaldiæ, de quibus omnibus, ut & de iis, quæ post discessum Protestantium in Comitiis Augustanis gesta sunt, fusius agit Sleidanus *lib. 7. Comment.*

§. 26. Cum verò in Comitiis hisce Augustanis decretum fuisset, ut de Concilio Pontifex interpellaretur, ideoque Pontifex Clemens VII. etsi a Concilio alienissimus, apud Reges & Principes literis suis anno 1531. scriptis maximum ejus conciliandi studium simulavit, sed longe aliam ipsius fuisse mentem præter Histor. Concilii Tridentin. lib. 1. & Sleidan. *sub fin. lib. 8.* testatur Onuphrius Panvinius *in vitâ Pauli III. Pontificis.* Et ut maximè seriò egisset, tamen ejus erant de Concilio habendo postulata & conditiones ejusmodi, quæ omnino cum decretis Imperii pugnabant, ut demonstrat Dn. Strauch. *Exerc. Evoter. 8. th. 7.* Clemente mortuo Paulus III. Farnes. successit. Sleidan. *lib. 9. Comm. ad ann. 1534.* qui *Mantua* Concilium indixit, sed cum ipsi cum Friderico Mantuæ Principi non constaret, diplomate publico se excusavit, quod alienâ culpâ non suâ id acciderit, ideoq; *Vincentiæ anno 1538.* novo diplomate Concilium promulgavit, quod tamen à Protestantibus perinde ut Mantuanum reprobatum est. *Anno 1542.* Pontifex ad conventum Ordinum *Spiræ* celebrandum Legatum misit, Concilioque Ferrariam, Bononiam, Placentiam vel si minus placituræ sint, *Tridentum* obtulit. Sleidan. *Comment. lib. 14. Anno. 1544.* in Conventu Ordinum Spiræ Concilii mentio repetita est, cumque inter Galliæ Regem & Cæsarem inita pax esset, in hoc inter alia convenerunt: ut uterque pro virili veterem religionem propugnaret, Curiæque Romanæ emendandæ invigilaret. Pontifex ut hanc Regum solicitudinem anteverteret, novum Edictum affixit, quo Concilium Tridentinum instauravit, & ad idus Martias insequentis anni inchoandum significavit. Sleid. *lib. 16 Comm. ad ann. 1544.* Protestantes quidem causas, cur repudient illud scripto complexas ediderunt, nihilominus tamen *Tridentini anno 1546.* processit, quod à Pontifice postmodum dissolutum & Bononiam, ubi plena & absoluta Pontifici fuit potestas, ex quæsito morbi pestilentialis metu translatum est. Quod tamen Imperator indignissimè tulit & suæ ditionis Episcopis atque Theologis mandavit,

vit, ne pedem illinc moverent; Itaque Concilii pars Tridenti, pars altera Bononiæ fuit Sleid. *lib. 19. Comm. ad ann. 1547.* Dn. Strauch. *Exercit. Exoter. 8 th. 12.*

§. 27. Hæc & alia scintillaram instar fuere, ex quibus deinceps anno 1546. antequam ejusdem anni 18. Februar. B. Lutherus placidè in Domino obdormivit, exitiale Smalcaldicum bellum exarsit. Postquam enim Carolus V. cum suis hostibus pacem constituisset, conscripto milite se contra Protestantes ad arma præparavit, eo enim tempore, quo Pontificium Concilium Tridenti celebrari cœpit, Papa hanc fœderis rationem cum Cæsare iniisse dicitur, ut qui Concilium repudiaturi essent, adductis ex Germaniâ & Italiâ copiis ad Romanæ Curiæ obedientiam retraherentur, quamvis prætextus diversissimus erat. Bellum enim se suscepisse Cæsar dixit, non religionis, sed Juris ac æqui conservandi, ac Imperatoriæ dignitatis & Germanicæ libertatis recuperandæ causâ. Vid. Thuan. *lib. 2. histor.* in bello hoc ferali Elector Saxoniæ Joh. Fridericus ad Mulbergam à Cæsare victus & cum ex acri pugnâ in sinistrâ maxillâ vulnus adversum, gloriosum tamen, accepisset *die 24. April. 1547.* captus & ex Hispanico rigore capitis damnatus est, vitam tamen certo modo redemit. Vid. Sleid. *lib. 19. Comment. ad ann. 1547.* Nec solus verò Elector, sed præter eum & Ernestus Dux Brunsvicensis, & Dynasta Grubenhagensis Philippi filius captivi facti sunt. Adhæc Landgravius Hassiæ, à Cæsare proscriptus, Mauritii Sax. Brandenburgici aliorumque suasu, Halæ Saxonum supplex factus à Cæsare veniam postulavit, sed præter datam fidem & omnium spem in captivitate manere coactus est. Vid. Sleid. *lib. 19. Comment. ad ann. 1547.*

§. 28. Dum hæc gesta sunt, cum Principibus Protestantibus Imperator egit, ut Concilio se submitterent, quibus prolixè operam suam promisit, ut in Concilio ipsis satisfieri posset. Assentiebantur Palatinus, Mauritius Saxoniæ Dux, ut & Electoris Brandenburgici aliorumque Legati. Et Palatino quidem Imperatoris preces minarum instar erant, ob superioris anni recentem offensionem, quæ necdum cicatricem duxerat. Mauritio itidem objecta quasi quædam necessitas, ut Cæsari annueret, à quo nuper Electoratus beneficio auctus, & ut Landgravio socero eo facilius liberationem impetraret. Civitatibus verò periculosum videbatur, omnibus indifferenter Concilii

cilii decretis se permittere, itaque cum satis multum cum iis egisset Granvellanus, tandem Cæsari responderunt, se quidem Principum sententias corrigere nolle, scripto tamen quousque Concilium approbarent, exposuerunt. Cæsar contentus sibi in speciem obediri, haud lecto scripto acquievit, inde Cardinalem ad Pontificem ablegavit, ut restituatur Concilium Tridentinum. Pontifice Paulo III. mortuo Julius III. successit, apud quem Cæsar Concilii instaurationem per Oratorem solicitavit, quod iterum continuatum est. In Germaniâ Mauritus Dux Saxoniæ mittendis Tridentum Theologis Philippo Melanchtoni aliisque mandavit, ut doctrinæ capita in Concilio exhibenda conscriberent, Doctoresque Theologiæ ad ea examinanda Lipsiam convocavit, post Cæsari nunciavit, paratos esse Theologos, sed fide publicâ nondum idonee cautum, itaque ut Concilii Patres suam fidem interponerent postulavit, cæteroquin neminem suorum ad Concilium venturum. Hoc tandem Cæsar à Pontifice, quantumvis ægrè, impetravit, formulam hujus salvi conductus exhibet Serv. *lib. 5.* Sed cum admodum captiosa & suspecta Protestantibus visa esset, communi consensu statuerunt, nisi ejusmodi cautionem, qualis à Concilio Basileensi concessa fuit, impetrarent, deinde omnes controversiæ Scripturâ sacrâ Judice deciderentur, se velle Cæsari excusatos esse, dum non comparerent. Sleid. *lib. 22. Comment.*

§. 19. Imperator interea Augustæ Vindelicorum Comitiis habitis, voluit, ut omnes se submitterent judicio & sententiæ Concilii Tridentini; Interim vero formulam quandam doctrinæ sequerentur, quam *Julius* Pflug/ Episcopus Naumburgensis, *Michael Sidonius* & *Johannes Islebius Agricola* conscripserant. Huic libro inditum nomen INTERIM, in quem ut Imperii Ordines ac Status vel consentirent, vel Augustanæ Confessioni renunciarent, armorum terrore coegit, Johanne Friderico tamen excepto, qui illum librum Intermisticum, promissâ etiam liberatione, agnoscere noluit. Patris exemplum & filii tum temporis adolescentes imitati sunt. Magdeburgenses autem Interreligionem Cæsaris constanter improbantes ab ipso sunt proscripti & armatâ validâque manu Duce Mauritio Electore (postquam anno 1547. 24. Februar. Electoralem dignitatem Augustæ Vindelicorum, inspectante Johanne Friderico captivo, propter fidelem navatam operam ipsi contulerat) sub exitum *Novembr. 1550.* obsessi sunt. Quæ tamen

men obsidio *sequenti anno* salvâ religione & libertate soluta est, Sleidan. *lib. 20. 21. & seqq.*

§. 30. Durante obsidione Mauritius, Albertus, Brandeburgicus & Megapolitani Duces cum Galliarum Rege Henrico II. pro Germanicâ libertate tunc temporis periclitante Chamborticum fœdus inivere, & anno 1552. Cæsari bellum unitis viribus intulere cujus tanta vis fuit, ut Carolus V. intempestâ nocte Oeniponte profugere, ac tum Saxonem per quinquennium captum, tum Landgravium captivitate liberare fuerit coactus, qua occasione quoque fugâ Patrum Concilium Tridentinum dissolutum est. Sleidan. *lib. 23. Comment. ad ann. 1552.* Tandem interventu Ferdinandi, Regis Bohemiæ & Hungariæ *anno 1552.* per Transactionem Passaviensem & subsecutam anno 1555. Pacem Religiosam Augustæ Vindelicorum libertas religionis juxta Augustanam Confessionem, libro INTERIM abrogato, ita concessa & stabilita est, ut Protestantium regioni liberum in Germania datum fuerit exercitium. Et quidem per *Transactionem Passaviensem*, quæ *anno 1552.* Pacem Religiosam præcessit, induciæ factæ & Religiosæ pacis fundamenta jacta sunt. Ipsa autem *pax religiosa* cum causæ cognitione, consensu Procerum Imperii, Augustæ Vindelicorum solenniter inita ac lis de religione sopita est. Vid. Magn. Dn. Fritsch. *in manual Jur. publ. voc. Pacificat. religios.* quod postmodum quoque Recessibus Imper. de anno *1566.* §. und nachdem &c. & de anno 1582. §. welche von wegen &c. confirmatum invenimus.

§. *31.* Sic itaque dissidio religionis vi pacis composito, non inutilis exsurgit quæstio: An religionum diversitas bonâ in republicâ sit toleranda? Cum optare quidem, sperare autem vix ac ne vix doctrinæ concordiam liceat, inter Scyllam quasi & Charybdin navigantes, nauclerum imitemur necesse est, qui cum eo, quo cupit, pergere non possit, quo potest, cursum dirigit, ac sæpe velificatione mutatâ, procellis ac tempestatibus obtemperat, ne, si directum cursum tenere velit, naufragium patiatur. Ita quoque in hujus quæstionis decisione progrediendum arbitramur, statuentes nimirum, si civitas ita sit perturbata, ut sine totali internecione aut multi sangvinis effusione res componi nequeat, varias religiones perferendas potius, quam funditus evertendam rempublicam esse; Præstat siquidem qualem qualem habere Politiam, & aliquo modo propter religionis dis-

Cc fidium

sidium turbatam, quam penitus nullam. Vid. Carpzov. *Jurispr. Consist. lib. 2. def. 266.* Hinc facile licet colligere, quantum Magistratus peccet tum in Deum, tum in subditos, varias, quas præcavere potuisset, in republicâ voluntarie religiones admittens & absque ulla necessitate retinens. Quamvis enim nonnulli censeant, diversitatem religionis Principi magis prodesse quam obesse, cum impediat, ne subditi concordes in illum conspirent, quali opinione Hugonotæ Galliæ Reges impubere laborarunt, sed tristia intestina bella Germaniæ ac Galliæ hoc Politicorum placitum vanum esse demonstrant. Nec verisimile est, quod Princeps subditos habens, quorum nonnulli alios opprimere, nonnulli ne opprimantur, continuo sibi prospicere student, domi ac belli celebritatem famæ adipisci possit. Vid. Balduin. *de casib. Consc. lib. 2. cap. 6. cas. 3.* ubi insimul proponit tres modos diversitatem illam tolerandi, quorum *primus* est, quando in republicâ turbatâ & diversis sectis jam occupata propter adhærentium multitudinem & potentiam sine seditionis periculo exstirpari nequeunt. Videndum tamen, ut puriori religioni addicti in eâ conserventur, ne usu veniat illud Virgilii *Eclog. 5.*

Grandia sæpe quibus mandavimus hordea sulcis,
Infelix lolium, & steriles dominantur avenæ,
Pro molli viola, pro purpureo narcisso,
Carduus & spinis surgit paliurus acutis.

Secundus, quando Proceres regni de Majestate participant, eam tenetur Princeps, quam amplexi sunt Proceres & Primarii subditi, in regno suo tolerare regionem & αὐτονομίαν fartam tectam relinquere. *Tertius* denique, si Princeps per Imperii leges fundamentales ad diversarum religionum observantiam juramento se obligaverit, tunc in tollendis à fide suâ diversis religionibus inque obligatione sua contentis absque perjurii periculo nihil attentare potest.

Caput II.

De Juribus publicis propter Religionis dissidium competentibus.

§. 1.

Historia dissidii in priori capite fusius exposita, jam jura circa compositionem recepta se offerunt. Cum itaque satius visum fuerit, per

per pacem aliquam hoc dissidium, quam per atrocissimam & sanguinolentam Hispanicam inquisitionem, de quâ Carpzov. *ad L. Regiam cap. 3. sect. 5. num. 10. & seqq.* componere; Ideoque in omnibus Comitiis *ab anno* 1521. usque ad *annum* 1532. habitis ad dissensionem circa Religionem ortam in unanimen consensum rursus redigendam variè tractatum laboratumque est. Acta exstant apud Hortleder. Von Ursachen des teutschen Krieges *p. 1. lib. 1. c. 10.* & Goldast. *Const. Imper. tom. 1. p. 441. cum multis seqq.* Et cum dissensio indies magis magisque augeretur, pacemque publicam valde turbaret, Archiepiscopus Moguntinus & Palatinus Princeps apud Carolum V. *anno* 1532. de pace usque ad generale vel nationale Concilium servandâ intercesserunt.

§. 2. Imperatore consentiente eodem anno 11. April. inter Moguntinum & Protestantes de illâ pace Schweinfurti agi cœptum est, teste Sleidan. *libr. 8. Comment.* Hinc prima omnium religionis pacificatio Norica fuit, quæ Schweinfurti cœpta, & *anno* 1532. Noribergæ decreta. Vid. Gold. *de Stat & Rescript. tom. 1. p. 2.* à Cæsare verò approbata, atque Ratisbonæ in Comitiis die 3. Aug. 1632. universis Imperii subditis mandata atque promulgata, Hortled. Von Ursachen des teutschen Krieges *d. l.* Postmodum Cadam. *anno* 1534. repetita & confirmata; Denique Francofurti ab Oratoribus, Cæsareis Commissariis ratificata. *Recess. Imper. anno* 1541. §. Und damit 26. Spiræ prorogata; Per *Recess. Imper. de anno* 1544. §. Nach dem wir uns. 76. repetita, sicque conservata est usque ad bellum Germanicum à Carolo V. contra confœderatos Schmalcaldicos susceptum. Chytr. *Saxon. lib. 13.* Hortled. *part. 1. lib. 1. cap. 10.* Blum. *in Process. Camer. tit. 28. § 3. & seq.* Fibig. in *select. Jur. publ. semid. 8. quæst. 4.* Sleidan. *lib. 8. Comm.* aliique ab Hortled. *d. c.* 10. relati.

§. 3. Quia vero hæ & aliæ religionis Pacificationes temporariæ solummodo erant, & ad pacis conservationem non sufficiebant; ideoque illam excepit Transactio Passaviensis *anno* 1552. inter Ferdinandum I. Romanorum Regem & Mauritium Saxoniæ Electorem celebrata, ubi inter alia dispositum ut intra sextum mensem Cæsar agat Imperii conventus ad deliberationem, quâ potissimum ratione Religionis dissidium componi debeat; Pacem interea ut colant omnes & propter religionem nulla cuiquam molestia exhibeatur, quod autem de pacandæ religionis modo, communi Ordinum consilio & interve-

niente Cæsaris auctoritate decretum fuerit, nimirum ut placidis, piis & æquis rationibus dissidium componatur, firmum atque ratum sit, denique ad Imperiale judicium sive Cameram admittantur etiam ii, qui Augustanæ Confessionis sunt. Vid. Gold. *tom. 3.* der Reichs Satzungen *ubi p.* 1257. proponit Passaviensem Transactionem, item Sleidan. *lib. 24. Comment. ad anno* 1552. Carpzov. *ad L. Reg. cap. 3. sect. 5. n. 49.* Et hujus Transactionis vigor duravit usque ad *anno* 1555. quo unanimi Procerum totius Romani Imperii consensu, regnante adhuc Carolo V. ejusque vices gerente fratre Ferdinando, Romanorum Rege, inita est illa nunquam satis laudata religionis Pacificatio, quæ verè *Germaniæ Palladium* dici potest, per quod huc usque viguit & in futurum vigebit sacro-sancta Imperii nostri Majestas, ut ait Petr. Syring. *de Pac. Relig. th. 12.* Limn. *de Jur. publ. l. 1. c. 13. n. 17. sub fin. §. 3. Est namque, ut loquitur* Denais. *in jur. Cam. tit. 216. n. 1. multis modis jactatæ ac etiam num periclitanti ob dissensum de religione Reipubl. Germanicæ, quieti constituendæ, mutuaque Magistratuum & subditorum fiduciæ conciliandæ, averruncandisque malis & calamitatibus publicis hoc velut auctario patria pax sancita.*

§. 4. Est itaque *Pax Religiosa* der Religions-Frieden sanctio pragmatica perpetuo valitura, unanimi Imperatoris ac Statuum Imperii consensu de dissidio religionis, & de se invicem ejus intuitu non turbandis, in Comitiis Augustanis *ann.* 1555. inita Magn. Dn. Fritsch. *in Manual. Jurispr. public. sub voc. Pacificat. religios.* Alii aliter definiunt. Cran. *in dissert. Jurid Polit. de pac. religios. in Imper. servand.* Pacificationem hanc per Comitiale edictum definit. Syring. *Dissert. de pac. Religios.* describit per SCtum; Maulius verò *in tractat. de pac. religios. tit. 1.* Religionis pacem dicit esse contractum juratum ab Imperatore & Catholicis cum Evangelicis celebratum, sicque descendit *in Dilligensium sententiam*, Pacem religiosam publicum fœdus esse affirmantium, legis vigorem inter eos solummodo obtinens, qui in illam Pacificationem consenserunt. Utilitas vero hujus disquisitionis haud exigua est. Si enim Religionis Pacificatio tantummodo pactum esset, sive conventio neminem certè obligaret, qui non consensit, aut contradixit, adhuc nullâ Imperii Constitutione, pluribus licet Ordinibus volentibus & consentientibus, mutari posset; Secus vero est, si illa religionis Pacificatio Lex vel constitutio Imperii diceretur.

§. 5. Sed

§. 5. Sed quod Pax religiosa Edictum comitiale vocari nequeat, patet exinde, quod edictum dicatur illud, quod Princeps proprio motu ad utilitatem subditorum constituit. Vid. Vinn. *ad* §. 6. *n.* 2. *J. de Jur. N. G. & C.* Quare etiam Syring. pro Edicti voce, quâ generis loco quondam usus fuerat, SCtum constituit; Sed cum nec hæc vocula naturæ Pacificationis ex asse correspondeat, ideo præstabit forte vocabulis istis abstinere. Multo minus pactum, transactio vel fœdus nominari poterit, ut pluribus demonstrat Dn. Fibig. *in select. Jur. Publ. semidec.* 9. *quæst.* 1. Melius ergo erit vel *legis* vel *pragmaticæ sanctionis* vocabulum surrogare, unde quoque pro lege Imperii habetur, prout innuit *Recessus Imperii de anno* 1555. §. Setzen demnach/ordnen/ wollen und gebiehten ꝛc. Conventionis & transactionis quidem naturam non prorsus Religionis Pacificationi denegamus, attamen eandem nil nisi pactum esse, & vim solius conventionis aut transactionis habere, adeo ut neminem, nisi qui in eandem consenserit, nec eidem contradixerit, adstrictum & obligatum habeat, hoc negamus. Rationes, quibus *Dillingenses JCti* in sua *composit. Pac.* pugnant, huic assertioni neutiquam contrariantur. Hæ enim si quicquam concludunt, id modo inferunt, quod Religiosa Pax mediante conventione sive transactione constituta sit, quod & Fibig. *cit. semidec.* 8. *quæst.* 4. asserit. Addat. Limn. *lib.* 1. *c.* 13. *n.* 19. ubi Religiosam pacem conventionem nominat.

§. 6. Historiam actorum tum circa Transactionem Passaviensem, tum circa Religionis pacem collegit memorabili opere Christophorus Lehman. cujus diligentiam Dn. Bœclerus *in discurs. ad Not. Imper. lib.* 12. *c.* 5. egregiis encomiis ornat, insimulque optandum esse dicit, ut quis circa omnes ac singulos Imperii Recessus eâ diligentiâ, quâ Lehmannus usus est, actorum historiam conscriberet. Quia verò circa hanc pacem quæstiones variæ motæ & agitatæ sunt, illas paucis perlustrabimur. Et quidem I. circa causam efficientem disputatum est: An Cæsar cum Pontificiis Statibus absque Pontificis consensu pacificendi potestate polluerit? Negant hoc nonnulli ex ordine Jesuitico, hinc Religiosam Pacificationem statim ab initio parùm autoritatis habuisse contendunt, quod Pontificis consensus ad hujus actus validitatem non accesserit, qui tamen maximè necessarius fuerit, cum hæc Pacificatio non minus Pontificem, quam reliquos Imperii Status

habentibus, timorem & metum audeat adscribere! Burcardus quidem in sua autinomiâ Carolum V. hanc Pacem metu majoris mali iniisse docet; Verum & hoc negamus, & si poneretur, ex Philosophia morali de actionibus mixtis respondemus, quod hæ reverâ invitæ non sint, sed habeant aliquid voluntarii, per ea, quæ tradit Philosophus *lib. 2. Ethic. c. 1.* unde regula de infirmitate per vim actorum hic locum habere nequit. Cessavit quoque eo tempore omnis vis hostilis & compulsiva, omnis metus & armorum strepitus quiescebat, nec non Carolus V. Imperator ubique ferè triumphum agere videbatur. Thuan. *lib. 4. histor.*

§. 9. Ut omnia alia sicco pede prætereamus, quæ Nostrates hic accumulant, hoc ipso contenti sumus, quod prædictam pacem nulla vi, sed amicabili Ordinum Imperii compositione initam atque conclusam esse, certo certius sciamus. Et hoc fusius liquet ex multis Imperii Recessibus *de anno 1531.* §. haben wir. *de anno 1541.* §. und der weil. It. ex ipsa Transactione Passaviensi in Princip. Porro ex Recessu Imperii *de anno 1555.* §. Wir befehlen und gebiehten 32. &c. & §. In solcher vorgezogener Berahtschlagung des Friedens 13. §. Setzen demnach ordnen wollen und gebieten. 14. §. Und damit solcher Friede auch der spaltigen Religion halben 15. & §. Und damit itztgesetzter Friedstand über den Articul der spaltigen Religion &c. 33. in fin. So haben wir uns mit der Churfürsten Rähte/ erscheinenden Fürsten/ Ständen und der abwesenden Bottschafften/ und Gesandten/ und sie hinwieder mit uns verglichen und entschlossen. Hinc & Maximil. II. *in Rec. Ratisbon. de anno 1567.* Pacem Religiosam vocat: Eine wohl bedächtliche aufgerichtete Constitution, atque in Erklärung von Freystellung und Religion-Frieden &c. laud. Imperator de eadem asserit, daß sie (die Constitutio nimirum pacis religiosæ) mit zeitlichen Raht und höchster Bemühung *anno 1555.* abgeredet sey &c. Imò hinc & Bertram *de pace religios. th. 15.* apud Arumæum *tom. 1. Jur. publ. discurs. 25.* refert: Ferdinandum sibi cum tripudio quasi gratulatum esse, quod ad sedandas discordias publicas animum adjecisset, ac tolerantiæ in Religione formulam Deus sibi in mentem dedisset his verbis: *Inter summa beneficia, quæ Deus in gubernatione Imperii mihi concessit, primum atque maximam vero animi judicio hoc duco, quod ad sedandas discordias publicas animum adjeci, & pacificationis* in Religione formulam Deus

mihi

mihi in mentem dedit. Laudem quoque & famam æternam apud posteros promeretur, quod cum Imperatore Pacis Religiosæ in Germaniâ Auctor fuerit & Promotor. Exinde igitur sufficientissimè patet, quàm inique faciant Pontificii, hanc Constitutionem ut vi atque ferro initam, ita quoque haud obligantem serio asseverantes, cum tamen Augustissimorum Imperatorum Ferdinandi I. *anno 1559. &* Rudolphi II. *anno 1582. & 1595.* Edicta hanc Pacificationem approbantia, aliique Recessus ad satietatem usque nostram confirment sententiam. Denique Pacificatio Osnabrugensis omne penitus excludit dubium. Plura vid. penes Limn *lib. 1. c. 13. n. 19. & seq.* Carpzov. *ad L. Reg. c. 9. sect. 6. num. 10. & seqq.* Bœcl. *in Not. Imp. lib. 12. c. 5.* aliosque Publicistas.

§. 10. Nonnulli (3) quamvis sat impudenter in quæstionem vocant: An serio & ex animo hæc pactio facta fuerit, & quamvis affirmativa ex hactenus dictis verissima sit, negare tamen voluit Ostermannus, JCtus, apostota acerrimus, *in Disp. Camer.* ubi dicere non veretur, Imperatori nunquam in mentem venisse, hanc pacem ut servaret, sed tantum simulasse. Verùm pudeat talia de Imperatore dicere! Silhon. quoque, qui Status ministrum edidit, de hac materiâ inter alia agit, & statuit Ferdinandum ideo Pacem Religionis iniisse cum Statibus, ut Imperator eligi studens Ordines in suas partes traheret, sed cum alias vir sit magnæ auctoritatis, miratur Dn. Bœcler. quod non correxerit suam opinionem, cum manifestè falsa sit. Quis enim electum Romanorum Regem, qualis tunc erat Ferdinandus, non certum diceret Imperatoris successorem? Vid. Discurs. Dn. Bœcler. *ad Notit. Imper. l. 12. c. 5.*

§. 11. Non cessarunt quidem (4) Pontificii hanc pacem auream quibuscunque modis impugnare, idcirco inter alia quoque Concilium Tridentinum opposuerunt, ut ad ipsius tantummodo promulgationem Protestantibus dilationem & moratorium tempus concessum esse asserant. Verùm quamvis non negemus à Cæsare Ordinibusque Imperii definitum fuisse, quousque Religiosa Pacificatio vigere debeat, nimirum ad totalem & placidam usque exorti in negotio Religionis dissidii compositionem in Concilio Oecumenico vel Nationali, aut publicis Comitiis faciendam, veluti apparet *ex Recess. Imper. de anno 1555.* §. und nach dem eine Vergleichung 25. Quamvis etiam

etiam tutò asserere possimus, Protestantes Concilium pium, liberum, legitimum & ritè celebrandum nunquam defugisse; Tamen num tale fuerit Concilium Tridentinum non modo quis dubitabit, sed & plane negabit, si perlustraverit Auctorem der stattlichen Außführung der Ursachen/ warum die Chur- und Fürsten auch andere Stände der Augspurgischen Confession, das außgeschriebene Concilium zu Trident nicht zubesuchen schuldig Addat. noster Strauch. *Exerc. Exoter. 8. th. 7. & seq.* qui rationes Protestantium propter quas Mantuanum, Vicentinum & Tridentinum Concilium recusarunt, ex Goldast. & Hortled. von Ursachen des teutschen Krieges *l. 1. c. 29. num. 7.* non tantummodo refert, sed & examinat, & demum concludit, quod Pontificis non fuerit, Concilium indicere, quia Jus Concilia convocandi Superioritatis actus est, quam Protestantes ipsi non concedunt, præcipue quod Papa non solùm partes rei sustinuerit, sed & multis præjudiciis Protestantium causam jam damnaverit. Deinde quod locus non fuerit idoneus, quia multis decretis Imperialibus, ut Concilium in Germaniâ haberetur, sancitum sit, cum tamen econtra veteres pariter ac recentiores Geographi, quod Tridentum Germaniæ urbs non sit, consentiant; Porro quod locus non fuerit tutus, quia Tridentum Episcopo suo subjecta est, qui Pontifici Romano obnoxius & juratus, imo tunc temporis è Cardinalium numero fuit. Denique quod Concilium Tridentinum, quale promissum erat, neque universale ac ab omnium Ordinum fidelibus per certas personas, quæ nomine universorum in Concilio apparerent, constitutum, neque etiam liberum extiterit. Vid. *Exerc. 8. th. 18. & seq.* Dn. Strauch.

§. 12. Quamvis itaque Pontifex apud Maximilianum II. Imperatorem minis gravissimis Tridentini Concilii executionem urgeret, prout videre est apud Thuan. *lib. 37. histor.* Attamen posthabitis Papæ protestationibus & fulminibus, Imperator, utriusque religionis Ordinibus consentientibus, heroico verè Decreto Caroli V. Patrui sui & Patris Ferdinandi Religiosam pacem non solummodo confirmavit, sed etiam immortalitate verbis expressis donavit, in *Recess. Imper. de anno 1566.* §. und nach dem 6. in verbis: Setzen/ ordnen und wollen: Es erfolge die viel angemelte Religions Vergleichung über kurtz oder lang/ oder aber/ welches nicht zuverhoffen/ zumahln nicht/ daß nichts destoweniger obgemelter Religion und Land-Friede/ samt Handhabung

bung

bung und Execution desselben / in aller massen / wie obgedachtes 55. Jahr verabschiedet / in allen seinen Kräfften beständig bleiben &c. Addatur & *Recess. Imper. de anno 1613.* §. Seind wir auch &c. & Cæsareæ Capitulationes, quibus Religiosæ pacis confirmatio inserta est, ut hodie post Pacificationem Osnabrugensem hac de re nullum amplius supersit dubium. Vid. Carpz. *ad L. Reg. Germ. c. 3. sect. 7.* Limn. *de Jur. publ. l. 1. c. 13. num. 25. & seq.* Fibig. *in select. Jur. publ. semidec. 9. quæst. ult.*

§. 13. Licet igitur vis & validitas hujus Pacis Tridentini Concilii autoritate haud enervari potuerit, cum omnibus Imperii Recessibus post dictam pacem factis & Cæsareis Capitulationibus confirmata sit, omnia tamen discordiarum semina hoc modo totaliter sublata non sunt, nam & Dillingenses (5) ex alio capite præfractè impugnarunt. Pax quidem religiosa Cæsareæ Majestatis successorem æque ut Imperatorem obligat, ita ut hic inviolatam servare obstrictus sit, causa hujus obligationis sat manifesta est. Consistit enim in cujusvis in regimine Imperatorio Romano-Germanico successoris eâ de re propriâ & juramento confirmatâ promissione, quæ fit per Capitulationes Cæsareas, unde plus satis patescit, successorem Cæsareæ Majestatis, licet ex alieno aut Antecessoris facto, secus ac est, ad Religionis Pacificationem haud adstringeretur, tamen ex propriâ conventione cum Electoribus Imperii nomine inita firmiter obligari. Vid. Fibig *in select. Jur. publ. semid. 10. quæst. 1.* Præcipuè cum Juramentum de Religionis Pace servandâ ac tuendâ præstitum obligatorium omnino sit, hoc ipsum tamen *JCti Dillingenses* in suâ *compositione Pacis c. 12. quæst 84.* negarunt, asserentes illud Juramentum non nisi secundum eos casus, ad quos fœderis obligatio se extendit, obligatorium esse, non idem secundum eos, qui in fœdere non contineantur, aut excepti censeri debeant. Hinc intulerunt, posse imo debere Cæsarem non obstante Juramento publico eorum Episcoporum Imperiiq; Principum, qui in Pacem Religiosam consentire noluerunt, sed apertè potius contradixerunt, Episcopatus & Jura defendere, ut Ecclesiæ & possessiones ereptæ restituerentur.

§. 14. Verum rejectâ hac captiosa explicatione Cæsareum illud Juramentum in tantum obligatorium esse dicimus, ut vel contra invitos, imo ipsum Pontificem, Religionis Pacificationi vim fortè inferen-

ferentem, suum extendat effectum, non obstante promissione de sede Romanâ defendendâ à Cæsare Catholicis Electoribus facta. Illa enim non de quacuuque Pontificis defensione, sed de eâ tantummodò intelligenda est, quam Christiana libertas, Pax, Justitia & concordia Imperii Statuum publica admittit, quæ paci tum religiosæ tum profanæ haud adversatur, eoque fine suscipitur, ut sit & maneat Christiana Ecclesia. Quapropter & hodie Cæsareæ Capitulationi hoc expresse insertum est, ut patet ex moderna gloriissimi Imperatoris Capitulatione §. zum ersten 1. in verb. gleichwohl so viel diesen/ wie auch den nachfolgenden 19. Articul gegenwärtiger Obligation &c. Neque Pacificationis natura est, ut volentes & consentientes tantummodò obliget & teneat, sed ut potius omnes invitos æquè ac volentes afficiat. Quare nec protestatio ejus roboris esse potest, ut legis vim suspendat, alias enim Romanus Pontifex hujusmodi protestatione Jurisdictionem Ecclesiasticam omniaque Episcopalia Jura salva integraque conservare potuisset, quod tamen absonum est affirmare. Constat quidem Imperatorum non nullos à Pontifice absolutionem petiisse à promissione de observandâ Pace Religiosa jurato facta, ut ex Caninio observavit Limn. *lib. 2. Jur. publ. c. 2. n. 81.* Hodie tamen aliter sperare jubent tam sanctissima Pacis vincula, maxime cum Instrumentum Pacis multis modis confirmatum sint, ac per Capitulationem Ferdinandi IV. *articulo 34.* specialiter provisum & cautum repetiatur, ne absolutio vel provisio contra Osnabrugensem Pacem impetretur. Dn. Diet. *in not. ad Aur. Bull. tit. 2. in verb. gratiosè tenebitur promovere.*

§. 15. Porro etiam circa variationem Augustanæ Confessionis hoc exortum est dubium, quod quidam Pontificiorum statuerint, ne hodie quidem Lutheranis promissam Pacem servandam esse, quia non amplius sint veteres Lutherani, qui anno 30. Superioris Seculi Carolo V. Augustanam Confessionem tradiderunt, sed novi, qui Augustanam Confessionem immutarunt; quod ipsum tamen Nostrates rectè negant. Quod enim variatam Augustanæ Confessionis editionem attinet, illa neutiquam Protestantium Principum auctoritate prodiit, sed quod fecit Melanchton, privato suscepit ausu. In confesso namque est hanc mutationem à Philippo Melanchtone factam esse, sed an jussu aut præscitu Electoris Saxoniæ, & cæterorum Statuum Prote-

ſtantium vel etiam Lutheri conſenſu ſuſceperit, id ipſum ſanè demonſtrari nequit. Reformati quidem, qui mutatam ſeu variatam confeſſionem primæ & invariatæ præferunt, dicunt: eam variationem ſuſceptam eſſe ſeu jubente, ſeu ad minimum Saxoniæ Electore & Luthero præſciente. Sed contrarium in Auguſtanæ Confeſſionis hiſtoriâ docetur de Cœnâ Domini *ſub anno 40. & 41.* Fuit illa hiſtoria Auguſtanæ Confeſſionis de cœnâ oppoſita Calviniani cujusdam Wolffii hiſtoriæ, ubi inter alia docetur, quod Elector Saxoniæ Johannis Fridericus Philippum per Pontanum, Cancellarium ſuum, monuerit, ut à Confeſſionis mutatione abſtineret, quippe ſymbolum Proteſtantium proprium & Eccleſiarum publicum, non autem privatum Melanchtonis ſcriptum eſſet. Idem etiam in Colloquio Altenburgenſi Saxonici Theologi teſtantur & referunt, in Archivis Electoralibus hac de re manuſcriptum quoddam ſupereſſe. Deinde perhibent iidem Theologi, ut jam citata Auguſtanæ Canfeſſionis hiſtoria habet, quod Philippum Lutherus ſæpe reprehenderit, &, ut à mutandâ confeſſione deſiſteret, dehortatus fuerit.

§. 16. Et ſane rem ita ſeſe habere, ac Philippum Melanchtonem privato auſu confeſſionem mutaſſe, luculenter patet ex actis Colloquii Wormatienſis, quod *anno 1540.* Wormatiæ inter Philippum Melanchtonem & Johannem Eccium Cæſaris ac Principum Legatis præſentibus habitum fuit. Cum enim variata à Philippo proponeretur confeſſio; Eccius verò eam admittere nollet, multis adductis rationibus, & inter alia reſponderet, quod in articulo de Cœna prioris Confeſſionis ſententia fuerit mutata, tunc Electoris Saxoniæ & Proteſtantium Principum Legati Philippum Melanchtonem, ut articuli 10. verba ex autographo reſtitueret, coegerunt, quod nunquam facturi fuiſſent, aut facere potuiſſent, ſi Electoris juſſu vel conſenſu hæc mutatio fuiſſet ſuſcepta. Manet ergo certum, quod variata confeſſio non fuerit cum Electoris & Proteſtantium Eccleſiarum conſenſu & præſcitu facta, ideoque etiam hoc dubium ceſſat. Hinc eſt, quod in omnibus ſcriptis, quæ de hoc argumento extant, ad invariatam Auguſtanam Confeſſionem Noſtrates provocent, ut teſtatur Dn. Bœcler. *in Diſcurſ. ad notit. Imper. lib. 12. c. 5.* An vero Religionis Pacificatio ex Proteſtantium parte conſideratâ ſoli Auguſtanæ Confeſſioni innitatur, explicat Fibig. *Semidec. 11. quæſt. 1.* ubi notanter tradit, *quod Pax*

Reli-

Religiosa quoad Protestantes in prima quidem sive immutatâ confessione fundetur, non tamen in solis ipsius verbis & articulis, uti quidem nonnulli Pontificii volunt, sed etiam in aliis, qui forte ab expressis dependent, ex iis deducuntur, formantur, illustrantur, quiq; iis secundum præscriptum verbi divini correspondent.

§. 17. Hæ & aliæ quæstiones circa Religionis Pacem motæ, præcipue vero controversiæ de religiosæ pacis interpretatione, ad majus malum fenestram patefecerunt, quæ tandem etiam effecerunt, ut in varia fœdera Ligæ & Unionis nomine Ordines coierint. Cum denique Bohemici belli incendium erumperet, & omnia præter expectationem in principio Cæsari arriderent, ut magnam Germaniæ partem sub suis armis teneret, eo tandem Imperatorem Ferdinandum II. sacræ mystæ adegerunt, ut *anno 1529. Edictum de restituendis bonis Ecclesiasticis* post Passaviensem Transactionem; ut ferunt, ademtis promulgaret. Certum quidem est, multos Consiliarios Imperatori Ferdinando hoc dissvasisse, prævidentes, quas turbas in Imperio daturum sit, sed aliis tum benignas aures præbuit. Hinc illæ lacrymæ! In illo Edicto Cæsar Ferdinandus II. non dubitavit, autoritatis Cæsareæ prætextu, plenè omnes controversias secundum Pontificios decidere & plurima dudum à Protestantibus occupata illis reddere. Quin etiam hujus Edicti nullam aliam, arcanam tamen, fuisse rationem tradit Severinus de Monzambano *c. 5. §. 11. de Stat. Imper. German.* quam ut sibi conciliaret Imperator Sacerdotes reliquosque Catholicos Ordines, & iisdem persuaderet, quæ moliretur in gratiam religionis suscipi, non ad opprimenda Ordinum Jura. Quod si autem hisce auxiliantibus, aut saltem non renitentibus Protestantes subegisset, in proclivi deinde fuisse, reliquos etiam ad suos nutus componere. Hæc quidem nostra non facimus, sed aliis dijudicanda relinquimus, quamvis hoc fateamur, quod optimo Jure sese Protestantes huic Edicto opposuerint, atque illud neque ratione formæ, neque ratione materiæ subsistere posse demonstrârint. Vid. prolixiss. Limn. *tom. ad lib. 1. cap. 13.*

§. 18. Et hoc Edictum cruenti belli causa fuit. Nam cum Protestantes negarent penes Imperatorem esse, tale Edictum sine Statuum consensu pro lege quadam proponere & ab executione incipere,

inde ad arma deventum est, ubi Suecorum contra Cæsarem copiis se Protestantes per Germaniam conjunxerunt. Vid. latius Burgold. *in Notit. rer. Imper. part. 1. Discurs. 1. th. 89. & seqq.* Sicque ancipiti fortuna belligeratum est, post cladem verò Nordlingensem Elector Saxoniæ Pacis Consilia admisit, quæ primum Pirnæ tentata, Pragæ tandem *anno 1635.* conclusa, sicque per eam Ecclesiasticorum bonorum restitutio nonnisi in 40. annos suspensa est. Denique post plurium annorum crudele bellum in Europæo Conventu Osnabrugo-Monasteriensi pace rursus constitutâ, super Religionis negotio prolixè cautum, ac Ferdinandi II. *Edictum de anno 1629.* cum *Pragensi Pace*, quam Cæsar & Saxo suâ sponte conciliaverant, sublatum est, ita ut hodie amplius non tam ad Passaviensem transactionem & Comitiorum leges *de anno 1555.* quam ad Instrumentum Pacis respiciendum sit. Postquam igitur in Osnabrugensi conventu super religiosâ Pace & Edicto Ferdinando prægnantissima gravamina exhibuerunt Evangelici, quæ ex *Theatr. Europ. tom. 5.* Burgoldensis *in Notit. rer. Imper. part. 2. discurs. 1.* proponit. illis per *artic. 5.* Ornaburg. Pacis abundè satis factum est, ut jam constabit.

§. 19. Nam circa religionem & ecclesiastica negotia Instrumentum Pacis in genere de tribus disponit. (I.) *est*: *Præter Romano-Catholicam, Lutheranam & Reformatam religionem nullam aliam in Imperio tolerandam esse.* Hinc (II.) *conscientiæ libertas & liberum religionis exercitum permissum, reductio* vero (III.) *in omnibus & singulis religionem concernentibus ad primum Januarii anni 1624. restituta* est. Vid. Instrument. Pac. *articul.* 5. §. 2. 9. 14. *& passim.* Hinc omnes illæ non minus otiosæ, quam odiosæ aliàs circa religionis pacem moræ quæstiones cessant, nec habent amplius Pontificii, quod huic paci opponant, jam dudum enim illorum regula: hæreticis fidem non esse servandam, sublata, ac econtrario pax Monasteriensis per *Recess. Imper. Ratisbon. de anno 1654.* §. wir sollen und wollen ꝛc. juratâ fide sanctissimè confirmata est. Et cum Imperii vinculum columna & basis sit, quâ tota Imperii structura innititur, sacrosancta merito ejus auctoritas esse debet, quippe à quâ salus & tranquillitas totius nostræ reipublicæ dependet. Nos verò, ut propositæ methodo inserviamus, paucis jam Religiosæ Pacificationis capita, per instrumentum Pacis Osnaburgo-Monasteriensis *artic. 5.* variè aucta & declarata, cum Juribus exinde fluentibus & religionis dissidium concernentibus consideratum imus.

§. 20-

§. 20. *Primo* itaque sub Religiosâ pace & Osnabrugensi Pacificatione religioni solum Catholicæ & Augustanæ Confessioni addicti continentur, cœteris sectis adhærentibus exclusis, per *Recess. Imper. de anno 1555. §.* Doch sollen 17. Annumerantur autem hodie iis, qui Augustanæ Confessioni nomen dederunt & illi qui Reformatam religionem profitentur, ita quidem, ut quicquid Juris aut beneficii tum pax religiosa, tum Imperii constitutiones aliæ vel Catholicis vel Evangelicis tribuerunt, id etiam Reformatis competat. Quamvis itaque Reformati nec sub Augustanâ confessione, nec sub protestantibus nec etiam sub religiosâ pace fuerint comprehensi, hodie tamen vi pacis Monasteriensis pax quoque Religiosa ad eos extensa est, ut juxta Horn. *in orb. Polit. sub rubr. de Imper. Roman. German. axiom. 17. §. 1.* inter Protestantes & Reformatos nullum jam Politicum discrimen superfit. Sed hæc omnia disposita sunt, salvis Statuum Protestantium inter se & cum subditis suis, pactis, reversalibus privilegiis, aliisque dispositionibus, quibus de religione aut ejus exercitio & inde dependentibus cujuslibet loci Statibus ac subditis hucusque provisum est, salvâ itidem cujusque conscientiæ libertate. Instrument. Pac. *artic. 7. Recess. Imper. de anno* 1654. §. Doch soll Darbey 23. Præter has tres religiones, Catholicam nimirum Evangelicam & Reformatam nullam aliam sacrum Romano-Germanicum Imperium tolerat. Instrument. Pac. *artic. 7. in fin.*

§. 21. (2.) Controversia religio non aliter quàm per Christianas amicas, pacificasque vias ad consonum Christianum intellectum ac congruentiam componenda est. *Recess. August. de anno* 1555. §. und damit solcher 15. *in fin.* Transact. Passav. § 47. Quin etiam (3.) utriusque religionis Catholicæ scilicet & Evangelicæ latè dictæ, quatenus quoque Reformatos complectitur, Status mutuâ erga se invicem concordiâ, ipsis vigore constitutionum competente, contenti vivere, seque ob religionis diversam doctrinam haud armis invadere, sed liberum religionis exercitium relinquere debent, sub pœna fractæ pacis publicæ. *dict. Recess. imper.* & Transact. Passav. *cit loc.* In reliquis omnibus inter utriusque religionis Electores, Principes Status omnes ac singulos exactâ æqualitas sancita est, in Instrum. Pac. *artic. 5. §. 1. in fin.* & quod uni parti justum alteri haud injustum sit, omni violentiâ & via facti, ut alias, ita hic, inter utramque partem perpetuò prohibita.

§. 22.

§. 22. Porro (4.) fundationes sacræ, Monasteria aliaque bona ecclesiastica à quibusdam Statibus atque illorum Antecessoribus in usum templorum, Scholarum, Stipendiorum aliarumve rerum conversa, quæ neque ad alios Imperii Status pertinent, nec tempore transactionis Passaviensis, aut posthac ab Ecclesiasticis personis possessa fuere, juxta *citat. Pac. religios.* destinatæ dispositioni relinquuntur, ubi singulariter notandum, quod quidem præmemoratum tempus à publicatâ pace religiosâ observatum fuerit; Ast cum post dictam pacem religiosam, durante præsertim Germanico bello, illa possessio variè fuisset translata, complacuit possessionem 1. *Januar. anno* 1624. habitam unicum solumque futuræ observantiæ ac restitutionis in Ecclesiasticis, & quæ intuitu eorum in politicis mutata sunt, fundamentum constituere, cassatis omnibus in ejusmodi causis latis sententiis, publicatis decretis, institutis transactionibus & executionibus, reductione ad statum dicti diei & anni in omnibus facta. Instrum. Pac. *artic.* 5. §. 2. & 24.

§. 23. Ecclesiasticis quoque (5.) cujuscunque Status & conditionis census, reditus, decimæ cunctaque Jura salva relicta sunt, reservatâ Magistratui Ordinario Jurisdictione & Juribus, quæ 1. *Januar. anno* 1624. competiere, atque ut ex iisdem bonis Ecclesiæ Ministeria, Scholæ &c. Prout receptum in posterum alantur, constitutum est, *Recess. Imper. de anno.*1555. §. als auch den Ständen 2c. 21. Quod si verò circa constitutionem & sustentationem dubium quoddam incidat, per duos arbitros decidi debet. *dict. Recess. Imper.* §. 22. Reditus quoque, decimæ & pensiones, quæ alterutrius Religionis Statibus ob Ecclesiasticas fundationes ex alteriùs Provinciis debentur, quorumque in possessione vel quasi percipiendi 1. *Januar. anno* 1624. fuerunt, absque ullâ exceptione solvantur, sicut etiam Status protectionis, Advocatiæ vel alia Jura, quæ in alterius Religionis Statuum ditionibus, sive intra, sive extra territorium sitis habuerunt, ex Instrument. Pac. *artic.* 5. §. 45. dispositione retinent. Bona quoque immediata Ecclesiastica, qui 1. *Jan.* 16. 24. in reali illorum possessione fuerunt, tranquillè ac inperturbatè ulterius possidere possunt, ut neutri parti sive in judicio sive extra judicium negotium facessere liceat. per Instrum. Pac. *dic. artic.* 5. §. *Bonor. &c.* 14.

§. 24. Difficulter hæc constitutio circa bona Ecclesiastica in actum

actum deduci potuit, variæque circa hoc punctum sunt motæ Protestantium querelæ, præcipue Ferdinandi Edictum concernentia, de quibus jam antea, difficultates, quæ circa terminum restitutionis contigerunt, refert Burgoldens. *in Notit. rerum Imper. part. 2. discurs. 6. th. 1.* Ægrè quoque in tractatu Pacis Osnabrugensis Ecclesiasticorum bonorum quietam ac perpetuam possessionem Protestantes obtinere potuerunt. Nam cum *anno 1646. mens. Majo* primum hoc punctum in tractatu pacis proponi cœptum esset, Catholici perpetuitatem recusarunt: Die Herren Catholici wolten noch zur Zeit von keiner perpetuität der geistlichen Güter hören/ aber wol auf ein 100. Jähriges possessorium sich resolviren. Tandem Protestantibus Ecclesiasticorum bonorum possessio permissa, & terminus à quo bonorum Ecclesiasticorum restitutionis citatum tempus præstitutum est, id quod tam malè Innocentium X. Romanum Papam habuit, ut per Nuntium suum Fabium Chisium contra hanc compositionem solenniter, sed absque effectu protestatus esset; Sed tranquillitatis Germanicæ maxime interfuit, ea, quæ in Instrumento Pacis de bonis Ecclesiasticis reperiuntur sancita, perpetuò ac quietè sic permanere.

§. 25. Quamvis etiam aliàs (6.) vi pacis Religiosæ & olim & nunc secularas Status immediatè Imperio subjecti absque ullâ dignitatis, officiorum, bonorum & facultatum imminutione religionem mutare queant, per *cit. Recess. Imper. de anno* 1555. §. und damit solcher Friede 2c. 15. in Ecclesiasticis tamen personis hoc limitatur. Nam circa personas Ecclesiasticas immediatas hoc occasione dissidii in Imperio juxta Pacificat. Religiosam receptum est, ut si quis in Archiepiscopum, Episcopum, Prælatum electus vel postulatus Religionem in posterum variaverit, Jus suum cum territorio amittat, honore tamen famâque illibatis. Capitulo autem vel illi, cui id de jure competit, integrum est, aliam personam Religionis suæ eligere atque postulare, relictis decedendi fructibus, reditibusque interea perceptis ac consumptis. Instrument. Pac. *artic. 5. §. si quis igitur 15.* Vigore quidem religiosæ pacis in solis Catholicis à suâ religione discedentibus obtinuit. *Recess. Imper. de anno* 1555. §. und nach dem 18. Hodie etiam ad Augustanæ Confessioni addictos Episcopos & Prælatos extensum est, Instrument. Pac. *artic. 5. § si. igitur 15.*

§. 26. Ante Pacificationem Osnabrugensem hæc quæstio

acerrime tractata eſt, præcipue in Auguſtanis Comitiis anno 1555. Voluerunt namque Proteſtantes, ut Eccleſiaſtica perſona cum licentiâ amplexandi religionem dignitatem ſimul atque ditiones ſacras retinere debeat. Aliàs enim multis aditus ad puriorem doctrinam obſtrueretur, Catholici verò hoc præfractè negarunt. Quare Imperator Ferdinandus Catholicis favens, Evangelicis etiam contradicentibus, Paci Religioſæ *dict. §. 18.* inſeruit, quam gratioſam clauſulam Catholici vocarunt den geiſtlichen Vorbehalt. Et hoc callidum pro Pontificiis remedium fuit, ut ex perſonis Eccleſiaſticis aut nemo accederet ad Evangelicam veritatem, aut ſi acceſſerit, bona ſaltem Catholicis reſtitueret. Text. *de Rat. Stat. Germ. p. 657.* Hinc mota eſt quæſtio: An hæc clauſula quoque obligans ſit? Pluribus ſanè hoc placuit propter ſubſcriptionem *cit. Receſſ.* cujus verba ſic ſe habent: Und wir die verordnete der Churfürſten Rähte an ſtatt Ihrer Churfürſtl. Gnaden/ auch für ihre Nachkommen und Erben/ Wir die erſcheinende Fürſten/ Prälaten/ Graffen und Herren/ und des Heil. Reichs Frey- und Reichs-Städte Geſandte/ Botſchaften und Gewalthaber/ an ſtatt und von wegen unſer Herrſchafften und Obern/ auch für ihre Nachkommen und Erben/ willigen und verſprechen bey Fürſtlichen Würden und Ehren in rechten guten Treuen und im Worte der Warheit/ auch bey Treuen und Glauben/ ſo viel einem iedem betrifft oder betreffen mag/ ſtet/ feſt/ auffrichtig und unverbrüchlich zu halten/ und dem getreulich und unweigerlich nachzukommen. Ex his colligunt, quod Auguſtanæ Confeſſionis Status ſibi debeant imputare, quod non in ipſis Comitiis, antequam Receſſui ſubſcripſerunt, de hoc puncto proteſtati ſint, vel eum non omiſerint, aut absque ſubſcriptione abiverint. Nam quod ex poſtfacto demum rem ægrè tulerint, id eorum cauſæ haud patrocinari videtur, proteſtatio ſiquidem fuit contraria facto, quæ nihil operari ſolet. Vid. Gothofred. Svev. *ad Pacif. Religioſ. Propoſit. 8. th. 3. & ſeqq.* Quia tamen Proteſtantes initio magnoperè anniſi, ne articulus ille Pacis documento insereretur, Ferdinandus verò & Catholici palam teſtati eſſent, ſe nullam ſine eo pacem admiſſuros, Proteſtantes hoc modo, ut tacerent, quidem inducti ſunt, interim nunquam hanc clauſulam approbare, ipſique vim legis publicæ concedere voluerunt. Hinc & alii diſſenſum Proteſtantium, alii contrariam urgent conſuetudinem; Alii vero mediam quaſi tenentes viam,

viam, si communi Episcopi, Capitularium & subditorum consensu reformatio suscipiatur, hunc §. nihil obstare putant, cum ejus fundamentum in eo consistat, ne invitis Capitularibus & subditis quicquam innovetur, quare aliud dicendum, si consensu Capituli & subditorum mutatio facta sit. Huc Pertinet Rescriptum Detlev. à Winterfeld & Carol. Barthii è legatione ad Rudolphum Cæsarem missum, cujus mentionem facit Beindorff. ap. Arum, *Vol. 3. discurs. 9. th 58.* Et hæc est clausula, cujus vigore Ferdinandus II. & Catholici *anno* 1629. *Edicto* omnes Archiepiscopatus & Episcopatus, quos Protestantes post transactionem Passaviensem occuparunt, repetere conati sunt, ut ex antecedentibus patet; Tandem hæc controversia de reservato Ecclesiastico in Instrumento Pacis ad æqualitatem utrinque perducta est, juxta *artic. 5. §. 15.* Instrument. Pac. Idem juxta *cit. artic.* de toto Capitulo, si unâ cum prædictis Archiepiscopis &c. à Religione discesserit, affirmamus. His prælibatis facilis responsio erit ad quæstionem: Utrum sc. Augustanæ Confessioni dediti possint fieri vel Archiepiscopi vel Imperii Archicancellarii? Negativa probanda videtur per pacem religiosam *dict.* §. und nach dem bey Vergleichung ꝛc. 18. cui suffragatur *cit. loc.* Instrument. Pac. in quo Protestantibus vel ad Archiepiscopatus, vel Episcopatus aut alias Ecclesiasticas dignitates omnis aditus est præclusus, Osnabrugensi excepto, in quem alternativè hodie & Catholicus & Lutheranus & quidem ex Ducum Brunsuicensium lineâ succedit, Vid. *artic. 13.* Instrum. Pac.

§. 27. Ad jura circa religionis dissidium recepta pertinet (7.) quod Cæsari jus Primariarum precum, ubi antea exercuit, posthac quoque concessum sit, modo in decedentis locum religionis consors atque idoneus ad statutorum & observantiæ normam surrogetur. Instrument. Pac. *artic. 5. §. ubi sacra &c.* 18. Est verò Jus Primariarum precum potestas vi Superioritatis Imperatori competens bene meritis vel idoneis super Ecclesiastico beneficio majore vel minore in Ecclesiâ vel Monasterio vacaturo promissionem faciendi. Magn. Dn. Fritsch. *in manual. Jur. publ. sub. voc. primar. prec.* Diplomata, quibus continentur, dicuntur Panieß-Brieffe/ forsan exinde, quod per ejusmodi preces præbendam seu beneficium aliquod ad vitæ meliorem sustentationem obtineat Precista. Vid. Wehner. *in Observat. Pract.* sub voc. Panieß-Brieffe Origo quidem à Gail. *lib. 2. observat. 155.* & Stephan.

de Jurisdict. *lib. 3. p. 1. c. 4.* Pontificis beneficio adscribitur; Rectius tamen alii ex Jure Imperatorum Majestatico deducunt, quod Conringius in animadversionibus ad *Bull. Innocentii X. contra Pacificationem Osnabrugensem* à Burgoldens. *in Not. rer. Imper. part. 2. discurs. 11. membr. 2.* citatus confirmat. Hinc ad reservata Imperialia refertur & dicitur: der Kayserl. Majest. ansehnlich Jus und Regal, vigore cujus Imperator bene meritas vel alias personas idoneas ad beneficium primo vacaturum in German. Metropolitanis Cathedralibus & regularibus Ecclesiis nominare potest Hermes. *in fascicul. Jur. publ. c. 11. num. 6.* Sicut verò Imperatoris preces beneficia quovis mense vacantia afficiunt juxta cit. Herm. ita etiam in terris Evangelicis Imperator hoc Jus, ubi antea exercuit adhuc exercere potest. Quamvis enim olim controversium fuerit, per pacem tamen Osnabrugensem *cit. loc.* specficè hoc determinatum est. Plura de hoc Jure penes Limn. Herm. Dn. Fritsch. aliosve inveniuntur. Referunt quoque, ab Imparatore coronationis tempore ex gratia Electoribus exercitium ita ut plurimum concedi, ut eo Imperatoris nomine utantur.

§. 28. Extra primarias preces hoc modo in Protestantium terris receptas (8.) vigore Pacis Religiosæ & Ornabrugensis Pacificationis omnes Pontificum reservationes, confirmationes, Papales menses, Annatæ & Pallii Jura cessant. Vid. Instrument. Pac. *artic. 5. §. 19.* De Annatis & Pallio jam tum in præcedenti capite actum. Quod confirmationem attinet, illam à tempore reformationis Augustanæ Confessionis Episcopi neglexerunt, quare Pontificii illos pro veris Episcopis agnoscere noluerunt, sed huic etiam controversiæ per pacificationem Ornabrugensem *artic. 5. §. 6.* satisfactum est. Menses vero Papales originem Nationis Germanicæ Concordatis inter Fridericum III. & Nicolaum V. Pontificem *anno* 1447. celebratis debent, in quibus alterni Menses constituti sunt, ut in his si morte Clerici beneficium Ecclesiasticum vacaverit, Pontifex illud pro lubitu habeat conferendi potestatem. *Januarium*, tanquam primum Mensem Papalem, excipiunt *Martius, Majus, Julius, September* & *November*, dieses sind die gewissen Monathen/darinnen die erledigten Beneficia dem Päbstlichen Stuel mit der Collation heimstehen. Burgold. *in Not. rer. Imper. p. 2. discurs. 9. membr. 4. th. 8.* Sed penes Protestantes Pontificis Jurisdictione suspensâ cessant, in capitulis tamen immediatis, ubi utrius-

que

que Religionis Capitulares & Canonici admittuntur, Papales Menses, si decedentes Capitulares & Canonici ex Catholicorum numero fuerint, adhuc obtinent, per dict. Instrum. Pac. *artic.* § 20.

§. 29. Jus Diœcesanum (9.) ut & Ecclesiastica Jurisdictio Pontificis ejusque Episcoporum contra Status Augustanæ Confessioni addictos & Reformatos eorumque subditos hodie cessat. *Recess. Imper. de anno* 1555. §. damit auch obberůhrte 20. & Instrumen. Pac. *artic.* 5. §. 47. Olim quidem Jurisdictio Ecclesiastica penes Imperatores & Reges fuit, postmodum tamen Pontifices ad se transtulerunt, eamque cum suis Episcopis in Catholicorum Principum territoriis adhuc detinent; sed Pontificiæ impositionis nebulis & tenebris depulsis, veritate per Lutherum detectâ ac doctrinâ Christianâ repurgatâ, Principes & Protestantes Statûs Ecclesiasticam Jurisdictionem receperunt. Braudlacht. *Epitom. Jurispr. publ. lib.* 5. *c.* 1. §. 8. Quare Jurisdictio Ecclesiastica Pontificiorum in Protestantium terris ac ditionibus suspensa, Evangelicisque Principibus ac Statibus restituta est, ut in ipsorum provinciis non amplius Episcopis eorumque Officialibus, sed ipsis potius Principibus vigore territorialis Superioritatis competat. Carpzov. *Jurisprud. Consist. lib.* 1. *definit.* 2. hocque plenissimè & firmissimè per Passaviensem Transactionem & insecutam Religionis Pacem *de anno* 1555. ut & Pacificationem Osnabrugensem *artic.* 5. §. 1. confirmatum est. Hinc ea, quæ sunt Ecclesiasticæ Jurisdictionis & legis Diœcesanæ vel sibi solis Principes reservant, vel etiam per Consistoriales expediunt. Reinking. *de Regim. Secul. & Ecclesiast. lib.* 3. *class.* 1. *c.* 10. Laudabiliter enim ab Evangelicis Statibus constitutum est, ut negotia quidem secularia in Cancellariis & secularibus Judiciis cognoscantur & decidantur; spirituales verò causæ & Ecclesiasticæ per certos Consiliarios & Ecclesiasticas personas terminentur, unde Consistoria Ecclesiastica originem traxerunt. Matth. Stephan. *lib* 3. *de Jurisd. p.* 1. *cap.* 15. *n.* 11. & 16. Melior itaque quoad Jus Sacrorum est Protestantium Principum conditio, quam Imperatoris & à Pontifice hac in re dependentium Catholicorum. Multa singularia hac de materia exhibet illustris & Generosus Dn. à Seckendorff *in tractatu* des teutschen Fürsten Staats *p.* 2. *c.* 11. *n.* 2. Addatur Dn. Præsid. *tract. de Jur. templor. c.* 4. ubi hæc omnia latius explicantur.

§. 30. Sic itaque in terris Protestantium, Pontificis Jurisdictione suspensâ, rectè à Principibus & cæteris immediatis Ordinibus

vigore territorialis Superioritatis Knich. *de sublim. territ. Jur. cap. 3. n. 149.* & Carpzov. *l. 1. definit. 2. n. 6. Jurisprud. Consistor.* Jura Episcopalia exercentur, Vid. Dn. Struv. *Progymn. in Tit. C. de Episcop. Audient. ad l. 13. quæst. 2.* Syring. *de pac. religios. conclus. 15.* Quæ Jura ex dispositione Canonum ad quatuor commodè possunt revocari capita quorum I. consistit *in Ordine*; Includit verò ordo ea omnia quæ Ecclesiasticorum Ministrorum officium absolvunt, ut sunt: Verbi divini prædicatio, potestas Clavium, administratio Sacramentorum, ordinatio ministrorum &c. II. *in Lege Diœcesana*, quæ consistit in bonorum Ecclesiasticorum administratione, præprimis autem in subjectione & reverentiâ, quàm omnes in Diœcesi subsistentes Episcopo debent. III. includit *Jurisdictionem* seu *Episcopalem Audientiam*, quæ cognitione de causis Ecclesiasticis & pœnarum irrogatione absolvitur. IV. denique *Statum* atque *Dignitatem Episcopalem*, quæ in privilegiis, immunitatibus & Juribus Episcoporum consistit, comprehendit. Atque hæc tria posteriora ad Protestantes Principes pertinent, qui Legem Diœcesanam & Ecclesiasticam Jurisdictionem *per Consistoria* exercent. Vid. Dn. Struv. *præcit. loc. quæst. 1. & c. 6. aphorism. 17. Syntagm. Jur. Feudal.* Cæterum quæ ad *primum caput retulimus*, ea quidem in se spectata ad Principem haud pertinent, *Cura* tamen *quoad externa circa illa Principi competit*, atque penes ipsum est inspicere, ne prætextu muneris Concionatores affectibus indulgentes convitiis Auditores proscindant. Carpzov. *libr. 2. definit. 98. Jurispr. Consistor.* tum etiam quàm maximè, ne obtentu disciplinæ Ecclesiasticæ absolutionis & Sacræ Cœnæ denegatione cuidam injuriam inferant. Carpz. *lib. 2. definit. 107. Jurisprud. Consist.* Arnis. *de Jurib. Majest. lib. 2. c. 6. n. 6.*

§. 31. Hinc resultat quæstio: An Protestantes gaudeant Jure, vi Superioritatis territorialis Concilia ac Synodos indicendi? Nos affirmativam defendimus, tum quia Ordines immediati Protestantes eandem habent potestatem in suis territoriis, quàm imperator in Imperio, jam vero Imperatores leges tulerunt de locis sacris & eorum privilegiis, *t. t. C. de SS. Eccles. & tt. C. de his qui ad Eccles. confug. Novell. 9.* de personis etiam Ecclesiasticis earumque creatione, numero officio, immunitate, *t. t. C. de Episcop. & Cler. Novell. 3. Nov. 5. Nov. 79. Nov. 123. Nov. 131. Nov. 133. Nov. 149.* item de ceremoniis, *t. t. C. ne scr. baptism. iter. & t. t. C. de Stat. & imag. t. t. C. nem. lic. sign. salvat. Nov. 58. Nov. 131.*

6. 8.

l. 8 Nov. 137. c. 6. nec non de diebus festis, *l. ult. C. de fer.* imo de doctrinâ ipsâ tam fidei, *Nov. 146. c. 2. tit. C. de Jud. tit. C. de pag. tit. C. de hæred. & Manich. t. 1. C. de summ. Trinit. & t. C. de Apost.* quam morum. *Nov. 133. c. 21.* tum quia vigore Religiosæ Pacis Augustanæ Confessionis Ordinibus Episcopalia Jura competunt, ideoque cum Jus convocandi Synodus inter Episcopalia Jura referatur, & quidem in specie ad Legem Diœcesanam, Laur. Ohm. *in tract. de Jurib. Episcopal.* §. 17. *lit. E.* Gerhard. *in loc. Theolog. de ministr. Ecclesiast. sect. 5. num. 109.* optimo sanè Jure & pro conservandâ Doctrinæ Evangelicæ puritate concordiâque & pro Ecclesiasticâ disciplinâ retinendâ, evitandis scandalis nec non Ecclesiasticis ritibus probè observandis, ejusmodis Synodos à Superioribus convocari posse asserimus. Vid. Carpzov. *Jurispr. Consistor. lib. 3. definit. 15. n. 3. & 4.* & *Recess. Imper. de anno 1555.* Und nachdem rc. ibi: So soll ein iede Obrigkeit/ sie sey geistliches oder weltliches Standes/ ein fleißiges Aufmercken und ernstliches Einsehen haben/ daß in ihren Fürstenthümern/ Landen und Gebieten/ das heilige Evangelium und GOttes Wort nach rechtem Verstande/ ohn Aergerniß zu Erhaltung GOttes Lob/ Frieden und Einigkeit geprediget werde. Addat. Reinking. *de regim. secul. & Eccles. l. 3. class. 1. c. 4. num. 1. & 2.*

§. 32. Exinde porro fluit, quod cum Juribus Episcopalibus etiam Principibus Augustanæ Confessionis competat cura Ecclesiarum & Scholarum item templorum & altarium exstructio, quæ aliàs de Jure Canonico inter Episcopalia refertur Jura. *c. 10. caus. 18. quæst. 2. c. 8. de consecrat. distinct. 1.* Post Reformationem namque vi Religiosæ Pacis Episcopalia Jura, à quibus templorum & altarium ædificatio dependet, pars superioris & præeminentioris illius Juris, quod provinciale & nostro idiomate die Landes-Fürstliche / oder Landes hohe Obrigkeit vocari solet, facta sunt, ut testatur Mund. *Vol. 1. Consil. 17. n. 168.* Unde non nisi eorum, quibus hæc Superioritas competit, auctoritate templa ædificari, reparari, alteria extrui aliaque Deo dicari possunt. Requisitæ de Jure Canonico solennitates penes Nos in usu non sunt, reservatis solummodo piis precibus pro meditatæ structuræ felici successu; Quandoque tamen in signum Episcopalium Jurium & adhibiti consensus argumentum primum ad templorum exstructionem ipsi Principes vel territorii Dnn. ponunt lapidem, ut Iterum demonstravit Dn. Præs. *de Jur. Temp. c. 5.*

§. 33.

§. 33. Huc quoque spectat, quod Principes ac Evangelici Status per Jus Episcopale potestatem Ecclesiæ Pastores constituendi consequantur. Ea quidem, quæ huc pertinent, ut sigillatim explicemus, nostri non est instituti, sufficiat nobis, quod officium Patroni in præsentatione vocati Ecclesiæ Ministri consistat, Episcopus vero, vel qui Jura Episcopalia exercet, præsentatum, si dignum & idoneum invenit, confirmet, ipsique Ecclesiasticam functionem concredat. Vid. Carpz. *Jurispr. Consistor. lib.* 1. *definit.* 51. & passim. Per idoneum intelligimus illum, qui unam cum Episcopo vel Episcopali Jure gaudente profitetur religionem, ut ipsius censuram sustinere queat. Hinc firmiter concludimus, quod Pontificiæ religionis Patronus in ditione Principis sive Episcopi Lutherani, Jus Episcopale habentis, Lutheranæ religionis addictum præsentare teneatur, tum ex eo, quod cognitio de præsentati, ut ita dicam, idoneitate sit penes Ecclesiæ Antistitem. *cap.* 5. 8. & 24. *X. de Jur. Patronat.* tum quia Statibus immediatis *αὐτοκρατορίας* mutandæ religionis Jus est concessum, per *Recess. Imp. de anno* 1555. §. Und damit solcher Friede ꝛc. & §. Damit auch obberührte ꝛc. tum ut Domino territorii salvum maneat Jus sacrum vi religiosæ Pacificationis. §. *cit.* Damit auch ꝛc. verb. ihren Gang lassen und keine Hindernüsse oder Eintracht dadurch beschehen/ tum denique origo Juris Patronatus hoc suadet. Illud namque præprimis respectu laicorum, ut crebriores fundationes fierent, non autem ut de idoneo & habili judicium ferrent, receptum videtur. *arg. c.* 3. & 26. *X. de Jur. Patronat.* Finckelthus. *de Jur. Patronat. c.* 6. *n.* 73. & *seqq.*

§. 34. Ex his omnibus (10.) fluit Jus reformandi Religionis exercitium. Autonomiâ quidem, quâ Principes subditis suis peculiaria sacra & liberum de Christianâ religione arbitrium permittunt, gaudent in Imperio nostro tres religiones, *Catholica, Evangelica & Reformatorum*, ut patet ex Instrument. Pac. *artic.* 7. & ex superius dictis. Principibus tamen & Statibus insuper Jus reformandi concessum est, ut Juri territoriali adhæreat, immediatoque Imperii Statui competat. Instrum. Pac. *artic.* 5. §. 12. Autonomia enim non hoc inducit, quod promiscuè variæ religiones & sectæ tolerandæ sint, ut id, quod vano quisque spiritu concepit, aut quod in Libertinismum aut Samaritanismum abit, qui ex religione pietatis larvam facit, publicè profiteatur, sed hoc tantum, quo exigente necessitate, plures in Republicâ

tole-

tolerari possint religiones, dummodo veram non impediant. Vid. Dn. Fritsch. *in manual. Jur. publ. sub voc. Autonomia religion.* Quomodo verò & quatenus Religionis exercitium reformandi jus competat, de eo quidem in Pace Religiosa expresse nulla facta est mentio, ex communi tamen per totum Imperium hactenus usitatâ praxi illud Imperii Ordinibus immediatis territorii & Superioritatis jure competit. Quatenus igitur quilibet Status est Dominus territorii, eatenus in eo Jus reformandi quoad suos subditos, sive isti sint Comites, Barones, Nobiles, Vasalli, Civitates, Communitates, Monasteria, Commendæ, sive alii privati sint, habet. Instrum. Pac. *artic. 5. §. 29.* Incumbit enim Principi inspicere, ut in Republicâ suâ vera vigeat religio, uti patet ex *Recess. Imper. August. de anno 1525.* Und nachdem rc. Est tamen hæc reformandi potestas (1) ad *divinum verbum adstricta*, ita ut Superiores in judicando & statuendo de religione & causis Ecclesiasticis Consilio Theologorum uti debeant. Arnis. *de Jur. Maj. lib. 2. c. 6.* Carpz. *lib. 1. definit. 5. Jurisprudent. Consistor.* (2.) *per terminum anni 1624.* ut & (3.) per *emigrandi beneficium limitata.* Vid. Instrum. Pac. *art. 5. §. 29. & 32.* de quibus jam dicendum erit.

§. 35. Summa quidem circa Religionem potestas antiquis temporibus penes universum Imperium fuit, & Ecclesiastici Status emendatio, si quâ opus fuit, non singulorum Ordinum, sed universi Imperii auctoritate facta est. Verum successu temporis, occasione Reformationis à Luthero institutæ, ea scissa & Ordinibus Imperii concessa, vel potius, quam ante jure exercuerant, vel exercere poterant, confirmata est. Burgold. *in Not. rer. Imp. p. 2. discurs. 15.* Innititur itaque hodie jus religionis & reformandi, velut Regale, Superioritati territoriali *per dict. artic.* 5. Instrum. Pac. Unde vulgatum illud: *Cujus est regio, illius quoq; est religio*, quod tamen non ita crudè & absolute, sed juxta Instrumenti Pacis determinationem & observantiam aliquâ *anni 1624.* parte usitatam intelligi debet. Hæc namque observantia regulæ instar, tam in publico, quam privato religionis exercitio instituendo, permittendo & conservando obtinet, *per præcitat. artic. 5.* Instrum. Pac. §. 32. ubi notandum, licet secundum supra tradita inter ipsos Status circa bona Ecclesiastica præcisè *1. Januarii* 1524. observandus sit, quod tamen inter Status ipsorumque subditos tam ratione religionis exercitii eique annexorum, quam bonorum Ecclesiastico-

Ff rum

rum non ita strictè *dict. 1. Januarii 1624.* observetur, sed sufficiat, subditos etiam aliqua citati anni 1624. parte religionis exercitium à Domino diversæ habuisse. *artic. 5. §. 30. & 33.* Instrum. Pac. Quapropter si subditi ferme per totum annum 1624. ejusdem cum territorii Domino religionis fuissent, ultimo verò die sæpius *cit. anni* diversam exercuissent religionem, illos in hoc exercitio eique annexis, ut & possessione dict. bonorum imperturbatos relinquendos, aut perturbatos restituendos esse, manifeste constat.

§. 36. Si igitur Subditis cujuscunque generis à territorii Domino diversæ religionis sive publicum sive privatum *dict. anno 1624.* exercitium fuerit, illud etiam in posterum cum annexis Juribus retinere, aut turbati in possessionem, qualis *anno 1624.* fuit, restituti debent. *dict. artic. 5. §. Hoc tamen 30. & seqq.* Pacta quoque, transactiones, conventiones aut concessiones inter immediatos Imperii Status eorumque Subditos de religionis publico & privato exercitio antehac celebratæ vel concessæ eatenus firma & rata manere debent, quatenus prædictæ observantiæ *anno 1624.* non adversantur. Instrum. Pac. *artic. 5. §. 32.* Quod si vero subditi inveniantur, qui nulla anni 1624. parte publicum vel privatum Religionis exercitium habuerunt, nec non, qui post Pacem Osnabrugensem diversam à territorii Domino amplexi sunt, illi patienter tolerari debent, ut conscientia libera domi devotioni suæ privatim vacare, & in vicinia publico religionis exercitio, quoties voluerint, interesse, ac domi liberos suos suæ religionis Præceptoribus committere non prohibeantur, juxta *artic. 5. §. placuit. 33.* cit. Instr. Pac.

§. 37. Quia verò *in dict. artic. 5. §. Quod si vero 35.* expresse habetur, à territoritorii Domino subditos ad emigrandum cogi posse, ideoque Blum. *in Process. Cameral. tit. 28. n. 44.* illa, quæ in antecedentibus proposita sunt, accipit de casu, quando Dominus suum subditum retinere cupit, & tamen in religione adversus illum inquirere, eumque turbare conatur, quæ inquisitio & turbatio in Instrum. Pac. *dict. articul. 5. §. 33.* eo in casu prohibetur, non verò coactio & jussus ad emigrandum. Nam hic *in cit. artic. 5. §. 35. & 36.* expresse conceditur in verbis: si sponte emigrare voluerit, aut à territorii Domino jussus fuerit &c. Hinc quæritur: Si subditi religionem mutarint, an propterea à Superiore vel ad emigrandum, vel etiam ad Principis reli-

religionem amplectendam præcise cogi possint? Simpliciter si hæc quæstio consideretur, videtur probanda negativa, neminem scil. ad religionem, Christianam nimirum cogendum esse. Hinc Grot. *lib. 2. c. 20. §. 48. n. 1. de Jur. B. ac P. veritatem religionis*, ait, *Christiana quatenus scil. religioni naturali ac primævæ non pauca superaddit, argumentis mere naturalibus persuaderi non posse, sed niti historiâ tum resurrectionis Christi, tum miraculorum ab ipso & Apostolis editorum, quæ res est facti, olim quidem irrefragabilibus testimoniis probata, sed olim, ita ut hæc quæstio facti sit & jam perantiqui. Quo magis fit, ut doctrina hæc ab his, qui nunc primum eam audiunt, penitus in animum admitti nequeat, nisi secretis Dei auxiliis accedentibus &c.* Sed hæc, quæ de secretis Dei auxiliis Grot. proponit, ingenium erroribus intentum sapere, testatur Osiand. *in observ. ad cit. loc. Grot.* Neque etiam inde cum præcitato Grotio concludendum est, quasi Deo sit adscribendum, quosdam converti, quosdam non item, verum homini potius, qui vocanti Deo malitiâ suâ obicem ponit. Ut enim convertamur totum Dei est, ne convertamur nostrum. Gratiâ igitur præveniente, quæ respectu omnium hominum uniusmodi est, & sufficiens ad emergendum ex peccatorum cœno, non excussa, Deus intentiorem gratiæ gradum intendit conferre, ast voluntate consequente majus incrementum justè denegat primam gratiam respuentibus. Vid. Dn. Ziegl. *ad cit. cap. Grot.* Dn. Osiander *ad dictum Grotian. loc.* sequentia monet: *Auxilia gratiæ prævenientis sunt universalia neque ulli negantur, ubi Dei verbum prædicatur, & si negantur alicui, non negantur, ob causas incognitas, sed si de auxiliis in progressu denegatis sermo sit, id ipsum est ex causa hac nobis cognita, nempe ex excussione primæ gratiæ & operationis divinæ morosa resistentia.* Abutuntur ergo Principes potestate, subditis quid amplius, quam naturalem religionem injungentes, cum & ipsi, Christianis omnibus in hoc similes, in fide se merè passivè habeant. Vid. Lampad. *de Republ. Roman. German. part. 1. n. 18. & seqq.* ibique Conring. *in not. & in Exercitat. de auct. & off. Maj. civil. circa sacr. th. 15.*

§. 38. Sed cum *artic. 5. §. Quod si verò 35.* Instrum. Pac. aliter rem decidat, igitur & Nos ejus ductum sequentes, dicimus: Superiores diversæ religionis subditum non quidem directò ad religionem cogere, ipsi tamen emigrationem, si in religione, *anno 1624.* eo in loco non receptâ, diffideat, nec eam deserere velit, injungere posse, modo

 emi-

emigranti certum tempus concedatur, quo, si alienatis rebus discedere vult, commodè eas distrahere queat. Tempus verò concedendum circa diversas personas juxta *cit. artic.* Instr. Pac. dispositionem duplex est: Vel enim ob calamitates bellicas evitandas, non tamen animo domicilium transferendi non nulli se ad alium contulerunt locum, pace verò factâ redire volunt, & his non minor quinquennio terminus præfigendus; vel post Pacem publicatam religionem mutarunt, & iis integrum triennium indulgendum, laxius autem spatium impetrare haud prohibentur. Sic verò discedentes ab usitarum decimarum solutione immunes non sunt Vid. *Recess. Imper. de anno 1555. & præcitat. artic.* Instrument. Pacis. Ast si moris non est, propter discessum & emigrationem aliquid pendere, quod moris non esse regulariter præsumitur, vid. Berlich. *part. 3. conclus. 25. num. 55.* sub religionis etiam velo nihil poterit exigi. Sin autem retentis bonis locum mutent, copia ipsis est, per ministros ea administrare, & quoties ratio id postulat, ad res suas inspiciendas aut persequendas lites, vel debita exigenda, liberè & sine commeatus literis adire. Ex hactenus dictis quoque præcipue ex *d. art. 5.* Instr. Pac. *§. 33.* lucem fœneratur illa ardua Politicorum controversia: Utrum Emigrandi beneficium, voluntatis, an necessitatis sit. Prius affirmant Engelbrecht. *de Jurisd. Imp. th. 133.* M. Stephan, *de Jurisd. p. 1. c. 7. num. 470.* Thom. Michael *de Jurisdict.* Rosacorp. *prax. for.* Syring. *de Pac. Relig.* Cran. *de pac. relig.* Wehn. *in Observ. Pract. verb.* Wollen. Hœnon. Limnæus *de Jur. Publ.* Besold. *de Majest. & sexcenti alii alleg.* à Krull. *in Dissert. ad Pac. Religios.* *§.* Wo aber unsere. Posterius asserunt Scriptores Pontificii, quorum antesignani sunt Autor Autonomiæ *p. 1. c. 8.* & qui in illius verba jurant Dilling. *JCti de Compos. Pac. in Præfat. in pr. §. norunt & seq.* Instrumen. Pac. *cit. loc.* cavet illum, qui anno 1624. neque publicum neque privatum Religionis habuit exercitium non tantummodo sponte emigrare, sed & ad id cogi posse, ut ex antecedentibus patet.

§. 39. Inter Status Protestantes Evangelicos scil. & Reformatos de reformandi Jure hoc specialiter receptum est, ut si prædictarum personarum quædam posthac ad alterius partis sacra transierit, aut Principatum aut ditionem, ubi alterius partis sacra exercitio publico de præsenti vigent, seu Jure successionis, seu vigore præsentis tracta-

tractatus pacis, aliove quocunque titulo nactus fuerit, aut recuperaverit, ipsi quidem Concionatores aulicos sive suæ Confessionis secum atque in residentiâ suâ habere liceat, citra tamen subditorum onus aut præjudicium, ut proinde ei fas non sit, vel publicum Religionis exercitium, leges aut constitutiones Ecclesiasticas, hactenus ibi receptas, immutare, vel templa, scholas, hospitalia aut eo pertinentes reditus, pensiones, stipendia prioribus adimere, suorumque sacrorum hominibus applicare vel territorialis Juris, Episcopalis, Patronatus, aliove prætextu subditis alterius confessionis ministros obtrudere, ullumve aliud impedimentum aut præjudicium vel directè vel indirectè alterius sacris afferre, &c. Sed si communitas aliqua, eveniente mutationis casu, sui Domini religionem amplexa propriis sumptibus exercitium petierit, cui Princeps vel Dominus addictus est, hoc ipsi, absque tamen reliquorum dissentientium præjudicio concedi potest. Instrument. Pac. *artic. 7. §. final.* Quia verò, si Catholicus vel ad Protestantium vel ad Reformatorum, aut Protestans vel Reformatus ad Catholicorum religionem transmigraverit, in Pacificatione Osnabrugensi nihil expressè dispositum reperitur, ideoque Jure Superioritatis Religionis illius recens susceptæ exercitium in territorium suum publicè quidem introducere possunt, subditorum tamen statum, quo aliqua *anno 1624.* parte cum omnibus annexis gavisi sunt, haud immutare valent.

§. 40. Hactenus verò tradita publicum Imperii nostri statum concernunt, quibus paucis annectimus Jura circa hoc dissidium observanda in hereditariis Cæsareis provinciis. Gaudent autem libero religionis exercitio Principes ac Duces Silesiæ in Brieg, Lignitz & Oels &c. cum Metropoli Uratislaviâ. Austriæ etiam inferioris Comitibus, Baronibus & Nobilibus eorumque subditis in Silesiâ permittitur, ut ob Augustanæ Confessionis professionem solum vertere non cogantur, nec etiam arceantur, quo minus templa extra territorium in locis vicinis queant visitare. Adhæc Silesiis Augustanæ Confessionis extra mœnia civitatum Sweinitz, Jaur & Glogau tres Ecclesiæ conceduntur. De Bohemis vero & Austriam superiorem inhabitantibus in Instrumento Pacis altum silentium, censent nonnulli propter tumultus ob religionem excitatos libero ejus exercitio à Cæsare indignos habitos. Rectene an secus, judicandum aliis relinquit Burgoldensis *part. 2. disc. 15. th. 7.*

§. 41. Quod hactenus de Statibus Imperii dictum, idem quoque ad civitates Imperii liberas & Nobiles immediatè Imperio subjectos extendendum est. Dillingenses quidem JCti *in tr. de compos. pac. c. 6. v. 34. & seq* in eo omnem movent lapidem, ut conquisitis argumentis religionis libertatem Civitatibus Imperialibus detrahant, verum sine omni fundamento. Sicut enim civitates Imperiales non tantum in Pace Religionis, sed & alias ubique indubitatè continentur; Ita per Pacific. Osnabr. jam plene decisum, ut illæ, in quibus unica duntaxat religio *anno 1624.* in usu fuit, tam ratione Juris reformandi, quàm aliorum casuum religionem concernentium in territoriis suis non minus, quam intra muros & suburbia idem cum reliquis Imperii Statibus Jus habeant. In quibus verò utriusque Religiones exercitium *anno 1624.* in publicá fuit observantiâ, in ita porro manere, earumque cives & incolæ diversæ religionis pacificè vivere debent. *Recess. Imp. de anno 1555.* §. nach dem aber *27.* Instrum. Pac. *artic. 5. §. 28.* Nobilibus quoque Franconicis ab Episcopis Herbipolensibus litem, utrum sub pace religionis comprehenderentur, motam fuisse, ex Gylmanno liquet. Hinc itidem negativam propugnarunt sententiam Dilling. *in cit. tract. de compos. pac.* Sed pro contraria, eaque veriori, sententia multas proponit rationes Knich. in *disp. inaug. Witteb. habita de Pac. Relig. ad §. 14.* Pacif. Religios. Sed per Instr. Pac. omne dubium sublatum est, quia Nobiles, quoque ut Communitates & immediati pagi. Instrum. Pac. *dict. artic. 5. §. 2.* una cum subditis bonisque suis in Juribus Religionem concernentibus iisdem gaudent privilegiis, quæ Sratus Imperii habent, per *cit. Recess. Imper.* §. und in solchen *26.* & Instrum. Pac. *artic. 5.* §. *27.* Quare sicut nullus Status Imperii alterum, ita quoque nec Nobilem immediatum ejusque subditos ad suam religionem adigere, aut contra Magistratum in defensionem suscipere debet. *dict. const.* §. Es soll auch *23.* Instrum. Pac. *cit. Artic.* §. *29.* Quin etiam utriusque Religionis Magistratus severè & rigorosè prohibere tenetur, ne publicè aut privatim religiosa pax uspiam impugnetur aut dubia fiat. Quapropter nec declaratio nec derogatio adversus eam admittitur & constitutum est, ut usque ad amicabilem religionis compositionem ac conciliationem inviolata servetur, ac perpetuò duret. Sin verò ejusmodi compositio non sequatur, nihilominus perpetuò & semper duratura sit.

Recess.

Recess. Imper. de anno 1555. §. und nach dem & Instrum. Pac. *artic. 5. § 1, & 14.*

§. 42. Plura huc facientia exhibet Instrumentum Pacis, Palladium illud & arx Imperii inexpugnabilis, *artic. 5. & 7. per tot.* quorsum B. L. ut intra terminos Nos contineamum, brevitatis studio remittimus. Præcipuè verò dispositio dict. Pacific. *artic. 5 §. 34.* disserte disponit, subditos sive Catholici, sive Augustanæ Confessionis fuerint, nullibi ob religionem despectui habendos, vel à mercatorum, opificum aut tribuum communione, hereditatibus, legatis, hospitalibus, leprosoriis & eleemosynis aliisque Juribus aut commerciis, multo minus publicis Cœmiteriis vel sepulturæ honore arcendos esse, in tantùm, ut nec quicquam pro funeris exhibitione exigi possit, præter cujusvis Parochialis Ecclesiæ Jura pro demortuis pendi solita. Hinc fluunt omnia illa Jura, quæ *in cap. subsequenti 5.* proponuntur. Hæc sunt potiora Jura publica circa dissidium Religionis in nostrâ Germaniâ recepta. Restat jam actio exinde orta, de qua breviter.

§. 43. Quod si igitur contra *Pacem Religiosam* Religonis intuitu in Imperio permissæ aliquis turbetur, *actionem fractæ* sive violatæ *Pacis publicæ* instituere poterit, quæ omnibus competit, & nihil interest, utrum mediatè, an immediate Imperio subsint. Imo in *Recess. Imper. de anno 1654.* §. Wir setzen und ordnen 193. expresse sancitum, quod subditi à suo Magistratu contra Pacem Osnabrugensem propter Religionem turbati mandata inhibitoria possint impetrare. Immediatis autem Imperii membris competit illa actio non tantum si ipsi, sed etiam si ipsorum subditi in Religione perturbentur, quin & hoc in casu, quamvis Mindanus *de Process. c. 28. n. 6.* contrarium asserat, subditos suo nomine directò agere posse, adstruit Blum. *in Process. Cameral. tit. 28. n. 68.* Utrum quoque turbans Religioni in Imperio permissæ, utrum verò prohibitis sectis adhæreat, nihil interest, sufficit, quod turbatus unam ex permissis colat Religionem, & quamvis Reformati Evangelicis annumerati sint, cum tamen Religionis quædam controversiæ inter illos vertantur, quæ hactenus compositæ non sunt, à se invicem contemplatione Religionis turbati, attestante experientiâ super hac pace agere possunt, teste Blum. *cit. loc. n. 70. 44.* Ad hoc tamen ut actio hæc competat requiritur (1.) ut *turbatio Religionis intuitu*

facta

facta sit, quo requisito deficiente actio quoque deficit. (2.) ut turbans & turbatus diversæ religionis sint, quare si eandem colant Religionem, non potest dici, turbationem Religionis intuitu factum esse, (3.) ut turbatus permissam in Imperio foveat Religionem. Nam si prohibitis sectis adhæreat, Religiosæ Pacis minime capax est. His præsuppositis datur hæc actio adversus omnes Romani Imperii subditos, sive mediatos, sive immediatos; Hæc quippe pax omnes Imperii subditos, sive istius Status sint, sive non obligat Instrum. Pac. *artic. ult.* §. 1 *junct. artic. 5. eod.* Datur verò ad pœnam fractæ pacis publicæ, *Recess. Imper. de anno* 1555. §. und damit solch s 15. *cum seq.* vel ad Bannum Imperiale, vel etiam pecuniariam, vel denique ad Juris Communis pœnam de vi publica. Læsus quoque ad ablatorum bonorum restitutionem, damni illati refusionem, ad cassandum vel inhibendum, itemque ad non offendendum & non amplius turbandum agere potest. Blum. *in Process. Cameral. tit. 28. n. 74.*

§ 45. Quod Judicem denique concernit, coram quo actio fractæ Pacis Religiosæ, institui potest, libero actoris arbitrio permissum est, utrum Pacifragum in Aulâ Cæsareâ, num in Camerâ Imp. an denique coram illius ordinario Judice convenire velit. Nec Pacifragus fori declinatorias exceptiones opponere potest, quoniam causa fractæ Pacis immediatè per viam simplicis querelæ ad Cameram spectat. Hinc quod in causâ fractæ Pacis & Religiosæ Constitutionis concurrentia Jurisdictionis Aulici Cæsaris Consilii & Imperialis Cameræ admittatur, textus probant. clar *in Ordinat Cam. p. 2. tit. 9. & Recess. Imp. de anno* 1566. §. und nach dem 6. Vid. Dn. Gerhard. *in discurs. de Aul. & Camer. Judic. c. 2. §. 5.* Spectat huc *Religiosa Pacif. de anno* 1555. §. 32. *in verb.* Wir befehlen und gebiethen auch hiermit und in Krafft dieses unsers Reichs Abschiedes/ den Kayserlichen Cammer-Richtern und Beysitzern/ daß sie sich diesem Friedstand gemäß halten/ und erzeigen auch den anruffenden Partelen darauf/ ungeacht/ welcher der obbemelten Religion die seyen / gebührliche und nothdürfftige Hülffe mitzutheilen. Devolvitur itaque ad Cameram Religionis causa vel per modum simplicis querelæ, vel per appellationis viam, idque propterea, ut in Religione turbatis eo maturius subveniatur, teste Springer. *de Pac. Religios. c. 14.* Ad hæc non distinguimus inter immediatè & mediatè subjectum, nec inter Clericum & laicum, sed omnes

omnes æquo Jure Cameræ Jurisdictioni subjicimus. Indistinctè siquidem loquitur Pacis Religiosæ constitutio & adversus omnes in puncto Religionis turbantes auxilium pollicetur. Vid. Gothofred. Suev. *ad Pac. Religos. proposit. ult. th. 5 7. & 8.* Dissentit hic Mindanus *de Process. l. 1. c. 29. n. 5.* asserens, eum qui contra Religionis Pacem lædit vel offendit, si non sit immediatè imperio subjectus, coram suo ordinario Judice esse conveniendum. Sed rectè refutatur à Blumio *in Process. Cameral. tit. 28. num. 77.* ad quem Auctorem sub fine hujus capitis pro majori istius illustratione, provocamus. Citato namque *titulo 28.* Instrumentum Pacis cum Pace Religiosâ egregiè confert & multa loca ex Instrument. Pac. *artic. 5.* illustrat.

CAPUT III.

De Juribus quoad privata negotia occasione Religionis dissidii receptis.

§. 1.

PErspectis sic plerisque quoad negotia publica ex Religionis dissidio competentibus beneficiis, methodi servandæ ergo hoc capite privata annectimus. Hoc itaque præsupposito, quod subditi eundem DEUM colentes, licet Religionis diversæ, sed tamen in Imperio nostro permissæ sint, juxta sæpissimè citatam Religiosam Pacificationem, se invicem civili concordiâ tolerare, nullumque ob Religionem contemptui habere, aut à mercatorum, opificum, aut tribuum communione, hereditatibus, legatis aliisque juribus aut commerciis, multo minus ab honestâ sepulturâ arcere debeant, ut *in cap. anteced.* ex Instrum. Pac. *artic. 5. §. 34.* demonstravimus.

§. 2. Ex saluberrimâ ista dispositione fluit, quod Jurium circa privata negotia receptorum utriusque Religionis subditi tum Catholicæ tum Prostantium latè sic dictæ sint capaces, modo respectus quoad tolerantiam habeatur ad sœpius citatum terminum *anni 1624.* Ideoque eatenus nulla statuenda est differentia, adeo ut & Dn. Carpzov. *Jurisprud. Consistor. lib. 2. definit. 383.* honestam sepulturam & Catholicis & Calvinianis specificè tribuat. Et quamvis asserat; quod ceremoniis consuetis omnique pompâ remotâ peragenda sit illa sepultura, relicto hac de re arbitrio Magistratui Ecclesiastico vel Consistoriis, quam in rem duo allegat præjudicia; Quia verò illa longè ante

G Paci-

Pacificationem Osnabrugensem concepta sunt, & Pacificatio expressè disponit, ne propter Religionis dissidium sepulturâ honestâ quis privetur, ideoque suadet æquitas, diversæ Religionis Sectatoribus consuetas ceremonias non ita simpliciter abjudicare, quamvis experientia testetur, quod Evangelicæ Religionis defunctis sæpius contra Pacis Osnabr. saluberrimam dispositionem, exequiarum penes Pontificios funerumque justa haud exhibeatur, ita ut jus retorsionis hic locum habere videatur, sicut etiam alibi de decimis asserit Carpzov. *Jurisprud. Consistor. lib. 1. def. 137.* quod vi retorsionis decimæ Catholicis denegari queant, quæ ipsis ex Evangelicorum locis & districtibus debentur, quando debitas ex suis territoriis decimas Evangelicis Pastoribus contra *Pac. Religios.* (vid. *Recess. Imp. de anno* 1555. §. Dargegen sollen die Stände) & Instrument. Pac. *artic.* 5. §. 45. detrectant.

§. 3. Sequitur inde porro, quod Religionis diversitas nullatenus impedimento sit, quo minus inter Religione dissidentes nuptiæ possint contrahi. Nam ut sicco pede transeamus, quæ tum in Pace Religiosa, tum in Instrumento Pacis sancita & jam proposita sunt illud quandoque certissimum est, quod persona heterodoxæ Religionis cum Orthodoxæ Religioni addicta matrimonii vinculo copulata, eo ipso quod animæ salutem queat promovere, deseranda non sit. Suffragatur nostræ sententiæ scriptura Sacra *Deuteronom.* 21. *vers.* 11. ubi Deus permisit conjugium cum mulieribus bello captis iniungi. Quamvis nullo modo inficias eamus tutius esse & longe consultius, veræ Religionis personas connubio jungi; Proinde Carpzovius *Jurispr. Consistor. l. 2. tit. 1. definit. 6.* monet, prospiendum esse, utrum (1.) in diversæ Religionis personâ conversionis spes sit, nec ullum ex hoc conjugio metuendum orthodoxæ Religionis conjugi periculum, & (2.) ut conveniant de procreatis liberis in verâ Evangelicâ Religione educandis, præstitâ desuper cautione. Hæ enim nisi adhibeantur neutiquam permittendum esse conjugium auctor est, hancque suam sententiam præjudicio confirmat, quæ tamen si juxta citatum articulum Pacis Osnabrugensis examinetur, absolutè procedere nequeat. Non obstat quod B. Ludwell. *Exerc. 2. th. 2. lit. E.* matrimonium inter diversæ Religionis homines subsistere posse neget. Loquitur enim de reprobatæ Religionis dissidio, quod ex textu etiam ab eo allegato satis perspicuum est.

§. 3. Ca-

§. 3. Cæterum si absque hisce conditionibus sponsalia de præsenti fuerint celebrata, an dissolvenda sint, quæritur? Quod negamus; (1.) Quia Deus eos ab hominibus, quos ipse conjunxit, separari prohibet, nec præter fornicationem, *Matth. 5. v. 32.* & malitiosam desertionem *1. Corinth. 7. v. 15.* nullam aliam divortii causam admittit. (2.) Apostolus *1. Corinth. 7. v. 12.* non vult, ut frater infidelem habens uxorem, post interpositum de mutuâ cohabitatione consensum eam dimittat. (3.) Nuptiarum definitio impedimento est, quo minus hoc fiat. Sunt enim nuptiæ Viri & mulieris conjunctio inviduam vitæ consuetudinem continens. §. *1. J. de Patr. Potest.* ubi vox individua vel denotat illud, quod commune est atque indivisum, *l. 32. §. Lucius ff. de administrat. tut. l. 47.* §. *1. ff. eod.* vel quod plane divisionem respuit. Utraque significatio huic loco convenit, prima quidem simpliciter, altera vero secundum quid, respectu videlicet aliarum conjunctionem & societatum, quæ facilè dividi, separari & pro unius arbitrio dissolvi possunt; tum etiam ex ipso contrahentium voto & proposito conjugale vinculum indissolubile est atque individuum, licet ex accidenti aliquando contingat separatio. Vid. Vinn. *ad §. 1. Inst. de Patr. potest.* (4.) Denique multa sæpius, quæ fieri non debent, si tamen facta fuerint, firma manent nec rescinduntur *l. 1. §. biduum ff. quand. appell. & intr. quæ temp. l. 7. §. 4. ff. de interd. & releg. l. 13. §. pœna, ff. de his, qui notant. infam. l. 85. §. 1. ff. de Reg. Jur. l. 9. §. 11. ff. de Pæn. l. 1. §. 1. ff. de ser.* Licet itaque tutius fuisset, si dissidium in Religione adsit, sponsalia re adhuc integrâ non contrahere; Contracta tamen propterea minime dissolvenda sunt. *l. 8. ff. de his, qui sunt sui vel alien.* Vid. Carpzov. *Jurispr. Consistor. l. 2. tit. 1. def. 7. ibiq; præjudicium.*

§. 4. Utrum verò sponsalia inita ob religionis dissensum, si ex recepto more in ea Magistratus non consenserit, dissolvenda sint, ambigitur? Nos itidem negantium sententiæ subscribimus. Nulla siquidem consuetudo valet destituta rationabili causa, *c. consuetudo. 5. distinct. 1.* Est autem rationabilis consuetudo de Jure Civili quidem, quæ nec bono publico, nec privatorum utilitati adversatur. Vid. Jacob. Menoch. *l. 2. arbitr. Jud. quæst. cas. 82. n. 7.* De jure vero Canonico, quæ nec fovet peccatum, nec adversus Dei præcepta aut Ecclesiæ libertatem aliquid molitur. *cap. ult. X. de consuetud. c. Ecclesia S. Mariæ 10. X. de constitut.* Jam cum hæc consuetudo & publico bono, & pri-

vatorum utilitati & præceptis Dei contradicitur, abominanda potius quam observanda erit Johan. Harprecht. *ad §. 1. Inst. de patr. potest. n. 91. & seqq.* Accedit, quod ejusmodi consuetudini pax religiosa deroget. Vid. *Recess. Imper. de anno 1555. §.* Und soll alles das in [illegible] gen Reichs-Abschieden/ Ordnungen oder sonsten begriffen und versehen/ so diesen Friedenstand in allen seinen Begriff Articul und Puncten zuwieder seyn oder verstanden werden möchte/ demselben [illegible] benehmen/derogiren/noch abbrechen ꝛc. Confirmatur hoc per Instrum. Pac. *artic. 5. v. 34.* Tandem vel ob solam honestatem hæc consuetudo abominanda, cum in matrimonio non quod licet, sed quod honestum [illegible] spectari soleat. *l. 42. ff. de rit. nupt. l. 197. ff. de Reg. Jur.* Præjudicium [illegible] de re videri potest penes Capzov. *in Jurispr. Consist. l. 2. tit. 1. def.* [illegible]

§. 5. Porro quamvis tutius sit, tutorem constituere, qui eandem cum pupillo colit religionem, religionis tamen diversitas [illegible] staculo est, quo minus tutor Pontificius, pupillo Lutheranæ religioni dedito vel testamento constituatur, vel lege sit, vel etiam a magistratu detur. Vid. Conring. *ad Lampad. part. 3. c. 4. §. 25.* Hoc tamen in casu cautio a tutore exigenda est, quâ pupillo, ne à verâ religione seducatur, prospectum sit. Nec pater Catholicæ religioni addictus filium in eâdem educatum, postmodum vero ad orthodoxam Lutheranam transitum facientem exheredare potest, tum quia (1.) filii hæretici tantum, Concilia Nicenum, Constantinopolitanum, Ephesinum primum & Chalcedonense non amplectentes, juxta *l. 8. C. de hæret. & Novell. 115. c. 3. §. 14.* queunt exheredari, quia vigore Pacis religiosæ utraque religio in Imperio toleratur, liberque ab una ad alteram absque bonorum, famæ vel honoris jactura est transitus. Videatur *Pax Religiosa de anno 1555. §.* Und damit solcher Friede ꝛc. in verbis: Sondern bey solcher Religion/ auch ihrer Habe/ Güter liegend und fahrend/ Land/ Leuten/ Herrligkeiten und Gerechtigkeiten/ friedlich und geruhlig bleiben lassen ꝛc. Atque ita judicarunt [illegible] Lipsienses in causa Josephi Wollrabs zu Weida Mens. Febr. anno 1631. verb. sentent. sunt: Ist eure Mutter todes verfahren/ und hat euch und euren Bruder Philipp Wollraben an einem/ und [illegible] eine Tochter des Pfarrherrn zu Teuch-Wolffersdorff Eheweib [illegible] andern Theil/ zu samt einer Erbschafft nach sich verlassen/ ob nun [illegible] Philipp Wollrabe sich zur Catholischen Religion gewendet/ auch in alter

alter 60. jähriger Mann ist / so keine Leibes-Erben zu hoffen/ und sonsten genugsam begütert &c. So mag er doch von der Mütterlichen Erbschafft nicht ausgeschlossen werden / sondern es wird ihm sein Antheil / so der dritte Theil der Erbschafft ist/ billig ausgeantwortet und abgefolget V. R. W. Proinde parum obest Lutheranis, si à Pontificiorum turba pro hæreticis habeantur. Non enim sufficit ad esse hæretici, ut talis vocetur, sed insuper requiritur, ut istius criminis convincatur & condemnetur, cum nulli ante damnationem, ne dum ante accusationem ob crimen præjudicium afferri queat. *l. ult. §. ult. ff. de bon. eor. qui ante sent. mort. sibi consciv. l. 2. ff. de accusat. l. 1. C. qui testam. fac. poss.* Vid. Rittershus. *ad Novell. part. 6. cap. 3. num. 14. & 15.* Carpzov. *part. 3. const. 14. definit. 10.* & Decision. *illustr. 89. num. 4.* Philipp. *in usu. Pract. ad Instit. lib. 2. Eclog. 58.* Georg. Schultz. *in Synops. Instit. lib. 2. tit. de exhered. liber. lit. E.* Ex dictis quoque dependet quæstionis decisio, utrum scil. religionis disparitas tum activam, tum passivam testamenti factionem, ut & legatorum acquisitionem impediat? Respondemus quod non, lege nimirum tacente nostrum non erit loqui. Adhæc odiosa semper restringenda sunt. *l. 9. ff. de lib. & posthum. c. odia 25. X. de Reg. Jur. in 6.* Denique Instrumentum Pacis *artic. 5. §. 34. cap. Præcedent. th. 42. à nobis citat.* omne excludit dubium, ita ut nullum amplius superesse queat, cum pari omnes Jure habeantur & æquali Justitiæ protectione tuti sint. Vid. Petr. Syring. *de Pac. Relig. conclus. 38. lit. A.*

§ 6. Quid verò de legato conditionali, ut nimirum quis Lutheraná relictâ Romanam amplectatur religionem, sit sentiendum, inter doctos non satis constat. Quidam conditionem hanc implendam esse suadent, urgentes quam maximè Transactionem Passaviensem & Osnabrugensem Pacificationem; Conditionem præterea summe laudabilem esse serio affirmantes, quâ à falsa quis abducitur & ad veram religionem amplectendam inducitur, quæ & similia argumenta sane maximam præ se ferunt probabilitatem. Alii tamen ejusmodi conditionem turpem quodammodo, esse ideoque pro non adjecta haberi, cum Dn. Struv. *Exerc. 33. th. 50.* censent. Quorum sententiam dissentientium auctoritate salvâ sequimur. Nam ejuscemodi conditio vehementer conscientiam legatarii, agnitam semel veritatem deserentis, erroneamque, quam hactenus toto corde de testatus est,

 levita-

levitate quadam religionem arripientis lædit, tantoque gravius, quanto certius, quod solius lucri causa id, animæ postpositâ salute perpetretur, cum tamen æterna salus rebus maximi pretii præferenda sit. *l. 26. C. d. SS. Eccles.* Proinde ut apertissimi Juris est, conditionem legatarii pietati adversam pro impossibili haberi, *l. 15. ff. de cond. Instit.* & pro non scripta *l. 20. ff. de condit. & demonstrat. l. 3. eod. l. 1. l. 9. l. 14. ff. de condit. Institut.* ita maxime expeditæ æquitatis erit, hanc conditionem insuper haberi legatumque pure relictum censeri. Accedit famæ & existimationis deminutio apud graves & melioris notæ viros. Tandem hanc sententiam stabilit argumentum ex *l. 8. pr. ff. de condit. Institut.* desumptum, in cujus legis principio Ulpianus statuit, eum, cui sub jurisjurandi religione quid relictum est, ita capere, ut capiunt hi, quibus nulla jurisjurandi conditio inseritur, rationem addit, ne qui vel faciles nimium sunt ad jurandum, religionis contemptu aliquid præter debitum consequantur, vel qui per quam timidi divini Numinis metu usque ad superstitionem reperiuntur, perdant quod relictum est. Hinc quanto magis in casu præsenti faciendum hoc sit, quis non videt? præsertim cum de semel agnitâ veritate abjuranda agatur, quod factum proclive principium est ad peccatum in Spiritum Sanctum irremissibile, *Matth. 12. v. 32.* de quo legas exemplum Francisci Spiræ in Matthiæ *Historico Theatro pag. 755. & seqq.* Pluribus hæc omnia deducit Carpzov. *Decis. 89.* cujus sententiam quoque approbat noster Strauch. *Dissert. 10. th. 11.* Atque hunc in modum Lipsiensis Scabinatus ad Hieronymi Rudiegers consultationem mens. Septembr. anno 1630. pronunciavit: Hat eine Weibes-Person zu Praga/ so Herrn Standes/ und der Päbstlichen Religion zugethan/ einen letzten Willen daselbst auffgerichtet/ darinnen ihren überlebenden Herrn zum Erben eingesetzet/ und darneben gewisse legata verordnet. Es befindet sich aber/ daß unter andern auch ihres Brudern Sohn/ welcher noch ledig/ und der reinen Evangelischen Lutherischen Religion verwand/ ein ansehnliches an Barschafft/ auff etliche 1000. Thaler beschieden und legiret worden/ iedoch anderer gestalt nicht/ als mit dieser ausdrücklichen Condition, wofern er der Lutherischen Lehre absagen/ und sich zu der Römischen Catholischen Religion wenden und begeben / dabey auch Zeit seines Lebens und biß an seinen letzten Seufftzer verharren würde; Und weil selbiger legatarius anitzo aus-

ländisch/ hat er biß dato seine Erklärung nicht thun können/ wann er nun gleich die Condition nicht erfüllen/ noch die reine Evangelische Lehre verlassen und sich zur Päbstlichen Religion wenden wolte ꝛc. So möchte ihm doch das legatum nicht verweigert werden/ sondern es würde die angehengte condition gestalten Sachen nach/ pro non scripta, und also das legatum pro puro gehalten / demnach er sich dessen/ ungeachtet er bey der Lutherischen Religion verbleibet/ anzumassen wohl befugt V. R. W.

§. 7. De hoc verò casu, quando parens Lutheranæ Religioni deditus Amicum diversæ religioni addictum ad infantis ex baptismi lavacro susceptionem invitat, an hoc licitè fieri possit, quæritur? Nos quo minus hoc fieri queat non videmus, quia Protestantium & Catholicorum religiones ita sunt approbatæ, ut nemo ob religionis dissidium etiam in ejusmodi negotiis contemptui habendus sit. Accedit quod quoad sacramentum Baptismi dictæ religiones non differant essentialiter, propterea nihil impetit, ejusmodi adhiberi homines, cum vel testimonii solummodo perhibendi gratiâ Susceptores convocentur, ad imitationem Prophetæ *Esai. 8. v. 2.* imposituri filio suo ex divino mandato in circumcisione peculiare nomen, duos, ita jubente Deo, adhibentis impositi nominis testes, quod testimonium æque ejusdem ac diversæ religionis homo ferre potest. Quibus addunt alii hanc, quod nimirum sublatis parentibus, Patrinorum sit, suorum susceptorum curam suscipere, ne ingruentibus gravissimis persecutionibus à verâ religione desciscant; Verum hæc ratio suadet tutius esse vel ejusdem religionis socio hanc spartam demandare, vel si aliter factum fuerit, à diversæ religionis Patrino cautionem exigere, cujus vi satis superque pupilli saluti sit prospectum. Vid. Bald. *de cas. Consc. l. 2. cap. 11. cas. 10.*

§. 8. Tandem quid de Gregoriano Calendario statuendum & quatenus in vigore sit, paucis delibabimus. Nos, cum juxta Philosophorum regulam, negatâ causâ negetur effectus, feriarum institutionem, ut Majestati propriam. *l. 4. C. de fer.* Papæ propter odium dominationis confictæ & veritatis morem, summo Jure denegamus; Quare non immerito Gregorianum illud cum Nostratibus recusamus, cum Pontifex ejus obtrusione veterem potentiam denuo sibi vindicaverit, quare etiam adhuc penes Nos rejectum est, ne ex illius receptione Pa-

ne Pacis Religiosæ & suspensæ Jurisdictionis Ecclesiasticæ sequeretur violatio, de qua in *Recess. Imper. de anno 1555.* § nach dem aber 2c. in verb. Daß ein jeder Theil bey seinen Ceremonien/ Ordnungen/ Herkommen richtig gelassen werden soll. Ut taceamus, quod non solum nullam prorsus in Germania utilitatem attulerit, verum etiam in negotiationibus incommoda, & alibi ingentes ob eadem festa diverso tempore celebranda turbas ac seditiones excitarit. Quapropter deliberatio summe necessaria de utroque Calendario concordando in Comitiis *anno 1654.* habitis ad proximam Cameræ Visitationem & sequentia Comitia rejecta est. *Recess. Imp. de anno 1654.* §. Ob auch wohl 158. Quia tamen hæc concordatio, cum neuter alteri cedere velit, vix speranda, penes Pontificios vero Calendarium Gregorianum receptum sit, ideoque in Camera Imperiali utrumque attenditur. Et quidem vetus in exhibendis supplicationibus, Decretis dandis, expediendis Processibus & Documentis, signandis productis, computandis terminis, omnibusque judiciariis actibus observatur. Vid. Blum. *in Process. Cameral. tit. 62.* Utrumque vero & vetus & novum in Cameralibus feriis attenditur. Quapropter si actor & reus diversæ sint religionis, atque propterea diverso etiam tempore ferias celebrent, utriusque ferias cum Dn. Struv. *Exerc. 5. th. 36 propter l. 13. C. de Judic.* in præfigendis terminis esse attendendas asserimus. Vid. iterum Blum. *in Process. Cam. tit. 62. per tot.* ubi latius hac de re agit.

Hæc sunt, quæ pro ingenii tenuitate & temporis penuriâ ac de materiâ differere volui, quod si in ejus elaboratione aliquid mihi imputandum, de quo non ambigo, occurrat, id salvo omnium saniorum judicio cupio propositum; Omnium enim habere memoriam & penitus in nullo peccare, divinitatis magis est quàm mortalitatis, Imperatore teste. *in l. 2. §. 14. C. de vet. Jur. enucl.* Ac proinde etiam non promtius me monebunt errantem, quam ego monentes sequar, & quicquid veritati dissentaneum à me dictum est, id nec dictum esto. Quod superest

DEO TRIUNO SIT LAUS HONOR ET GLORIA, AMEN!

EXER-

EXERCITATIO QUINTA.

De

Univerſitate, ejusdemque variis ſpeciebus & juribns.

Prooemium.

QVod DEUS, T. O. M. poſtquam Univerſum hoc, ſeu totam mundi machinam & hominem tandem μικρόκοσμον creâſſet, ab initio ſtatim, adjunctâ Primo Illi noſtro omnium Parenti ſuâ individuæ vitæ ſociâ prima maximæ olim futuræ Univerſitatis jecerit fundamenta, tam ex ſacra, quàm profana hiſtoria ſatis eluceſcit. Brevi enim ſubſecutô tempore ex mutuâ cohabitatione liberi, liberorum propagine familiæ, familiarumque collectione quædam prodiit Univerſitas; quæ adauctâ indies hominum multitudine in tantam demum excrevit habitantium copiam, ut diſtinctas non tantum conſtituerent Provincias, ſed remotiores etiam replerent angulos terrarum. Conſtitutâ autem ita variâ hominum collectione, variæ quoque oriri cœperunt Societates, Communitates, ſive Univerſitates; quæ poſt introductam ex uſu & neceſſitate humana dominiorum diſtinctionem, certas quoque res, certaque circa easdem jura, quæ ad publicam totius corporis proprietatem & utilitatem ſpectarent, ſibi addixerunt. Succedente etiam tempore, cum, quantum incolumitas rerum iſtarum publicarum ad ſingulorum quoque privatorum utilitatem & conſervationem conferat momenti, eſſet animadverſum; non levi hâc quoque ratione ducti Imperatores & Juris Conſulti ex ſingulari favore, plura iisdem privilegia, prærogativas ac immunitates addiderunt. De quibus, cum magnum etiamnum hodiè ac frequentem obtineant uſum, in præſentiarum pluribus agere pro modulo ingenii operæ duxi haud pigendæ. Et ſex quidèm diſtinctis capitibus, 1. de Univerſitate, quid & quotuplex ſit. 2. de Perſonis eam conſtituentibus & repræſentantibus. 3. de Rebus Univ. earundemque acquirendo, vel amittendo dominio & jure in re. 4. de Jure Univ. ad rem, ſive obligationibus Actibusque Extrajudicialibus. 5. de Actibus Univ. judicialibus & præprimis in cauſis civilibus. 6. de Actibus Univ. in

causis criminalibus, delictis, pœnis, Eversionibus & Restaurationibus. Quò autem benè universa gerantur, cùm fieri oporteat principium decens & amabile Deo, juxta Sacratissimi nostri Imp. Justiniani præceptum *in Novell. 6. princ.* ideò illius ad exemplum *in Proœm. Instit.* In Nomine DOMINI nostri JESU CHRISTI exordior.

CAPUT I.

Universitas quid & quotuplex sit.

§. 1.

UNiversitatem quando *Geminianus in C. Romana. 5. §. universitatem, versic. Et sciendum. de Sent. Excommun. in sexto* deductam dicit ab Universo, & Universum putat dictum quasi in unum versum, quum scil. plures habeant jus vel causam converti in unum, ut faciant Universitatem; non incongruè hoc Universitatis vocabulum contradistingvit ab eô, quod aliàs indigitat omne id, quicquid sub hac cœli terræque compage continetur; illoque, quod frequenter in Jure nostro Civ. ad res extenditur, & vocatur Universitas rerum *l. 1. pr. ff. de rei vind.* Universitas bonorum. *l. 1. §. 1. ff. quorum bonorum.* Omne Jus, quod defunctus habuit. *l. 3. pr. ff. de bon. possess.* nonnunquam & ad gregem, armentum, equitium, &c. applicatur. *l. Quid ergò. 70. §. sed quod 3. ff. de usufruct.* interdum & pro universali jure acquirendi usurpatur, *§. ult. vers. videamus. Instit. per quas pers. nobis adquir. Novell. 1. c. 1. pr.* Deindè & aliam notat æquivocationem. *Azo in summar. de SS. Eccles.* Universitatem considerans vel materialiter, prout locus est, vel territorium ædificiis & domibus circumdatum; vel formaliter; quatenus anima ejus consistit in congregatione & collectione hominum, qui Universitatem constituunt. Quæ posterior acceptio & hujus est loci, & ita ad personas restricta idem ferè significat, ac societas, collegium, curia & simile corpus. *l. 1. pr. ff. quod cujusq. Univers. nom. Geminian. d. l. Franzk. ad ff. hôc tit. quod cujusq. Univ. n. 2.*

§. 2. Definitur autem *à Magnificô Domino Georgio Adamo Struvio, Hæreditario* auf Uhlstädt/ *JCto Consummatissimo, Antecessore & Seniore Facultatis, in hac Salana Juridica in remotioribus etiam Europæ oris celebratissimo, Curiæ Provincialis & Scabinatus Assessore gravissimo, Domino Cognato, Hospite, Patrono atque Doctore meo summè per omnem ætatem suspiciendo devenerando, in Syntagm. Juris Civil. Exerc. 7. th. 41.* Quod sit corpus

ex

ex distantibus personis collectum & unitum, communibus juribus, personis & rebus ad communem utilitatem utens, *add. Schneidew. in Comment. ad Inst. §. universitatis. 6. Instit. R. D. Althus. Dicaol. lib. 1, cap. 8. n. 10. Hottom. quæst. Illustr. 42. Besold. disp. de Univ. c. 1, n. 1.*

§. 3. Universitatis classes Doctorum alii tres tantùm constituunt, Provinciam scilicet, Civitatem, & Castrum vel Pagum *Franc. Marc. 1. Decis. quæst. 366, n. 16. Bart. Consil. 89. num. 1.* Alii quartam insuper, Collegium nempe simplex, tribus jam recensitis addunt. *Besold. d. disp. de Univ. c. 8. n. 2, in fin. Losæus de Jure Univ. part. 1. cap. 2. num. 1. Arnold. Vinnius in Comment. ad §. 6. Instit. de R. D. Giphan. ad eund. num. 1.* Illa autem prima classis Universitatis, in largiori significatu acceptæ, iterum quadrupliciter distinguitur. Primò quatenus una Provincia ab altera distingvitur per idiomata penitus diversa, ut v. g. Germania, Gallia, Polonia; quarum quælibet diversô suô utitur idiomate diversisque lingvis. Et hæc distinctio de Jure Gentium obtinuit. *l. ex hoc 5. ff de J. & J.* Secundò de Jure Civili Romano dividebatur Provincia olim per certos Præsides, uti apparet *ex l. illicitas. 6. §. qui universas. 8 l. congruit. 13. pr. ff. de Officio Præsid.* atque alia quinque, alia octo. *Novell. 28. pr.* alia decem vel pluribus constabat civitatibus. *Magnif. Dn. D. Struv. Syntag. Jur. Civil. Exerc. 4. th. 34.* Tertia deinde divisio ex Jure Canonico prodiit, & illa dicta, quæ sub se habet X. aut XI. Civitates, unum Regem & totidem sub se minores potestates, unum metropolitanum aliosque suffraganeos Episcopos *can. scitote. 2, quæst. 3. causa 6. Fr. Marc. 1. Decis. quæst. 366, num. 7.* Quarta deniqùe & ultima species partim ex Recentioribus constitutionibns emanavit; partim etiam conventione vel per consvetudinem obtinuit. Ita hodiè Imperium nostrum Romano Germanicum habetur, ac quædam Univ. singulique status in eodem Immediati propter distincta sua territoria & provincias distinctam quandam constituunt Univ. dum analogam quandam Majestati Imperatoriæ habent in iis jurisdictionem. *Dn. Struv. d. Syntagm. Civ. Exer. 4. th. 19.* Eôdem nomine veniunt & Civitates tàm intra, quàm extra Imperium superiorem non recognoscentes, superioritate territoriali, separato Regimine, meroque & mixto Imperio gaudentes. *Gl. in l. fin. C. de Præscript. long. temp. Bart. in l. un. n. 5. C. de Metrop. Klock. de contribut. c. 5. n. 10. & 1. Cons 29. n. 222. & 3. Consil. 134. n. 18. Fr. Marc. Decis. 366. n. 13. 14.* Quarum etiam quælibet

tantum potest in suo territorio, quantum Imperator, aut alius aliquis Princeps superior, in suo Imperio. Camera & Pinceps est sui ipsius. *Los. de Univ. p. 5. c. 1. n. 35.* cum Principe & Fisco pari ambulat passu. *Job. Croto de testib. part. 9. n. 37. Br. in l. hostes. de Captiv. Bl. in l. ea. C. de condict. ob caus. & in l. exemplo. in fin. C. de probat. Decius Consil. 534. n. 2. Angel. Consil. 196.* Ejus conventiones & constitutiones vim habent legis. *Alex. 5. Cons. 1. n. 29.* Sibi ipsi leges dicit, statuta condit, illisque non tantum suos Cives intrà mœnia degentes, sed etiam in subjectis sibi Castris & Villis viventes obligat. *Br. in l. 2. num. 41. Codic. qua sit. long.* Rectè quoque contra subditum extra territorium quid commissum statuit. *Br. in l. 2. Codic. de Eunuch. Dd. in l. cunctos populos. C. de summ. Trin.* non tamen contra Ecclesiasticam libertatem, aut personas Ecclesiæ; si scil. Papæ addicta sit, & concesserit eidem jurisdictionem in Clericos suos. *Auth idem nulla communitas, C de Episcop. & Cler.* In nostros enim Evangelicos hodiè post constitutionem religiosam nulla amplius Papæ est auctoritas, sed juri superioritatis annexa est illa jurisdictio. *Bruning. de Var. Univ. specieb. th. 20.* ita ut ne quidem in ipsos aliquos Catholicos Cives in Civ. Imperiali purè alias Evangelicam doctrinam profitente quicquam supersit. *Knipschild. de Civ. Imp. lib. 2. cap. 3. n. 182.* quin & ipsi Clerici Papales si bona possideant secularia, utut aliàs ratione personarum sint exemti, jurisdictioni secularium se submittere coguntur; & Ecclesiasticos ejusmodi in Imperio nostro Romano-Germanico ratione bonorum, quæ ab Imperio in feudum tenent, non ut Ecclesiasticos, sed ut Principes, Comites vel Status Imperii considerari testatur *Gail. 1. Observat. 30. num. 4. seqq. conclus. 19. &c.* Similiter invalidum est statutum Civitatis ejusmodi superiorem non recognoscentis, quod factum est contra jus tertio quæsitum & radicatum. *Klock. 1. Consil. 29. n. 994. & Consil. 48. num. 38.* & in particularium quorundam præjudicium & odium. *l. 1. & l. 8. ff. de ll. Jason. ibid n. 10.* in tantum, ut licet conceptum sit generalibus verbis, modò probari possit, quod fuerit specialiter in illorum singularium perniciem conditum. *Los. p. 3. c. 15. n. 12* Secus autem se res habet, si evidens aliqua & rationabilis causa propter utilitatem publicam id exigat. *Perez. ad Cod. de Jure Reip. lib. XI. n. 14. Cacheranus Senat. Pedem. Decis. 12. num. 13.* tùm siquidem vel planè rei suæ dominium alicui privato potest auferre. *Perez. d. l. Decius Cons. 271. num. 3.*

Consil. 352. n. 1. Consil. 317. n. 3. Consil. 520. n. 5. Roland. à Valle, 2. Consil. 69. n. 41. & 3. Consil. 71. n. 6. Schrad 1. feud. 4. c. 1. n. 42. licet ipse dissentiat, dummodo ipsi pro re ablata competens civitatis nomine offeratur pretium. *Roman. Consil. 310. n. 4.* Nonnunquam & ab hisce suis statutis recedit & in alterius Civitatis subditum, eô utitur, jure, novô licet, quô in suum concivem antea usa illa fuerat Civitas; quod in Jure Detractionis præprimis adparet: Et vocatur *à Magnif. Dn. Struvio in Tract. de Vindict. privat. cap. 11 aph. 5. n. 14. & aph. 8. n. 12.* Retorsio juris novi, de qua ibidem pluribus agitur. Hujus verò Universitatis superiorem non recognoscentis & superioritate territoriali cum omnibus appertinentiis gaudentis exemplum præ aliis egregium videre est in inclutа Italiæ Civitate, Luca, quam à Rudolpho I. adeptam fuisse libertatem & hodiè neminem superiorem recognoscere pluribus refert *Knipschild. de Civit. Imper. lib. 4. cap. 8. n. 88.*

§. 4. Ad exemplum hujus & aliarum Italiæ civitatum sub seculo 13. non inæquali ferè potentiâ crevisse etiam urbes Germaniæ testatur *Nobilis. Dn. Hermann. Conring. in prœm. circa finem Annot. ad Jacobi Lampadii tract. de Rep. Roman. Germ.* Iisque Italiæ Rebusp. etiam hodiè æquiparantur Civitates Imperiales. *Scip. Gent. de jurisd. lib. 3. c. 22. Klock. de contribut. c. 5. num. 41. & 47* quin & dictis ante Præsidatibus Romanis comparantur. *Idem. d. c. 5. n. 10 Pauermeist. de jurisd. lib. 2. c. ult. num. 43.* Imò quod ipsa olim fuerit Roma, id hodiè in territoriis suis status esse Imperii & hoc etiam nomine Civitates Imperii scribit *Hanssmann. de re monet. conclus. 11. lit. D.* & privilegia Reip. Romanæ eò usque ad Civit. Imp. redundare, ut & in ipsas tanquam summâ potestate gaudentes crimen committatur læsæ majestatis, tradunt. *Hieron. Gigas de Crimin. læsæ maj. tit. quotuplex sit majestas. n. 17. & q. 61. n. 1. Boërius de sedit §. præsupponendum etiam. n. 5. seq. Klock. de contribut. c. 5. n. 42.* Siquidem & hodie summa potestas adpellari consvevit majestas, docente *Excellentissimo Conringio, in d. notat. ad Lampadii tract. de Rep. Roman. German. in prœm.* Habentur & aliàs pro rebusp. illustribus. *Schurff. cent. 1. Consil. 26. n. 1. & 2.* & de hodierna consvetudine provinciam constituunt. *Klock. d. l. Molin. de Hispan. primogen lib. 1. cap 13. n. 55. Mager. de Advoc c. 6. n. 187.* Nam status, quo jam Civ. Imp gaudent, non ex antiquo Romanorum aut gentium instituto metiendus, neq; omnes juris privati regulæ ad præsens jus publicum possunt accommodari.

Wurem. ab Ehrenberg lib. 2. de feud. c. 1. n. 204. Quamvis etiam Imperatorem recognoscant superiorem, nihilo tamen minus jura superioritatis & regalia, sine titulo licet & regali dignitate personali. Knipsch. l. 2. c. 4. n. 19. 20. in suis territoriis sibi vindicant instar Principum. Gail. 2. obs. 57. & de arrest c. 9. n. 1. Besold. d. jure Civ. Imp. num. 8 Matth. Stephan de jurisd. lib. 2. p. 2. c. 1. n. 64. seq. Klock de contribut. c 5 n. Eo ipso, quod non minus, ac cæteri status, Electores, Principes &c. in numerum statuum Imperii immediatorum sint recepti. Michael. de jurisd. conclus. 44. Besold. de jure Civ. Imp. d. l. Sessionem & votum etiam in Comitiis Imperii decisivum habeant Instrum. Pac. Cæsar. Svec. artic. 5. § 11. Joh. Wurms. Exerc. Jurispubl. 7 q. 5. Rümelin. ad A B. part. 1. Dissert. 1. th. 10. Knipsch. de Civit Imp. l. 2 c. 2. n. 72. seqq. Reink. de R. S. & Eccles. lib. 1. class. 4. c. 20. n. 31. & 32. Limnæus tom. 3. Jurispubl. lib. 7. c. 1. n. 47. Buxtorff ad A. B. conclus. 5 lit. D. Pauermeist. de jurisd. lib. 2 c. 3. n. 43. & 44. Bertram. de Comitiis apud Arum. in Discurs. jurispubl. memb. 3. conclus 46. Sixtin. de Regal. lib. 1. c. 4. n. 97. Obrecht de jurisd. cap. 6. n. 43. seqq. Cluten. Sylloge rerum quotid. conclus. 27. lit. C. Quoad jura proprietatis & dominii non ad Imperatorem, sed ipsum Imperii corpus pertinent. Peregrin. de jure fisci lib. 1. tit. 3. n. 74. & seqq. Pauermeist. de jurisd. lib. 1. c. 21. n. 19. & 42. Inde & cum solam tantum earum, perinde ut Imperii, habeat administrationem, eamque jure electionis, non verò successionis, nec, quod ad efficacem requiritur alienationem, plenum dominium; cum effectu nullam Civitatem Imperii liberam alienare potest, vel oppignerare, quod scil. sub alienatione continetur. l. fin. C. de reb. alien. non alien. l. fin. §. 2. & auth. res quæ. C. Commun. de legat. & præter ea, quæ expresse de prohibita hac Civitatum alienatione in capitulationibus Cæsareis & præprimis novissima Imperatoris nostri Leopoldi I. artic. zu deme. 12. habentur, expresse statuunt Caspar Ens thesaur. polit. tom. 1. cap. 1. Petr. Heig. part. 1. quæst. 10. num. 8. Carpz. de Leg. Reg. Germ. c. 7. sect. 1. n. 1. 2. &c. Ut taceam specialiter ad hoc insuper privilegitas; quas alias recenset Knipsch. de jur. Civ. Imp. lib. 2. c. 3. n. 9. Quibus ibi recensitis & addi poterit Svinfurtum, Imperialis in Meditullio Franconiæ Civitas, Patria mea per omnem ætatem devotè deditâ pietate prosequenda. Constat enim ex illi anno Post Christum natum 1361. Imperatorem Carolum IV. gloriosissimæ memoriæ hoc privilegium dedisse, his inter alia expressis verbis:

Auch

Auch haben wir sie gefreyet und freyen sie des/ daß sie kein Pfand seyn sollen/ und daß sie niemand ergreiffen soll/ von unsern und des H. Reichs-Wegen/um Schuld oder ander Ursachen wegen/ Wir freyen sie auch ewiglich damit/ daß wir weder sie noch keine der Rechten/ die wir oder das Reich haben oder gehaben mögen/ zu Schweinfurth/ inwendig oder auswendig der Stadt/ fürbaß iemand nicht vergeben/ versetzen/ verwechseln/ noch sonst in keine Weiß von den H. Röm. Reich entwenden wollen oder sollen. Et ut ut quædam hoc speciali privilegiô ex superfluo non sint præmultæ, hodiè tamen propter solas Imperii Constitutiones & Cæsareas Capitulationes, uti dictum, hâc prohibitione non tanquam privilegiô, sed jure propriô gaudent & teste *Knipsch. d. l. n. 71.* pleraque illa privilegia tum temporis olim fuerunt impetrata, cùm Imperatores adhuc absolutè magis imperarent, nullis adhuc legibus fundamentalibus aut constitutionibus sicut hodiè, obligati.

§. 5. Nec scrupulum movet huic superioritati, quod Cives Civitatum Imperialium Imperatori præstent homagium. Nam id cum fiat tantùm respectu universalis jurisdictionis sive superioritatis, secundum quam omnes omninò Imperii Romani, & omnium Imperii statuum Cives, cujuscunque illi sint dignitatis & conditionis, Imperatori & Imperio ad fidelitatem tenentur, ita ut exinde superioritati civitatis speciali, quæ intra certas tantum partes concluditur, in suo territorio nihil derogetur. *Knipsch. de Civ. Imp. lib. 2. c. 5. n. 58.* Neque etiam inde immediata elicitur subjectio singulorum, utpote quæ ipsi eisdem civitatis magistratui, cui ab illis singulatim homagium, der Bürger Eyd/ fuit præstitum, debetur: cum illa subjectio ad eos pertineat, ut ad Universos. *Limn. jur. publ. tom. 4. lib. 1. c. 1. n. 80.* atque hinc & illud, quod in resolutione Regis Ferdinandi über das Concept des Religion-Friedens apud Goldastum in denen Reichs-Satzungen fol. 785. refertur his verbis: Daß die Bürgerschafft in denen Frey- und Reichs-Städten alle zugleich/ und ohne Mittel/ den Römischen Keyser und König und dem H. Reich so wohl als andere mehr Stände unterworffen. &c. de civibus ut universis & collectivè, non verò distributivè accipiendum esse monet *idem Limn. tom. 1. lib. 7. c. 1. n. 44.* Unde & fit, ut si cives ejus particulares, cum ut tales magistratibus suis immediatè pareant, in Camera Imperiali conveniantur in decernendis

liberum remaneat *Besold. de Jure Civ. Imp. in mut. relig. n. 7.* & Senatus cives suos illam noviter professam religionem amplecti nolentes, de cætero verò tranquillè & pacificè viventes nullo jure molestet, puniat, aut invitos omnino ejiciat, uti hoc pluribus deducit *Knipsch. de Civit. Imp. lib. 2. c. 3. n. 37.* Ea siquidem quæ simpliciter faciunt ad salutem Reip. possunt quidem mandari à magistratu, seu summa potestate; sed doctrina fidei talis non est, quia fides in Christum huc spectat tantùm, ut homines fruantur æternâ beatitudine, non verò mundanâ felicitate. Incumbit equidem summæ potestati fidei propagatio, sed non per pœnas aut præmia, sed per commodam rationem docendi doctrinam illam fidei salutarem. Neque etiam diversitas religionis per se parit discordiam, uti Pontificii opinantur, sed tantùm, quando persvasum ita est, eas simul non posse ferri. *vid. Dn. Conring. in not. ad Lampadii tract. de Rep. Rom. Germ. part. 1. §. 19.* Denique propter idem jus superioritatis præterea quoque gaudent jurisdictione omnimoda, tàm superiori, quàm inferiori, Jure Regali collectandi, Diætarum, conventuum, Fœderum, Legatorum mittendorum, speciali jure constituendi Magistratus, condendi statuta & jura municipalia, Archivi, jure & privilegiis Fisci, & similibus, quæ fusiùs legi possunt apud *Knipschild. in lib. 2. de Civ. Imper.* De cætero verò absolutè tantum ut Universitates considerantur, communique communitatum jure censentur. *Justus Sinold.* Schütz/ *Colleg. Juris Publ. Disput. 8. thes. 23. lit. O.*

§. 7. Huc non malè referuntur & Primæ Universitatum classi accensentur Civitates aliæ à Dd. Mixtæ appellatæ. *Mynf. Resp. 10. n. 13. Brun. de Univ. th. 14. & 38. VVatemund. ab Ehrenberg. lib. 2. de fœd. c. 1. n. 35. Arum. ad A. B. Caroli IV. Disc. 6. th. 8. Stephan. de Jurisd. lib. 2. p. 2. c. 1. n. 20. 46. & 47. Cluten. Syllog. rerum quotid. conclus. 27. lit. C. Mævius in comment. ad jus Lübec. quæst. prælim. 2.* quæ certò quôdam respectu, certisque pactis, & quoad certa quædam jura territoriorum Dominis quidem parent, & quodammodo subsunt; in reliquis verò liberæ & Imperatori ac Imperio subjectæ permanent, ejusque superioritatem immediatam recognoscunt. *Gail. 2. obs. 54. n. 10. Sixtin. de Regal. lib. 1. c. 4. n. 86. Cravetta Consil. 241. num. 17. Klock. de contribut. c. 5 n. 68. & n. 96 Stephan. d. l. 1. n. 31.* Harum & illustre præbuit exemplum Civitas Hamburgensis, quæ in feudum licet unà cum totius Holsatiæ Universitate concedi fuerit solita Comitibus, tùm scil. temporis, hodiè

Ducibus Holsatiæ, non tamen ut simpliciter subjecta, Illi vero [illegible] ut simpliciter subjectæ imperare conarentur, hoc tandem prohibiti fuere ab Imperatore Carolo IV. Lubeccæ edito Rescripto, ut Civitas quidem jam dictis Comitibus pareret, salvâ tamen libertate, quam ob Imperiali culmine fuisset consecuta. *Crantz. Saxon. lib. 10. c. 2.* ut taceam, brevitatis causa, similiter in causa Civitatis Brunsvigæ contra Principem Ejusdem, de Anno 1599. d. 27. Septembris fuisse Spiræ decretum, Ducique purè & absque clausula mandatum, ut ille a cognitionibus & processibus causarum, quæ Civitatis Regalia tangunt, omnino abstineat, *Reverente Besold. de Univ. c. 6. n. 5.* Ita & hæ nonnunquam Constitutionibus Imperii de immediatè subjectis statibus Imperii loquentibus comprehenduntur, iisque ut cæteri status Imperii immediati utuntur fruuntur, atque uti ex Gylmanno passim apparet, vel coram Imperatore in Judicio Aulicô, vel in Camerâ Imperiali conveniuntur, ipsisque processus, tam activè, quam passive decernuntur. Habentur non ut aliæ Provinciales seu Municipales, pro privatis, sed publicis personis. *Sixtin. de Regal. lib. 4 c. 4. n. 91.* Gaudent juribus Principum. *Colleg. Jurid. in act. Brunsvic. Resp. 6. num. 3[illegible]* Regalibus *Sixtin. de Regal. d. l. n. 84. & seq. 91.* Jure Fisci. *Colleg. Jurid. in act. Brunsvic. d. l.* Jure Archivi. *Rutg. Rul. de Commiss. part. 2. lib. 5. c. 4. n. 47. &c.* publicô & liberô Religionis exercitiô: quo nomine & peculiares quasdam cum Imperatore transactiones quædam prætendunt, quædam ipsô regalium juris vigore exercent, prout vel amplior vel augustior earum est potestas. *Brun. de Univ. th. 20.* Non enim quod singularem hîc meretur observationem, illarum conditio & potestas est eadem, sed secundum privilegia ab ipso Imperatore ipsis concessa, & pacta, quibus Principibus aliisvè Imperii statibus subjectæ, sunt dijudicandæ. *Limn. Jur. Publ lib. 7 c. 1. n. 31. Rutg. Ruland. lib. 5. part. 2. c. 4. n. 47.* In dubia quoque lite Civitatis alicujus cum Principe, pro libertate tanquam nobiliori & favorabiliori parte fieri judicium vult *Steph. de jurid. d. lib. 2. p. 2. c. 1. n. 39.* Sicut & Civitates liberæ, quæ certâ tantum lege & conditione superiorem agnoscunt, in cæteris non expressis libertate sua fruuntur. *Gail. 2. Obs. 54. num. 11. Decius Consil. 360. n. 7. seq. & 262. n. 11. Mindan. de Process. lib. 2. c. 1[illegible]. & 4. Rutg. Ruland. tr. de Commiss. p. 2. lib. 5. c. 4. n. 47. Klock. de Contribut. c. 5. n. 96. 97. & c. 14. sect. 3. n. 26. seqq. Albert. Brun. Cons. 53. num. 1. & 2. Cravetta Cons. 702. n. 43.*

§. 8. Ab

§. 8. Ab his verò mixtis distinctæ sunt & diversam planè atque ita secundam constituunt Univ. speciem Civitates & oppida, municipii Jure Principi merè obnoxia. *Fr. Marci Decis. 366. num. 19.* De quibus non inconcinnè prædicatur illud, quod olim de Municipiis Romanis fuerat dictum, ea privatorum esse locô. *l. eum, qui vectigal. 16. de V. S. l. item veniunt. 20. §. in privatorum. 9. ff. de petit. hered. Schurff. cent. 2. Consil. 83. num. 2. Peregrin. de Jure Fisci lib. 1. tit. 2. n. 78.* in iis scil. quæ Majestatis & Imperii sunt, licet in cæteris pari gaudeant jure, maximè inter suos Cives. *Perez. ad Cod. de Jure Reip. n. 3. lib. XI.* & ab illis Municipiis ad nostrorum temporum Civitates provinciales bene argumentari pluribus attestantur *Bocer. de Jurisdict. cap. 8. num. 56. & seq. & Scipio Gent. lib. 2. de Jurisd. c. 7. Gail. 2. Observ. 54. n. 10. & Observ. 57. n. 7. & 8. Idem de Arrest. cap. 9. num. 2. Klock 1. Consil. 29. num. 383. & de Contribut. c. 5. num. 38.* Quemadmodum enim in Civitatibus illis municipalibus Magistratus olim minoribus Magistratibus æquiparati, qui de modicis & parvis tantum jus dicebant, sine Imperiô ac potestate fuerant constituti. *l. 32. ff. de Injur. & l ea, quæ. 26. ff. ad municip.* sed aliqualis tantùm & levis coërcitio, *l. Magistratibus. 12. ff. de Jurisd.* illis relicta, ne vana & elusoria esset eorum jurisdictio; quæ tamen quoad infimum tantum gradum ad mixtum attingebat Imperium. *Arum. Disp. ad LL. præcip. 2. thes. 4. in fin. Bronch. cent. 1. miscell. assert. 11.* ita & hodiè Civitates provinciales, quarum superioritas & jurisdictio territorialis penes Principem est, meroque & mixtô Imperiô regulariter carent. *Gœden. Consil. 31. n. 1.* curam gerunt tantùm politiæ, quæ à jurisd. diversa est, secundum ee, quæ hâc de re habet *Ærodius rerum judic. lib. 2. tit. 12. cap. 1.* homagium à Novellis quidem subditis exigunt, ita tamen, ut superior, cujus respectu & indultu exigitur, semper præferatur, juraque ipsi debita reserventur & excipiantur. *Casp. Leipold. Disp. de Concurrent. Jurisd quæst. 10. apud. Arum. discurs. Juris publ. Bruning. de Homag. conclus. 293.* Quamvis enim Cives creare non sit de Reservatis Principum, *Bruning. de Univ. th. 50.* sed jus dandæ Civitatis ad municipii seniores spectet; Jure tamen inspectionis, generalisque jurisdictionis non prohibebitur Princeps providere, ne repellantur idonei Universitas diminuatur, & sub prætextu cujusdam juris, monopolia instituantur. *Besold. de Univ. c. 6. n. 3.* Statuta quoque condunt municipia, sed talia, quæ Juri Universali aut Territoriali

non detrahunt. *arg. l. deprecatio. 9. ff. ad L. Rhod. de Jact. l. ult. ff. de Colleg. & Corp. Magnificus Dn. Præses, Decis. 3. per tot. Fr. mantic. de Tac. & Ambig. convent. lib. 4. tit. 8. n. 9. Stephan. de Jurisd. lib. 2. p. 2. c. 2. n. 54* cum superioris legem nequeat tollere inferior. *C. cum inferior. extr. de Majest. & Obed. clem. c. 2. de Elect.* neque ad causarum decisiones sine superioris confirmatione jurisdictionem habeat. *arg. l. fin. C. de Testam.* At verò circa ea, quæ nudam concernunt bonorum publicorum administrationem liberè, si non ambitiosè, quidvis statuunt. *l. ambitiosa. 4. ff. de Decret. ab ordin. fac.* Ubi tamen notandum, quod licet Civitas omnimodam jurisdictionem non habeat, ordinationes tamen possit promulgare de rebus, quæ venales in forô proponenda sunt, & extraneos v. g. prohibere usu fori, ne eas res, quas cives aliàs illius Univ. faciunt, venales exponant. Hoc &, utut Decretum ambitiosum & monopolium videatur redolere, ipsum tamen observari testis est, *Modest. Pistor. part. 4. quæst. 132. Besold. de Univ. 8. num. 7.* Qui rationem insuper subnectit hanc, quod cum forum jure dominii sit in municipii potestate, videatur jure dominii magis, quàm jurisdictionis tales condere ordinationes. Etsi non alia suppetat, hæc etiam sufficiet ratio, quod hoc Civibus suis expediat; quorum commodo præ aliis studere ipsis incumbit ejusmodi Decretis, propter tributa & alia præsertim onera Civitatis, quæ extranei illi non ferunt; hi vero sustinere coguntur. Pariter, si v. g. ob æs alienum alienamve publicè urgentem necessitatem per Universalem quandam conventionem constituat, ut per aliquot annos ex Civitate singuli de reditibus suis & cerevisia vel alia re venali (quò exteri etiam gravarentur cariùs illud emendum) certum aliquid publicè contribuerent, conventio hæc non tantùm absque Principis consensu valebit, sed & vicinis hominibus, ratione interesse prætensi, quod sc. pretia rerum venalium augeantur, omnis denegabitur actio. *Besold. de Univ. c. 5. n. 1. Christoph. VVinzler. de collect. obs. 4. n. 3. 4. 5. 7. Bocer. de Collect. cap. 5. Georg. Everhardi tom. 1. Consil. 3.* Quamvis enim & omni careant ejusmodi municipia jurisdictione & regalium jure, nihilominus tamen justa & rationabili de causâ cum consensu & Decreto totius Univ. vel majoris etiam partis, quamvis non accedat superioris consensus, semetipsos ad voluntariam quandam collationem obstringere & ad sustinenda Civitatis onera, quæ ad eas plerumque ex administratione viarum publi-

publicarum, murorum, pontium, &c. ipsis commissa redundat; collectas, quæ tamen à generalibus illis ex regalium jure provenientibus penitùs diversæ sunt, indicunt, atque cum modica etiam coërcitione exigunt. *Mantic. de tac. & ambig convent. lib. 3. tit. 10. num. 65. Klock. d. c. 5. n. 103. Thesaur. Decis. 257. n. 1. seqq. VVesenb. 1. Consil. 198. num. 39. Köpen. Decis. 60. n. 18. Hartm. Pist. Decis. 37. n. 6. Coler. de Process. Exec. p. c. 3. n. 369. & 370.*

§. 9. De cœterô quoque in rebus suis, ut quilibet privatus de rebus propriis disponunt. *l. in re mandata. 21. C. mandati.* Nec Dominus superior, utpote penes quem est Universale saltem dominium, quod ad jus territorii restrictum juxta; *Gœden. consil. 1. n. 4. & 5.* ad proprietatem rerum singulos concernentium non extenditur. *Thoming. Consil. 10. n. 55. Gail. 2. observ. 62. n. 9. Schurff. 2. Consil. 83. n. 2.* municipium suum hâc libertate in administrando prohibere potest. *Arnold. Engelbrecht. de Jurid. concl. 160 lit. C. Pauermeist. de Jurid. lib. 2. cap. ult. n. 72. Stephan. de Jurid. lib. 2. part. 2. c. 2. n. 348 VVes. consil. 12. n 12.* Nec tenentur inde Principi ad rationes reddendas. *Steph. d. l. n 172. Klock. de Contribut. c. 1. n. 49. Thom. Michaël. de Jurid. concl. 137. lit. D. Gœden. Cons. 2. n. 8. & Consil. 30 n. 8. Paurm. d. c. ult n. 72. Nic. Everhard. 2. Cons. 1 n. 185. seqq. Engelbrecht. d. l.* Neque etiam si Principis nomine rationibus quisquam velit adhiberi, eum ut admittat cogi potest *Dn. Strav Syntagm. Civ. Exerc. ult. th. 77. Stephan. d. l. Gœden. Cons 31. seq.* Cum hæc exactio rationum non locum habeat nisi in eo, penes quem domininm loci & bona illa sunt, quorum respectu rationes redduntur. *Steph. d. l.* Jam verò penes Principem est tantum jurisdictio seu imperium loci, penes corpus verò Univ. dominium loci, & bonorum in illo loco communium; sicut & penes singulos in ea dominium bonorum suorum privatorum, *docente Besold. de Univ. c. 4. n. 4. in f. add. Prænobilissimus atque Excellentissimus Dn. Ernestus Cregel, JCtus & Antecessor in Alma Noricorum Altorffina celeberrimus, Dn. Patronus atq; Præceptor eâ, quâ decet pietate & observantiâ perpetim deveneranduus, in notatis suis, quas publicè, cum ibidem degerem, prælegit ad Epitome Juris Publ. Georgii Brautlachts, lib. 2. c. 3. in fin.* Quod si verò consvetudo, vel alia aliqua justa causa id permittat, v. g. si suspicio vel fama sit de mala administratione, maléve uti re sua Univ. vel potius illos, qui eidem præsunt, sive etiam ipsi Cives de malâ & suspectâ superiorum administratione querelam ad superiorem detulerint, tunc enim Princeps per viam inquisi-

tionis rationibus reddendis rectiſſimè ſeſe intromittit. *arg. l. fi. cujus 15. ff. de uſufr.* Pari enim ratione, ut reip. intereſt, ne quis privatus re ſuâ malè utatur, hancque ob cauſam varia adhibentur juris remedia, æquè licet alias nemo privatus, qui rei ſuæ moderator & arbiter eſt, ad rationem œconomiæ ſuæ Magiſtratui & communitati reddendam cogitur; ita & hâc ipsâ de causâ Principi, vel etiam alii ſuperiori, ratione ſuperioritatis & univerſalis jurisdictionis, ſi non aliunde, incumbit providere, ne illi, qui rem Univ. ſuæ adminiſtrant, eâdem abutantur & damno remp. afficiant. *Stephan. d. l. n. 178. & 179.* Sed hodiè poſt immutatam Imperii antiquam in Republ. Romana formam tàm tenuis & abjecta, quæ olim fuit, Civitatum municipalium conditione in minimis quidem conſpicitur municipiis. Sed ut Principum ſplendor, dignitas & ſuperioritatis jura longô uſu aucta ſunt; ita & illarum compendia ex privilegiis & præſcriptionibus creverunt, ut hâc ætate Civitates ejusmodi provinciales, ut plurimum non tantùm ſimplicem jurisdictionem & mixtum, ſed & merum Imperium omnimodamque jurisdictionem aliaque jura peculiari, vel aliô aliquô juſtô titulô, veluti emtionis, donationis, præſcriptionis per conſvetudinem ita ſibi acquiſiverint. *Steph. d. l. n. 17. & lib. 2. p. 1. c. 7. n. 51.* atque ſic, quæ jam dicta, dijudicanda ſint ex uſurpatione, pactis, privilegiis & legibus fundamentalibus cujusque loci.

§. 10. Binas demum haſce præcedentes claſſes Univ. ordine jam excipit Tertia, minùs larga, quam illæ, ſub ſe comprehendens Caſtrum & Pagum ſeu vicum. Nam in his & ſimilibus quæ Univerſitatis nomine notantur, Jura Univ. & his annexa obtinere tradit *Borgnin. Deciſ. 50. n. 1.* Caſtrum autem dicitur quaſi caſa ſtricta, & in hoc à Provincia & Civitate differt, quod non debeat eſſe nimis amplum vel diffuſum, ne multa egeat cuſtodiâ, *Gail. 2. obſ. 62. n. 1.* Hoc autem aut alii ſubeſt Univ. & tùm de jure communi nullum ei competit privilegium, neque territorium neque jurisdictio, ſed hanc exercet, cui ſpecialiter hoc jus ſuperioritatis datum eſt: Aut nulli ſubeſt ejusmodi caſtrum, & tum de jure etiam communi privilegiis, ſive jure gaudet eôdem, quô quælibet alia Univ. nulli ſubjecta, ſubditos, territorium & jurisdictionem habet: Et exempli loco eſſe, quæ in Franconia noſtra, Suevia & Rheni tractu Nobiles obtinent, aſſerit *Beſold. d. diſp. de Univ. cit. num. 2. Gail. d. O. 62. n. 3.* A caſtro hoc parùm quoque recedit Pagus, dictus à

Græ-

Græcis πηγή, eò, quod propter commoditatem fontis alicujus in certo aliquo loco homines ab initio convenissent, & civilem aliquam constituissent societatem, vocatur aliàs vicus, *Besold. d. Disp. c. 1. n. 4.* hodie locus ædibus rusticis obsitus & in unum coagmentatus, absque tamen muris & munitionibus. In quo & à castro distinguitur, & à Civitate & Provincia insuper, quod ex pluribus ejusmodi vicis & pagis constituantur. *Arist. 1. polit. 2.* & simul excluditur in hoc nomen, quò alias vocatur Germanis eine Gegne/ Gegend/ Gäu/ idemque ac territorium sive Regio sonat. *Knipsch. lib. 1. c. 1. num. 74. Besold. d. Disp. c. 1. num. 3. in f.*

§. 11. Quarta demum & ultima Universit. sequitur classis nimir. collegium, à colligendo ita dictum, quod plures unà coëant, seq; invicem colligent & colligentur, *& à Besoldo Disp. de Jure Colleg. c. 1. n. 1. definitur*, quod sit trium pluriumve personarum ejusdem conditionis aut professionis ordinis legitima consociatio. *arg. l. ult. ff. de excus. tut.* differtque ab Universitatibus prædictis, ut pars à toto, cum in Univ. illa plura possint esse collegia. *Stephan. de jurisd. c. 4. n 3.* & præterea insuper, quod hoc collegium, ut corpus aliquod privilegiatum non habeat eum respectum ad territoria, quem, Provincia, Civitas, castrum, Pagus &c. *Besold. Disp. de jure Academ. c. ult. n. 41 & de jure Univ. c. 1. num. 1.* Quamvis enim interdum & collegia quædam gaudeant jure territorii atque jurisdictione. *Idem Disp. de jure Colleg. c. 2. n. 1.* non tamen fundo cohærere ex Patrimonio descendere videntur. *Idem de Univ. h. l.* Notanter autem Collegium dictum fuit legitima consociatio, ne qualiscunque intelligatur hic improborum colluvies, aut privatâ authoritate facta conglutinatio de Jure Civili prohibita *per l. 1. pr. l. 3. pr. & §. 1. ff. de Colleg. & corp.* ita ut ille, qui se iis associaverit, ea teneatur pœnâ, qua illi, qui hominibus armatis loca publica vel templa occupâsse, judicati sunt. *l. 2. ff. eod. Dn. Struv. Synt. Civ. Exerc. 48. th. III.* sed illud demum quod licitum esse, lege, consuetudine vel speciali superioris concessione fuerit probatum *Berlich. decis. 150. n. 2 & seq. Steph. d. c. 6. n. 57.* adeò, ut si modò dubitetur de ejusmodi licentia, præsumatur illicitum. *l. Collegium 8. C. de hered. Instit. Mevius ad jus Lubec. lib. 4. tit. 13. art. 3. n 8.* Et si vel mille vel amplius absque isthac essent congregati, non constituerent collegium, *Berlich. d. decis. 150. n. 4.* Ex Authoritate superioris, consuetudine & privilegiis data quoque hisce collegiis dignoscitur

scitur jurisdictio, quæ aliis magis, pro dignitate & earundem necessitate, aliis minùs competit. Cujus intuitu de iis rebus, quæ jurisdictioni & dispositioni suæ sunt relictæ, artemve & professionem suam concernunt, Statuta condunt, *l. fin. ff. de Colleg & corp. l. receptitia. 2. §. ult. C. de constit. pec. Dn. Struv. Synt. Civ. Exerc. 2. th. 42. Mevius ad jus Lubec. d. l. 4. tit. 13 art. 3. n. 36. Berlich. decis. 150. n. 7.* si sc. sint rationabilia, legibus publicis & bonis moribus non adversa, potestati Magistratûs non præjudiciosa, seditiosa, aut turbis excitandis inservientia aliorumque juri detrahentia. *Mevius d. l. n 38. Besold. d. Diss. de colleg. c. 2. n. 2.* quæ tamen moribus hodiernis tum demum valent, si à magistratu sint confirmata. *Magnif. Dn. Præses decis. 80. n 44. Carpz. Jurupr. For. part. 2. constit. 5. defin. 9. n. 3. VVesenb. in ff. d. ll.* Nec illi qui subsunt jurisdictioni ejusmodi Collegii, inde exemti sunt à superioris jurisdictione. *Stephan. d. tr. de jurisd. lib. 2. part. 2. c. 8. n. 2. seq.* sed in actoris est arbitrio coram ordinario magistratu vel coram Rectoribus sive Tribunis collegii velit convenire collegiatum in causis artem suam & professionem concernentibus. Et hic coram uno conventus hujus forum declinandi & ad alterum judicem revocandi potestatem non habet, Sed locus est præventioni. *Steph. d. l. n. 4. Mevius ad Jus Lubec. d. lib. 4. tit. 13. artic. 3. n. 28.*

§. 12. Collegia autem alia sunt digniora, alia minùs talia. Ad digniora referuntur præprimis Ecclesiastica, quæ aliàs pars loci illius, in cujus Domini temporalis territorio sunt, habentur; & quamvis v. g. monasterium aliquod pertineat ad Ecclesiasticos, nihilominus tamen dicitur esse de territorio & jurisdictione Judicis secularis, cum quod locus sacer sit, non faciat, quò minùs in territorio Principis vel civitatis sit, nisi aliud doceatur, aut per usum, veluti inter Papales, obtinuerit. *Hieron. Schurff. 1. Consil. 21. per tot. Covarruv. lib. 2. var. resolut. 20. n. 17. vers. 35.* Quoad jura aliàs & privilegia sibi de jure communi competentia comparatur civitati. *l. ult. C. de Sacros. Eccl. Los. d. tract. p. 3. c. 4. n. 4. Kœpen. decis. 60. num. 2. Roland. à Valle. 1. Cons. 117. num. 16.* Fisco & Piis causis. *Alphonsus Villaguth. de reb. Eccles. malè alien. restit. lib. 1. c. 107. n. 2. & 3.*

§. 13. Huc referuntur & Collegia Scholastica, quæ ad Ecclesiam non tantùm, sed & totam remp. non exiguum conferunt momentum. *Tholos. de rep. lib. 18. c. 1. n. 3. Hippol. à Collib. de increment. Urb. c. 11.*

&c

& præ Collegiis ejusmodi inferioribus, Scholis trivialibus, Pædagogiis & Gymnasiis, quæ à quovis Imperii statu immediatò, liberè constituuntur, etiam absque Imperatoris consensu, maximè huc spectant Academiæ seu Universitates, quas in specie ita dictas à studiis Universalibus, quæ vigore & privilegio S. Cæs. Maj. ibidem docentur publicè, universis ad easdem aditu patente refert *Amplissimus atque Excellentissimus Dn. Joh. Paul. Felvvinger. Professor Altorffii Noricorum Celebratissimus, Meritissimus, Dn. Praceptor atque Hospes olim meus perpetuò deveneranlus, in tract. Pol. de urbe p. 2. §. 47. add. Besold. d. Disp. 3. n. 1. & Giphan. ad §. Univ. 6. Inst. de R.D.* Suntque hæ societates singulari majestatis Imperii indultu docentium & discentium bono publico institutæ, jurisdictione aliisque privilegiis & potestate Scholasticos honores benè meritis & dignis conferendi, decoratæ. *Dn. Felvving. d. l. n. 45. inf.*

§. 14. Altera autem species Collegiorum, in minori scil. dignitatis gradu, constituta est mercatorum & opificum. Nam & hæc non minus ferè quàm illa ad sustinenda, communicanda & promovenda suæ professionis compendia, res & officia communia dextrè magis exercenda, singulos negotiis & artibus deditos ad certa collegia redigere ex usu esse Reip. antiquis etiam visum fuit; quibus sc. cum ipse magistratus non potuisset omnia observare atque disponere, quidam quasi seniores præessent, & subordinatâ quâdam curâ vel moderarentur vel ad imperantes referrent. *Besold. de Jure Colleg. num. 2.* Inde & illis quædam concessa fuit jurisdictio, *per l. fin. C. de jurisd. l. 2. in f. C. de constit. pecun.* in omnibus causis ad professionem & opificium spectantibus. *Reform.* guter Policey *de Anno 1548. §. 1. in f. Dn. Prafes decis. 180. n. 8. Dn. Hahn. in not. ad VVesemb. tit. quod cujusque Univ. nom.* non tamen criminali. *Steph. de jurisd. lib. 2. p. 2. c. 6. num. 83.* Sed cum modica saltem coërcitione & mulctæ, seu pœnæ civilis irrogatione, *arg. l. un. pr. ff. si quis jus dic. non obtemp. l. fin. ff. de offic. ejus cui mand. jurisd. Carpz. Jurisp. for. constit. 6. defin. 9. n. 6. seqq.* & hæc in plerisque etiam locis ad certam pecuniæ summam est determinata, ultra quam non licet exigere. Quin & omninò exactam mulctam, nisi aliter consuetudine fuerit introductum, ordinario loci magistratui, vel omnino, vel ex parte exolvere ejusque rationem reddere tenentur. *Knipsch. lib. 5. c. 2. n. 20.* Habent & hæc Collegia ad exemplum reip. alias res communes, Bursam, sive arcam communem. *Franzk. ad ff. quod*

 cujus-

cujusque Univ. nom. num. 3. Sigillum commune, ædes communes, ubi convenire & actus suos collegiales exercere possint. *Steph. de Jurid. d. c. 6. n. 8. & 85. Masc. de probat. conclus. 319. n. 1.* His insuper collegiis & conventibus plerisque in locis quidam de Senatoribus, ordinis inferioris, præsunt, qui si ejusdem professionis sint periti, partim censoriô superciliô in merces & actiones artificum inquirunt, & deprehensas in iis fraudulosas machinationes, pravas consuetudines, clandestinas conventiones & statuta, in præjudicium Reip. facta, ad Magistratum deferunt, uti hoc & quænam istorum statutorum sint licita, quæ illicita, pluribus persequitur *Knipsch. lib. 5. c. 42. n. 25. seqq.*

CAPUT II.

De personis Universitatem Constituentibus & Repræsentantibus.

§. 1.

Dicta fuit Univ. in præced. cap. corpus ex distantibus personis collectum & unitum. Ubi observari meretur, quod Univ. sit nomen juris & non personarum; perinde, ut hæreditatis nomen à rebus ipsis, distinguitur; quarum ratione Univ. dicitur. Univ. enim licet propriè & realiter nihil aliud sit, quàm ipsimet de Univ. homines, sine quibus nec Univ. esset. *Gl. in l. sicuti. §. 1. verb. non debetur in f. quod cujusque Univ. nom. & in l. 1. ff. de colleg. & corp. Bart. in l. aut facta. §. nonnunquam n. 3. de pœn. Bald. in l. 7. §. 1. n. 1. ff. quod cujusque Univ. nom. & in l. 5. C. de execut. rei jud. Klock. de contrib. c. 19. n. 327.* Attamen propriè non dicitur homines, sed hominum collectio in unum corpus mysticum & abstractivè sumtum; cujus significatio inventa est per intellectum. Hinc & *Arist. lib. 3. Polit. c. 7.* Universitatem esse dicit instar unius hominis, qui multos pedes, multas manus, multosque habet sensus, referente ita *Thoming. Dec. 33. n. 3. & Reusn. 2. Consil. 27 num. 33* Quamvis etiam propriè neque animum neque intellectum habere censeatur; quatenus tamen constat hominibus animâ & ratione præditis, qui eam constituunt & repræsentant atque sic unum quasi corpus ex distantibus personis collectum & unitum constituunt; jus nostrum ei; uti fictum corpus, ita & animam ex multitudine animata collectam tribuit, cujus respectu personæ viventis vicem sustineat. *l. mortuo 22. ff. de fidejuss. Gœdd. ad l. inter publica 17. n. 20. in f. ff. de V. S. Bart. in d. l. aut*

aut facta. §. ult. n. 5. & 6 ff. de pœn. In quod & Bald. in l. 7. §. 1. pr. n. 1. ff. quod cujusque Univ. nom. ita limitat; dicens: quod Univ. consideretur vel in abstracto, & tum non sit persona, neque animatum, sed tantum quoddam intellectuale corpus: vel in concreto, & tum sit nomen personarum & sumatur pro singularibus personis in Univ. contentis. Quod autem aliud sit Univ. per quandam fictionem & repræsentationem & quid separatum ac distinctum à singulis hominibus de ipsa Univ. alioque modô dicatur persona & corpus compositum ex singulis de Univ. præter l. sed etsi 10. §. qui manumittit. 4. ff. de in jus vocand. Dd. passim docend. Rol. à Valle 4. Consil. 53. n. 6. Jason. in l. 1. §. si autem Collegium 15. n. 2. ff. ad SCtum Trebell. Bart. in l. Civitas 27. n. 5. ff. si cert. pet. Cast. in l. sicut 7. n. 1. ff. quod cujusque Univ. nom. Et hoc ex eo etiam liquet, quod Univ. eadem maneat, licet variè mutentur personæ; moriantur, emigrent, & alii subinde subrogentur. l. sicut. 7. §. in Decurionibus. 1. ff. quod cujusque Univ. nom. adeò & jus ac nomen Univ. quod aliàs per unam personam constitui nequit. l. Neratius 85. ff. de V. S. semel tamen rectè constitutum in uno etiam conservetur. d. l. 7. §. ult. ff. quod cujusq; Univ. nom. Knicb. de pact. vestit. p. 1. c. 2. n. 207. Pfeil. 2. Consil. 182. n. 46. Schneidevv. ad §. si grex legatus 18. Inst. de legat. Hahn. in not. ad VVesenb. h. t. quod cujusque Univ. nom. n. 1. quia sc. ex eo Univ. redire potest, & proinde quamdiu hæc spes superest, potiùs naturæ suæ conservatur, quam in aliam transfertur. Henning. VVegn. d. l. 85. d. V. S. n. 2. Quid quod in hominum Univ. duo considerantur: Ipsi sc. homines & res earumque jura. Quapropter licet homines extinguantur, eorum tamen res & jura non simul transeunt, sed remanent, & propter hæc tota Univ. in uno etiam, licet non actu habitu tamen & quoad juris intellectum, repræsentatur. d. l. 7. §. ult. quod cujusque Univ. nom. Besold. d. Disput. 5. c. 3. n. 2. Sunt igitur singuli, ut membra constituentia unum totum. Mynf. 4. obs. 78. Hique tales, qui in Univ. vivunt. Los. p. 3. c. 16. n. 8. Qui iterum duplicis sunt generis, vel ipsum jus Civitatis seu Univ. vel tantum ibi commorandi habentes: Idque vel ratione domicilii, vel hospitii tantùm; & domicilium quidem incolas; hospitium verò peregrinos arguit: neutrum verò horum confert jura & privilegia Universitatis, quibus gaudent illi, qui sunt prioris generis, Bruning. de Vniv. th. 39. Illi verò, qui gaudent Jure Civitatis, Universitatem vel omnes conjunctim repræsentant, aut, cum hæc

 con-

conjunctio, vel congregatio magnâ cum difficultate fit conjuncta; ficut in majoribus Univ. id facilè accidit, illi quibus de Univ. ejusdem administratio fuit commissa, *l. 1. §. quibus. 1. l. sicut. 7. §. in decurionibus. 2. ff. quod cujusque Univ. nom.* Sic enim & olim apud Romanos cum in impossibile visum esset, ut omnes deliberationes & conclusorum executiones per totam communitatem perficerentur, ea propter, ne tanta in congregatione totius populi esset diffultas, Decuriones fuisse constitutos, *ex Vallâ. lib. 6. elegant. cap. 32. refert Besold cit. Disp. de Univ. c. 4.* cui addi potest *Los. de Jure Univ. p. 1. c. 3. n. 12. seq.* Ubi de Decurionibus eorum potestate & officiô plura tradit, ibique & hisce Decurionibus hodiernos Senatores, Consiliarios similesque Civitatum officiales assimilat, *add. Fr. Marc. 1. Decis. 780, Rol. à Valle 1. Consil. 90. num. 2.*

§. 2. Constituuntur autem & eliguntur ejusmodi Administratores & Officiales secundum leges, statuta & consvetudinem cujusque loci *l. penult. Cod. de Jure Fisci. lib. X. l. item eorum 6. §. si decuriones. 1. in fin. ff. quod cujusque Univ. nom.* vel ab omnibus & singulis de Univ. vel ab illis tantùm, quibus eligendi & constituendi potestas ante hâc fuit data. *d. l. 6. §. 1. ff. quod cujusque Univ. nom. Los d. p. 1. c. 3. n. 102. Barbos. ad l. apertissimi. 14. Cod. de judic. n. 20. & ult. Masc. de Probat. conclus. 593. n. 3. & 4. Paul. in d. l. 6. §. 1. ff. quod cujusque Univ. Accurs. in d. l. apertissimi 14. C. de judic.* Nam & hi tùm ab ipsâ Univ. cujus nomine facta erat electio, censentur constituti. *d. l. 1. §. 1. Decius Consil. 543. num. 8.* præsertim si illi, qui elegerint, perpetui sint & mandatum habeant cum liberâ eosque actus, qui speciale aliàs requirunt mandatum, possint expedire. *Bart. in l. Præses. num. 4. ibique Jason. n. 7. C. de transact.* actusque ita ab eis expediti ipsi corpori vel prosint, vel noceant; *l. item Magistri. 14. ff. de pact. l. sed ex dolô. 15. §. 1. ff. de dolô.* Præsumitur enim scire id, quod sciunt hi, quibus Reipubl. administratio commissa est. *l. municipes. 14. ff. ad municip. Köpen. Decis. 60. num. 62.*

§. 3. Administratio autem Univ. cum sit, vel bonorum, vel justitiæ; duplicis quoque generis constituuntur Administratores, Illis cum credantur amplissimæ nonnunquam Univ. opes, idoneâ quoque cautione, quæ ut plurimum per fidejussores fit, communitas est assecuranda, *Klock. de Ærar. lib. 2. c. 130. num. 2. Bornit. de Ærar. lib. 7. cap. 1.*

cap. circa fin. & Pater, cujus voluntate filius administravit, ipsô jure pro fidejussore est. *l. si filiusfam. 7. ff. de admin. rerum ad Civit. pertin. Tesenb. parat. eôd. n. 1.* Aliàs enim in bonis eorum jus habet Univ. tacitæ hypothecæ, *l. fin. C. quo ordin. quisque conven. debeat.* Et Fiscali quidem si gaudeat jure in bonis cujusque Administratoris. *l. 2. C. in quib. causis pign. tac. contrah. l. 2. & 3. C. de Priv. Fisci Dn. Struv. Synt. Civ. Exerc. D. 26. th. 15. Tr. vol. 2. Disp. 1. th. 4. lit. K. Munoz. de Escob. de ratiocin. cap. 39. n. 6. Alex. in l. 1. §. si heres. 16. ad SCt. Trebell.* Ecclesia, hospitale & simile corpus in bonis Prælati, Oeconomi. *Neguz. p. 2. m. 4. n. 120.* eamque obtinet non à die demum malè gestæ, sed ab ipsô die subscriptæ administrationis. Et hoc quoque adprobasse *Joh. Georgium Elector. Saxon. in Process.* Ordnung. *tit.* Von dem stillschweigenden Pfande. *45. col. 5.* §. Und ob auch wohl Zweifel fürfället. *refert. Berlich. Conclus. 67. n. 61.* Nec propter malè tantùm gesta, prædictam habet hypothecam, sed & omninò non gesta. *Perez. ad Cod. de Jure Reip. num. 12.* Qui hac ratione insuper cum cæteris movetur Dd. quod Fiscus, Resp. Ecclesia & similes Univ. uti in plerisque, ita & hîc indemnitate æquiparetur pupillio & minori, *l. Remp. 3. C. de Jure Reip. & l. qui solidum. 78. §. etiam. 2. ff. de leg. 2. l. respublica, 4. C. quibus ex caus. Maj. Nicol. Everh. in locô à pupillo ad Remp. l. si pupillus. 45. vers. Idemque ff. de admin. & peric. tut. Goid. Pap. Decis. 631. n. 1.* & quemadmodum pupilli & minores sunt constituti sub Regimine & Administratione Tutorum & Curatorum, ita & Universitates sub cura, Regimine & Administratione suorum Administratorum sint. *Bald. in l. 80. § 1. n. 2. ff. de leg. 1. Alex. 6. Consil. 196. n. 3.* Quin & has etiam adhuc majorem hodiè mereri favorem vult *Honoratus Leotardus de Usur. quæst. 82. num. 1.* Neque huic obest, quod *in l. 46. §. 1. dicitur,* quod, alia sit causa Tutorum, alia eorum, qui negotia Reip. administrant. Siquidem ea diversitas accipienda hîc tantum est de suspecti postulatione, quod nimirum tanta diligentia ab Administratoribus communitatis alicujus non requiratur, ut & Adjunctos Collegas suspectos faciant & removeant si minus, quàm par est, eos Rempubl. administrare, aut facultatibus labi animadvertant, ab eisque satisdationem exigant, sicut Tutoribus & Curatoribus Pupillorum hoc incumbit. *l. etiam Contutores. 14. ff. de Admin. & peric. Tut. & d. l. 46. §. cum testamentô. 6. ff. eôd. l. proponebatur. 2. & l. duo Tutores. 5. ff. de Magistrat. conven.* Cum illa satisdationis

 petitio

petitio & suspecti postulatio à Contutoribus, ex l. XII. Tabb. pupillorum tantùm, non verò etiam Reipubl. gratiâ, sit introducta; Reipubl. verò Administrator non aliter Collegæ nomine teneatur, quam si cum novi aliquid & periculosi in fraudem Reipubl. molientem, cum potuerit intervenire ac prohibere, id non fecerit. *l. item rescripserunt. 7. l. Imperator Antoninus 9 ff. de Admin. rerum ad Civit. pertin. Mag. if. Dn. Struv. in Resolut. à Gothofred. alleg. obss. ll. privatim prælectis ad d. l 46 § 1. vers. hunc alia enim. ff. de Admin. & peric. Tut.* Illud verò, quod antè de competenti Univ. tacitæ hypothecæ privilegio dictum, ampliatur, & ad quamcunque Univ. speciem extenditur. *d. l. fin C. quô ord. quisq; conven.* Nec obstat, quod ei, cui, si superiorem agnoscat, non specialiter ab illô concessum sit. *l. si Resp 2 C. de Jure Reip.* Quod enim ibi dicitur causam Reip. non separari à cæteris Creditoribus, qui personalem habent actionem, eos indubiè intelligi voluit Imp. quibus & personalis actio, & personale competeret privilegium; cumque de pignore quæsitum esset Imperatori visum est satis ab hypothecariis Remp. separâsse. *Perez. ad C. de Jure Reip. n. 12. in fin.*

§. 4. Tenentur autem satisdare non solùm de dolô, sed & lata ac levi, non tamen levissima culpa. *l. Magistratus, 6. ff. de Admin. rer. ad Civit. pertin. Dn. Struv. Exerc. Synt. Civ. 50. th. 78 Ozas. Decis. 109. n 7. & 8. Borgnin. Decis. 32. n. 22. & 37. n. 12. 14. 19. 20 Menoch. d. A. I. Q. casu. 309.* Nec solùm propter sua conveniuntur facta, sed & Collegarum. *l. non utique 2. §. Jus Reip. 8. ff. de Admin. rer. ad Civ. pertin. d. l. Imper. 11 §. quod si. 1. ff. ad municip. l. quoniam 3. Cod. de conven. Fisci Debit. lib. X l. 1. & seqq. Cod. quô Ordin. quisque conven. deb.* & siquidem ille, qui perperam gessit, excussus solvendo non fuerit, Collegarum quilibet in solidum non pro virili portione, nisi separatis portionibus pecuniæ publicæ cura fuerit demandata. *d. l. 1. Dn. Struv. Exerc. Syntagm. Civ. ult. th 78.* actio tamen, quæ propterea in Collegam decerni solent, ei quoque qui pro alio solvit, ex æquitate competet. *d. l. 2. §. 9. ff. de Admin. rer. ad Civit. pertin.* Sed illi quidem, qui suo periculo nominaverunt, eo magis inde præ cæteris Collegiis propterea tenebuntur *l. 2. Cod. quo quisque ordin. conven.* & priùs quidem, quam cæteri, quasi fidejussores, convenientur; eò quod illi quidem negligentiæ ac pœnæ causa, qui verò nominaverunt, fidei ratione conveniantur. *l. Imper. 11. §. quod si 1. ff. ad municip.* Multò magis autem eorum ratione tenebuntur, quos sibi sub-

substituerint, quibusque rem sibi expediendam mandaverint, *per l. 30. ff. de neg. gest.* cum ipsimet adhoc constituti eorumque electa fuisset industria. *Boër. Decis. 60. num. 1. Heig. quaest. 20. num. 10.* Quod si verò eô tempore, quô fuit inidoneus Admin. adjunctus, extiterit idoneus, sed posteà lapsus facultatibus damnum Reip. dederit; quia fortuitos casus nullum humanum consilium providere potest; nihil hôc nomine præstare debent. *l. non utique. 2 §. si eô tempore. 7. ff. de Admin. rer. ad Civ pertin. l. 1. C. de peric. nominat.* quemadmodum & quicunque Administratorum se ut bonus Paterfamilias & secundum morem ac consvetudinem cæterorum gesserit à dolô, lata & levi culpa liberatur. *Borgnin. Decis. 37. n 14. & 19.* Illorum quoque fidejussores in eo solùm, quod ad Reipubl. Administrationem pertinet, obligantur, non in illô, quod ob culpam vel delictum pœnæ nomine irrogatum est. *l. un. C. de peric. eorum, qui pro Magistr. interven.* nec ad usuras, sed sortem tantùm *l. Lucius. 21. § 1. ff. ad municip.* nec ante Principalem excussum, etiamsi aliqua de eo bona emerint. *l. 1. C. de Conven. Fisci Debit. lib. X. ibiq. Gl.*

§. 5. Quò autem faciliùs appareat, benè an malè suam gesserint administrationem, dolô an culpâ quid commiserint, pro more loci destinatô tempore rationem debent reddere administrationis suæ iis, à quibus ea ipsis fuit commissa. *arg. l. 2. §. quod de frumentaria. 2. ff. de Admin. rer. ad Civ. pert Dn. Struv. Exerc. ult. thes. 77. Los. p. 3. c. ult. n. 13.* Quæ, ut eò rectius addatur, ab initiô inventarium rerum fidei suæ Commissarum publicâ authoritate est faciendum. *Stephan. de Jurisd. lib. 2. p. 2. c. 2. n. 157. Heig. part. 1. quaest. 20. n. 7.* Liber administrationis est conficiendus, in quo diligenter omnia data & accepta, cui, vel à quo, ex qua causâ, & qua die nominatim & specialiter inserenda sunt custodienda. *l. 2. §. quod de frument. 2. ff. de Admin. rer. ad civ pert.* quò descriptionis æquitas illustretur & ipsa descriptio evidentibus documentis fulciatur. *l. 1. C. de Apoch. Publ.* fide suâ constet, & ad oculum demonstretur Non enim in folle sive ut *Menoch. loquitur. de cas. 209. num. 14.* inexplicatè, inexploratè confusè, nec simplicibus foliis, ex libris administrationis desumtis, sed b. f. absque dolô apertè & dilucidè, plenè & integrè, omnibus, quæ accepta & expensa sunt per singulas partes, species & capita descriptis & juxta se positis, *l. qui sub conditione. 111. ff. de cond. & demonstr. Cothmann. 3. Cons. 8. n. 55. VVesenb. Cons. 47. n. 14.* Redditis verò hunc in modum rationibus subscriptione

eorum

eorum quibus redditæ fuerunt adprobatis, exhibiti traduntur, etiam in originali, si exigantur rationum libri. *Heig quæst. 20. n. 28. seq.* ab obligatione, quâ ante obstricti erant, liberantur Admin. *l. si cui libertas. 50. ff. de condit. & demonstrat. Menoch. d. cas. 209. n. 21. Dec. Consf. 110. n. 9. Honded. 1. Consil. 109. n. 49.* nec peracta semel calculatio facilè repetitur. *d. l. 50. & l. semel 2. Cod. de Apoch. Publ. Menoch. d. l. n. 37.* præsertim sub nudô erroris prætextu, si absolutio aut pactum de non contraveniendo calculationi accesserit. *l. un. C. de Errore Calc. Br. in l. 2. C. de Jure Fisc. Menoch. d. l. Masc. de Probat. conclus. 1256. n. 15. Roland. à Valle. 1. Consf. 49. n. 39 Riminald. 2. Consf. 300. n. 67.* nisi subsequenti tempore deprehendatur rem aliter se habere, & in computando aliquid fuisse omissum. *Roland. à Valle d. l. n. 50. Decius d. Consf. 110. n. 9.* idque ab eô, qui errorem allegavit probatum. *Masc. d. l. n. 16.* tùm siquidem, etiamsi sæpius fuerint computatæ. *l. un. C. de Error. Calc. Steph. de Jurid. lib. 2. p. 2. c. 2. n. 203. Heig. d. Quæst. 20. num. 36. Natta. 1. Consf. 39. n. 4. & 3. Consf. 489. n. 2. seq.* subscriptæ etiam & expunctæ, retractare tamen easdem licebit adversus eum, qui administravit, usque ad viginti adversus heredem verò usque ad decem annos. *l. in omnibus. 13. §. 1. ff. de divers. & temp præscript.* interdum & ultra decem hosce aut viginti annos, si non gratiosè fuerint expunctæ. *l. Calculi. 8. ff. de Admin. rer. ad Civ. pertin.* maximè verò detractabitur, si observatus & probatus dolus *Menoch. d. l. n. 40. Decius Consf. 94. n. 4.* isque non præsumtus, sed verus, qui utique nunquam censetur remissus, remissâ rationis redditione *Menoch. d. l. Roland. à Valle d. Consf. 49. num 22. & 23.* Post redditas etiam rationes restituere insuper tenentur, quicquid apud illos superest, quod ad Univ. spectat. *d. l. qui sub conditione. 111. ff. de condit. & demonstrat.* non tantum pecuniam, sed omne etiam quicquid rationum nomine detinent, nim. Apochas, chirographa & cæteras cautiones, instrumenta, nec non ipsa rationum volumina. *l. si purè 27. ff. de fideic. libert. l. si ita 13. §. hæc quæstio. 2. in fin. ff. de Manum. vindict.* ita ut etsi aliàs omninò liberati sint, propterea conveniantur. *arg. l. Aurelius. 28. §. Mevia. 4. ff. de lib. leg. Menoch. d. l. n. 21. 25.* contraque illos vero, qui vel reliquarum hunc non restituerunt, vel rationes legitimè non reddiderunt, aut malè Remp. administrarunt, summatim proceditur & executivè. *l. hi qui. 4. C. de Conven. Fisc. deb. Stephan. d. l. num. 234. 235. 236. & 237.*

§. 6. Al-

§. 6. Altera autem species administrationis Univ. quæ est justitiæ. Iterum dupliciter consideratur. Alii enim justitiam administrant si jura regunt, jurique dicundo præsunt, de quibus agitur *in l. 2. §. post originem 13. ff. d. O. J.* quales in Rep. Romana fuere Præsides, Prætores, in aliis verò civitatibus Duumviri, qui & aliàs Ecdici sive vindices & defensores appellantur. *l. ut perfectiùs 2. C. de annal. except. Wesenb. in parat. ff. de admin. rer. ad Civ. pert. n. 2. inf.* Alii verò causas & negotia Univ. judicialia administrant, quando tàm agendo, quam defendendo in judiciis Univ. nomine comparent. *l. munerum 18. § defensores. 13. ff. de mun. & hon. c. quia in causis 7. extr. de procurat.* Judiciis equidem partes si agant Univ. Admin. ipsa Univ. tenetur ei cui neglecta vel denegata fuit justitia. *Gomez. Loc. Commun. verb. Civitas.* Quin & totum eorum concilium, si suspectum fuerit, poterit ante litem inchoatam recusari. *l. apertissimi. 16. C. de judic.* siquidem judicia sine suspicione procedere, judicesque non suspect. aut inimici esse debeant. *d. l. 16. &c. quod suspecti. q. 5. c. 3.* & expressè in *cap. licet ex suscepto. 10. inf. extra de foro compet.* quem textum & eò usque *Barbosa ad hoc capit. n. 4.* explicat, ut & tota Univ. ea propter possit recusari *add. Capyz. decis. 138. Boër. decis. 269.* Id quod tamen ita restringendum est, ut procedat hæc recusatio, quod si omnes omninò fuerint suspecti; Quando enim inter eos adhuc quidam sunt & animo & gravitate conspicui, suspicionis expertes, removendi saltem sunt ei, qui suspicione laborant. **Cammergerichts-Ordnung.** *p. 1. tit. 6. §.* **Item ordnen wir.** Quemadmodum in Camera Imp. si qui inter Visitatores suspicione laborent, removentur, *per Recess. Imp. de Anno 1559.* **§. Da aber hinfürther.** *vid. Gail. 1. obs. 33. n. 2. Gvilielm. Roding. Pandect. Cameral. lib. 1. tit. 4. §. 20.* Ampliatur autem in eo, ut etiam recusari possit totum judicium, si suspectum sit caput sive Præsides ejusdem; licet etiam considerentur ut conjudices tantùm & Assessores, cum & judex fiat suspectus, Assessore suspectô non amotô, uti scribit *Abbas in c. 1. n. 14. de judic. & confirmat Menoch. de A. J. Q. cas. 458. n. 24.*

§. 7. Illi autem, qui Univ. nomine in judicio experiuntur, sive agendo sive defendendo, vocantur in jure nostro Civ. Syndici; hacque nominis notatione à cæteris reip. administratoribus munera publica obeuntibus differunt, quod illi negotia tantùm extra-judicialia tractent, *tot. tit. ff. de Admin. rer. ad Civ. pertin. l. ex facto. 30. ff de*

neg. gest. Hi verò ad causas in judicio expediendas sint constituti *l. fin. §. defensores 13. ff. de mun. & hon.* quia Univ. ipsa ad agendum vel defendendum non admittitur. Rauchb. *p. 2. quæst. 1. n. 1. Wesenb. paratit. quod cujusque Univ. n. 4. Chilianus* König *in pract. c. 19. §.* Es wird auch. Ne actio vel defensio per plures scissa aliquô afficiat adversarium incommodô *l. jam tamen 5. §. si tamen 7. ff. judic. solv. Carpz. 3. Respons. 9. n. 1. & 2.* In largiori tamen vocabuli significatu, etiam hodiè præprimis usitatô, indigitatur ille, qui tam extrajudiciales, quàm judiciales tractat actus communitatis. *ut in l. 1. §. quibus 1. & l. item eorum. 6. §. 2. & 3. ff. quod cujusque Univ.* quemadmodum & actor ibi appellatur; qui tamen *arg. l. 6. §. 1. vers. sed hodiè d. t.* videtur cum Dn. *Franzk ad h. t. n. 4.* in eo differre, quod Syndicus, tàm ad futuras quàm præsentes lites, actor verò ad certam tantùm aliquam causam sive litem præsentem constituatur. *d. l. 6. §. 2. ibique Br. n. 2. & 3. ff. quod cujusque Univ.* qui si agit, in specie actor. *d. l. 6. §. 3. quod cujusque Univ. l. 9. ff. rem ratam hab.* defensor si defendat dicitur. *Hahn. in not. ad Wesenb. h. t. n. 2.* nec hoc quod sibi specialiter demandatum est officium alii vicissim possit mandare, aut per Procuratorem agere. *l. nec civitatis 74. ff. de Procurat. Joh. Althus. Dicaol. lib. 1. c. 83. n. 7.* ipse verò interdum & ab ipso Syndico, sicut à procuratore in singulorum privatorum causis, substituatur *l. neque 10. C. de Procurat. Dn. Struve Exerc. 7. th. 40.* & ab illo multò magis, eò, quod publicâ is nitatur fide, & officio atque liberiori ea propter potestate, quàm alter, qui à privato tantùm & persona singulari dependet. *l. 1. pr. ff. de procur. Wesenb. in parat. h. t. quod cujusque Univ. Carpz. Decis. 28. n. 14.* Syndicus hic in eo quoque differt à procuratore alicujus privati, quod hic ad causas criminales frustra interveniat. *l. pen. §. 1. ff. de publ. jud. l. 1. ff. an. per al. causa appell. redd. possint. Carpzov. pract. crimin. quæst. 105. n. 3. seq. Menoch. A. J. Q. cas. 79. n. 12.* ille tàm ad accusandum, quàm defendendum Univ. nomine in judicio admittatur. *l. tam collatores 18. §. ut autem. ff. de re milit. Carpz. d. l. n. 10. seq. Menoch. d. l. n. 13. 14. Gail. de P. P. lib. 2. c. 9. n. 3. Mynf. 4. O. 76. Rosbach. process. crimin. tit. 1. c. 3. n. 24. 25. 87. Spec. tit. de Synd. n. 5. tit. de accus. vers. fin. tit. de procurat. n. 11. Maranta. p. 4. distinct. 1. n. 34. Fr. Marc. 2. decis. 701. per tot.* Et ratio diversitatis adparet, quod reo cuilibet privato si per procuratorem in judicio comparere liceret, eô casu, quô ob delictum aliquod esset condemnandus in aliquam

pœnam

pœnam corporalem; non posset fieri executio, & sic omnia judicia criminalia redderentur elusoria. *Jul. clar. quæst. 32. n 1. 2. 3. seqq.* At ipsa Univ. cum per se non possit litigare & in judicio stare, ut in causa etiam criminali per procuratorem, sive ut adpellari consvevit, Syndicum suum interveniat necesse est, & sic necessitas, quod aliàs esset illicitum, faciat licitum. *Los p. 4. c. 1. n. 46. 47.* Quamvis aliàs & in effectu unum idemque habeantur, usu tamen juris eum, qui pro Univ. procurat, speciale Syndici nomen, & qui privatorum negotia judicialia tractat, procuratoris obtinere testatur. *Franzk. d. t. quod cujusq; Univ. nom. n. 4.* De cætero quidem expeditum est, quod sicut à privato plures ad unam causam procuratores possunt eligi. *Wesenb. ad tit. ff. de procurat. n. 5.* ita & plures Syndici ad causas publicas expediendas possint constitui. *Wesenb. parat. ff. quod cujusque Univ. n. 4. & Habn. in not n. 5.* Nam reip. interest quamplurimos ad defendendam suam causam admittere. *l. 4. ff. de nov. oper. nunt.* ita tamen ut secus quam Procuratores privati singuli in solidum dati æstimentur. *Rosbach. Proceß. Civ. tit. XII. n. 24.*

§. 8. Pariter & illi, qui in privatis procuratores esse prohibentur, à Syndicatu quoque arcentur. Absurdum enim foret iis publica committi, qui privatis rectè præesse nequeunt, cum publica privatis perpetuò sint anteponenda. *per auth. res quæ. C. commun. de legat. Rosbach. proceß. civ. tit. XII. n. 19.* Et quod si idonei non reperiantur in Univ. extranei quoque eorum loco poterunt adhiberi. *l. ut gradatim. 11. §. sed etsi 1. ff. de mun. & hon. Rauchb. quæst. jur. civ. & Saxon. p. 2. q. 1. n. 3.* quin & ne resp. maneat indefensa, eam, sicuti privati causam, defendere permittitur cuilibet extraneo cautionem offerenti. *l. 1. in fin. ff. quod cujusq; Univ. nom. Dn. Struv. Syntagm. Civ. Exerc. 7. th. 39.* de rato, non verò judicato solvendo, ut Defensor privatus. *Dn. Habn. in not. ad Wesenb. h. t. n. 5. inf. Rauchb. p. 2. q. 1. n. 7. Rosbach. d. tit. 12 n. 35.* etiam Filiofamilias. *l. filiusfam. 8. pr. vers. ad defendendum. ff. de procur. l. item. 6. §. ult. ff. quod cujusque Univ.* nisi id lex municipii vel perpetua prohibuerit consuetudo. *d. l. 6. pr. ff. eôdem.* Est enim hoc officium publicum in hoc etiam à privati procuratoris distans, quod hic dari non soleat invitus, idque non tantùm si non contradixisse, verùm etiam si non expresse consensisse probatum fuerit. *d. l. 8. §. 1. ff. de procur.* Ille verò, qui publicum ejusmodi munus detrectaverit, illis, quibus tu-

tores, remediis ad illud suscipiendum cogatur. *l. si quis 9. ff. de mun. & hon. l. si ad magistratum 18. C. de Decurion.* & si insuper supersederit, conveniri possint propter damnum reip., quamvis tempore constitutionis in aliena fuerit potestate, *l. Lucius, 21. pr. in fin. ff. ad municip.*

§. 9. Ipsa quoque Univ. necessitate ita exigente, ut eò faciliùs causæ tractentur, ad constituendum Syndicum officio judicis, sive superioris, cogitur, ut sit, contra quem creditores v. g. agant, & qui ipsam defendant *l. 4. §. Creditoribus. 9. ff. de fideicommiss. libert. Los. p. 2. c. 1. n. 4.* Ubi rationem subjungit, quod uti in plerisque, ita & in hoc minori æquiparetur. *l. 3. C. de Jure Reip.* Quemadmodum verò minori litigaturo etiam invito & nolenti extra ordinem curator ad litem adjungitur. *l. 1. C. qui pet. tut.* ne aliàs, cum non habeat legitimam in judicio standi personam, propter competens ei beneficium restitutionis in integrum judicium reddatur elusorium. *l. 2. C. qui legit. person. stand. in jud. habent. B. VVilhelmus Ludvvell, JCtus & Antecessor olim in Alma Noricorum Altorffina Senior Primarius, Præceptor antehac meus æterna laude depradicandus in Exerc. Imp. Disp. 3. th. 9. lit. C.* ita Univ. cum ipsa in judicio stare per se non possit, per Syndicum suum comparere necesse habet, *Dn. Struv. Syntagm. Juris Civ. Exerc. 7. th. 39. Carpzov. part. 1. const. 13. defin. 15.* Nec facit, *quod Perez. ad Cod. de Jure Reip. num. 9.* diversum in Rep. hic jus observari autumet, eò, quod ipsam & suos constituat Syndicos, &, sicut Ecclesia, non teneatur invita suscipere defensorem; sed si monita non constituerit, sententia prolata teneat, licet fuerit indefensa. *add. Galdas ad l. si curatorem. pr. n. 13.* Siquidem expresse id, quod de minori *l. acta, 45. in fin. ff. de re judic.* de Univ. quoque dicitur, *l. 1. C. de Jure Reip.* quod sc. eò, quod contra remp. indefensam in ea specie, in qua neque defensores creati fuêre, neque ut crearentur, placuit, judicatum sit, ipsi nil præjudicatum est. *Los. de Univ. d. l. n. 5.*

§. 10. Constituitur autem Syndicus, æquè ut alius Administrator, pro cujusque loci consuetudine, administratione reip, & stylo curiæ, vel communi populi totius consensu, vel per Concilium Regens, sive eos, penes quos est gubernatio Reip. in solidum; vel à majori parte. *l. 3. ff. quod cujusque Univ.* non tamen minori. *Dn. Struv. Syntagm. Civ. Exerc. 7. th. 42. & 43.* ubi rationem adjicit, quod hæc constitutio communitatem concernat, ut universos, non verò ut singulos

gulos tangat, ideoque neque à singulis debeat adprobari. *l. 1. C. de arb. præstand. l. 60. §. 1. ff. d. R. J.* Neque à minori cum cautione de rato. *Moditius ad §. plebiscitum. quæst. 115.*; nisi quando minor illa pars, vel Collegium aliquod in Univ. contra acta Senatus agat, vel excipiat, quæ sibi præjudicium gignunt. *Carpz. d. lib. 3. Respons. 9. num. 10. Dn. Struve Exerc. 7. th. 42.* Quô nomine & ad defendenda libertatis jura contra superiorem Univ. operam suam de jure præstat Syndicus. *arg. c. cum Ecclesia 31. extr. de Elect. & Elect. potest. & c. cum olim. 7. extr. de causa possess. & propriet. Spec. d. t. de Synd. num. 19. Rosbach. process. civ. tit. XII. num. 27.* Deinde & aliud est, quando per consuetudinem obtinuerit, ut cum actoritate superioris constitueretur. *Bart. in l. 6. §. actor. n. 1. ff. quod cujusque Univ. nom.* Regulariter enim constituitur absque superioris auctoritate; cùm eum constituat in re propria, in qua liberam habet disponendi arbitrium. *Modit. d. §. plebiscitum. quæst. 131.* Cæterum Syndicô hac ratione constitutô instrumentum quoque desuper est conficiendum, eô ferè modô, quò in causa privati procuratoris; nisi quod in hoc pro heredibus successores ponantur. *Roding. Pandect. Cam. lib. 3. tit. 29. num. 6.* & non necesse est, ut singulorum nomina in eo exprimantur, sed sufficit, docende *Mynsing. 1. Obs. 76.* ut constitutio sonet in nomen quoddam collectivum, certam juris determinationem habens, v. g. capituli, communitatis &c. non autem in nomina, singularia corpora designantia, v. g. Canonici ejus Ecclesiæ, Cives ejus loci; cùm hæc locutio etiam de duobus tantùm verificetur, *arg. l. inter illam 217. §. 1. de V. S.* nisi constitutio facta sit per nomen ejusmodi singulare, quod æquipollet collectivo. v. g. si ponatur; Canonici omnes, omnes Cives *Mynf. 3. Obs. 18.* atque hoc nomen collectivum non parvis communitatibus solùm, ut *Dn. Carpzov. 3. Resp. 9. num. 6. Wesenb.* & *alii* volunt Dd. sed etiam in numerosioribus sufficiens esse asserit *Dn. Hahn. ad d. t. quod cujusq. Univ. num. 4.* ibique etiam sufficere mandatum Syndici communitatis sigillô esse confirmatum, neque opus esse subscriptione refert *ex Theod. Höpinck. de Jure Sigillorum c. 10. n. 81.* quam sententiam & confirmat *Dn. Struv. d. Exerc. 7. th. 42.* illudque etiam, quod fit judicialiter, vel coram notario & testibus, qui totam communitatem in constitutione Syndici præsentem fuisse attestantur, hodiè admittitur; etsi nulla omninò nomina sint expressa. *Carpz. d. lib. 3. Resp. 9. n. 7. Berlich. p. 1. conclus. 14. n. 89. Chilian König process. c. 19. n. 2.*

VVesenb. parat. ff. quod cujusque Univ. Et hanc sententiam in Camera *Mense Junii. anno. 1551.* observatam testatur *Mynf. c. 3. obs. 18.* atque eodem modô in judicio Curiali, quod Lipsiæ est, judicatum fuisse refert *Berlich. conclus. 14. n. 89.* At secus se res habet, si inferior aliqua Univ. cum superiori vel pars aliqua Univ. cum ipsa Univ. litiget, nec omnes litigantes in judicio præsentes Syndicum constituerint, tùm enim singulos nomina sua subscribant oportet. *Dn. Struv. d. Exerc. 7. th. 42.*

§. 11. Quemadmodum in privatis etiam Procuratori non creditur, nisi fidem faciat de mandato. *l. 1. C. de Procurat.* ita & in communitatis alicujus causa Syndicus non admittitur, nisi constet, aut ipse probet, se legitimè fuisse constitutum. *Carpz. d. lib. 3. Resp. 9. n. 1.* vel mandatum habeat cum libera, ut omnia possit expedire, quæ alias speciale requirunt mandatum *Dn. Struv. d. Exerc. 7. th. 44. Gail. 2. Obs. 72. n. 1. Rosbach. Process. Civ. tit. 12. n. 37. 38. 39.* quapropter & de rato non cavet. *l. 9. ff. rem ratam haberi. Joh. Jacob VVissenbach. Disp. pand. 12. th. 20.* Interdum tamen non solùm verbis, sed & facto hæc constitutio, aliàs illegitima ratificatur, si v. g. solvat Univ. expensas ejus in lite factas. *Spec. tit. de Syndico. vers.* sed pone quod Univ. *Alex. 5. Cons. 117. & 175. Decius. Cons. 262. n 6. Cons. 297. n. 3. Cons. 449. n. 35. Cons. 586. n. 14.* Cæterum tenetur Syndicus ut alius quilibet administrationes suæ reddere rationem. *Los. p. 3. c. ult. n. 13.* Sique constitutus fuerit ad certum tempus, & lite jam contestatâ tempus illud fuerit elapsum, ab ipsa quidem Univ. ad continuandam operam non potest cogi, nisi fortè in reddenda ratione & instrumentis reddendis cessaverit; ab adversario verò maximè potest, nisi causam aliquam alleget ex his, quæ in *l. post litem. 17. seqq. ff. de procurat.* habentur. *Los. p. 2. c. 1. n. 60.* aliàs ille modus revocandi observatur, quô fuit constitutus, ut quorum consensu, sive totius Univ. sive eorum, qui eam repræsentant, sive majoris partis fuerit constitutus, eorum quoque consensu revocetur. *VVesenb. h. t. quod cujusque Univ.*

§. 12. Sed omnia hæc, quæ de Administratoribus jam dicta sunt, cum grano salis applicanda sunt ad eas Univ., quæ hodiè continentur in Imperio nostro Rom. Germanico; utpote in quo Univ. majores & provincias cum annexis Principes & alii titulo sibi vendicant hæreditario, & cum tantum ut feuda ab Imperatore recognoscant, non ampliùs eô modô, quô olim Præsides & similes Romanorum offi-

officiales ad rationem administrationis suæ reddendam tenentur; sed liberiori gaudent potestate. In liberis equidem rebusp. & Civ. Imp. id quod antea dicebatur, Univ. per Moderatòres suos repræsentari, & quod in *l. quod Principis 23. ff. de aq. & aq. pluv. arc.* Princeps & Senatus æquiparentur, locum habere scribit *Author Consilii Fridbergensis part. 1. punct. 2. n. 109.* nisi sc. quando populus jura quædam & causas sibi specialiter reservaverit, quæ non nisi adjunctis certis quibusdam ex eorum medio personis, veluti Tribunis, tractentur. *Knipsch. de Civ. Imp. lib. 5. c. 1. n. 9.* attamen Senatores illi, quibus officium aliquod expensas & reditus publicos concernens specialiter fuit demandatum, pro loci more, certò tempore tenentur ad rationes reddendas. In reliquis quoque Univ. speciebus ad administranda bona publica liberè Administratores sine superioris auctoritate constituuntur. In administranda verò justitia quatenus ille ipsis concesserit. Ad agendum autem & defendendum in judicio liberè pariter Syndicum constituit quælibet Univ. species à superiori adprobata. *l. 1. §. quibus 1. ff. quod cujusque Univ.* etiamsi contentio sit inter ipsam Univ. & superiorem. *uti præced. th. 10. dictum.* Qualiter autem tunc constituatur, vid. apud *Bart. in l. 6. §. actor. ult. num. 1. ff. quod cujusque Univ. nom. & in l. potest. 28. n. ult. ff. de auth. tut.*

CAPUT III.

De Rebus Univ. earundemque adquirendo vel amittendo Dominio & Jure in re.

§. I.

Subjectum, sive Personas, de quibus in præcedenti capite dictum, jam excipit, objectum, sive Res Universitatis, quæ omnibus, ut Universis, non ut singulis, sunt propriæ & communes. *§. Universitatis. 6. Inst. de R. D. l. 6. §. 1. ff. eod. Gabriel. conclus. 1. l. 6. tit. quod cujusque Univ. nom. n. 11. Farinac. lib. 2. quæst. 60. n. 499.* Neque enim ulla societas absque hac rerum communione ferè fingi, multò minùs consistere potest. Hæ autem duplicis sunt generis: Quædam, quæ omnium ut Universorum: Quædam verò quæ ut singulorum usui inserviunt, & ita communes sunt. Illæ sunt, quæ usu & proprietate in Universorum, non singulorum, patrimonio sunt, quarumque usus & proventus ad Fiscum vel ærarium spectat, *l. 6. ff. de contrah. emt. Magnif. Dn.*

Strauch.

Strauch. JCtus Celebratissimus, & olim Antecessor hic optimè meritus, jam à Consil. Brunsvic. in Differt. ad Pand. 6. th. 4. Dn. David. Mevius ad Jus Lubec. p. 2. tit. 3. artic. 1. n. 1. Quales sunt res fiscales, pecunia ærarii, reditus, pensiones, prædia, armamentaria, penus, Cellæ Vinariæ, vel Cerevisiariæ, fodinæ Metallicæ, & aliæ his similes, *tit. C. de Collat. fund. rei priv. vel dom. lib. XI. tot. tit. ff. de admin. rer. ad Civ. pert. tot. tit. C. de Jure Reip. &c. Gabriel. l. 6. concluf. n. 11. & seqq. tit. quod cujusque Univ. nom.* quæ propriæ vocantur publica. *l. 17. de V. S.* & instar privati patrimonii habentur, atque ab Universitate, ut privato aliquo, possidentur; illique, & omnibus ut Universis, non verò ut singulis, fructum ferunt; videatur *Magnif. Dn. VVex. Serenissimorum Ducum Saxo-Vinariensium Consiliarius Intimus, in notatis olim ad Inst. §. Universitatis. 6. de R. D. privatim in hac Salana prælectis & Dd. passim ad d. l. 17. ff. d. V. S.* Alteræ autem Univ. publicæ res sunt, quæ nudâ proprietate ad Universos, usu verò & usufructu ad singulos pertinent, quales fuerant olim Romæ Campus Martius, *d. l. 6. ff. de contrahend. emt.* Basilicæ. *l. 83. §. 5. ff. de V. O.* & hodiè Curia, Forum, plateæ, Templa, thermæ, nymphæa, Molendina, balnea, Nosocomia, Xenodochia, Ptochotrophia & aliæ ædes publicæ ad usum miserabilium personarum & publicam commoditatem destinatæ, *vid. tot. ff. & Cod. de oper. publ. & tit. de admin. rer. ad Civ. pert.* Item pomæria, mœnia, fontes, aquæ ductus, viæ, pascua, nemora; & si quid his simile, quod eò destinatum est, ut singulorum commodo pateat atque inserviat, *Menoch. lib. 1. de A. I. Q. cas. 106. n. 13. Covarruv. pract. quæst. c. 18. n. 4. Farinac. lib. 2. de testib. quæst. 60. num. 501. & seqq. Masc. concluf. 1414. num. 1. Rol. à Valle 2. Consil. 72. n. 13. add. Joh. à Sande tract. de probib. rer. allen. c. 8. n. 1. 2. 3.* Et hæ posterioris generis item sunt duplices; vel enim omnibus usu patent, de quibus jam dictum; vel certis tantùm quibusdam, ut tabernæ in foro positæ, *l. qui tabernas 32. ff. de contrab. emt. Sande d. l. n. 3.* Et has quicunque privati eas possident, liberè alienant, non solum quidem publicum, sed jus quod in eo obtinent. *d. l. 32. Sande d. l. n. 16.* Illæ autem quæ omnibus omninò, ut singulis usu inserviunt, non aliter, quàm si absque singulorum detrimento fieri potest aliis etiam usum præbere, in eosque possunt transferri. *Dn. Struvius Syntagm. Juris feud. cap. 6. num. 5. Vinn. Comment. Inst. ad §. 6. de R. D.*

§. 2. Potest tamen Univ. statutô introducere, ut res ejusmodi com-

communi destinatæ usui, certâ anni parte certisque diebus sint prohibitæ, & in alia parte atque die concessæ; eòque etiam casu ille, qui se fundat super tempore permisso, debet probare. *Fr. Mar. 1. Decis. 223. n. 4.* Unusquisque etiam ipsis illis rebus uti debet moderatè, absque æmulatione, secundum quantitatem & vires patrimonii. *Marc. d. l. num. 5.* Quoniam illa, quæ usui deserviunt privatorum, Jure Univ. cujusque de illa non sunt quasi propria, nec tantùm juris habet ad obtinendum, quantum quilibet ex populo ad prohibendum *l. 2. §. 2. ff. ne quid in loco publ.* Propterea enim, quòd nemini liceat in publico quid extruere. *l. 2 ff. de loc. & Itin. publ. l. 1. ff. ne quid in loc. publ.* aut aperire muros, fenestram, vel aliud foramen in ipsis efficere, vel quid aliud immittere, in quo trabes vel aliquid aliud acquiescat. *l. sacra 9. muros. 4. ff. de R. D. l. 2. pr. ff. ne quid in loc. publ. Christin. Decis. 149. n. 6.* vel nomen suum operi inscribere publico, cæteris licet tùm præesset, nisi pecunia suâ extruxerit. *l. 2. 3. & 4. ff. de oper. publ.* vel ab alio extructum illâ adornaverit; vel operi de publica pecunia extructo aliquam summam adjecerit, & tantummodo, quantum contulerit in id scripserit. *l. ult. §. 1. ff. de oper. publ.* vel denique ullô aliô modô usum publicum deteriorem aut difficiliorem reddere. *d. l. 2. §. ait Prætor. 20. seqq. ff. ne quid in loc. publ.* cuilibet in publicum petere permissum est, quod ad usum omnium pertinet. *l. 1. ff. de loc. & itin. publ.* & si quid novi in publico structum, omnes ad denunciandum novum opus admittuntur. *l. 3. §. ult. & l. 4. ff. de nov. oper. nunc.* idque novum in pristinum statum est restituendum, sive tollatur, quod factum est, sive reponatur, quod sublatum est; & si ipse, cui quis interdixit; vel etiam jussu ejus alius fecerit, aut quod factum est, saltem ratihabuerit, suis, cujus scil. intuitu novum est factum opus, sumtibus, *d. l. 2. §. restituas. 43. ff. ne quid in loc. publ.* interdum & propter utilitatem publicam, quanti actoris interest, quod factum est tolli, condemnatur. *d. l. 2. §. 44. ff. eod.* nullâ præscriptione huic restitutioni obstante. *l. præscriptio. 6. C. de operib. publ.* Nemo autem privatus ab altero re ad publicum aliàs usum destinatâ prohiberi potest; sed actione injuriarum prohibentem poterit reprimere. *d. l. 2. §. 9. ff. ne quid in loc. publ.* Præterea & notandum, quod jam dictum de prohibitione hac cuilibet permissa, tantùm obtinere in iis, quorum usus singulis communis est; in iis verò, quæ plenô jure ad dominium sive patrimonium Univ. pertinent, non eô-

Mm dem

dem modô procedere, sed in illis neque facere quicquam, neque prohibere, præter eos, qui præsunt, quemquam posse. *d. l. 2. §. 4. ne quid in loc. publ.* Harum quoque singulari jure & privilegio olim receptum erat, ut si de re ejusmodi quacunque, *arg. l. 2. C. de constit. pec. l. 178. ff. de V. S. Dn. Struv. Syntagm. Civil. Exerc. 49. th. 77. Dn. Strauch. Exerc. ad Pandect. ult. thes. 14.* aliquid esset surreptum, peculatus crimen fuerit æstimatum, non quidem ex L. Julia, utpote ad pecuniam populi tantum Romani restricta. *l. 81. ff. de furt.* sed ex constitutionibus Trajani & Hadriani ad L. Juliam adjectis. *l. 4. §. ult. ff. ad L. Jul. pecul. Dn. Struvius d. locô. B. Dn. Ludov. Exercit. Imper. 18. th. 9. lit. B. Dn. Strauch. d. locô. Besold. de Univ. c. 5. num. 4. Bronch. 4. ἐναντιοφανῶν. assert. 86. Bachov. ad Treutl. vol. 2. Disp. 22. th. fin. lit. E*

§. 3. Quamvis autem hæc bona seu Res Univers. ad singulorum dominium planè non pertineant. *l. in tantum. 6. §. Universitatis. 11. ff. de R. D. Klock. Relat. Vot. Camer. Relat. 133. n. 39.* eô tamen casu, de quo in *praced. cap. §. 1. ex l. 7. §. ult. ff. quod cujusque Univ.* dictum, si, cæteris extinctis omne jus in unum reciderit; ultimus ille superstes de rebus illis communibus prolubitu disponere, testari, vel aliô modô eas alienare potest. *Dn. Habn. in not. ad VVesenb. h. t. quod cujusque Univ. Carpzov. Jurispr. For. part. 2. Constit. 6. Defin. 17. n. 5.* ubi tamen hoc limitat, si membra illa Univ. bona habuerint communia propter seipsos principaliter & ad singulorum atque cujuslibet proprium ac certum usum; secus verò, si non propter se, sed aut ad distribuendum inter alios, aut propter officium aliquod & laborem pro toto corpore sustinendum, tùm etenim bona illa destructô atque dissolutô corpore ad superiorem pertinere, *l. Sejo. 10. ff. de annuis legat.*

§. 4. Pariter & ipsa Univ. tàm ex testamento, quàm ab intestato succedit. Ita olim in bonis liberti sui sine legitimo herede defuncti succedebat quodlibet etiam municipium. *l. intestato. 3. §. si municipes. 6. ff. de suis & legit. hered. l. 2. ff. de manum. qua serv. ad Univ. pertin. l. un. C. de libert. Univ.* In bonis quoque Collegiati, qui sine herede decessit, succedit Collegium, exclusô fiscô. Ita enim & olim mortuo ab intestato Decurione, sine liberis, Parentibus, Collateralibus, Uxore, hereditas ejus ad Curiam illam in qua ipse, cùm viveret adhuc, fuerat, devolvebatur. *l. intestatorum 4. Cod. de heredit. Decur.* mortuô similiter naviculario, ad corpus naviculariorum. *l. 1. C. eôd.*

Cohor-

Cohortali, ad cæteros cohortales ejusdem Provinciæ. *l. si quis cohortali. 3. Cod. eod.* fabricensi ad corpus fabricensium. *l. si quis fabricensis. 5. C. eod.* milite, ad legionem seu vexillationem, sub qua militabat. *l. 6 §.7. in fin. ff. de injust. rupt. & irrit. testam. l. universis. 2. C. d. t. de hered. Decur. & c. B Dn. Ludvv. Exerc. 10. thes. 5. tit. D.* Pariter & Magistratûs Collegium suis officialibus. *l. fin. C. de apparit. perfect. prat. lib. XII.* Ecclesia vel monasterium ei, qui Ecclesiæ vel monasterio se devovit. *l. si quis Presbyter. 20. Cod. de Episc. & Cler. Auth. ingressi C. de SS. Eccles. Novell. 127 c. 37. c. fin. quæst. 5. c. 12. c. 1. extr. de success. ab intest. Ludvv. d. l.* Aliud tamen erit, si municipium eôdem modô Civibus suis simili ratione defunctis velit succedere, *propter l. 1. C. de bon. vacant lib. X. ibique Perez. n. 2. Peregr. de Jure Fisci lib. 4. tit. 3. Cothmann. Consil. 35. n. 24 & 32.* Etiamsi omnimodam habeat jurisdictionem. *Perez. d. l. n 8. Matth. Stephan. ad Novell. 118. n. 82.* Spectat enim hæc successio non ad jurisdictionem, sed superioritatem & præeminentiam regalem, adeoque illam tantùm Civitatem, quæ jure superioritatis vel fiscali in successione bonorum ejusmodi vacantium gaudet, sicut liberæ & Imperiales Civitates, vel etiam aliæ quibus specialiter à superiori jus fisci concessum est. Hodiè præsertim, ubi tàm tenuis & abjecta, quæ olim Romanorum, municipiorum conditio non est, sed post immutatam antiquam Reip. formam, ut plurimùm, sicut alia jura, ita & hoc partim ex speciali concessione, partim & immemoriali præscriptione, quæ juxta *Tiraq. tract. de mort. saisit le vis. part. 2. lit. 15. num. 4. Martin. Laudis in tract. de fisci. quæst 4.* & hîc locum habet; bona vacantia sibi vendicant. *Gail. 2. observ. 130. num. 15. Göden. Consil. 10. n. 5.* Et in Saxonia plerosque Judices & Magistratus, jure fisci, præscriptô inveteratoque more, uti, &, quamvis superiorem recognoscant, nihilominùs tamen hereditates vacantes, si post annum nullus appareat heres, in suos usus suumque ærarium convertere testatur *VVesenb. parat. ff. de jure fisc n. 4. Mævius ad jus Lubec. p. 2. tit. 2. artic. 14. n. 64. seqq.*

§. 5. Quod si tamen eveniat, ut Testator aliquod testamentum jure condiderit, heres verò scriptus hereditatem adire vel noluerit, vel non potuerit, & Univ. jure fisci, in bona defuncti vacantia, herede alias non existente, successerit, nihilominus tamen, cum alia vacantia non sint, quàm, quæ ad heredem pervenissent, si adire voluisset, propter illa heredis loco habetur. *arg. l. 114. §. 2. ff. de legat. 1.*

Novell. 1. *c.* 1. B. *Dn. Ludvv. Exerc. Imper.* 10 *th.* 5. *lit.* E. *Hillig. ad Don. lib.* 9. *c.* 1. *lit.* S. *Val Riem. Disp.* 8. *quaest. fin.* & legata quoque atque fideicommissa præstare tenetur. *Præ-Nobilissimus, Excellentissimus atque Consultissimus Dn. Nicolaus Rittershusius, JCtus & Antecessor in alma Noricorum Altorffina Primarius & Senior, summè Demeritus; Patronus atque Præceptor pietate, atque observantia devotè deditâ perpetuò Colendus in prælect. suis publicis ad l.* 2. *ff. de hered. Instituend.* Ipsô enim jure post mortem Testatoris, non ex facto demum heredis dominium, quod scil. juris est, rei legatæ ad legatarium perinet. *l. à Titio* 64. *ff. de furt. Dn. Struvius Syntagm. Civil. Exerc.* 35. *thes.* 18. quamvis possessio (quæ facti est) in legatarium citra factum & voluntatem heredis non transferatur. *l.* 1. *& seqq. ff. quod legat. Johan. Hanedas. Exerc. Imper.* 13. *quaest.* 1. ita ut statim à morte Testatoris, antequam adhuc rem possederint, actio non tantùm personalis, sed, & in rem, hypothecaria propterea ipsis competat. *per* §. *sed olim.* 3 *in fin. Instit. de legat. Dn. Struv. d. l.* Nec impedit hanc præstationem Legatorum, Regula illa generalis, *in l.* 9. *ff. de test. tut.* quod si nemo hereditatem adierit; nihil valeat ex his, quæ testamento scripta sunt: Quoniam fiscus, uti dictum, eô ipso, quando bona illa vacantia ad eum deferuntur, heredis loco habetur. Minoris etiam difficultatis est, quod in *l. quod Divo.* 50. *ff. de manum. testam.* dicitur, libertates non deberi, quando fiscus hereditatem accipit. Quamvis enim ex rescripto D. Marci, de quo ibi sermo est, non debeanter; debentur tamen ex aliis legibus, quibus cavetur ex quibuscunque causis fisco vindicatis hereditatibus, libertates & legata manere. *l. Dicitur.* 14. *ff. de jure fisc.* In eo tamen ab alio differt herede, quod bona intra quadriennium agnoscere teneatur; aliàs possessor præscriptione se tueri possit. *l.* 1. §. *Divus Pius.* 2. *ff. eôd.* B. *Dn. Ludvv. Exerc.* 10. *th.* 5. *lit.* E.

§. 6. Ex testamento & aliis ultimis voluntatibus succedit de Jure Civili, (de Jure etenim Prætorio delatam agnoscit bonorum possessionem. *l.* 3. §. *à municipibus.* 4. *ff. de bon. possess.*) non tantùm tota Univ. sed & certa pars ejusdem. *l. si quis à filio.* 32. §. *fin. ff. de legat.* 1. si relinquatur tota hereditas, vel pars, vel legatum. *l.* 1. *& l. ut inter.* 23. *C. de Sacros. Eccles.* sicut perinde, sicut in privatis, dominium rei legatæ ab ipsa morte testatoris, absque heredis aditione & traditione in eam transeat, per ea, quæ habet *Gothofr. in not. lit.* O. *ad d. l. ut. inter.* 23. *C. eôd.* Ita tamen, ut quod toti corpori, vel determinatæ ejusdem parti,

imò

imo quod Civitatis alicujus Civibus in genere, relictum est, ad Universitatem pertineat. *l. Civibus. 2. ff. de Reb. dub.* Quam *Bart.* eò etiam explicat, ut perinde se res habeat, etiamsi Administratoribus ejusdem sit relictum; intuitu scil. Civitatis: secus verò, si propter percepta ab iis merita, vel propriô ipsorum nomine expressô, vel tantùm quibusdam eorum, iisq; tanquam singulis relinquatur. Illud etiam hîc notandum, quod si alicui societati legatum aliquid sit ad publicum usum, ejusque numerus postea augeatur, ille tantùm intelligatur, qui fuit tempore concessionis; si scil. verbis singularibus & distributivis sit datum, *arg. l. uxorem. 41. §. testamento. 4. ff. de leg. 3.* si verò Universalibus, tùm quoque illi, qui noviter insuper accesserunt, etiam admittuntur. *Perez. ad Cod. de Privil. Corp. Urb. Rom. n. ult.* Relinquitur verò hereditas & legatum illi, vel directò. *l. 1. & l. ut inter. 23. C. de SS. Eccles.* vel per fideicommissum; idque aut ut ipsa restituat. *l. 1. §. si autem. 15. ff. ad SCt. Trebell.* vel ut ipsi restituatur. *l. omnibus. 26. eôd.* Ipsa si restituere necesse habet, ex SCto Trebelliano quartæ partis & fructus ejus restitutio ipsi debetur. *l. 3. C. ad SCt. Trebell.* & satisdatio, quæ alias ab herede fiduciario requiritur, illi remitti solet, etiamsi quando necessitas dandi intercedat; sed repromittit saltem voluntati defuncti statum iri; *l. si quando 6. §. 1. ff. ut legat. sive fideicomm. serv. caus. cav.* At si in mora restituendi fideicommissum fuerit, à die moræ ad usuras; quas tamen repetit ab Administratoribus, qui solvere supersederunt, tenetur. *l. qui solidum. 78. §. etiam respublica. 2. ff. de leg. 2.* Quemadmodum & vicissim in legato vel fideicommisso, quod sibi est restituendum ad usuras tenetur heres fiduciarius, qui restituere cessat. *l. cum quidam. 17. §. ult. ff. de Usur. l. si legatum. 5. pr. ff. de operib. publ.* Ubi verò, etiamsi legatum vel fideicommissum sit conditionale, Administratoribus incumbit exigere cautionem; quam si petere neglexerint, quanti Reip. interest, possunt, si interea heres lapsus facultatibus solvendo amplius non sit, conveniri. *l. ult. C. de Admin Rerump.* exemplô Magistratus cautionem à Curatore non exigentis. *l. fin. ff. de Magistr. conven.* Aut, si solvendo adhuc sit, Univ. ut pupillus, electionem habet agendi, vel contra heredem, vel Administratorem; ut hic de suo interesse damnum resarciat, quod Resp. patitur. *l. ult. §. penult. ff. de adm. rer. ad Civit. pertin.*

§. 7. Illud parum refert, utrum hereditas, vel legatum absolutè,

an

an ad certam causam relinquatur. Quod si ad certam causam, memoriæ conservandæ causâ, aliquid sit relictum, idque ad eam sufficiens & opus sit licitum; exequenda sine dubio erit Testatoris voluntas: quod si verò opus sit illicitum, neque testator de alio caverit in omnem eventum perficiendo; ne, quod defunctus toti legavit corpori, lucro cedat hæredum, adhibitis heredibus, & Univers primoribus est dispiciendum, in quam rem converti debeat legatum, ut memoriâ testatoris aliô & licitô genere celebretur. *l. legatum 16. ff. de usu & usufr. leg. Dn. Struv. Syntagm. Civ. Exerc. 35. th. 38.* Ideò & si aliquod opus fieri testator jusserit, quod Falcidiæ legis interventu fieri non potest: permittitur ei summam, quæ eô nomine debetur in id, quòd maxime necessarium, reip. videbitur, convertere: Sique plures summæ in plura opera fuerint legata & legis Falcidiæ interventu, id quod relinquitur, omnium operum extructioni non sufficit; in opus aliquod, quod Univ. placuerit, erogare permittitur. *l. legatam. 4. ff. de admin. Rer. ad Civ. pertin.* Quod verò expresse ad pias causas est legatum, ad alios usus, nisi æquè pios, non debet converti. *Bart. in d. l. 16. ff. de usu & usufr. leg. VVesenb. Consil. 27. n. 8. Modest. Pistor. vol. 1. Consil. 54. n. 33. & 2. Consil. 18. n. 37. Hieronym. Schurff. 1. Cons. 90. n. 13.* idque consensu quidem & auctoritate Pontificis, aut alterius, qui ejus nomine Ecclesiæ ibidem præest & hac potestate gaudet. *clement. 3. cap. quia contingit. de relig. dom. Modest. Pist. 1. Cons. 43. n. 38. & 2. Cons. 18. n. 38. Schurff. 1. Cons. 48. n. 11.*) Quæ tamen auctoritas & jurisdictio Ecclesiastica in Aug. Confessionis ordines propter pacem religiosam hodiè nulla superest, sed ad magistratum politicum fuit translata, uti pluribus *cap. 1. § 3. dictum*

§. 8. Relinquuntur autem illi non tantùm res corporales, bona mobilia & immobilia, sed & incorporales & jura. Ita & cum personam repræsentet non mortuam, sicut hæreditas; sed viventem, & tum demum pro mortua habeatur, si aratrum, uti passa est olim Carthago, in ea inducatur, vel aliô modo destruatur; legatum quoque adquirit usumfructum, *l. si usufr. 21. ff. quib. mod. usufr.* qui tamen ne perpetuus sit, si Univ. prædictô modô esse non desinat, & sic semper ita abscedente usufr. nulla proprietatis esset utilitas, ad centum annos est restrictus. *l. si usufructus municipibus. 8. ff. de usu & usufr. leg.* & aliàs quoque non utendo amittitur. *l. Mevius 66. §. fin. ff. de legat. 2.* Huic usufructui adeò non dissimile est quoque legatum Civitatis annuum, *l. in singulos 8. ff. de*

ff. de ann. legat. nisi quod hoc sit perpetuum & spatiô centum annorum non definiatur. *l. 6. in fin. l. 20. §. 1. in fin. eôd. Dn. Struve Exerc. 35. th. 29. Joachim. Schnob. Disp. ad Pand. 17. th. 6. Covarr. 3. resol. 9. n. 10. Gomez. 2. resol 15. n. 20.* ita ut ejusdem præstationi ne longissimô quidem tempore præscribatur. *l 7. §. ult. & ibi Gl. & Azo in summ. C. de præscript. 30. vel 40. ann. Gomez. 2. resol 11. n. 45.* cum tot sint præstationes, quot sunt anni, *Gail. 2. obs. 73. n. 1. seq.* Differentiam cur non illo æquè, ut in hoc sit perpetuitas & ab omni præscriptione libera annectit *Cujac. ad l. 8. ff. de usu & usufr. leg.* quod cum relinquatur annuum legatum Universitati, plenam proprietatem in perpetuum hæres retineat, nec ea re quisquam lædatur, si ea pensitatio judicetur esse perpetua; ususfructus verò si esset sempiternus, magnoperè proprietatrius læderetur; cum ita proprietas apud heredem esset inutilis, propter legatum annuum autem inutilis non reddatur. *Covarruv. d. 3. resol 9. n. 10.* Ut ut autem reip. alicui in annos singulos legatum sit, si ultra dodrantem legatis hereditas sit exhausta, tantùm videtur modô legatum, quantum sufficit ad usuras trientes ejus summæ, quæ legata est, colligendas. *l. 3. § fin ff. ad L. Falcid.* & non quoad municipiorum tantùm legata, sed & ea, quæ DEO & ad pias causas sunt destinata. *l. 1. §. ad municipium 5. ff. eôd.* Quem textum mitiùs quodammodo explicavit, & pias causas exemit. *Auth. similiter C. ad L. Falcid. ex Nov. 131. c. 12.* à qua tamen exceptione cætera mercatorum & opificum collegia excludit *Tiraq. tract. de priv. pia causa, privil. 46. & 62. vers. item relictum fraternitatibus. & vers. contrarium tamen tenet.* De cætero verò non excipitur Ecclesia in aditione hereditatis, quò minùs teneatur ultra vires hereditarias, si inventarium non confecerit, & cum dato à lege beneficio inventrarii hæreditatem non adierit, legatis exhaustam, aut nominorum multitudine obligatam; sed æquè tenebitur ut & alia aliqua Univ. jure fiscali gaudens; propter expressa & generalia verba, quæ in *Nov. 1. c. 4. §. ult. habentur,* & nullibi in Jure Canonico reprobantur; quod scil. ea dispositio locum habeat in omni persona sive sacerdotali, sive imperiali; cum & æquè transcenderit leges, quibus cautè omnia agens nihil poterat damnificari; sed ex diverso potiùs, si legatis fuisset hereditas exhausta, propter L. Falcidiam lucrari. *d. Nov. 1. c. 2. §. 2. B. Dn. Ludvv. Exerc. Imp. 8. th. 10. lit. D.* Nec juvat eam, quod in *auth. sicut C. de SS. Eccles.* prohibetur, ne qua sterilis ei detur possessio

fessio vel onerosa. Hoc enim exaudiendum de casu necessario, quando præter voluntatem & culpam invita quid agere compellitur; hîc verò casus sese obviam fert voluntarius, ubi in arbitrio erat Ecclesiæ vel cum, vel sine beneficio inventarii, vel planè non adire hereditatem, & damnum inde quod sentit, propterea quod indultum sibi beneficium neglexit, cum suâ culpa sentiat, non sentire videtur. *l. 203. ff. d. R. I.* Secus autem est, si propter delicta vel alia de causa bona sint vacantia, aut adversus omissam inventarii confectionem restitutionem in integrum petierit. *Steph. ad d. Nov. 1. Facbin. l. 6. controvers. 20. & 21.*

§. 9. Sed quæ jam dicta, sunt accipienda de Collegiis & Universitatibus licitis: Illicitæ siquidem & quæ nullis specialibus privilegiis sunt subnixæ, neque ex testamento, neque ab intestato quicquam capere posse juris est indubitati, *l. 8. C. de hered. instit. Dauth. de testam. substantial. l. 4. num. 300. Petrus Gregorius Tholosanus lib. 42. t. 35. n. 15.* nisi singulis legatum sit, ut ii, non ut Collegium, sed ut certi homines admittantur. *l. cum Senatus. 20. ff. de reb. dub.* Nec valebit, si parti Univ. tanquam sectæ aliquid sit relictum quæ secta de jure prohibita censetur: & propterea in damnum Reip. contenditur. *l. si quis ingenuum. 21. §. in Civilibus. 1. ff. de captiv. & postlim. revers.* quin nec singuli tum possunt quicquam capere, sed ab omni successione removentur. *l. 4. C. de heret. & Manich.* Illicitum quoque habetur collegium omne id, de quo non constat aut certò constare potest, sed de ejus adprobatione dubitatur, & æquè uti illicitum, ita incapax hereditatis, legati vel fideicommissi habetur. *Jas. in l. 8. C. de hered. instit. Bart. & Socin. in d. l. cum Senatus 20. n. 1. ff. de reb. dub.*

§. 10. Cæterum non ex ultima solùm voluntate & dispositionibus testamentariis, sed ex donationibus quoque à viventibus adquirit, sive purè sint factæ, sive cum conditione. Et hæ quidem posteriores ita demum ratæ sunt, si publicæ utilitatis interest; si verò damnosæ sint, conditiones non debent observari. *l. Imperatores. 13. ff. de pollicit.* resque si fuerit tradita, vindicari aut pœnitentiâ revocari nequit. *l. pactum. 3. ff. de pollic.* si verò solùm pollicita, non semper obligatur, qui pollicitus est: sed siquidem ob honorem promiserit, vel aliam justam causam tenetur ex pollicitatione; sin verò sine causa promiserit, non erit obligatus. *l. 1. §. non semper. 1. ff. eod.* nisi opus aliquod

quod facere pollicitus sit, idque cœperit, sive fundamenta jecerit, vel locum purgaverit, vel etiam certam promiserit pecuniam, cujus contemplatione opus cœptum fuerit *d. l. 1. §. 2. 3. 4. ff. eôd.* quoniam inchoatio seriam deliberatamque involvit promissionem. *VVesenb. parat. ff. de pollic. n. 5.* Et non tàm ipse promissor, si quis sui alienive honoris causa opus facturum se in aliqua Civitate pollicitus sit; quàm heres ejus, ad perficiendum tenetur. Et heres quidem extraneus, si promissor inchoaverit, & priusquam perficeret, discesserit, necesse habet, aut perficere id, aut partem quintam patrimonii relicti ab eo, qui cœperat, si ita mallet civitati, in qua id opus fieri cœptum est, dare; ille autem, qui ex numero liberorum est heres, non quintæ, sed decimæ partis concedendæ necessitate adficitur *l. 14. d. t. ff. de Pollic.* Sique aliquod extruendum Testator legaverit, & heredes destinatô tempore non effecerint, usuras Reip. usque ad tertiam centesimam debent. *l. cum quidam. 17. §. ult. ff. de usur.* Ipse licet, qui promisit opus se facturum vel pecuniam daturum, in usuras non conveniatur, *d. l. 1. pr. ff. de pollicit.*

§. 11. Revocatur autem donatio Univ. facta, & in specie etiam Ecclesiæ, si omnia bona, vel ingentem & maximam eorum partem donanti, liberos non habenti, nec de illis cogitanti, postmodum nascantur, aut ejusdem jam nati per subsequens matrimonium legitimentur. *arg. l. si unquam. 8. C. de revoc. donat. Dn. Struv. Syntagm Civ. Exerc. 40. th. 16. Carpzov. Jurispr. For. p. 2. constitut. 12. defin. 32. num. 6. Modest. Pist. p. 2. quæst. 66. Job. Schneidevv. ad §. alia 8. Instit. de donat. Fachin. 3. controvers. 86. Anton. Gomez. tom. 2. Var. resolut. 4. n. 83.* Dummodo illa pars bonorum sit ejus æstimationis, ut verisimile videatur Patrem non fuisse donaturum; si de liberis cogitâsset. *Anton. Fab. in Cod. lib. 8. tit. 36. defin. 9. num. 1. Jul. Clar. lib. 4. sent. §. donatio. quæst 22. vers. fortiùs etiam. Carpz. d. l. n. 7. & 8.* siquidem donatio tacitam hanc in se semper habet conditionem, nisi proprii extiterint liberi, qui itaque si supervenerint, ipsô jure evanescit. *Carpz. d. l. n. 4. Mynf. 5. obs. 63. n. 1.* idque etiam procedit, quando fuerit dubitatum de liberis, *Mynf. 5. observ. 64.* nisi fuerit donatum in ipso matrimonii contractu; aut post liberos jam natos, utpote quô casu non nisi legitima revocatur *Schneidevv. d. l. n. 9.* aut in aliqua parte donationis facta liberorum mentio, aut denique contrarium. probatum. *Mynf. d. observ. n. 1. 6. & 9.* Et ita

hoc etiam obtinere usu fori testantur præter *Mynſ. B. Dn. Ludvv. Exerc. 6. theſ. 9. lit. E. Treutl. vol. 2. Diſp. 19. th. 7. lit. E. ibique Bachov. Cujac. 2. obſ. 20. Tiraq. ad l. 8. Cod. de revoc. donat.* Nec ratio pietatis admittit, alienas ſucceſſiones propriis anteponere. *l. cum avus. 102. ff. de condit. & demonſtrat. l. generaliter. 6. §. cum autem. 1. C. de Inſtit. & Subſtit. l. cum acutiſſimi. 30. C. de fideicommiſſ.* ideoque & quamvis de iis expreſsè cogitaverit, & renuntiaverit juratò etiam, nihil tamen, quod poſſit præjudicare liberis, egiſſe cenſetur. *Treutl d. l. ibique Bachov.* qui tamen hoc reſtringit ad eam immodicam donationem, quâ liberis legitima ſalva non relinquitur; ut eô caſu jus illud eis quæſitum, ſicut nec ullâ ultimâ diſpoſitione, ita nec ullô inter vivos actu, poſſit auferri. *Schneidevv. ad d. §. ſciendum. n. 9. Ant. Fab. in Cod. d. l. 8. tit. 36. defin. 5. num. 5.* De cætero verò, ſicut præſumta & conjecturata voluntas operatur jus revocandi, ita hîc in contrarium expreſſa illud impedit atque excludit. *Dn. Carpz. d. p. 2. Conſt. 12. Defin. 34. n. 4.*

§. 12. Id verò, quod de revocanda donatione propter ſupplendam liberorum legitimam dictum, ampliatur inſuper, ut etiam obtineat, ſi Pater ſuô non uſus jure, ſed confirmatâ potiùs donatione deceſſerit; ſi verò eâ non confirmatâ mortuus ſit, pro firma eam non haberi indubitati eſt juris; ſed jus repetendi, tanquam à Patre transmiſſum liberis relinqui. *Bachov. d. l.* Sin autem ſuperſtite adhuc donatore, liberi, poſt donationem nati, fuerint præmortui, diſtinguendum eſt, ut ſiquidem res nondum fuerit tradita; vel tradita quidem, ſed poſſeſſio tamen ejus repetita; tùm non reconvaleſcat, ſi verò tradita, poſſeſſio non tamen ſit repetita, ipsô jure reconvaluiſſe & ſic confirmata eſſe cenſeatur. *arg. l. poſthumus. 12. ff. de injuſt. rupt. irrit. teſt. l. ex facto. 17. §. ſi quis. 7. ff. ad SCt. Trebell. Dn. Struv. d. Exerc. 40. th. 16. in fin. Treutl. & Bacchov. d. l.* ſi modo tantùm temporis ſupervixerit, quô commodè voluntatem ſuam de revocanda donatione declarare potuerit, nec fecerit. *B. Dn. Ludvv. Exerc. 6. th. 10. lit. E.*

§. 13. Et hæc omnia, quæ de donatione Univ. facta, propter ſupervenientiam liberorum revocanda, dicta ſunt, de Jure Civ. & uſu fori, ita expedita ſunt; de Jure Canonico verò major adparet dubitatio in *c. ult. q. ult. c. 17.* ubi expreſsè ſtatuitur, quod non teneatur Eccleſia vel Epiſcopus, aut alius, qui Eccleſiæ præeſt, jure fori, ſed jure poli tantùm reſtituere. Verùm neq; hæc, neque ulla alia juris Pontif.

sanctio Jure Civ. in hoc derogat; siquidem in d. Canone docente *Magnifico Dn. Struvio in not ad Syntagm. Civ. Exerc. 40. th. 16.* per jus fori non intelligitur Jus Romanum, sed quod favore Ecclesiæ contra Jus Romanum & rationem boni & æquiit repserat; innuens, quasi, ut, licet LL. Civiles earumque Interpp. admitterent ex favore Ecclesiæ donationem ante supervenientes liberos factam retinere, jus poli tamen, sive æquitatem, contrarium svadere. *add. Cunrad. Rittersh. Differ. Juris. Civ. & Can. lib. 3. c. 21. & 22. Dn. Schnob. Disp. ad Pand. 19. th. 31.*

§. 14. Aliter quoque infirmatur sive revocatur donatio Univers. etiam in specie Ecclesiæ facta, si 500. exuperet solidos, seu aureos Ungaricos, ita explicante *Magnifico Dn. Præside, Decis. 22. num. 59. ut & Dn. Struvio in d. Exerc. 40. th. 10.* nec tamen actis fuerit intimata. *l. illud. 19. C. de SS. Eccles. l. sancimus 34. §. aliàs verò. 1. C. de donat. ibiq. Sichard. n. 20. Schneidevv. Comment. ad Instit. d. §. 2. de Don. n. 3. Gail. 2. observ. 39. n. 7. Menoch. 3. Consil. 261. n. 10. seqq.* Hæc enim intimatio cum publicæ utilitatis gratia, ne clandestinis ac domesticis fraudibus facilè quidvis, pro negotii oportunitate, confingi possit; sed temerariis potiùs & effusis largitionibus occurratur, suspicio fraudis & falsitatis tollatur, falsi probationum modi reprimantur, nemoque re sua malè utatur, sit introducta. *l. data. 27. Cod. de donat.* ea propter nec Univers. & in specie Ecclesia, ceu cultrix justitiæ contra hanc intimationem quicquam admittet. *Carpz. d. p. 2. constit. 12. defin. 13. num. 1.* Nec ad evitandam hanc insinuationem simplex & nuda sufficit renunciatio. *arg. l. 55. ff. de leg. 1. Treutl. d. Disp. 19. th. 6. lit. F. ibiq. Bachov.* neque jurata etiam de Jure Civili & usu fori, teste *Carpzov. d. p. 2. constit. 12. defin. 14. in fin.* ubi etiam præjudicium adducit de *Anno 1632.* in simili causa Lipsiæ pronunciatum. De Jure Canonico verò accedens juramentum videtur defectum insinuationis supplere *arg. c. quamvis, de pact. in 6to. Gail. d. 2. observ. 39. n. 14. 15. 16. Harpr. ad d. §. 2. Instit. n. 150.* Quod si verò prædictô modô excedat, nec tamen fuerit insinuata, hoc tantum, quod superfluum est, corruit; reliqua verò quantitas, quæ intra legis terminos constituta est, in suo robore perdurat. *d. l. 34. pr. C. de donat. Dn. Struve. d. Exerc. 40. thes. 10. B. Dn. Ludvv. ad Exerc. 6. th. 10. in fin. Gail. 2. observ. 5. n. 8.*

§. 15. Non tamen requiritur hæc ipsa insinuatio, si Univ. fuerit

donatum ad redemtionem captivorum. *l. 36. pr. C. de donat.* vel reparationem ædium incendiô vel ruinâ corruptarum. *d. l. 36. §. eandem. 2. C. d. t. Dn. Struve, Syntagm. Civ. 6. Exerc. 40. th. 11. & Differt. de ædif. privat. th. 56.* aut à summo Magistratu & Principe; facta donatio. *Auth. Item & à privatis. d. t. C. de donat.* Cujus rationem *Jason. ad l. 34. C. de donat. n. 4.* hanc refert, quod coram eo, tot proceribus & nobilibus præsentibus, nihil occultè nihil fraudulenter fieri possit. *add. Dn. Struve. d. l. Modest. Pistor. 3. quæst. 9. n. 4. Dn. Ludvv. d. l.* ubi &, quod hîc de summo Magistratu & Principe est dictum, ad Principes quoque nostros Germaniæ extendit *cum Harpr. ad d. §. 2. Inst. de donat. n. 144. & 145.* & ad Comites etiam aliosq; immediatos Imperii status refert *Carpz. d. p. 2. Constit. 12. def. 16. n. 3. Schneidevv. ad d. §. 2. n. 31. Hartm. Pistor. p. 3. q. 9. n. 4. Menoch. 1. Conf. 1. n. 374. Zas. 2. Cons. 1. n. 96. Matth. VVesenb. 1. Cons. 27. n 28.* Malè autem ad nobiles, aliosque Magistratus, mixtò meroq; tantùm imperio gaudentes applicari docent *B. Dn. Ludvv. d. l. & Carpz. d. l. n. 7.*

§. 16. Denique & cessat insinuationis necessitas in donatione remuneratoria, propter insigne, quod antehac donans acceperat beneficium, utpote, quæ mera & propria donatio non est. *l. Aquilius. 27. ff. de donat. Carpz. d. p. 2. const. 12. defin. 15. n. 6. Gail. d. 2. obs. 39. n. 24.* Confert enim æquè, ut privatus; Univ. quoque beneficia & de iis, quæ in pecunia, sive patrimonio & commercio Univ. sunt, donat, & aliàs quoque immunitatem & privilegia pro ea, quâ gaudet potestate; privatis & suis subditis concedit; ita tamen, ut omnium & singulorum, quorum interest, consensu fiat; aut ea sit administrationis natura, ut absolutâ & perpetuâ potestate Admin. gaudeant. Nam aliàs debitorem publicum gratis dimittere, aut largiri prohibentur. *l. ambitiosa. 4. de decret. ab ordin fac. l. Præses. 12. C. de transact. Cravett. Consil. 439. n. 1. 2. & Cons. 851. n. 13. Roland. à Valle. 1. Consi. 5. n. 22.* atque indè dubiâ lita quoque contra immunitatem, tanquam odiosam, pronunciatur. *Cravetta. Consil. 851. n. 16. in fin.* nisi pariter publicâ & justâ existente atque legitima remunerationis causâ, inspectâ magnitudine & dignitate ipsius Univ. donantis & qualitate ejus, cui donatur. *Los. p. 3. c. 11. n. 5.* Exemplô Tutorum & Curatorum, qui etiam ex causa remunerationis pupillorum bona donare possunt. *per l. cum plures. 12. §. penult. ff. de admin. tut.* Non autem aliunde de ipsa beneficii, vel meritorum causa constare debet, sed standum Administratorum assertioni, donec probetur contrari-

trarium. Quod si vero quædam immunitas sive privilegium generale, ab Univ. sit concessum, ad incogitata non extenditur; & si vel speciale, perpetuò tamen casus publicæ utilitatis & necessitatis tacitè subintelligitur exceptus. *l. quod semel. 5. ff. de Decret. ab ordin. fac. Cravetta d. Consil. 831. num. 5.* cum necessitas, neque legem agnoscat, neque privilegium: nisi eô casu, quò immunitatis privilegium per Universitatem transivit in contractum, vel quasi; ut si v. g. quibusdam de novo locum aliquem inhabitandi advenientibus privilegia & immunitates sint promissæ, illique hâc conditione inhabitaverint; privilegia, in quæ semel conventum est, facilè non possunt revocari. *propter l. 2. pr. ff. de jure immunit.*

§. 17. Illud etiam, quod Universitas, sive ex testamento, sive ab intestato, vel ex donatione, alióve modo, vel per Universitatem, vel singulariter acquisiverit; non minus, ac privatus aliquis particularis, tàm per servum, quàm liberam personam, eamque vel unam, vel unâ plures, eam repræsentantes possidet. *l. tigni. 7. §. item municipes. 3. ff. ad exhib. l. sed hoc jure. 2. ff. de adq. vel amitt. possess. l. pactum. 3. §. 1. ff. de pollicit. Joh. Vincent. Honded. 1. Consult. 17. n. 76. Cravett. Cons. 383. n. 4.* Possessionem tamen non adquirit ex actibus singulorum, sive privatarum personarum, sed ex eorum facto infertur solùm particularis, non verò universalis possessio. *Ludov. Post. tract. de manutent. obs. 36. num. 2.* etiamsi constet illos particulares actus exercuisse possessorios tanquam in re Univ. & animô possidendi pro Univ. *Idem d. l. num. 3. Honded. d. 1. Cons. 17. n. 9. Cravetta. Consil. 382. n. 4. & Cons. 972. n. 13.* nisi actus illi fuerint facti nomine ipsius Univ. præcedente ejus mandatô. *Idem Cravetta Consil. 317. n. 4.* cum sine mandato per liberam personam non adquiratur possessio. *l. cum servus. 42. §. 1. ff. de adquir. vel amitt. possess. Petrus de Benintendis Decis. 70. n. 3. Cravetta Consil. 383. num. 5.* vel subsequente ratihabitione, quæ alias mandato non absimilis habetur. *l. fin. pr. Cod. ad SCt. maced. l. qui patitur. 18. ff. mandati. Los. p. 3. c. 16. num. 15.* sciente nimirùm & patiente Universitete, sive iis, qui eam administrant. *Postius d. Observ. 36. n. 7. Surd. Consil. 28. n. 33. seqq. Benintend. d. Decis. 70. num. 2.* Siquidem id, quod factum à singulis, censeatur ab Univers. factum, quando Univers. scivit & passa est, nec contradixit factumque non fuerit momentaneum. *Paris. 4. Consil. 91. n. 19. Benintend. d. Decis. 70. n. 19.* tantoque magis, si actus illi ipsius respiciant utilitatem & principaliter ad eam pertineant. *Idem d. l. n. 18.*

§. 18. Præsumitur itaque & probatur ejusmodi ratihabitio, & sic per consequens quoq; Univ. possessio ex actibus successivè continuatis per eos singulares. *Benintend. d. decis. 70. n. 17. Petrus de Ancharan. Cons. 157.* In dubio verò ea non præsumitur, si non communitatis vel eam regentium scientia, vel quæ hanc præsupponit, patientia probetur. *Post. d. obs. 36. n. 15. 16. Card. Tusch. 6. pract. conclus. 42; n. 5.* sufficit etiam probasse particulares quosdam ex illa Ejusdem nomine, & ut Ejusdem tantô tempore possedisse, licet de mandato nihil certi adpareat. *Honded. d. 1. Consil. 81. n. 77.* cum ipsa patientia & præsumta exinde ratihabitio mandati loco sit *Craretta Consil 382. n. 5.* Non probatur autem possessio per testes de Univ. si extranei possint haberi. *Benintend. d. Dec. 70. n. 8.* & causa non tam ipsius Univ. pecuniam sive patrimonium, quàm singulorum præprimis interesse; veluti in pascuis & Sylvis publicis; in quibus singuli de civitate jus pascendi & ligna cædendi habent, principaliter concernat, *propter l. nullus. 10. ff. & l. omnibus 10. C. de testib. Dn. Struve, Syntagm. Civ. Exerc. 28. th. 39. B. Dn. Ludvv. Exerc. 4. th. 2. lit. D. Post. d. obs. 36. n. 1 Menoch. lib. 2. A. J. Q. cas. 106. n. 13. Covarruv. pract. quæst. c. 18. n. 4. Mascard. de probat. conclus. 1414. n. 1. seqq.* & contrarium per testes ab adversa parte productos fuerit probatum. *Benintend. d. Decis. 70. n. 7. Honded. d. consil. 17. n. 39.* nec uni creditur testi affirmanti se nomine & mandato ejusdem possedisse, nisi certò de illo mandato constet. *Benint. d. l. n. 4. Alex. 1. Cons. 13* testimoniumq; suum de pluribus verificaverit actibus possessoriis jussu Univ. factis, *Idem Benint. d. l. n. 6.* resque sit judicio possessorio momentaneo, uti in immissione in possessionem ex Carboniano Edicto; vel quando metus subesset, ne partes ad arma venirent; vel agatur de possessorio, quod est præparatorium ad judicium possessorium plenarium: non verò in ipso hoc plenario, ubi agitur ad sententiam super possessione ferendam, si v. g. agatur pro recuperanda possessione, ubi unicus testis, sive probatio semiplena non sufficit, sed plena exigitur. *Hond. d. 1. consult. 17. n. 7. Menoch. de recup. poss. remed. 15. n. 480. & seqq. n. ult. Riminald. Jun. 2. Cons. 237. n. 66. seqq. Alex. 6. Cons. 139. n. 14. & 7. Cons. 117. n. 3.* Probatur verò insuper & plenâ fide, si probetur ad Univ. instantiam homines, qui in illa re damnum dederunt, fuisse obpigneratos. *Post. d. l. n. 12. Hond. d. Cons. 17. n. 44.*

§. 19. Denique probationis etiam loco est diutina nec interrupta pos-

possessio jure usucapionis vel præscriptionis adquisita. *l. signi. 7. §. item municip 3. ff. ad exhib. l. sed hoc jure. 2. ff. de acq. vel amitt. poss.* ita tamen, ut non præscribant, quamdiu superstites sunt, qui rem esse sciunt alienam, & sic cum malâ fide, quam omnis usucapio & præscriptio abhorret. *pr. Inst. de usucap.* rem alienam possideant, sed tum incipiat, si omnes, qui scivere eam alienam esse, extincti sunt; quales præsumuntur post elapsum immemoriale tempus, utpote quod & requirit *Gylmann 4. & Symphorem. p. 1. vot. 11. n. 75. Cravetta de antiq. temp. c 9. n. 26. Cæpolla tract. de Servit. rust. præd. cap. 9. n. 26.* Hoc enim vim privilegii & concessionis habet etiam absque titulo, *Gail. 1. obs. 21. n. 15.* cum durum sit titulum probare tam longissimæ possessionis. *Dn. Struve Syntagm Civ. Exerc. 43. th. 21.* Probatur autem docente *Mynf. 1. obs. 30.* 1. si testes ad minimum 54. sint annorum & de 40. annis testificentur. 2. necessario dicant communem esse opinionem, & quod de contrario non extet memoria. 3. quod ita semper viderint atque audiverint à suis majoribus. *Gail. 2. obs. 66. num. 7. seqq.* De quibus si jam constet, non dubitatur, quin etiam contra quemcunque superiorem, etiam ipsum Imperatorem, exemtam obtineat præscriptione propriam jurisdictionem, aut aliud quid ejusmodi juris, quod hodiè in Patrimonio est superioris, & ex jure superioritatis conceditur. *Dn. Struve d. Exerc. 43. th. 16.* Ipsamque libertatem, propter R. A. zu Augspurg *de Anno 1548.* §. Wann auch. *56.* §. hätte aber der Ausgezogene 59. & §. Wo aber innerhalb Menschen Gedencken 84. *Thom. Michael. Disp. de jurisd. conclus. 62. lit. F. & G. & conclus. 63 lit. A. Reink. de Regim Sec. & Eccles. lib. 1. class. 5. c. 2. n. 36.* Et si quidem contra alium, quam Imperetorem, v. g. Ducem, aut Comitem Imperii præscriptio cœpta sit, etiam triginta vel quadraginta annorum cursum ad eam implendam sufficere, Dd. communiter concludunt, *teste Knipsch. de Civ. Imp. lib. 2. c. 4. num. 13.* Si scil. superior nequeat probare intra hoc temporis spatium, se ut subjectam gessisse, eôque nomine ad provincialia Comitia comparuisse, onera provincialia sustinuisse, Domini mandatis paruisse; eumque pro judice in prima vel secunda instantia agnovisse, similesque actus edidisse jurisdictionales; & si quæ alia sunt indubitata ejusmodi subjectionis argumenta. Si verò status sit imperii seque ab Imperii jurisdictone velit eximere, propter vehementem pro Imperii matricula præsumptionem, probatio exemtionis sive libertatis in se ipsam, eximentem rejicitur;

ut

ut doceat se post hominum memoriam exemtam Imperio nihil pensitâsse, aut contribuisse, neque Regalia ab Imperatore tantô tempore recognovisse; secundum præscriptam formam procedendi & excipiendi in *d. Recess. August. de Anno 1548. d. §.* Wann auch *56. Gail. 1. obs. 21. num. 15.* Et hæc præscriptio in tantum procedit, ut non tantum Regalia minora, sed & majora, sive Majestatis, quæque Imperatori specialiter reservata sunt in signum supremæ eminentiæ, v. g. concessio superioritatis territorialis, regalium &c. tantô tempore præscribantur, *Sichard. ad Cod. de nov. vectig. instit. n. 5. & 6. Sixtin. de regal. lib. 1. c. 5. n. 144. seqq. Vult. de feud. lib. 1. c. 9. n. 21. Gail. de P. P. c. 6. n. 11.* Salvâ tamen supremâ & extrema ejusdem potestate, & iis quæ ei competunt in signum superioritatis & universalis recognitionis, v. g. obedientia & quæ huic annexa, *arg. cap. cùm non licet. 12. extr. de præscript. Reink. de Reg. Sec. & Eccl. lib. 1. class. 5. num. 34.* Eôdem tamen tempore tradunt præscribi jus exigendi homagii. *Cravetta. Consil. 803. n. 2. Cephal. 2. Cons. 178. n. 21.* collectæ Imperiales per *R. J. de Anno 1548* §. Und sol unser 54. ubi dissertè cautum; Ob einer des Reichs Anschlag befreyet/ darwider wie in solchen Fällen recht ist/ præscribirt, oder sonsten aus erheblichen rechtmessigen Ursachen seine Hülffe dem Reich zu thun nicht schuldig. *& d.* §. Wann auch ein ausgezogener 56. ubi exprimitur in terminis: Im Fall daß ein ausgezogener oder ausziehender Stand ausführen wolte/ daß er des Reichs Anschlag und Hülff wegen privilegirt sey/oder wider die Reichs Anschlag und Hülff legitimè præscribirt hab. *Klock. de contrib. c. 16. sect. 2. num. 14. 15. 16.* atque unicam hanc esse exceptionem præscriptionis in causis fiscalibus, tradit. *Knipsch. de Civ. Imp. lib. 2. c. 9. n. 66.*

§. 20. De jure siquidem civili constat, quod contra functiones ejusmodi publicas, civilem canonem, aliámve quampiam publicam collationem hæc quadragenaria vel cujuscunque etiam temporis præscriptio non admittatur, prout etiam *Gail. 1. obs. 21. n. 16.* docet, *ex l. 6. C. de præscr. 30. vel 40. annorum.* Quem textum verò ad ea tantum, quæ Imperatori in recognitionem Universalis superioritatis debebantur, restringit *Klock. de contribut. d. c. 16. sect. 2. n. 18.* Et huic simile est, quod subditos, qui, stante subjectione, in recognitionem superioritatis operas præstiterunt, etsi per centum annos destiterint, nisi requisiti easdem negaverint, & sic possessionem superiori intervertterint, frustra

præ-

præscriptionem allegare docet *Magnif. Dn. Præses Decis. 98. n. 37.* Cæteræ autem res & jura, quamvis non eô tempore, quô privatorum, præscribantur; sive spectent illæ ad fiscum. §. *res fisci. 5. Inst. de usucap.* sive in genere ad civitatem vel etiam Ecclesiam. *l. usucapionem. 9. ff. eôd.* adquiruntur tamen jure præscriptionis tempore longissimô. *l. fin. C. de fund. patrim.* Ubi hoc juxta communem Dd. etiam opinionem, per quadraginta annos. *add. l. omnes. 4. C. de præscript. 30. vel 40. ann.* In rebus verò testamentô aut donationis vel venditionis titulô concessis per 100. annos definitur; *l. ut inter. 23. C. de SS. Eccles. Dn. Struve Syntagm. Civ. Exerc. 43. th. 24.* Quæ tamen præscriptio centenaria postmodum ad Ecclesiam tantum Romanam fuit restricta. *Auth. quas actiones. C. de SS. Eccles.* Nimirum, ut tradit *Dn Struve d. Exerc. 43. th. 19.* Justinianus sententiâ, quam in *d. l. 23. C. de SS. Eccles.* adprobaverat, in *Nov. 111. & 131.* mutatâ & sublatâ, C. annorum præscriptione, quoad omnes Ecclesias quadragenariam sufficere voluit: Quam & Gregorius I. pariter non exceptâ Romanâ Ecclesiâ, probavit *c. 2. q. 4. XVI.* Recentiores verò Pontifices Johannes VIII. *c fin. q. 3. XVI.* Innocentius III. *c. 13 q. 14. c. 17. in fin. b. t.* in Ecclesia Romana servari voluerunt Justiniani priores constitutiones, ne scil. alia quam C. annorum præscriptio noceat. Et hanc canonicam definitionem secutus est etiam *Irnerius in prædicta Authentica.* In cæteris verò sicuti Univ. contra aliam Univ. præscribit, ita etiam Ecclesia contra Ecclesiam: Sic v. g. si Ecclesiæ cuidam majori, ut matri, minores quædam, ut filiæ, per plures annos fuerint unitæ, atque ex altera posthæc se disjungere & peculiarem sibi constituere velint Ministrum & decimas atq; reditus alios, quos antea tantô tempore Ecclesiæ superiori dederant, illis conferre; non possunt: sed superior tanquam mater retinet, nisi aliud postulaverit necessitas *c. ad audientiam & c. ult. extr. de Eccles. ædif. Berlich. conclus. 7. n. 16. seqq.* In dubio tamen, communi Dd. calculô, libera potiùs præsumitur, quàm alteri subjecta, *Innocent. in c. cum venerabilis. 10. de Except. Decius Consil. 17. Rol. à Valle 1. Cons. 47 n. 10.* Quoad cæteras quoque Univers. species, Castrum, Pagum, quod de C. annorum præscriptione rerum ex testamento, donatione vel venditione ad Univ. pertinentium fuit dictum, *Berlich. 1. Conclus. 8. n. 12.* ita limitat, ut obtineat centenaria tantum præscriptio in ipso debitore principali vel successore universali ejus, qui ipse reliquit donavit aut vendidit; si verò non sit ipse debitor vel ejus successor Univ. tum

præscribat etiam in prædictis IV. casibus contra Univ. sicut contra privatum, communi spatio. Si verò bona sint vacantia, quæ ad fiscum pertineant, & quidem ex causa criminali, sicut ipsorum delictorum persecutio, vicenniô. *l. in omnibus. 13. pr. ff. de divers. & temp. præscript.* si verò propterea sint vacantia, quod heres non adsit, vel sit quidem, sed in capax, *l. edicto. 13. §. 1. ff. de jure fisci.* fisco nondum denunciata & b. f. emtori tradita quadrienniô præscribuntur. *§. res fisci 6. Inst. de Usucap. l. 1. pr. C. de quadr. præscript.* Ipse verò fiscus, si rem aliquam singularem vendiderit, ne aliàs facilè cum eo contrahere quis formidet, sed faciliùs emtorem inveniat, *per l. 2. C. de quadr. præscript.* statim eum Dominum & ab omni actione securum facit; ut si Dominus vindicare velit, intra quadriennium continuum ipsum fiscum convenire necesse habeat, eoque elapsô omninò excludatur. *B. Dn. Ludov. comment. ad Inst. §. ult. de Usucap.*

§. 21. Sed hæc, quæ partim ex jure communi, partim & recentioribus Constitutionibus in præscriptionum causis ratione Universitatum ita obtinent, in foro Saxonico per omnia non attenduntur. Nam ad præscribenda quidem regalia, aliaque Principi in signum superioritatis concessa jura tempus quidem immemoriale servatur. *Consult. Constit. Saxon. tom. 1. p. 5. q. 14. n. 5. & tom. 2. p. 5. q. 42. n. 1. seqq. Petr. Heig. part. 1. q. 16. n. 47. seq.* nisi jura ejusmodi teneat nobilis aut alius quidam privatus, contra quem etiam triginta annis præscribitur. *Idem Berlich. d. l. n. 16. & Vult. lib. 1. feud. c. 9. n. 21.* Et res etiam Univ. mobiles non anno & die, quemadmodum aliæ privatorum, sed ut jure communi, trienniô de jure Saxonico amittuntur. *Berlich. d. conclus. 8. n. 16.* in immobilibus verò quadragenarium tempus observatur. *Hartm. Pist. singul. observ. 90.* ita quidem; ut si quis contra privatum præscribere inceperit, & postea illa res ad Univ. pervenerit, in superfluo tempore, ea, quæ ad adquirendas alias Univ. res, & hîc requiratur temporis præscriptio. *Everh. in Top. loco à toto ad partem n. 3.* sicuti & contra privatum vel laicum rem communem habentem & indivisibilem cum Ecclesia vel Univ. non præscribitur communi illô tempore, quò contra alium privatum, sed fruitur simul beneficiô Ecclesiæ vel Univ. *Panorm. in c. de quarta. 4. extr. de Præscript. n. 19.* Sed hanc quadragenariam præscriptionem adversus Ecclesiam, pro more Juris Saxonici, quæ contra privatos obtinet in præscribendo, per annum & diem amplian-

pliandam vult *Berlich. p. 2. concluf. 7. num. 12.* Contra civitatem verò Remp. & appertinentia, caftra, pagos &c. etiam triginta & unius anni fpatium fufficere, æquè ut contra privatum apparet ex **LandR.** *lib. 1. artic. 29. Confult. Conftit. Sax. tom. 2. part. 5. quæft. 10. & 11. Harm. Pift. d. obf. 90. Berlich. d. concl. 8. n. 10. & 11. Carpz. part. 2. conft. 6. defin. 1. n. 1. & conftit. 5. defin. 6.* quæ & recepta ab *Auguft. Saxon. Elect. part. 2. conft. 6. ubi Dan. Moller. in Comment. n. ult.*

§. 22. Tandem & in hoc capite notandum, amitti etiam Univ. res, jura & privilegia iis non utendo: fi fcil. facultas aliquid faciendi fuit conceffa *arg. l. 1. ff. de nundin.* & intra illud tempus potuerit quidem, fed noluerit uti; non verò fi jufta aliqua de caufa impedita fuerit, aut ob neceffitatem non evinientem ufa non fit; dum fe occafio utendi non obtulit; Quo cafu etiam nec amittit, etiam fi ultra hominum memoriam vel mille annos non fuerit in ufu privilegium. Nec enim tum poterit illi negligentiæ pœna imponi, cum nulla non utendi negligentiæ culpa poffit imputari, & non valenti agere non currat præfcriptio. *l. 1. §. ult. ff. de annal. except. Gail. 2. obf. 60. n. 1. 3.* Sicut & ceffat quoque præfcriptio, fi in expreffa & libera ejus poteftate pofita fuerit conceffio. *Rauchb. p. 2. quæft. Jur. Civ. & Sax. 12. n. 2.* Et hæc quidem fi in non faciendo confiftat, non perditur per fingularium quorundam contraventionem. *c. fi de terra, 6. extr. de privileg.* cum Univ. fentire non debeat, quod per quosdam privatos in fui privilegium fuit actum. *Rosbach. process. crimin. tit. 2. cap. 8. not. 3. n. 2.* nifi longiffimô tempore XL. annorum, quo fcil. tacita præfumitur facta ratihabitio & ab Univ. ratificata renunciatio, quæ aliàs per facta fingulorum univerfis non præjudicat. *c. accidentibus. 15. extr. de privileg. ibique Felin. n. 19. Gail. d. 2. obferv. 60. num. 13. 14. Berlich. d. concluf. 8. n. 13. Modeft. Piftor. 1. Confil. 12. n. 38. & feq. Poftius d. tractat. de manut. obferv. 36. n. 17.* Pariter multò minùs amittit jurisd. ea Civitas, vel Univ. quam Princeps aliquis, licet fua non fit, occupat, & compellit. Cives ad confesfionem, ut fateantur fuam effe, recipiatque ab iis defuper fidelitatis juramentum. *Gail. 2. obferv. 54. n. 8.* cum juramentum ejusmodi, vi & metu extortum non fit obligatorium. *Bl. in l. nec fi volens. n. 1. Cod. d. lib. caufa. Vultej. 3. Marp. Confil. 35. n. 33. Knichen. de jure territ. c. 3. n. 262.* usque adeò, ut nec, etiamfi Summi Principis confirmatio accefferit, quicquam valeat, *Gail. d. l.* nec violento tali invafori inveftituram

concedere possit Imperator. *Klock. de contribut. c. 20. num. 340. & 341.* Bello autem capta, quatenus pristina recuperet jura & Privilegia, *vid. Bürger. Cent. 1. obs. 25.*

Caput IV.

De Jure Univ. ad rem, sive Obligationibus actibusq; extrajudicialibus.

§. 1.

Consideratis Rebus & jure Univ. in re, & quomodo illud adquiratur vel amittatur; ordine jam succedit Jus Univ. ad rem, seu obligatio, quomodo scilicet alios sibi obliget, iisque obligetur. Res enim, bona & jura cum habeat suô jure in patrimonio & commercio; in iisdem quoque Jure Privatorum utitur *arg. l. un. ff. de libert. Univ.* privati loco habetur. *l. 16. ff. d. V. S.* & ex suo contractu non minùs alios sibi obligat, quàm illis obligatur. *Gœdd. ad l. 17. ff. de V. S. num. 20.* sive illi cum Univ. contrahentes de ipsa Univ. sive extranei sint. *Los. p. 3. c. 2. n. 3.* Contrahit autem, paciscitur, similesque actus extrajudiciales exercet, vel per se, vel per suos Administratores, eosque quibus specialiter commissum est. Ipsa Univ. ex proprio contractu, ut efficaciter obligetur; id quod in exiguis Univers. faciliùs fieri poterit, loci cujusque consvetudo est inspicienda & attendenda, omnes Cives, sive membra Univ. solenniter, sonô tubæ, vel pulsatâ campanâ, vel voce præconis, vel aliâ aliquâ consvetâ ratione, legitimè ad locum aliquem publicè eò destinatum convocanda. *Trentacinq. Resolut. pract. lib. 1. tit. quod cujusque Univ. nom. resol. 1. n. 2.* quæ siquidem mandatô superioris facta fuerit convocatio, Jus Univ. residet in iis, qui se præsentes exhibuerunt. *Trentacinq. d. l. n. 3.* si verò perseipsam fuerit convocatio instituta, & ardui præsertim quid subsit negotii, absentes quoque insuper citandi. *arg. l. item si unus. 17. §. fin. & seq. ff. de recept. arbitr.* qui verò, si absque causa comparere detrectaverint, propter contumaciam suam inhabiles & alieni ab Univ. reputantur. *Trentac. d. l. n. 3.* & nihilominùs, ac si præsentes non contradixissent, res expediuntur. Secus autem, si potuerint absque difficultate, & non fuerint vocati; tùm siquidem contemtus unius plus poterit, quàm contradictio multorum. *c. quod sicut. extr. de Elect.* & id, quod judicatum fuit, inter præsentes tantùm judicatum tenebit. *l. de unoquoque. 47. pr. ff. de re judic.* Cæterum convocari & congregari debent simul; &

non

non sufficit, ut singulatim consentiant, sed requiritur consensus in communi & particulari. *Felin. Dec. & alii Dd. in c. cum omnes extr. de Constit.* siquidem tùm, si separatim, & ut singuli consentiant, non Univ. sed propriô nomine consentire videantur. *Trentacinq. d. l. n. 11.* Ille etiam qui tacet circa dispositionem negotiorum pro ipsa Univ. communiter propositorum pro consentiente habetur; cum ex officio teneatur consulere bono communi. *Alphons. Villaguth. tract. de Reb. Eccles. malè alien. restit. lib. 1. c. 5. n. 14.* Minor autem pars, si omnes adfuerint, recedat licet, major tamen nihilominus eundem actum poterit expedire; & illa pars, quæ secessit, habetur, quasi vocata non venisset; cum paria sint non venire & non expectare usque ad finem. *c. certum. q. 3. c. XI.* Nam ideò, quod non facilè inter omnia conveniri posset Univers. membra, ne dissensio publicam impediat utilitatem, receptum est, ut quod publicè per majorem partem factum fuerit, ad omnes referatur. *l. 160. §. 1. ff. de R. I.* & pro eo habeatur, ac si ab omnibus factum esset. *l. quod major. 19. ff. ad municip. B. Dn. Ludvv. Comment. ad d. l. 160. de R. I. Klock. de contribut. c. 6. num. 15.* Idem est, si minor quidem pars ab actu non recesserit, absque rationabili tamen & sufficienti causa dissenserit, tùm enim non attentâ minori, itidem in majori parte Univ. repræsentatur. *c. Ecclesia, 48. extr. de Elect.* Id quod tamen procedit in his tantùm, quæ pluribus, ut universis communia sunt, nec singulis præjudicant. Ubi enim de singulorum præjudicio agitur & interesse, omnium quoque consensus est necessarius; cum quod omnes tangit, ab omnibus quoque debeat adprobari. *l. fin. Cod. de auth. præstand. c. quod omnes. d. R. I. in 6to. B. Dn. Ludvv. in d. Comment. ad l. 160. §. 1. de R. I.* Si scil. actus, qui expediendus, sit voluntarius, si verò non, sed omnino necessarius & utilis ipsi communitati, qualis est. v. g. ad dissolvendum æs alienum, muniendam civitatem, censum Principi solvendum, sufficiet à majori & saniori parte collectam imponi. *c. ult. extr. de his, quæ fiunt à Maj. parte. ibique Panormit.* Subest enim hic causa publica, quæ omnes cives concernit, licet secundario contributio in res & bona singulorum dirigatur. *Perez. ad Cod. de Indiction. num. 16. add. Modest. Pist. lib. 1. Consil. 21. n. 88.* Adminstatores autem Univ. si absolutam & liberam habeant Administrationem atque gubernationem liberè quoque & absque speciali omnium consensu Univers. alios & ipsam aliis obligant; si verò in certis tantùm liberam

pro concessa tantùm potestate, & in iis, ubi ea restricta est, speciale insuper mandatum exhibeant necesse est. *Los. p. 3. c. 3. n. 14.*

§. 2. Alios autem Univ. Administratores obligant, v.g. dando mutuum sub idonea cautione, pignoribus vel hypothecis. *l. si benè collocata. 33. §. 1. ff. de usur.* & idoneo debitori, nec v. c. filiofamilias contra SCtum Maced. *l. nihil. interest. 15. ff. ad SCtm. Maced.* nisi, si peculium aliquod habeat castrense, usque ad ejusdem quantitatem, in qua tanquam Paterfamilias reputatur. *l. 1. §. fin. & l. seq. ff. eòd.* Sed illis, quos superstites integris facultatibus esse perviderint, vel quorum heredes incolumia retinent patrimonia, sortes reip. permittent; ita tamen ut annuas usuras suis quibusque temporibus exolvant; cum simul & utile sit reip. retinere idoneos debitores: & ipsis sit commodum, cumulum debiti minimè nutriri. *l. 2. C. de debit. Civ. ibiq; Perez. num. 1.* Et si benè collocatæ sint & justô tempore pariant usuras, in sortem inquietari debitores non debent; si autem non pariant, reip. securitati, prospicere debent Admin.; dummodo se non exactores præbeant acerbos & contumeliosos, sed moderatos & cum efficacia benignos, & cum instantia humanos: quoniam interest multùm inter insolentiam incuriosam & diligentiam non ambitiosam *d. l. si benè. 33. pr. ff. de usur.* Attamen si aliud imperet necessitas publica, cogi poterunt debitores ad solvendum etiam ante destitutum & præfixum tempus, per ea quæ habet *Jason. in l. 10. n. 3. & 4. ff. de condict. indeb.* Privato equidem hæc non concederetur, propterea, quod plus ita peteret, *§. plus autem. Inst. de act.* Multa autem jure civ. pro utilitate publica vel communi recepta contra rationem disputandi. *l. item vulneratus. 51. in fin. ff. ad L. Aquil.* & simile privilegium fisco in bonis debitoris licet non habeat civitas sive communitas, nisi nominatim à superiori datum sit. *l. simile privilegium. 10. ff. ad municip.* atque fiscus etiam si ante nec suô tempore adversus debitorem agat, actionem amittat. *l. justas. 6. C. de jure fisci* nisi debitor sit exprimipilo constitutus, ut scil. fisco; cujus causam ob necessitates publicas oportet esse potiorem, debita, antequam debitor omninò non solvendo fiat, exolvatur pecunia. *l. 1. C. de condict. ex lege.* hîc tamen æquè ac debitor fisci ex primipilo constitutus propter *d. l. 51. §. ult. ff. ad L. Aquiliam*, & eandem publicæ necessitatis & utilitatis rationem habetur privilegiata. *Los. p. 3. c. 6. n. 5.* Neque impeditur hæc ex actio per generale aliquod rescriptum ab Imp. impetratum, præprimis si debitum

tum spectet ad piam causam, Ecclesiam, vel fiscum. *l. nec damnosa. 3. C. de precib. Imper. offer. Peregrin. de jure fisci. lib. 1. tit. 28.* nisi specialiter in literis illis dilatoriis fuerit expressum. *l. in fraudem. 45. §. fiscalibus. 10. ff. de jure fisci. Dn. Ernestus Cregel in ante alleg. praelect. ad Epit. Jurispr. Georgii Brautlachts. lib. 3. c. 4.*

§ 3. Quamvis etiam usuræ fœnebris pecuniæ citra vinculum stipulationis peti nequeant *l. 3. C. de usur. Dn. Struve Synt. Civ. Exerc. 27. th. 47.* nec actio ex nudo pacto nascatur. *l. jurisg. 7. §. quinimò. 5. ff. de pact.* in creditis tamen ab Univ. pecuniis etiam ex nudo pacto. *l. etiam. 30. ff. de usur. Dn. Struve Synt. Civ. Exerc. 6. th. 20.* & ipsô jure. *l. Gajus. 11. §. 1. eòd.* debentur *Dn. Struve d. Exerc. 27. th. 46.* nec ut in creditis privatorum, quam primum lapsu temporis sortem æquaverunt, sive solutæ fuerint, sive non, currere desinunt. *l. penult. C. de Usur.* sed propter utilitatem publicam favore *Constit. Novell. 160.* ultra duplum, sive alterum tantum currunt. *l. ult. C. eòd.* si non contra Univ. vel personam æquè privilegiatam exigantur, adeoque privilegium cesset. *Matth. Steph. ad d. Nov. 160. n. 2.* Quod si tamen debitor Univ. easdem diutiùs solvere nolit, eandem potest, si nolit, cogere ad thesaurarium, si non sit, constituendum, cui sortem solvere possit. *Ripa in l. 1. §. si autem Collegium n. 9. ff. ad SCtm. Trebell.* vel etiam, si illa Univ. ipsi debitori aliquid debeat, compensationem objicit; & ita se liberat; nisi scil. debitor sit ex causa specialiter excepta in *l. 3. C. de compensat. Dn. Struve Synt. Civ. Exerc. 21. th. 23. Schnob. Disp. ad Pand. 10. th. 9.* Et, cum debitæ Univ. pecuniæ solutæ præjudicet confessio Administratorum, qui constituti aliàs sunt ad publicam recipiendam solutionem. *Castrens. in l. 38. n. 3. de pact.* liberatur debitor Univ. etiam in maxima quantitate per Apodissam ab Admin. generalibus, aut aliis ad hoc officium specialiter deputatis, subscriptam, nec necesse habet probare pecuniam solutam in rem Univ. versam. Vel, licet non sit apodissa subscripta, aliunde tamen constet, quod soluta pecunia in utilitatem communem fuerit usurpata. *l. 1. C. de solut. & lib. debit. Civ. ibiq. Perez. n. 2. Coler. Process. Exec. p. 2. c. 3. n. 353.*

§. 4. Cæterum quia nefas est obnoxiis corporibus alienatis circumscribi Civit. sive Universitates, placuit, si quis debitor Univ. quippiam ex eo patrimonio, quod habuit, cum pecuniam reip. sumeret, distraxerit, donaverit, vel qualibet alia in alium ratione transtulerit, qualitate rei alienatæ perspectâ, atque omnibus debitoris facultatibus

consi-

consideratis, quas habuit, cum pecunia ei crederetur, pro rata ab eo, qui ex debitoris facultatibus aliquid detinet ex sorte atque usuris postulari. *l. apud eos, 2. C. de debit. Civit.* & quidem actione personali, condictione ex lege, juxta Cujacium & Accursium; non verò hypothecariâ, utpote quæ contra quemlibet possessorem in solidum datur. *Perez. ad Cod. de debit. civit. lib. XI.* nisi scil. jure gaudeat fiscali. *l. 2. C. in quibus causis pign. vel hypoth. tacitè contrah. Dn. Strauch. Exerc. ad Pandect. 28. th. 19.* Sicut v. g. Civitas Imperialis hôc jure prælationis gaudet non in bonis tantùm officialium suorum, sed & civium subditorumq; debitorum, ad similitudinem cæterorum Imperii statuum & Fisci Imperialis. *Schurff. 2. Consil. 83. n. 2. Ming. de superiorit. territ. concl. 83.* Et cæteræ quoque Univ. quæ jure fisci gaudent, ratione tributorum & onerum, quæ propter usum & necessitatem publicam imposita sunt; præferuntur omnibus expressam etiam hypothecam habentibus, *l. 1. & 2. C. si propter publ. pensit. l. 1. C. in quib. caus. pign. vel hypoth. Dn. Struv. Exerc. 26. th. 25.* & tàm in ordinariis quàm extraordinariis pensitationibus pro rep. faciendis, *Dn. Struve Exerc. 44. th. 45. Carpz. Jurispr. for. part. 1. constit. 28. defin. 49. VVesenb. paratitl. ff. in quibus causis pign. tac. contrah. n. 5.* publicâ quidem hoc ita jubente utilitate, ut singulorum interesse postponatur. *l. utilitas publica. 3. C. de primipilo.* ne aliàs publicâ ita deficiente pecuniâ & nervô quasi Reip. ipsa Resp. collabatur, & privatorum inde quoque res, quæ à salute publica dependent, simul dispereant; sed ea propter, prout qui rem aliquam suis sumtibus servat, aliis est potior creditoribus. *l. Hujus enim. 6. pr. ff. qui pot. in pign.* ita præ aliis multò magis ea, cujus salus omnes omniumque bona tanquam spiritus sustinet communis, juvanda est, ne egeat *Mevius ad Jus Lubec. lib. 3. tit. 12. n. 3.* Ex quo hoc singulari etiam favore receptum est jure civ., ut ejus quoque bona, qui cum fisco contrahit, quamvis specialiter nihil sit expressum, pignoris titulô obligentur. *l. certum. 2. C. in quibus causis pign. vel hypoth. l. 46. §. 3. ff. de jure fisci.* Non tamen gaudet hâc prærogativâ, si concurrat cum rep. & hæc specialiter pignus acceperit, antequam fisco debitor esset obligatus. *l. si pignus. 8. ff. qui pot. in pign.* sicut & ipsis privatis anteriorem vel generalem hypothecam habentibus non, nisi in bonis post initum cum eo contractum quæsitis, præfertur. *l. si qui 28. ff. de jure fisc.* aut in privati jus succedat *l. fiscus. 6. ff. de jure fisci*, vel si ex delicto debeatur pœna, in bonis postea quæsitis. *l. un.*

l. un. Cod. pœnis fiscal. credit. Dn. Struve Exerc. 26. th. 15. Mevius d. artic. 12. n. 8. 10. Deinde Univ. utitur etiam hypothecariâ, quamvis jure fisci non polleat, si aliunde beneficio aliquô id jus sit nacta, vel specialiter in obligatione pignoris sibi prospexerit, *l. 2. C. de jure reip. l. simile privilegium. 10. ff. ad municip.* Verùm utut tacitâ ex jure fisci *l. aufertur. 46. §. fiscus. 3. l. 1. C. in quibus caus. pign. tac. contrab.* hypothecâ non gaudeat in debitoris sui bonis Univ., neque etiam hypothecariâ actione, in personali tamen ita est privilegiata, ut cæteris omnibus creditoribus personalem duntaxat actionem habentibus præferatur. *l. bonis. 38. §. 1. ff. de reb. auth. jud. possid. VVesenb. in parat. ff. de privil. credit. num. 5. Treutl. vol. 2. Disp. 24. th. 7. lit. F. ibique Bachov. Osvv. Hillig. in Donell. Enucl. lib. 23. c. 15. in not. lit. D. Cujac. lib. 9. obs. 37.* Quia & Ecclesiam, hospitalia, aliaque pia loca, non quoad sortem tantùm, sed & quoad usuras cæteris præferre Creditoribus JCtos & Antecessores Lipsienses per aliquot præjudicia, quæ adducit *Dn. Carpz. part. 1. constit. 28. defin. 171. & 4. Resp. 45. & 46.* refert *Dn. Strauch. d. Exerc. ad ff. 18. & 19.* A qua tamen sententia diversum abire in hac Salana Scabinatum *Magnif. Dn. Præses tract. de concursu credit. c. 7. n. 7. & Dn. Struve Syntagm. Civ. Exerc. 44. th. 56.* pluribus attestantur.

§. 5. Quod si verò unà cum aliis simul privatis bona debitoris habeat obligata, sive expressè sive tacitè, ex principali privilegio vel statuto; communis obtinet regula: sicut prior tempore in hypotheca, ita potior jure. *l. si fundum. 4. C. qui pot. in pign. hab. c. qui prior. 54. de R. J. in 6.* Si verô soli Univ. sint obnoxia, tum, uti *praced. §. dictum*, quoties minùs idoneum deprehenditur ejus patrimonium, cujus nomen est obnoxium, omni diligentiâ & solicitudine inquiritur, ad quos ex qualibet conditione transierint debitoris facultates, & singuli æquâ æstimatione habitâ, pro rata rerum, quas possident, conveniuntur. *l. 2. C. de debit. Civit.* excussô scil. prius debitore principali in reliquum, *l. Moschû. 47. pr. ff. de jure fisci*, ipsique possessores si solverint, vicissim habent actionem personalem contra eum, qui ipsis solventibus liberatur. *l. 2. C. de debit. civit.* Et si contingat debitores bona sua dissipâsse, nec tamen appareat eorum possessor, dispendium quidem ad Univ. pertinet. *d. l. 2. in fin. C. de debit. civit.* ipsi verò Administratores si dederint minùs idoneo, cujus facultates, conditionem & qualitates diligentiùs perscrutari & investigare neglexerint, pro eo

Pp respon-

respondere tenentur. *Perez. ad Cod. de debit. Civit. n. 9.* sed sortis tantùm sustinent damnum, non verò usurarum. *l. un C. de his qui ex offic. quod admin. conven. l. Lucius Titius. 21. §. Paulus respondit. 1. ff. ad municip.* Siquidem in sorte consideretur damnum, in usuris lucrum; & ideò magis Univ. subveniri oporteat circa damnum, quàm circa lucrum, quod facere potuerit. *Perez. ad Cod. d. l. un. C. de his qui ex offic.* Quando autem pro pecunia publica, quam mutuò dederant, pignus acceperint in se quidem inidoneum, à successoribus tamen adprobatum, & pro sufficienti agnitum, liberantur, ipsi, licet debitor non fuerit solvendo & pignus insufficiens; atque eorum loco illi, qui novissimè illud probarunt, indemnitati Univ. satisfacere tenentur. *l. Titio. 36. §. Titius. 1. ff. ad municip.* Illi quoque Admin. qui negligentes fuerunt in exactione nominum, illaque tempore administrationis suæ deteriora fieri permiserunt, ea propter erunt obstricti; nisi ut minus idonea cum suscepta administratione susceperint. *l. ult. §. penult. ff. de admin. rer. ad civ. pertin.* Si verò fraudis & doli arguatur, aliquis Admin. pecuniamque publicam in usus suos converterit, aut eam apud se retinuerit, si non possit causam allegare justam, ob quam tardiùs intulerit. *l. ult. §. ult. ff. de admin. rer. ad Civ. pertin.* non tantum sortem præstare, & usuras. *l. un. C. de his qui ex offic. quod admin. conven. l. cum quidam. 17. §. eos. 7. ff. de Usur.* atque usurarum usuras. *Borgnin. Decis. 26. n. 64. Los. p. 3. c. ult. n. 39.* sed & ex L. Julia criminis de residuis tenetur. *l. L. Julia. 2. ff. ad L. Jul. pecul.* & tertià parte ampliùs, quàm debet fisco inferre cogitur. *l. L. Julia peculatus, 4. §. quâ lege. 5. ff. eòd.* De hoc etiam, qui ex eo quod ex administratione penes eum remansit, debitor Univ. factus est, accipiendum est, quod dicitur *in l. 1. C. de debit. Civit.* non prius reip. debitorem in eadem ad honores admittendum, quàm id quod debet exolverit. Nam illi, qui non sunt ex administratione debitores, sed mutuam pecuniam à reip. acceperunt, non sunt in ea causa, ut honoribus arceantur. Sed vice solutionis sufficit, quod fidejussoribus, aut pignoribus idoneè caverint. Verùm si ex pollicitatione debeant, nihilominùs ab honoribus excluduntur *per l. rescripto. 6. §. Debitores. 1. ff. d. mun. & honor.* Præterea autem & eum, qui criminis condemnatus est, de residuis, infamem fieri docet *Dn. Struve Syntagm. Civ. Exerc. 49. th. 81.* Ubi tamen annectit, quod tales hodiè extra ordinem communiter puniantur. *Dn. Carpzov. pract. Crimin. 2, q. 85. n. 9.*

n. 9. 15. ex Constitutione verò Elect. Saxon. p. 4. c. 1. si pecunia infra 50. floren. retenta, vel in proprios usus conversa sit, præstatione dupli, vel carcere, sive temporali exiliô; si duplum superioribus restitui nequeat, condemnantur. *Idem d. 2. quæst. 95. num. 26. 27.* Sin verò summam 50. florenorum excedat, fustigatione, ac in perpetuum relegatione puniantur. *Idem d. l. n. 29.* Suspenditur quoque juratus officialis, qui dolô, sive non eâ mente, quod deinceps de suo restituere, vel in rationes referre velit, ultra 100. florenos retinuit, vel in suos usus convertit. *Idem d. l. n. 35. 36. seqq.* nisi pœniteat, & antequam in carcerem detrudatur, sed damnum restituturum esse promittat, *d. q. 85. n. 53.* vel ex culpa saltem, non ex dolo id fecerit, & ita arbitrariè saltem vel carcere, vel pœnâ afficiatur pecuniariâ. *Idem d. l. n. 59. seqq.*

§. 6. Aliis ex mutuo obligatur, sive illud in rem Univ. sit versum, sive non; si legitimè omnes ex illa convocati acceperint. *Hartman. Pistor. quæst. 37. n. 1.* v. g. si Ecclesiæ præsente Capitulo & Prælato datum fuerit, *Los. p. 3. c. 4. n. 9.* Vel Administratores contraxerint ex speciali mandato; sive illud in certam & expressam causam, in quam se accipere dixerint: *arg. l. fin. ff. de Exercit. act.* sive in genere, in non determinatam causam directum fuerit, *arg. l. 1. §. Magistrum. 5. ff. eòd. Los. d. l. n. 11. Posthius Decis. 331. num. 3. & 4.* Vel ipsi Admin. de Concilio communitatis sint, eam repræsentent liberamque & perpetuam habeant administrationem, in rebus tàm maximis, quàm minimis. *Dn. Struve Syntagm. Civ. Exerc. 16. th. 18. seqq. B. Dn. Ludvv. Exerc. 11. th. 4. lit. D. Dn. Carpz. lib. 2. Resp. tit. 10. Resp. 106. n. 1. Köpen. Decis. 60. n. 20. Coler. de Process. Exerc. p. 2 c. 3. n. 348. 353. 354.* Nam tùm omnes contraxisse censentur, si contraxerint hi, qui omnium vice funguntur. *Hartm. Pistor. d. quæst. 37. n. 2.* atque mandatum habent cum libera omnes celebrandi actus, qui aliàs speciale requirunt mandatum. *Köpen. d. l. n. 26. Coler. d. l. n. 362.* Si modò Creditor fidem fecerit, in mutuum, instrumentô expressum, omnes, qui liberam illam super causis & contractibus communitatis administrationem habent, legitimè convocatos consensisse. *Coler. d. l. n. 350. & 364.* omnibusque his præsentibus pecuniam mutuô fuisse numeratam. *Ant. Fab. in rational. ad l. Civitas. 27. ff. de Reb. Cred. in fin.* cum paria sint, tradi rem mihi vel alteri meô nomine, me præsente. *l. 1. §. si jusserim. 21. ff. de adquir. possess.* & Creditor fidem potiùs credatur secutus Univ. quàm Administratorum. *Köpen.*

d. l. n. 13. Angel. Consil. 249. Et siquidem super hoc instrumentum exhibeat sigillô Univ. publicô roboratum, illi creditur, licet nomina eorum, qui mutuò acceperunt, in eo subscripta non sint. *Martin. Mager à Schönbergck. de Advoc. Arm. c. 14. n. 86.* Sed aliud tùm erit dicendum, si omnium omninò in Univ., Administratoribus ejusmodi destituta, requiratur consensus, ubi ut singuli de Univ. nomina sua subscribant necesse est. Atque ita efficaciter obligatur, licet constet non in rem Univ. *Gail. de arrest. Imp. c. 9. n. 6.* sed in Principis vel alterius utilitatem principaliter versam fuisse mutuò datam pecuniam. *l. si is, qui bona. 11. pr. ff. de pignor. & ibi Dd. communiter. l. liberto. 31. pr. ff. de neg. gest. Fachin. lib. 2. controvers. cap. 75. Carpz. p. 2. Constit. 6. defin. 18. num. 11. Gail. in tract. de arrest. d. l. Mantica de tacit. & ambig. convent. tit. 13.* Nec Princeps etiamsi ad eum pervenerit, propterea poterit conveniri. *l. eum à quo. 16. C. de solut.* cum ab his solis condicatur pecunia, quibus initio data est, non quibus porrò proficit. *l. his solis. 49. ff. de condict. indeb. l. eum cui mutuam. Cod. de O. & A. l. non adversus. 15. C. si cert. pet. l. si is. 8. Cod. depos.* Idem juris est, si pro Principe vel alio pecuniam mutuò accipiente fidejusserit. Nam & illam eâ ratione, quâ ex mutuo, ex fidejussione obligari, idque quotidianam experientiam plùs quàm liquidò probare testatur *Hering. de fidejuss. cap. 7. n. 629. add. Hartm. Pistor. d. quaest. 37. n. 35. & 60.* nisi hoc expressè, ut in jure municipali Lubecensi. *lib. 2. artic. 4. constitutum,* ne Senatus Lubecensis ullô modô pro Principibus, sive secularibus, sive Ecclesiasticis, interveniat; fidejussionem Univers. nomine ne susciperent, liberè administrantibus sit interdictum. *Besold. Disp. de Univ. 5. c. 6. num. 1.* Sibi enim aliàs imputabit, quod se principalem constituerit debitorem, aut alienam in se susceperit obligationem. *Coler. d. l. num. 333.* Ubi & ita Scabinos Lipsienses contra Civitatem Helmstad, quae se, ut principalis Debitor, pro Principe obligaverat, *Mense Majo, Anno 1554.* & se in lite vertente inter quendam Doctorem & Civitatem Alstet, quae sese obligaverat pro quodam Comite; in Judicio Curiali Anno 1575. pronunciasse scribit. Et noxissimè quoque in Camera Imperiali in Sachen Philipp. Schaden contra Schultheissen / Rath und Gerichts-Personen zu Simmern / Kirchbergk und Strombergk /, injungendo paritionem mandati judicatum fuisse tradit *Bruning. de Univ. th. 56.*

§. 7. Princeps equidem, utut cuncta, quae imperio suo subsunt,

sunt, possideat, quoad protectionem & jurisdictionem pro salute populi, non tamen in patrimonio habet suo & libera dispositione bona, quæ ad communitatem & singulos spectant; & nemini, etiamsi summus Monarcha sit, auferre potest, quod suum, nisi, refusô tamen pretiô, quando summa Reipubl. utilitas id exigat. *Vasq. Illustr. controvers. 1. c. 8. n. 9. Sixtin. de regal. lib. 2. cap. 13. num. 78. Gail. 2. obs. 56. num. 8.* sed publicos suos habet reditus, bona fiscalia, & ordinaria tributa, ex quibus publicæ sustinentur functiones, quibus, &, si debitô utatur modô, nec ultra horum vires inutiles impendat sumtus, contentus esse, nec extra casum necessitatis subditos, extraordinariis pensitationibus & collectationibus in præjudicium libertatis & juris quæsiti gravare, multò minus æs alienum à se contractum ut solverent, cogere. *Coler. d.p. 2. c. 3. num. 332.* adeoque nec obligare poterit, etiamsi pactum de sistendis & arrestandis subditis instrumento inseruerit; cum hoc pactum obligantis potestatem excedat. *l, nullum. 4. C. de Execut. & exact. Paul. de Castro 1. Cons. 20. n. 1. seqq.* Eô tamen casu, quô Univ. unà cum Principe in obligationem consensit, vel pro Principe executivè se obligavit, tàm in bonis, quàm in personis, secundum tenorem instrumenti arrestari & detineri poterunt, tàm singuli, quàm Universi, etiamsi manifestò constet, pecuniam non ad Univ. sed cameram superioris pervenisse, & ex illius ærario hactenus pensiones solutas fuisse, ita ut nihil redierit, ad utilitatem communem. *Coler. d. l. n. 334.* Quemadmodum propter mutuum, quod ad ipsam Univ. sive cum omnium consensu, sive per Admin. ab eadem mandatum vel speciale, vel cum libera & absoluta administrandi potestate etiam facultatem obligandi singulorum bona & personas habentes, pervenit; bona quoque & personæ singularium, si sc. in instrumento obligationis id fuerit verbis usu receptis expressum & sigillô communitatis confirmatum, in defectum solutionis ubicunque capi, arrestari vel detineri possunt. *Köpen. d. decis. 60. n. 24.* modò obligatio illa fiat generaliter in singulos & non specialiter in quorundam præjudicium. *Simon. Pistor. Consil. 13. n. 7.* Non tamen ulterius quilibet ex his censetur obligatus, nisi in viriles partes, pro facultatib9 patrimonii, quod si specialiter clausula illa; omnes & singulos in solidum obligamus; non fuerit in obligatione expressa. *Berlich. concl. 76. n. 21. Simon Pistor. d. l. n. 8.* quia tùm factum Administratorum pro facto singulorum habetur. *Coler. d. l. n. 351.* Quod si tamen

tamen Univ. nomine conventus, arrestatus vel personaliter detentus, solidum debitum exolverit, indemnis debet haberi & liberari, illudque, quod debetur, & Univ. causa solutum, ex publico & communi ærario refundi. *Coler. d. l. n. 369. Köpen. d. Decis. 60. n. 29. Borgnin. Calvacan. 1. Decis. 1. num. 36. Alex. 1. Cons. 147. n. 2. vers cum ibi notatis.* Sunt enim & cæteri omnes, quasi correi debendi. *Klock de Contribut. c. 19. n. 31.* & unus correorum ita solvens, ab aliis partem repetere potest. *Dn. Struve Exerc. 47. th. 28. Thesaur. decis. 191. num. 4. seqq. Cephal. cons. 174. num. 46.*

§. 8. Adcuratè tamen erit discernenda hæc obligandi potestas ex publica Administratorum constitutione; ita quidem, ut etsi omne penes illos sit jurisdictionis exercitium, non tamen expressè indultum, ut quicquid de capite & fortunis singulorum civium, pro usu reip. statuerint, ratum sit, non valeat ea obligatio quoad singulos, qui eidem specialiter non assensérunt. *Mev. de arrest. c. 8. n. 211. Gail. de arrest. c. 9. num. 7. seqq.* Et utut etiam omnis contrahendi obligandique potestas ipsis sit commissa evidens tamen ut etiam utilitas & necessitas hanc obligationem sive propriam, sive alienam, *arg. c. quod quibusdam. 4. extr. de fidejuss. Mevius ad jus Lübec. p. 2. tit. 3. artic. 4. n. 11.* svadeat necesse est. *Idem de arrest. d. l. n. 218.* Et hac ratione Cives Civitatum Imperialium, ut singulos etiam, ad pœnam repressaliarum posse obligari à Magistratibus suis, utpote quorum potestas magna & contractus vim legis obtinet, per argumentum à contrario sensu deductum adstruere videtur *Gail. d. l. add. Joachim. Bürger cent. 3. observ. 35.* Utitur enim alàs Univ. jure minorum & ex fidejussione aliter non obligatur, nisi aliqua exinde, si non principaliter, per consequentiam tamen, ad eam perveniat utilitas. *Matth. Wesenb. Cons. 111. n. 2.* Quô casu &, cum læsio ex ipsa natura rei satis perspicua esse videatur, etiam absque ulteriori læsionis probatione, facilè impetrabit restitutionem in integrum. *Hartm. Pist. 3. quæst. 37. num. 60.* Id quod tamen si evenerit, ex æquitate, ne decipiatur, qui fidem Univ. secutus, licet ipsa civitas obligata non sit, obligatos tamen habebit Administratores; etiam finitô eorum officio, perinde, ut in mutuo, quod ab Admin. simplicibus contractum & in publicum usum conversum non est: Cum mutuum & fidejussio æquiparentur. *l. & primo. 2. §. 1. ff. ad SCtm. Vellej. d. c. quod quibusdam. 4. extr. de fidejuss. Mevius ad jus Lübec. d. l. n. 15.* Verum alia

longè ratio est administrationis eorum, qui illegitimè, forte per impressionem, motum aut seditionem popularem, sine justa vel ordinaria electione ad illam potestatem & sigillum Univ. alicujus, provinciæ vel civitatis pervenerunt, illudque usurpârunt non ex libero consensu populi, sed tantum coactâ voluntate, cum contra illos eorumque asseclas tanquam potentiores, ne quidem mutire audérent subditi, *arg. l. si mulier 21. §. fin. pr. ff. quod met. caus.* Ubi & coacta voluntas dicitur voluntas. Vel etiam si præter jus & ordinem communis electionis intrudantur, per superioris auctoritatem; id quod crebrò in municipiis fieri solet, cooptando in numerum Administratorum, sive senatorum, eos, quos suô magis, quàm Civitatis & boni publici studiô invigilaturos esse confidunt: obediens enim & hîc non perdit deinceps jus contradicenti. *l. cum aliquis. 21. C. de jure delib. ibiq; Bald.* Horum enim potentiam qui reformidant inferiores, superiores agnoscunt, permittendo ipsis jurisdictionem & regimen; quæ tamen permissio cum ex metu fiat, ipsô jure non valet. *arg. l. si mulier. 21. §. si dos. 3. ff. quod met. caus.* Nec, etiamsi Univ. nomine pecuniam acceperint, singulorumque bona & personas obligaverint, communique sigillô obligationem confirmaverint, exinde obligatio convalescit; nisi constet in rem Univ. versam fuisse pecuniam, & ita æquitas succurrat naturalis. *l. si is qui 11. ff. de pign. & hypoth. l. civitas. 27. ff. de reb. cred. Coler. de process. Exec. p. 2. c. 3. n. 343.*

§. 9. Pariter cessat laxior illa potestas obligandi, si Administratores simplicem tantùm habeant administrationem, nec speciale ad contrahendum mandatum; tunc enim si absque consensu Univ. contractum & acceptum Univ. nomine mutuum in rem Ejusdem non fuerit versum, soli tenebuntur, qui contraxerunt Admin. non verò ipsa Universitas. *l. civitas. 27. ff. de reb. cred. Magnif. Dn. Præses tract. de contractibus Disp. 2. de mutuo. th. 5. Dn. Struve Syntagm. Civ. Exerc. 16. th. 19. B. Dn. Ludvv. Exerc 11. th. 4. lit. D. Dn. Carpzov. part. 2. Constit. 6. defin. 21.* Ne scilicet is, qui fidem Admin. secutus, manifestam rei suæ jacturam subeat, contra æquitatem. *arg. l. si me & Titium. 32. ff. de reb. cred.* Illud etiam, quod in *d. l. civitas. 27. d. R. C.* de civitate dicitur de aliis quoque Univ. speciebus ex audiendum esse, veluti; Castris, Pagis, Collegiis & præprimis Ecclesia, & similibus, monet *Dn. Struve d. l. th. 20.* Aliud tamen erit, utut in rem Univ. mutuum non fuerit versum, si Universitas con-

tractum

tractum mutui ab Administratoribus celebratum ex posttacto ratificaverit. *l. ei qui. 7. §. ult. in fin. C. quod cum eo qui in alien. potest.* Nam hôc casu efficaciter obligatur, *arg. l. si procuratori. 14. ff. de condict. caus dat.* cum ratihabitio contractuum efficiat ejus, cujus antea non erat, sed contemplatione illius saltem gestum *l. si pupilli. 6. §. item quaeritur. 9. ff. de neg. gest.* & ita Univ. jure retrotractionis perinde habeatur ac si à principio consensisset, totumq; actum perfecisset. *Berlich. decis. 148. n. 19. Fr. Mantica. lib. 4. de tacit. & ambig. convent. tit. 6. n. 65. & lib. 8. tit. 13. n. 8. Zanger. de except. p. 3. c. 12. n. 36.* Ubi autem ipsa Univ. ex mutuo non obligatur, fidejussores quoque, si qui pro Univ. intervenerint, propterea multò minùs tenebuntur. *Gœdd. de reb. cred. c. 2. n. 247.* cum non possit fidejussor, velut persona accessoria, de aliquo esse obstrictus, etiamsi juratô promiserit, nisi principalis de eodem sit. *l. 1. l. graecè. 8. § 1. l. fidejussor. 16. l. si debitori. 47. ff. de fidejuss. l. cum principalis. 178. ff. de R. J. c. accessorium. de R. J. in 6. Treutl. vol. 2. Disp. 28. th. 3. lit. H. Hering. de fidej. c. 10. n. 18. seq. & n. 94. seq.*

§.10. Quamvis verò simplici tantùm gaudeant administratione, qui pecuniam Univ. nomine mutuam acceperunt, quod si tamen constet, in publicam fuisse adhibitam utilitatem, naturalis aequitas exposcit, Univers. ad restitutionem teneri. *l. si is qui. 11. ff. de pign. & hypothec.* cum jure naturae sit aequum, neminem cum alterius damno locupletari. *l. jure naturae. 207. ff. de R. J.* Ut autem adpareat versio, creditores manifestè doceant oportet, per ea quae tradit *B. Dn. Ludov. Exerc. 11. th. 4. lit. D.* vel per testes idoneos, vel publica instrumenta, vel per apertam facti naturam, veluti per sensum oculorum; pecuniam à se numeratam actualiter in certam rem, causamque aliquam utilem Reip. expensam; aut creditori alicui Univ. satisfactum; aut aliâ aliquâ ratione publicam fuisse quaesitam utilitatem. Quae autem probatio versionis cum sit maximè difficilis, & facti alieni; causa ignorantiae habetur probabilis; ideò & creditori, cui hoc onus probandi incumbit, in defectu hujus, eatenus judex, si fuerit imploratus, subveniet, ut libri rationum, ab Administratoribus confecti ipsi exhibeantur & demonstrentur, & ex officio quoque imponet Administratoribus, ut, si à creditore interpellati fuissent, liti assisterent, & versionis probationes suggererent. *l. si parentes. 20. & l. emti actio. 21. C. de Evict. Gail. de arrest. Imper. c. 9. n. 5.* idque si facere recusaverint, contra ipsos, ceu suspectos actio poterit in-

tentari,

tentari, *Hartm. Pistor. d. q. 37. n. 4.* Quin & à principio antequam cum Univ. experiatur, judicis officium poterit implorare, ut cogantur Admin. ostendere, quò pervenerit mutuum. *Idem d. l. num. 43.* Quamvis enim regulariter actor teneatur proprias intentionis suæ adferre probationes. *l. nimis grave, 7. C. de testib.* non verò initium probationis è domo rei sumere. *l. de minore. 10. §. nec debet. 4. ff. de quæstion.* neque juris neque æquitatis ratio alienorum instrumentorum potestatem inspiciendi admittat. *l. qui accusare. 4. C. de Edend. c. 1. extr. de probat. Berlich. decis. 56. n. 7 & seq. Coler. p. 1. c. 2. n. 119.* multò minùs originem petitionis ex instrumentis ejus, qui convenitur, fundari conveniat. *l. ult. in fin. C. de Edend.* aliud tamen hîc esse, ubi Univ. rea in suo Archivo habet instrumenta, docet *Wurms. 1. observ. pract. tit. 20. obs. 1. n. 2.* idque ibidem præjudiciô in causa Ducum Holsatiæ contra civitatem Hamburgensem confirmat.

§. 11. Non tumen adeò præcisè requiritur ocularis hæc & necessaria probatio, sed verisimiles etiam conjecturæ rem utiliter collocatam fuisse sufficiunt; quia & illud manifestè adparere dicitur, quod ex conjecturis probabilibus colligitur. *Dn. Struve Syntagm. Civ. Exerc. 16. th. 21. Dn. Carpz. d. l. 2. tit. 10. Resp. 107. n. 6. Hartm. Pist. d. quæst. 37. n. 38. Menoch. d. præsumt. lib. 3. præsumt. 55. n. 4. Mascard. de probat. conclus. 1161. n. 1.* ita tamen, ut hâc in re judiciis arbitrio plurimum tribuatur *per l. testium. 3. §. ejusdem. 2. ff. de testib. per Alciat. in l. civitas. 27. ff. de R. C Menoch. de A. J. Q. lib. 2. cas. 432. n. 35.* Itaque si probetur v. g. necessariam fuisse pecuniam ad necessarium aliquod vel utile implendum, & istud ostendatur fuisse impletum: v. g. si communitati egenæ alimenta fuerint præstita, nec probari queat per alium illi esse subventum; versio præsumitur probata. *arg. l. fin. C. de alim. pupill. præstand. in fin.* Sola verò indigentia mutui ad hoc sufficiens non est. *B. Dn. Ludov. Exerc. 11. th. 4. lit. D. Anton. Fab. in rat. ad d. l. civitas circa fin. Carpz. d. l. n. 9. Angel. Consil. 245.* Nec juvat creditorem, quod ad publicam adhibuisse utilitatem in instrumento profiteantur Administratores. *Köpen. d. Decis. 60. n. 7. Hartm. Pist. d. quæst. 37. n. 31.* etiamsi fidi, diligentes, & probæ fuerint opinionis. *Anton. Faber. d. l.*

§. 12. Sufficit autem si constet semel fuisse in rem versam, nec refert, utrum deinde utilis esse desierit, nec ne. *Dn. Struve Exerc. 16. th. 19.* v. g. si ex pecunia mutuata prædium aliquod emerit, idque statim

igne perierit. *Köpen. d. decis. 60. n. 15. Mascard. de probat. d. conclus. 1161. n. 11. seqq. Menoch. de A. J. Q. d. cas 432. n. 40. 41.* Quin & sufficiet in causam utilem ac necessariam mutuò datam fuisse pecuniam; eamque nihilominus refundere tenebitur Univ. licet illa, citra culpam tamen creditoris, antequam ab Admin. in rem verteretur, casu aliquô fortuitô perierit, v.g. furtô, vel deprædatoribus sublata fuerit. *Carpz. d. p. 2. tit. 20. Resp. 107. n. 13. Hartm. Pist. d. q. 37. n. 40. Köpen. d. l.* Sufficit enim ab initio & tempore contractus utiliter rem gestam fuisse. *l. verum. 11. §. si locupleti. 5. ff. de min.* nec, quæ fortuitis accidere casibus, præstare tenetur creditor. *l. quæ fortuitis. 6. ff. de pign. act.*

§. 13. Probè itaque antequam actionem suam instituat creditor, perpendat eum oportet, an, prædictô modô, sufficientibus probationibus pecuniam mutuatam in rem communitatis fuisse versam sit instructus; ac proinde, ipsâ communitate efficaciter obligatâ certi condictione creditum suum faciliori viâ ab ipsa Univ. possit repetere. *l. 1. ff. de condict. triticar.* Si verò ipse dubitet de versione, atque ita de persona, quæ secum contraxit, incertus sit, in ejus erit arbitrio, an separatim adversus Admin., an verò conjunctim, tàm adversus civitatem, quàm Administratores in uno eodemque libello velit experiri: alternativè tamen & eventualiter. Quamvis enim regulariter non admittatur libellus alternativus. *l. Prætor edixit. 7. §. quod autem Prætor. 4. ff. de injur.* propterea, quod incertitudinem pariat & obscuritatem. *l. ubi autem. 75. §. qui illud 8. ff. de V. O. Treutl. 1. Disp. 4. th. 11. lit. B. Gail. 1. obs. 62. n. 1. seqq. Mynsing. 2. obs. 42.* aliud tamen hîc est dicendum; ubi illa incertitudo petitionis ex facto adversarii oritur, *per l. 1. §. quia autem. 4. in fin. ff. quod legat. Carpz. p. 2. c. 6. defin. 22. n. 3. Berlich. part. 1. conclus 92. n. 9. Hartm. Pistor. d. quæst. 37. n. 45. seqq.* Alternativè autem ita procedat, ut si pecunia Univ. nomine mutuò accepta in rem Univ. versa non esset, ipsimet Administratores ad restitutionem condemnentur. Id quod procul dubio eveniet, si confessi fuerint, se mutuò accepisse. *l. qui mutuam. 13. C. si cert. pet.* si verò prorsus negent se tum temporis in administratione fuisse, multò minùs quicquam accepisse, & contrarii tamen convincantur; condictione furtiva tenentur. *l. quoniam. 18. ff. de condict. furtiv. l. si procuratori 14. in fin. ff. de condict. causa datâ, causâ non secutâ.*

§. 14. Quod si verò ipsi quidem fuerint confessi, se accepisse, ipsam

ipsam verò versionem prætendant, ipsimet etiam probare necesse habent. *Dn. Struve Syntagm. Civ. Exerc. 16. th. 21. Franc. Mantic. de tacit. & ambig. convent. tit. 13. num. 19. & seq.* & eô tempore sese fuisse legitimos Admin. cum speciali mandato obligandi Univ. & ipsius cives pro mutuo accipiendo, & illud acceptum in Reip. usum fuisse conversum. *Bürger. cent. 3. observ. 35. Gail. de arrest. Imp. c. 9. n. 5.* ne scil. aliàs stet præsumtio versionis in rem propriam. *Carpz. d. p. 2. const. 6. defin. 23. n. 5. seqq. Coler. de process. Execut. p. 2. c. 3. n. 351.* Et in his probandis si deficiant, & adpareat, falsò illos speciale mandatum ad mutuò sumendam pecuniam prætexisse, ex defectu potestatis ipsa obligationis quoque deficit substantia, ita quidem, ut illi de dolo conveniantur, quod se pro talibus gesserint, quales non fuerant. *arg. l. si legatarius. 23. & l. quidam debitor. 38. ff. de dolo. Gail. de arrest. d. c. 9. n. 5. Hartm. Pist. d. q. 37. n. 69.* Si verò simpliciter tantùm ut Administratores contraxerint, sive veri, sive falsi fuerint, ex eo tamen, quod contrahens cum illis pecuniam mutuô acceptam in emolumentum publicum adhibitum iri crediderit; condictione causâ datâ, causâ non secuta poterunt conveniri; & mutuum, quod utilitatis publicæ causâ datum, causâ hâc non secutâ repeti. *d. l. si procuratori. 21. ff. de condict. caus. dat. caus. non secut. Gail. de arrest. d. l.* Certi autem condictione, cum non eô fine, ut accipientis Reip. curatoris fieret, mutuum fuerit datum, non poterunt conveniri; quia sola pecuniæ numeratio non constituit mutui contractum, nisi & id simul agatur, ut accipiens inde obligetur. *l. non omnis. 19. pr. ff. d. R. C.* Id quod præprimis obtinebit, si pro debito Univ. nomine contracto se suaque omnia simul pignori obligaverint. *l. si non subscripsisti. 15. C. de admin. tut.* ubi etiam non tantùm durante, sed & finitô officiô & depositâ administratione, tàm ipsi, quàm eorum heredes possunt conveniri. *l. curatores. 3. §. in eum. 2. ff. de admin. rerum ad Civ. pertin. Borgnin. lib. 1. Decis. 38. Köpen. Decis. 60. num. 10. Pingizer. quæst. Saxon. 38. n. 20. Anton. Fab. ad tit. Cod. de O. & A. defin. 4. 5. 6. 15.* imò etsi expresse fuerint protestati, se nolle ex illo contractu esse obligatos, eos tamen nihilominus teneri condictione ob causam, docent *Dn. Carpz. d. p. 2. const. 6. defin. 23. n. 9. Helricus Hunnius Encyclop. Jur. Universi p. 2. tit. 5. cap. 10. n. 71. Hartm. Pistor. d. q. 37. n. 68. Butigell. ad l. 27. de R. C. n. 25. Alciatus ad eand. n. 24.* Quod si plures quoque fuerint, quibus eadem pecunia mutuò fuit numerata, singuli in solidum

tenebuntur, ita tamen ut ipsi postmodum beneficiô divisionis gaudeant. *Dn. Struve Exerc. 16. th. 22.* Quin & si postquam interpellati negligentes fuerint, capi, & si personam suam simul obligaverint, incarcerari posse; tradit *Ant. Fab. d. defin. 5. & 18.* Nec, ad Univ. exemplum, si à Creditoribus conveniantur, exceptione de non in rem verso tutos esse tradit *Dn. Carpzov. p. 2. constit. 6. defin. 23.* Sed paulò aliter sese hæc habent in iis, qui cum libera administrant, ipsamque contrahendo Univ. repræsentant. Hos enim, cum ex necessitate potiùs, quàm voluntate, publicô hôc fuerint officiô functi. *l. Tutori. 20. C. de neg. gest. tot. t. ff. de mun. & hon.* ulterius, quàm eorum durat administratio, obligari esset periniqvum. *Hartm. Pistor. d. l. n. 55. & observ. singul. 20. Hering. de fidejuss c. 20 §. 31. n. 6.*

§. 15. Quemadmodum verò hi soli tenentur simplices Administratores eô in casu, quando Univ. nomine contraxérunt, pecunia verò ad publicum usum non pervenit. *d. l. Civitas. 27. ff. d. R. C.* ita à contrario sensu, licet Administratores suô propriô nomine non Univ. contemplatione, contraxerint, ipsa tenebitur Univ. si pecunia versa sit in ejus utilitatem. *Butigell. ad l. Civitas. n. 26.* non quidem actione ex mutuo, sed negotiorum gestorum. *arg. l. si pupilli. 6. pr. ff. de neg. gest.* & utili de in rem verso actione. *l. Ei qui. 7. § ult. C. quod cum eo, qui in alien. potest.* ne scil. contra æquitatem naturalem Administratore fortè non solvendô factô, cum alterius damno locupletetur. *l. jure naturæ. 206. ff. d. R. I.*

§. 16. Verùm utut hoc casu, quô non omnium consensu & absque mandato simplices hi Admin. contraxerunt, mutuò accepta pecunia in rem Univ. conversa sit, non tamen, ut illô, quô Admin. cum administratione libera expressam etiam pro necessitate & utilitate Reip. singulorum etiam personas & bona obligandi potestatem habent, singulorum propterea personæ aut jura, sed bona tantùm Univ. communia obligari possunt; cum neque personæ singulares, neque bona eorum sint in potestate & dominio Univ. sed liberæ privatorum dispositioni relictæ; nec plures ita unius rei in solidum possint constitui Domini, contra *l. ut certo. 5. §. si duobus. 15. ff. commodati*; atque ita Univ. quod debet, singuli non debeant. *l. sicut. 7. §. si quid. 1. ff. quod cujusque Univ.* nisi scil. eô casu, de quo supra *hoc cap. §. 5.* dictum, si scil. Administratoribus hisce specialem Universi dederint potestatem se

sua-

suaque obligandi; aut ipsimet se obligaverint omnes & singuli, *Bürger cent.3.obs.53.* nec hîc majoris partis consensus minori,neque uni. *Simon. Pistor. Consil.13 n.5.* potest præjudicare. *Hartm. Pistor. d.quæst.37. n 11.* sed illi tantùm tenentur,qui consenserunt. *Köpen. d. Decis. 60. n.22.* cum res sit,quæ omnes,ut singulos, non ut universos tangat; ideoque & à singulis debeat adprobari. *c.quod omnes. 29.de R.I. in 6to.* Et si quis eorum per vim & injuriam Univ. debitum solvere fuerit coactus, regressus ei dabitur per actionem neg. gest. siquidem contra Universitatem agere malit,quàm contra exactorem. *arg. l. qui utiliter. 45. §.fin.ff. de neg.gest. Klock. de contrib. c.19. n.337.usq. 345. Ant.Fab. ad Cod. de O.& A. defin.14.* Exactores verò ejusmodi, quando singuli obligati non sunt, res vel personas eorum arrestantes, vel capientes debitô privantur aliisque pœnis afficiuntur. *Novell. 52. c. 1. Köpen. d. Decis. 60. n. 19.*

§. 17. Indemnitas verò, quæ & hoc casu ei, qui non obligatus, neque in solidum neque in virilem portionem, per injuriam pro Univ. solvere fuit coactus, non minùs, quàm illi, de quo in *§. præced. 16.* qui in solidum cum cæteris obligatus pro eadem exolvit, præstanda erit de bonis Univ. communibus & ærario publico fieri debet; ita quidem, ut si non sit, unde reddatur, aliunde potiùs mutuò petat, bonaque communia oppignoret, aut omninò vendat, quàm subditos oneret. *Köpen. d. Decis. 60. num. 17. Coler. d. p. 2. c. 3. n. 357. 369* quin & in casu necessitatis, eô præsertim, quò angustia temporis collectæ exactionem non permittit; ita exigente Reipubl salute; mutuum, quod regulariter non contrahitur coactè, à subditis exigitur opulentioribus. *Klock. de ærar. lib. 2. c. 23. per tot. Besold. de ærar. c. 6. n. 2. Bornit. de ærar. lib. 7. cap. 1. Matth. Stephan. de jurisd. lib. 2. p. 2. c. 2. n 122. Fr. Mantica de tacit. & ambig. convent. lib. 8 tit. 5. n 18. Gail. 2. obs. 5. n. 18.* non iis verò paucis tantùm, qui præ aliis forte plebis aut Administratorum invidiæ sunt obnoxii, sed omnibus omninò, penes quos superest, pro modo fortunarum suarum, docente *Klock. de Contribut. cap. 2. n. 50.add. c. 19. n. 345. seqq.* Ubi enim æqualis publicæ utilitatis necessitas, ibi quoque par omnium subsidii levamen esse debet. *arg. l. 1. & 2. ff ad L. Rod. de jact. & l. omnes provinciarum. 12. C. de oper. publ. Gail. de arrest. c. 9. num. 19.* Exigitur autem eô quidem modô, ut in casum denegationis etiam per manus injectionem aliave remedia executiva cogantur. *Hering de fidejuss. c. 8. num. 101. Vasq. lib. 1. controvers. Illustr. c. 6. num. 7.*

Natta. tom. 1. Consil. 12. n. 6. cum ipso jure in casu necessitatis ad mutuandum Reip. & subveniendum fortunis suis sint obstricti. *Bocer. de collect. c. 1. n. 7.* Sunt etenim bona & res illæ singulorum sub eminenti quasi dominio Univ. ita ut Univ. aut qui Univ. nomine funguntur, iis rebus uti, easque perdere etiam & alienare possint, non tantùm ex summa necessitate, ob quam & leges DEI quædam, quanquam generaliter prolatæ, tacitam quandam habent exceptionem. *Hugo Grotius de Jure Belli & Pacis. lib. 1. cap. 4. n. 7 pr.* & privatis quoque jus aliquod in aliena conceditur; sed ob publicam etiam utilitatem, cui privatas cedere illi censendi sunt, qui in civilem cœtum coierunt. *Idem lib. 3. c. 20. n. 7.* Ubi tamen adjicit, quod tùm, si hoc fiat, Univ. teneatur, eis, qui jus suum amisere, damnum sarcire de publico; ita ut in hoc publicum nomen & ipse, qui damnum passus est, contribuat: neque hôc onere levetur Univ. si nunc forte ei præstationi par non sit; sed quandocunque copia suppetierit, exerat sese, quasi sopita obligatio. *Idem ibid. add. Job. de Platea ad l. 1. C. de omni agr. desert. Klock. in d. tract. de contribut. cap. 7. n. 52.* Quod si itaque statuat Univ. ejusmodi civibus tempore illo necessitatis succurrentibus aliquod lucrum, usuræ tanquam illicitæ non erunt: sic v. g. si mutuum illud acceperit cum adjecta conditione & pacto, ut donec Univers. satisfecerit, nihil solvat, pro collectis, contractus valet, nec usurarius dici potest. *Octav. Cacheran. Decis. Senat. Pedem. 95. n. 8. & 9.* cum eô casu Crediter, quasi vim ac injuriam rapinæ patiatur, & propter illam vim impediatur à lucro, proindeque debeat indemnis servari. *Klock. de contribut. c. 7. n. 53. Gail. d. 2. observat. 5. n. 18. Petr. Heig. lib. 2. quæst. jur. 1. n. 146. Vasq. d. l. 1. controvers. illustr. c. 68. n. 8. Job. Petr. Surd. decis. 345. n. 16. & Consil. 23. n. 8.* ita quidem, ut & hoc interesse lucri & damni debeatur, etiamsi nulla intercesserit mora; atque in hoc etiam omnes convenisse Theologos *Dominicum Soto. lib. 6. de I. & I. quæst. 1. art. 3.* ostendere testatur *Mascard. de probat. conclus. 933. n. 41.* Hodiè quoque ne Univ. ejusmodi subsidiis, *à Bald. ad l. 1. C. de operis libert.* dictis Charitativis, sub prætextu necessitatis abutantur, per literas reversales civibus solet caveri. *Bocer. de collect. cap. 1. n. 8.*

§. 18. Sed hoc subsidium à propriis subditis exigendum, cum eô casu, quò obæratæ Univers. executionem à Creditoribus petitam evitare, vel aliquô saltem modô eam differre, datámve fidem omninò libe-

liberare laborant, non tam ad redimendam fidem prosit, quàm ad novam obligationem & aggravanda bona publica occasionem præbeat, qua propter magis consultum erit, si tenuiores ad solvendum facultates suas deprehenderit, ante omnia diligentissimè circumspicere, annon ipsi vicissim aliquid debeat unus, vel alter ex rigorosis hisce suis Creditoribus, eique tùm oppositâ compensatione, usque ad quantitatem liquidam, plenam sibi facere liberationem. *l. in ea. 3. C. de compensat. Jacob. Mastert. in suo tract. de compensat. q. 4. Petr. Gregorius Tholosan. lib. 21. Syntagm. Jur. Univ. c. 22. n. 6.* Tùm si hac ratione executio non possit impediri, nec induciæ ab ipsis Creditoribus impetrari per conventionem, ad Rescriptum Moratorium convolabit, & siquidem omnes ejusdem Creditores Principis sui pareant jurisdictioni, à Principe saltem, qui ejusdem Provinciæ præest. *Limn. jur. publ. lib. 4. c. 8. n. 310.* sin aliorum hinc inde territoriis adhæreant, à summo Principe sive Imperatore. *l. quoties. 2. l. fin. C. de precib. Imp. offer.* indicatâ tamen prius debiti sui qualitate, & non supina negligentia aut culpâ, sed injuriâ, ex accidenti & asperitate fortunæ delapsis facultatibus probatis, sive per seipsam, sive per intercessionales superioris & Magistratûs, *arg. Reform.* guter Policey-Ordnung zu Franckfurth *de Anno 1577. tit. 27.* §. Wann auch solche. *ibi:* Wir seyn von der Obrigkeit egentlich berichtet/ *& ibi:* daß dieselbe Kauff-Leute gläubige Uhrkunden vorbringen. *Roding. Pandect. Camer. lib. 3. tit. 4. in not.* literas gratiæ sive Respirationis, germanicè Anstands-Brieffe contra rigorosas Creditorum exactiones, sive ad quinquennium tantùm, sive ultra illud petet. *Excell. Dn. Ernestus Cregel. in supra alleg. prælect. publ. ad Epitom. Juris publ. Brautlacht. lib. 3. c. 4. Anton. Fab. in Cod. lib. 1. tit. 9. defin. 2. & 18. Hering. de fidejuss. cap. 5. n. 104. Parthen. litigios. l. 2. c. 9. n. 23.* modò illud tempus, quod in arbitrio & potestate est Imperatoris non transiliat septa æquitatis. In dubio tamen ad quinquennium porrigi docet *Dn. Cregel. d. l.* Et hodiè annotatum esse in Aula Cæsaris à multis pro obtinendis ulterioribus moratoriis supplicantes ad constitutionem novissimam. *R. I. de Anno 1654.* ut plurimum remitti refert *Roding. Pandect. Cameral. lib. 1. tit. 12. in fin.* Induciæ tamen hæ moratoriæ aliter vim non habere intelliguntur, postquam impetratæ fuerunt, nisi ad Creditorum instantiam à Debitoribus idonea cautio, quæ communiter per fidejussores fieri solet, fuerit præstita super debiti solutione, *l. universa. 4. C. de*

C. de

C. de precib. Imper. offer. Ant. Fab. d. t. 9. defin. 6. VVurmſ. lib. 1. pract. obſerv. tit. 18. obſerv. 9. & ita proceſſus in Camera decretos Civibus Francofurthanis contra Civitatem Erphurd. Anno 1570. dicit *Roding. d. Pandect. Camer. lib. 3. tit. 14. n. 19.* Hanc etiam tàm neceſſariam eſſe, ut ne quidem ab ipſo Principe remitti poſſit, tradunt *Dn. Cregel. d. l. VVurmſ. d. l. Hering. de fidejuſſ. c. 5. n 128.*

§. 19. Effluxis verò induciis iſtis, nec ſufficienti ære ad ſolutionem congeſsô, non more quorundam privatorum neceſſe habebit obærata Univ. ad miſerabile illud & invidioſum ceſſionis omnium bonorum confugere auxilium. *l propter honorem 5. C. qui bon. ced. poſſ.* ſed beneficiô competentiæ ſatis adhuc erit munita. *Mantz. Deciſ. 1. q. 2. n. 3.* Ne executione auferatur, ex quo ſpiritus ille vitalis, qui continet civitatem, & quo ſine nervo rerum gerendarum nequit ſuſtineri; quô ipsô indiget civium ſocietas, Reip. cura & adminiſtratio, unde Eccleſiæ & Scholæ & hi, qui hiſce & Curiæ inſerviunt, ſuſtententur. *Marant. in ſpec. aur. part. 6. tit. de Exec. n. 51.* Hoc enim privilegium de rebus ad ſuſtinendam Univ. neceſſariis, illi tribuit, non tàm intentio primæva in Univ. coëuntium, quàm neceſſitas ex metu, ne deſtruatur & ita ob æs alienum funditus pereat, ſi ſurripiantur media ſuſtinendi. Quando enim ſingulares & privati, qui ſolvendo non ſunt, vitâ tamen non luunt miſeriam; multò minùs Univerſitates, quarum conſervatio plurium commoditatate & majori etiam inde favore, quàm alicujus particularis, nititur, ad extremam illam miſeriam pro debitorum mole erunt adigendæ, *Mavius Diſcuſſ. Levam. Inop. debit. cap. 4. ſect. 7. n. 37. add. Mantz. Deciſ. Dec. 1. quaeſt. 3. per tot.* Et hoc etiam competentiæ beneficium in ſimili cauſa civitatis in hac Thuringia, Franckenhauſen / contra agentes ſuos adverſus ſe in concurſu creditores adjudicatum civitati in Electorali Lipſiæ Scabinatu Anno 1658. Menſe Juliô: eamq; ipſam ſententiam poſtmodum Anno ſubſequenti 1661. contra eosdem creditores appellantes in Judicio ſupremo Electorali, quod Dresdæ eſt, fuiſſe confirmatam eſt relatum.

§. 20. Executio tandem, ſi nullâ aliâ ratione poſſit impediri, admittitur in bona Univ. communia, antequam ad ſingulorum opes deveniat, *l. 1. §. quod ſi nemo. 2. ff. quod cujusque Univ. Borgnin. Deciſ. 22. n. 3. Fr. Marc. Deciſ. 103. n. 1.* Et ſiquidem omnes ſuos reditus hypothecæ locô obligaverit, tunc in caſu retardatæ ſolutionis in illas penſitationes

parata

parata sit executio; non quidem in ipsum jus imponendi, utpote quod, cum meri sit imperii, nulli privato potest concedi. *l. nemo potest. 70. de R. J.* sed tantùm in commoditates & perceptionem redituum, ita ut Univ. imponat, creditor exigat. *Berlich. p. 1. conclus. 80, n. 33.* De cætero vero executio fiat hunc in modum in res Univ. ut primò quidem bona allodialia, res mobiles & se ipsas moventes, animales viliores, & quæ imprimis servando servari non possunt, juxta *Azon. ad tit. Cod. de vend. reb. Civit. n. 1.* pignori capiantur & distrahantur, earumque si non suffecerit pretium, res demum soli, prædia, villæ, domus & similia excutiantur: & tum denique si nec hæc sint, aut sufficiant, ad jura perveniatur. *arg. l à D. Pio. 15. §. in venditione. 2. seq. ff. de re judic. l. an civitates. 8. ff. quod cujusque Univ. Los. p. 3. c. 3. n. 9.* atque si quæ bona emtorem non invenerint, pignori capta, pro ea, quæ debetur, quantitate creditori adjudicentur. *d. l. 15. §. si pignora. 3. ff. de re judic.*

§. 21. Quemadmodum igitur de nummis & signata moneta, si quæ reperiatur, circa captiones pignorum indubitatum est, eam in continenti posse adsignari creditoribus, usque ad legitimam quantitatem debiti liquidati: idem ita planè procedet etiam in aliis rebus pro vi judicati pignoratis, s. mobilibus sive seipsas moventibus, ut quorum pretium ex eo certum est, quia per singularum hebdomatarum mercatus habentur venales in foro publico, prout sunt frumenta, vinum &c. Et hæc eôdem modô secundum communem valorem statim traduntur & applicantur, quasi de manu in manum, creditoribus jure dominii & frustra subjiciuntur subhastationi. *Bald. in l. 1. n. 8. C. si propter publ. pensit. Dambud. in tract. de subhastat. cap. 2. & 7. Coler. de process. Exec. p. 3. c. 9. n. 44.* Id quod in hisce esculentis & poculentis similibusque rebus mobilibus, quæ servando servari non possunt, bene quidem procedit; in iis verò quæ servari possunt, immobilibus, & juribus aliud dicendum ex. *l. fin. C. de vend. reb. Civit.* Ubi, pro solido tamen cujusque loci more, requiritur, ut non tantùm eorum consensus interveniat, quibus gubernatio & administratio Reip. in arduis negotiis commissa est. *Heig. p. 1. q. 19.* sed & authoritate & decretô Superioris sive Domini, si quem recognoscat, confirmetur *d. l. fin. C. de vend. reb. Civ. l. 2. ibi intercedente Decreto. C. de præd. Decur. lib. X. Besold. de Univ. jur. c. 6. n. 2.* tandemque alienatio fiat sub hasta, ut nimirum præviâ licitatione, is, qui plurimum contulerit, nec forte alius ex

 affe-

affectione, eas consequatur. *Roland. à Valle.1. Consf.90. n.41. & 1.Consf.99. n.19. Los. p.3. c.5. n.9.* Quod ultimum tamen requisitum, subhastationis puta solennitatem hodiè non servari post *Rebuff. de alien. rer. Eccles. n.20. Zas. de reb. Eccles. non alien. n.19.* statuit *Dn. Reiter. in tract. de alienat. c.18. sect. 10. n.20.*

§. 22. Vendenda autem facilè & primô locô inter immobilia non sunt, quæ tuendæ & conservandæ Reip. sunt destinata & necessariâ, veluti, pascua, nemora, sylvæ, piscinæ, molæ. *Klock. de ærar. c.49. n.26.* & acerrima præprimis adhibenda est cautio, ne bona ista immobilia, quæ distrahuntur, irrevocabiliter & in perpetuum abalienentur; sed potiùs cum uno, vel altero creditorum istiusmodi pacta ineantur, ut spes aliqua recuperandi illa bona remaneat. Id quod fiet, si bona illa vel cum pacto de retrovendendo vendantur, vel si ad certum tempus possideri permittantur, usque dum annui proventus vel sortem debiti extenuent, vel totam summam compensent, & postmodum Universitati restituantur. *Hottom. lib.1. quæst. illustr. 1.* Quamvis non desint, qui interdum & ipsi Univ. & creditoribus posterioribus magis putent consultum ipsa bonorum venditione, quàm si antiquioribus ita creditoribus bona Civitatis tamdiu fruenda relinquantur, donec ex fructibus & proventibus eorum ipsis satisfiat, ipsamque & sequentes per L. LX. & C. annos expectare, donec ordo & eos tangat, & interea sorte unà cum usuris carere oporteat. *Mantz. Decis. dec. 1. q. 2. num 54. & 55.*

§. 23. Excussis autem ita rebus Univ. corporalibus, mobilibus & immobilibus, jura demum & nomina ipsius succedunt. *l. in civitates.8. ff. quod cujusque Univ.* Quamvis enim strictô jure aliud pro alio invito creditori solvi non possit, *l. mutuum. 2. §. 1. ff. de reb. cred.* Aliud tamen erit statuendum in hoc casu necessitatis, ubi hodiè etiam specialiter constitutum esse legitur in neuer Sächs. Proceß-Ordn. *tit.39. §.* Endlichen *ibi:* Auf den Fall (quæ verba necessitatem præcisam innuere docent *Coler. de process. Exec. p. 1. c. 5. num. 26. & 58. Rauch. quæst. 2. n. 34.*) sich der Gläubiger an solche Schulden weisen zu lassen verbunden seyn. *Dn. Carpz. lib. 5. Resp. tit. 9. Resp. 107. n. 14.*

§. 24. Denique si communia hæc Univ. bona defecerint, vel ad exolutionem debitorum non suffecerint, ad res singulorum fit transitio. *Köpen. Decis. 60. n. 25. §. quod si verò.* ita tamen, ut hôc casu quilibet

eorum

eorum non in solidum, sed pro rata & virili parte teneatur. *arg. l. reos. 11. § fin. ff. de duob. reis constit.* etiamsi in Univ. instrumento obligationis civium etiam singulorum bona simpliciter fuerint hypothecata, non tamen omnia & singula in solidum expresse obligata. *Carpz. p. 2. const. 6. defin. 26. Hartm. Pistor. d. q. 37. n. 7. Coler. de process. Exec. p. 2. c. 3. n. 381. Gædd. de reb. cred. c. 2. conclus. 250.* Quâ tamen particulari solutione cum interdum non tàm ipsi cives, quàm creditores aggraventur; & illi quidem si ex facto alieno omnimodo executionem pati tenerentur, his verò particularis solutio nimis foret sumtuosa; ultimum demum ad avertendam particularium bonorum distractionem subvenit remedium, quò collecta imponitur, de qua æs solvatur alienum, & certi pro solvendo debito constituuntur exactores. *Post. decis. 276. n. 6. Cravetta Consil. 195. n. 1.* Ut si hi fuerint negligentes in imponendo & exigendo, elapsô terminô, in ipsos derivetur in solidum executio; perinde ac si fuissent proprio nomine ex judicato condemnati. *Fr. Marc. Decis. 89. n. 8. & 1. Decis. 803. n. 1.* Utut enim debitum hoc sit alienum, pro quo hoc fit, propria tamen Exactorum culpa punitur & negligentia; ita tamen, ut regressum tandem habeant adversus Universitatem, cujus nomine solvere fuerunt coacti. *Ant. Fab. in Cod. lib. 7. tit. 20. defin. 16.* Quod si verò extra horum culpam quidam sint, qui his solvere recusent, isti detinentur & carcerantur. *Post. d. decis. n. 7. Fr. Marc. 1. Decis. 490. n. 7.* Vel & si Univ. imponere recuset, aut à superiori ad id cogitur; vel si adhuc nolit, ipse superior ex officio imponit, *Klock. de contribut. c. 5. n. 114. Gail. de arrest. c. 9. n. 19. Petr. Gregor. Tholos. lib. 3. Syntagm. cap. 7. n. 10.* aut proceditur sicut in causis privatorum, ut in defectu bonorum deveniatur ad capturas personarum, & præprimis Administratorum, quò populus rubore confusus solvat. *Post. d. l.*

§. 25. Instituitur autem hæc collectatio vel jure superioritatis & Regalium, per legem, sive statutum; vel per quandam solùm conventionem jure privato, ex usu & necessitate publica. Priori quidem casu ab illa solùm Univ. quæ illo Regali jure vel ex Superioritate, vel concessione superioris, Imperatoris vel Principis specialiter gaudet. Quà ratione & licet ejusmodi noviter inductæ exactiones & pensitationes, sub vectigalium prætextu; in *novissima Invictissimi nostri Imperatoris Leopoldi I. Capitulatione artic. 22.* expresse fuerint prohibitæ; immediatis tamen Imperii civitatibus liberum fuit relictum ex usu &

 neces-

necessitate publica, citra tertii præjudicium, Civibus suis & subditis moderatas noviter quoque imponere accisas. *eód. artic. circa fin. his verbis:* Doch denen ohnmittelbahren Reichs-Städten auf ihre angehörige Bürgerschafften wegen der Consumtionen ichtwas/ ohne Berührung/ Schaden und Nachtheil der Freinden/ zu schlagen/ ohnbenommen/ auch ohne Præjudiz dessen/ so vor dem Kriegs-Jahren in rechtmessiger Ubung und Herbringen gewesen. Posteriori verò casu instituitur, in consultô etiam superiore & Principe, non tantùm à municipiis, sed quolibet etiam licito collegio. *Joseph. Ludov. Decis. 45. num. 1. 2. 3.* Imponitur autem cuique, non tantùm degenti in ipsa Univers. sed adjacentibus quoque terris Univers. subjectis (utpote ad quas etiam per illam mutuò acceptam pecuniam aliquid redundavit utilitatis, & ita quoque æqualis publica ex necessitate utilitas par subsidii exigit sublevamen. *Gail. de arrest. c. 9. num. 19. Los. p. 3. c. 9. n. 22.*) imò per se non subjectis etiam, prædia saltim in Univ. territorio possidentibus. *Coler. de Process. Exec. p. 2. c. 3. num. 372. Cravetta Cons. 851. n. 14.* Indicitur autem per æs & libram, seu pro modo patrimonii & facultatum. *Magnif. Dn. Præses in Explic. cent. Reg. Jur. Reg. 68. n. ult. Köpen. decis. 60. n. 18.* non per fumantes, Nach denen Feuer-Stätten/ *Berlich. 1. pract. conclus. 76. num. 26. Borgnin. l. 2. Decis. 22. per tot.* nec per capitationem. *Gail. de arrest. d. c. 9. num. 19.* nisi singulorum personæ ex certa aliqua causa periculo detentionis aut incarcerationis subjaceant. *Fr. Marc. 1. Decis. 489. n. 10. Decis 803. n. 4. Coler. de Process. Execut. p. 2. cap. 3. n. 370.* aut aliqua causa sit singulorum magis personas quàm res concernens; Sicut v. g. si pecunia mutuò accepta adhibita fuerit ad expediendum aliquod munus personale: v. g. si omnes & singuli essent obligati pro superiore militatum abire ad exercitum, & per quandam conventionem, pecuniâ aliunde acceptâ istam obligationem redemissent, tùm utique collecta, quæ pro mutuo reddendo instituenda, esset per capita imponenda, ut quemadmodum singuli pro ea pecunia, quam solverunt ne irent, relevamentum per capita senserunt; ita quoque per capita solvant. *Los. p. 3. c. 9. n. 16. Borgnin. p. 2. Decis. 22 n. 29.* In dubio verò non aliter, quàm per æs & libram imponitur. *Los d. l.* Ratio autem in collectando per æs & libram habenda erit sterilitatis, quoad bona, sive ex natura illa sit, sive ex accidenti. *l. forma. 4. §. illam. 1. ff. de Censibus. Mynf. Decad. 5. Resp. 1. num 30.*

Sotin.

Socin. Jun. 1. Consil. 33. n. 12. In collectando verò per capita, sive quoad personas, egestatis; si qui sint, qui nullô aliàs gaudeant vitæ subsidiô. *Klock. de contribut. cap. 13. n. 62. & 63. Fr. Marc. Decis. 489. n. 9. & Decis. 490. n. 7.* & supplendum id, quod exinde deest pro rata à cæteris. *Klock. de contribut. c. 17. n. 155. Fr. Marc. d. Decis. 490. n. 3.* nisi levior quædam pensitatio per capita fuerit simul injuncta, aut personale aliquod munus, sive opera insimul indicta. *Gail. de arrest. d. c. 9. n. 20.*

§. 26. Non tamen absque prædicta causa, si ita ex mutua conventione collecta veniat exigenda, licitum erit Univ. specialiter quibusdam immunitatem ab hisce collectis concedere, neque pro illa parte tenentur reliqui. *Los. p. 3. c. 9. n. 24.* Nec illi quoque, qui post jamjam indictas collectas domicilium suum aliò transferunt, erunt eô ipsô liberati; sed tenentur ex obligatione, quæ eô tempore, quô adhuc cives fuerant, & mutua pecunia eis simul cum cæteris utiliter fuit data. *l. incola. 34. ff. ad Municip. Bürger. cent. 4. observ. 60. Gail. de pign. d. c. 9. n. 20.* nisi scilicet ante indictionem collectæ Juri Civitatis legitimè renunciaverint, & Jure Detractionis solutô, sese ab hac obligatione exemerint; atque ita, cum causa quoad ipsos desit, ob quam obligatio eorum bona tangit, & non amplius gaudeant Univ. juribus & commodis, iniqvum videatur oneribus illos relinquere subjectos; fingantur decessisse & nunquam cives fuisse. Aliter se res habet in noviter & post contractam obligationem in Univ. recepto, cui quamvis perinde, ut emigrato, immunitatem tribuere videantur, *Gail. d. l. & Bürger. d. cent. 4. observ. 59.* qui tamen eô tantùm casu illum excipit, quando novus iste receptus in rem alicujus ex Univers. discedentis pro collectis affectam successisset. *add. Alphons. Villagutb. de Rebus Eccles. malè alienat. restit. lib. 1. c. 100. n. 19.* non tamen videtur, concedi posse per ea, quæ habet *Castrensis 1. Consil. 455.* quod aliud juris sit in noviter recepto, quàm quod in ipsa Universitate, quæ recipit, augmentum & diminutionem, ac semper eadem esse dicitur, pactaque ideò cum ea inita etiam ad illos extenduntur, qui posthæc de seipsa efficiuntur; cùm ea conditione recepti, ut pari jure utantur. *l. proponebatur. 76. ff. de judic. Peck. de jur. sist. c. 4. n. 17.* & ita quoque ad collectam pro ære præterito tempore aliunde contracto solvendo, sese obligâsse videantur. *Gvid. Pap. Decis. 279.*

§. 27. Caeterùm non solùm ex mutuo, sed ex aliis quoque con-

tractibus Universf. obligationem recipit. Nec alienantur ejusdem res tantùm ex necessitate, v. g. pro solvendo ære alieno, aliisque publicis negotiis expediendis; prout dictum: sed ex simplici etiam utilitate, licet debitum non subsit, modò alienatio Reipubl. expediat. *Los. p. 3. cap. 5. n. 1.* Est enim proprietas & dominium bonorum publicorum penes Univ. non aliter, quàm, sicut rerum privatarum, penes privatum; indeque & ut quilibet rerum suarum moderator & arbiter est. *l. in re mandata. 21. C. mandati.* Et quòd hôc legis beneficiô non destituatur, pluribus declarat *integer tit. C de vend. reb. Civit.* Res ecquidem, quæ servando servari non possunt, alienat absque ulla solennitate. *Bruning. Disput. de Univ. th. 84.* Ita & si in Reipubl. & populi utilitatem magnam frugum quantitatem comparaverit, quæ tamen posthæc distrahi non potuit, subditi & cives, ne frumentum hocce publicum vetustate corrumpatur, compelli possunt, ut illud emant, dividendo inter se, pretiumque pro rata exsolvant; ne hæc provisio, alias Reipubl. laudabilis, eidem sit dispendio. *Fr. Marci. tom. 1. Consil q. 341. n. 2. Hippol. à Collib. de increm. Urb. c. 21.* Rei quoque cum privato communis, si gaudeat fisci jure, licet minima saltem portio ad eam spectet, Universa tamen non tantùm obpignerari, sed omninò distrahi potest, vel invitô sociô privatô, si eidem partis suæ majoris pretium restituatur, & debitæ saltem partis pretium in fiscum redigatur. *l. un. C. de vendit. rer. fiscal. cum privat. commun. Alphons. Villag. de Reb. Eccles. male alienat. restitut. lib. 1. c. 119.* Et hoc quidem propter præferendam privatæ publicam utilitatem, quæ in eo præprimis consistit, quod res integra facilius inveniat emtorem, quam pars aliqua communis, cum quod hæc communio frequentiùs audiatur excitare discordias *l. cum Pater. 77. §. dulcissimis. 20. in fin. ff. de legat. 2.* tùm quod emtor nihil se habere crederet, nisi rem integram haberet, atque propterea Univ. illa in defectu emtoris gravaretur. *Perez. ad Cod. t. de vendit. rer. fiscal. cum privat. commun. n. 2.* quod si tamen socius ille privatus ipsemet rem integram velit emere, tantundem offerendo, præfertur. *Idem d. l n. 3. Alphons. Villag. d. l. c. 20.* Quod si verò res Univ. habeat, quæ servando servari possunt quidem, Univ. tamen parùm utiles aut exiguæ sint, tùm etiam Admin. absque mandato speciali poterunt alienare. *arg. cap. Terrulas. 53. quest. 2. c. 12.* modò non ipsi, neque per intermediam personam rem ejusmodi absque ulla solennitate venditam, licitaverint, vel omnino

mmino emerint. *Octav. Cacheran. Decis. Senat. Pedem. 109. per tot.* Quæ autem magni sunt præjudicii, etiamsi plenô jure ad Univ. patrimonium & commercium pertineant, aliter tamen alienari non possunt, quam si id fiat cum expresso omnium consensu debitisque *ex l. fin. C. de vend. reb. Civit.* aliisque pro loci consvetudine necessariis solennitatibus, & speciali insuper mandatô, si Admin. illi cum libera administrationem & absolutam in quibuscunque publicis rebus contrahendi non habeant potestatem. *vid. Los. d. p. 3. cap. 5. per tot. Joh. à Sande tract. de prohib. rer. alien. c. 8. n. 4. 5. 6. 7. 8. Roland. à Valle. 1. Cons. 90. n. 19. seqq.* Nec istis solennitatibus rectè renunciat, *Los. d. l. n. 15.* cum juris sint publici, quod privatorum pactis mutari non potest. *l. jus publicum. 38. ff. de pact.* nisi ipsa Univ. jure superioritatis gaudeat, & per statuta à se condita aliud introducat. *Knipschild. de Civ. Imp. lib. 5. c. 9. n. 20. Perez. ad Cod. de vend. & Reb. Civit. n. 2.* Utut autem inter illa solennia publica præprimis contineatur utilitas, ille tamen, qui rem Univ. legitimè venditam emit, probare non necesse habet, ut ille, qui mutuum dedit; quod pro re vendita solutum est in usum quoque publicum fuisse conversum: quemadmodum nec in aliis contractibus (exceptô mutuô, de quo jam dictum, depositô, emtione annuorum redituum, vel quando Administratores nomine Univ. fidejusserunt, aliúdve aliquid egerunt, quod principaliter utilitatem contrahentis cum Administratoribus concernebat,) modò ritè ac solenniter celebratis. *Dn. Struve. Syntagm. Civil. Exerc. 16. th. 23. Alciat. in l. Civitas. 27. de R. C. Perez. ad Cod. de vend. reb. Civit. n. 4. Masc. de probat. conclus. 1160. n. 19. seqq.* cum propter rem venditam ei pretium solvere, extra venditionem non autem ita credere necesse sit, *arg. l. quod si minor. 24. §. restitutio. 4 ff. de min. Dn. Struve. in prælect. public. ad Cod. tit. si advers. cred. quæst. 3.* Et præterea verbo illa, quæ in *l. Civitas. 27. ff. de reb. cred.* ad obligationem ex mutuo requiritur, propterea locum hîc in venditione non poterit habere; quoniam in hoc, non ut in mutuo, unius tantùm, sive mutuantis, sed hîc præprimis etiam Univ. vendentis versatur & ipsô jure præsumitur utilitas. *Joh. à Sande de probib. rer. alien. c. 8. n. 9.* Illud verò insuper in venditionibus Univ. observari meretur, quòd si Univ. privilegium levandi gabellam, vini, frumenti, salis, &c habuerit, idq; jus vendiderit, cesserit, vel infirmum saltem reddiderit certis è privatis emtoribus, quod illi emtores non exigant gabellam ab ipsa communitate. *Nicolaus*

Boëri.

Boërius decis. 213. num. 1. Illæ verò res, quæ quoad proprietatem tantum ad Universos pertinent, de cætero verò publicis singulorum usibus sunt destinatæ; quia in commercio ita non habentur; regulariter distrahi non possunt. *l. pacta conventa. 72. §. fin. ff. de contrah. emt.* & ille, qui sciens emit, frustra emit. *l. sed Celsus. 6 pr. ff. eôd.* qui verò ignorans, licet ex emto non teneatur, ex emto tamen adversus venditores experitur, ut consequatur id, quod interest, ne deceptus fuisset. *l. qui officii. 62. §. 1. ff. eôd. Joh. à Sande d. tract. de prohib. rer. alien. c. 8. num. 12.* Nec etiam illæ ipsæ possunt in stipulationem deduci. *l. inter stipulantem. 83. §. sacram. 5. & l. continuus. 137. § cum quis. 6. ff. de V. O. Alex. 4. Consil. 43. n. 10.* nisi scil. quando jure gaudet superioritatis & per vim legis ex absoluta vendit potestate. *Fr. Mantic. de tacit. & ambig. convent. lib. 4. tit. 8. n. 7. seq.* aut jus ad minimum ll. municipales condendi à superiori ejusdem fuerit ipsi concessum. *l. prohibere. 3. §. plane. 4. ff. quod vi aut clam. Sande d. l. n. 4.* aut alienatio illa à superiori fuerit confirmata. *Mantica d. l. n. 9. Sande d l. n. 15.*

§. 28. Porrò ubi decreta venditio est perfecta, retractari non potest, etiamsi alius augmentum offerat pretii. *l. 1. C. de vend. reb Civit.* nec venditæ res intelliguntur cum pacto addictionis in diem, nisi quando fisci gaudet privilegiô. *l. Lucius. 21. §. ult. ff. ad municip. d. l. 1. C. de vend. reb. Civ. Perez. ad Cod. d. t. de vend. reb. Civ. n. 7. Mantica de de tacit. & ambig. convent. lib. 4. tit. 8. n. 30.* sicut nec Ædilitium Edictum ad venditiones fiscales, benè tamen ad eas, quæ à Reip. fiunt, extenditur. *l. 1. §. 3. & 4. ff. de ædilit. Edict. Los. p. 3. c. 4. num. 24. 25.* At Administratores, qui in casu concesso & permisso repræsentârunt contrahendo & vendendo Univ. finitâ administratione, sicut privatus aliquis procurator, qui ex voluntate alterius negotium suscepit. *l. procurator qui pro evictione. 67. ff. de Procurat.* de evictione non tenentur. *l. curatores. 3. §. in eum. 2. in fin. ff. de admin. rer. ad Civ. pertin.* quoniam ex necessitate potiùs, quàm voluntate hôc functi creduntur officiô. *uti supra jam dictum. per tot. tit. ff. de mun. & bon. Los. d. p. 3. c. 5. in fin. Everh. in Top. Legal. loc. 113. & locô 116. Boer. decis. 80. num. 5. in fin. Decius Consil. 510. n. 4. seq.*

§. 29. Quod si verò ipsa res quasdam emat, hôc inter alia speciali gaudet privilegiô, ut, si prior emerit, etiamsi res illa postmodum alteri, licet etiam Universitati, vendita & insuper tradita fuerit; nihilomi-

ominus rem prius emtam consequatur; eò, quod etiam absque traditione dominium ad eam transierit, *per l. ut inter. 23. C. de SS. Eccles. ibique Gothofred. in not. lit. O. Bruning. de Variis Univ. Spec. th. 51. Nicol. Reusner. 1. Cons. 1. num. 78.* Nec enim est, quod traditionem ibi præcessisse quis conjicere velit, cum præter hoc, quod in d. l. traditionis nulla fiat mentio, expressè in re vendita, æquè ac in legata Univ. tribuatur actio realis sive rei vindicatio, quæ communiter in legatis quoque, etiamsi nondum traditæ sint, competit. *per §. sed olim. 3. in fin. Inst. de legat. add. Cattelianus Cotta in Memoral. vocab. venditio p. m. 899.* Ubi & quæstionem tractat, an iterum solô consensu resolvatur, an insuper requiratur retrotraditio. Quin & nemo licet invitus rem suam vendere cogatur. *l. invitum. 11. C. de contrah. emt.* eô tamen casu, ubi quis majorem Reip. vendidit prædii sui partem, minorem quoque cogitur alienare. *l. un. C. de vend. rer. fiscal. lib. X.* vel & si ex alia ratione publica utilitas exigat venditionem rei alicujus privatæ. *Los. p. 3. c. 6. n. 16. 17.* Denique & eô casu, quando Admin. aliquis de pecunia publica sibi rem quandam comparavit, ex singulari quoque jure in eam Univ. datur utilis vindicatio. *Dn. Struve Syntagm. Civ. Exerc. 11. th. 6.*

§. 30. Nec emtionem, venditionem, vel etiam permutationem tantùm celebrat bonis suis publicis Univ. sed & locationem conductionem. *tot. tit. Cod. de locat. prædior. Civ. vel fiscal.* Et res equidem Univ. locantur, prævia, ut in venditionibus, subhastatione. *l. loca. 3. d. t. C. de locat. præd. Civ.* cum consensu omnium, qui de Uuiv. sunt, vel eam repræsentant; ita quidem ut idoneè caveatur à conductoribus per fidejussores, qui se pro iis obligent ad præstationem damni, quod culpâ videlicet conductoris, in rebus publicis evenerit, vel si pensitationes statutô tempore solutæ non fuerint, *l. nec venditio. 2. C. de præd. Decur. sine Decret. non alien. lib. X.* ita, ut tàm heredes eorum, qui fidejusserunt, quàm ipsi teneantur; etiam ad usuras *l. 2. §. conductore. 11 ff. de admin. rer. ad Civit. pertin.* nisi aliud in persona eorum verbis obligationis propriè expressum sit *d. l. 2. §. seq. 12 ff. eôd.* Et hanc cautionem etiam si exigere neglexerint Admin. ipsi tenebuntur. *l. 3. §. 1. ff. de admin. rer. ad Civit pertin.*

§. 31. Perfectâ verò locatione quamvis incrementum per alium conductorem videatur offerri, non tamen sub additamenti specie oportet fidem locationis infringi. *l. quamvis. 2. C. de vend. reb. Civ. lib. XI.*

lib. XI. Rol. à Vallo. 1. Conf. 99. num. 20. Et quod si ad certum duntaxat tempus res illa publica fuerit conducta, finitô illô veteres ejusdem possessores novis quoque conductoribus præferuntur, si facta per illos augmenta suscipiant. *l. congruit 4. C. de locat. prad. Civil. vel fiscal.* quemadmodum & illis, qui fundum vectigalem, vel annuos ex vectigalibus proventus conduxerunt, idem ipsis auferri & ad alium transferri non poterit, si suis quibusque temporibus debitas inferant quantitates. *per l. 1. C. de admin. rerump.* Illi autem qui se pro conductoribus hisce obligârunt ad determinatum temporis spatium, hôc ita elapsô, sequentis nomine non tenentur. *l. non intelligitur 3. §. cum quinquennium. 6. ff. de jure fisci.* Quod si tamen conductor publicæ rei propter sterilitatem, bellum, vel contagionem re locatâ frui non potuerit, pensio videtur esse remittenda. *per l. si merces. 25. §. vis major. ff. locati l. licet. eôd. c. propter sterilitatem. extr. eod. Gal. 2. obs. 23. per tot.* Administratores verò neque hîc, perinde ut nec in venditione *juxta §. 28. hoc cap.* tenebuntur de evictione, *per l. 3. §. 1. in fin. ff. de admin. rer. ad Civ. pertin. Los. d. p. 3. c. 7.* Quod si ipsa verò Univ. rem aliquam pro certa pensione in perpetuum conduxerit, iique Admin. debitô tempore illam pensionem solvere neglexerint; præjudicant quidem communitati, sed habet ea regressum adversus ipsos, & si solvendo non fuerint, beneficium restitutionis in integrum, per ea quæ habet *Bruning. d. Disp. th. 86. Aurel. Corbul. de jure Emphyteut. c. 7. num. 27.* Ipsa verò Univ. si locare in perpetuum velit, cum censeatur contractum inire Emphyteuticum. *Perez. ad Cod. de vend. reb. Civit. num. 8.* utut propterea, quòd præter utilitatem, quæ ex re illa percipitur, ad Emphyteutam nihil transeat, indeque alienatio vera non habeatur. *l. 1. pr. C. de jure Emphyteut.* ea tamen nihilominus, quæ ad alienationem alias requiruntur, observare necesse habebit, ut rectè Emphyteusin constituat, per ea quæ tradit. *Cravetta. Consil. 652. per tot.* Et illis, qui in perpetuum ab aliqua Univ. v. g. municipio, fundum conduxerunt fruendum, quamvis non efficiantur Domini, competet in rem actio adversus quemcunque possessorem, etiam ipsos municipes *l. 1. §. 1. in fin. ff. Si ager vectig. i. e. Emphyt. pet.* Quæ verò specialiter, si Univ. Ecclesiæ nomine veniat, ut Emphyteusis rectè constituatur requirantur, exprimitur *in Auth. perpetua. C. de SS. Eccles. add. Matth. Stephan. ad Nov. 7. n. 11. seqq. Alphons. Villag. de reb. Eccles. malè alien. restit. lib. 1. c. 32.*

§. 32.

§. 32. Nec locat solùm in perpetuum, & Emphyteusin pro certa per annum pensione, in recognitionem Dominii in bonis suis publicis concedit Univ., vel ii penes quos est gubernatio Univ.; sed & sub conditione fidei & obsequii, causâ cognitâ, Decretô, debitaq; solennitate interveniente feuda constituit. *Magnif. Dn. Struve in Syntagm feud. c. 6. Aph. 11. Schrad. de feud. p. 4. c. 1. n. 73.* & alteri quoque vicissim, æquè tamen habili, per subfeudum concedit, eôdem modô quô ipsa à Domino accepit, *arg. eorum quæ tradidit Dn. Struve d. l. n. 7* quamvis ipsi à privato aliquo feudum quoddam, quod datum est per subfeudum nequeat concedi, *Rosenth. de feud. c. 9. conclus. 45. n. 7.* Universitati quoque, si quod feudum sit constitutum, non singuli homines investituram petere vel juramentum fidelitatis desuper præstare coguntur, sed per Syndicum suum, sive Administratores, investituram petit & fidelitatem jurat. *Schrad. de feud. p. 6. c. 1. n. 2. & c. 4. n. 24. Vultej. de feud. lib. 1. c. 9. n. 35.* Qui tamen Administratores nisi absolutam habeant administrandi potestatem, speciale ut exhibeant mandatum, necesse est. *Nicolaus Mozzius in tract. de feud. sub tit. de substantial. feud. n. 86.* Sed intra tempus lege definitum hi, si investituram petere neglexerint, præjudicant quidem Univ. sed ipsi regressus, ut in §. *praeced. 31.* de Emphyteusi dictum, adversus ipsos Admin. datur, & si hi solvendo non sint, per restitutionem in integrum subvenitur, *Bruning. d. th. 56.* post. *Aurel. Corbul. de jure Emphyt. c. 17. n. 27.* eò scil. quod hâc in causa Univ. privilegiô utatur minoris *Schrad. d. feud. p. 6. c. 2. n. 29 30. p. 9. sect. 9. n. 55.*

§. 33. Non tamen exinde feudô privatur tota, quod si pars aliqua Ejusdem dominum deseruerit. *Vult. lib. 1. feud. c. 11. n. 19. in fin Mozz. d. tract. sub tit. ex quibus caus. feud. amitt. n. 97.* aliôve modo feloniam commiserit. *Schrader. de feud. p. 9. sect. 9. n. 62. seqq.* sed illi solùm puniuntur & privantur utilitate, quæ ad eos ex feudo redundat, qui participes sunt delicti, sive sceleris, vel ipsimet delinquendo, vel delinquentibus opem, auxilium & consilium ferendo. *Idem ibid. Alex. lib. 6. Consil. 30. n. 4.* Vel etiam licet neque re neque consilio opem tulerint, scientes tamen delictum contra Dominum perpetrandum eidem non denunciaverint; cum absque periculo potuerint. Periculum autem in denunciatione si subsit, excusabuntur; eô quod nemo, neque alius privatus, vasallus teneatur salutem Domini saluti propriæ præferre, & Domino cum periculo propriæ salutis succurrere. *Schrad. d. sect. 9. n. 63.* Il-

lis etiam, qui omni culpa carent, præprimis erunt accensendi, Infantes, furiosi, & similes innocentes, ut & illi, qui justissimô metu coacti, sive re, sive consiliô tantùm, adversarios Domini adjuvârunt. *Idem d. l. n. 95.* etiamsi metus effectus non fuerit secutus, modò justa extiterit suspicio. *Idem d. l. n. 68.* Ampliatur autem id, quod dictum, ob delictum vel feloniam à singulari sive etiam parte aliqua Univ. admissam non propterea totam privari feudo, *Rosenth. de feud. c. 10. conclus. 4 n. 8.* ut etiam obtineat, si hoc ipsum Ejusdem Admin. commiserint, nimirum neque communicatô consiliô, neque ex speciali mandato. Utut enim repræsentent illi totam Univers. & mandatum in cæteris negotiis publico ex officio expediendis habere censeantur cum libera, ut speciale insuper non desiderent; nunquam tamen cum libera rerum administratione mandatum ea præsumitur dedisse ad illicita; atque ita actum vel gestum in iis, quod ad officium eorum non pertinet, subditis non debet esse onerosum vel nocivum per ea, quæ tradit *Cravetta Consil. 907. n. 11.* sed quoad Administratores saltem, quousque in administratione sunt, oberit; ipsis verò renunciantibus, vel officiô motis, aliisque magis idoneis feudi gestoribus in eorum locum substitutis, feudum non amittetur. *Rosenth. de feud. c. 10. conclus. 4. n. 2. & 3.* E hoc insuper etiam eò usque ampliatur, ut etiamsi dimidia pars, imò & neque etiam si major pars deliberatô animo & communicatô consiliô cum deliquisset, quoad feudi privationem, præjudicium hoc adferret toti Universitati. *Idem d. l. n. 53.* Neque enim est, ut & hîc illud, quod à majori parte fit, *per l. 160. §. 1. ff. de R. J.* ad universos referatur; siquidem id locum obtinet tantùm in iis, quæ licita sunt, non autem quæ versantur in genere prohibitorum; quibusque lex, causa vel etiam ratio saltem resistit, ita, ut & tum contradictio unius efficiat, ut non possit dici ab Universis factum, quod tunc factum est prout: ex Dd. hoc eleganter deduxit. *Schrad. sæpius cit. loc.* Aliud verò est, si delictum illud versetur in omittendo. Tum enim quamvis neque deliberatô, neque communicatô consiliô, sive per seipsam, s. alios saltim adjuvando; quicquam contra Dominum commisisset, nihilominus tamen privabitur feudo: si v. g. à Domino respectu feudi conventa & citata non comparuerit, vel debita, respectu feudi, Domino servitia non præstiterit, canonémve annuum ex feudo debitum non solverit. *Idem d. l. num 55.* vel etiam si delinquentes illos in Dominum feudi dignâ non afficiat, cum possit, pœnâ, atque ita quasi illud delictum ratihabuisse

buisse per conjecturas arguatur: dum, si illos maleficos ex Communitate expellere debuisset, receperit, retinuerit, & foverit. *Rosenth. d. c. 10. conclus. 4. n. 9. & 11.* Vel & si facta exinde fuerit locupletior, aut delictum ab iis perpetratum tractum habeat temporis: Vel denique si ipsa accedat Syndici vel officialium confessio, quod delictum deliberatò & communi omnium consiliô fuerit perpetratum, sicut hæc fusiùs explicat *Schrad. d. l. n 56 usque. 62.*

§. 34. Denique obligatio oritur publica, quando Univers. vel cum sibi subjectis, vel cum alia quadam externa Univ. vel & privato paciscitur, & transigit super re Civit. dubia per administratores generalem & absolutam cum administratione transigendi potestatem, vel etiam speciale ad id mandatum habentes. *l. Præses. 12. C. de transact. Cravett. Cons. 439. & 851. Bacchov. ad tit. ff. quod cujusqae Univ. in fin.* Frequenter autem & admodum fiunt pacta illa publica, quando in communionem & societatem, quasi recipitur una ab altera ad defensionem mutuam contra vim & injuriam, quæ socio contra jura & privilegia socii infertur. *Althus. Dicæol. l. 1. cap. 37. num. 34. & polit. cap. 17. n. 25 seqq. Petr. Greg. Tholos. lib. 11. c. 11. de rep. Menoch. lib. 1. quæst. 100.* Cujusmodi pacta & confœderationes ut alii Status Imperii immediati, si non in Imperii præjudicium tendant, licitè inter se contrahere, *propter A. B. c. 15. verb.* jedoch die Gelübde und Verbündnüsse/ liberas quoque Imperii civitates unanimiter tradunt *Joh. Lim. jur. publ. lib. 7. c. 1. n. 57. Justin. Sinold.* Schütz *de jure publ. Disp. 8. conclus. 23. Carpzov. de L. Reg. Germ c. 6. sect. 10. n. 1. Bruning. de Univ. conclus. 17. Klock. de contribut. c. 5. n. 64. VVarem. ab Ehrenb de fœd. lib. 2. c. 1. n. 36. Pauermeist. de jurisd. lib. 2. c ult. n. 51. Mynsing 6. observ. 2. n. 6.* Et plurimas quoque confœderationes à Civit. Imperialibus erectas, nec tamen improbatas præter *Lehmann. in Chronic. Spirens. lib. 5. & 7.* recenset *Knipschild. de Civit. Imper. lib. 2. c. 23. n. 9. seq.* Non enim hic quicquam facit, quod confœderationes ejusmodi omnes tanquam illicitæ colligationes & conjurationes tàm de Jure Civili quàm moribus, attestante *Mynsing. 6. observ. 2. n. 1* generaliter & indistinctè omnibus subditis, quales Civitates Imperiales Imperatoris quoque sunt, fuerint prohibitæ; nisi scil. cum consensu, vel ad minimum tamen citra præjudicium superioris ad bonum aliquod fiant publicum, v. g. defensionem, sive personarum, sive rerum suarum, de eoque manifestè constet, *Idem d. l. n. 4. & 5.*

 Nam

Nam in his, ut statibus & membris Imperii propter summa & singularia jura & libertatem, quibus gaudent, aliud videtur statuendum, per ea, quæ habet *VVarem. ab Ehrenb. de fœder. lib. 1. cap. 2. n. 233. seq. & lib. 2. c. 1. n. 35.* id quod ex *A. B. c. 15.* jam etiam fuit deductum. Nec lapidem movet declaratio Sigismundi Imper. Anno 1531. in A. B. sua, quæ habetur, apud *Goldast. cap. 7.* Von Bündnüssen des Reichs-Constitution, Reformation, Ordnungen und Ausschreiben. *p. 169.* Daß hinführo niemand/ wer der sey/ einig Bündnüß oder Einigung machen/ oder eingehen solle/ ohne des Reichs Wissen/ Gunst/ Urlaub und Willen; aut, quod ex Friderici III. Reformatione de Anno 1441. apud *Goldast. d. t. 12.* in Reichs-Satzungen. *pag. 167.* affertur, Daß in gantzen Römischen Reiche nun fürbaß kein Bündnüß/ Vereinigung/ &c. sollen aufgerichtet/ auch die alten alle abgethan werden. Nam istas Imperii LL. & imprimis hanc ipsam reformationem cùm in hoc articulo, tùm in aliis, quàm plurimis nunquam in usum aut plenam observantiam venisse ipsa testis est experientia, præter *Dn. Carpzov. de Leg. Reg. Germ. c. 6. sect. 6. num. 4.* sed potiùs ejusmodi ordinationes contrariâ observantia, necessitate ita exigente, abrogatas esse arguit quoque, *Ordin. Cam. p. 2. tit. 9.* §. So iemand. Non exinde tamen hoc elicitur, quod melior ita esset conditio Civit. Imperial. quàm ipsius Imperatoris, utpote, qui in *Capitulatione præsertim novissima Invictissimi moderni Imperatoris* LEOPOLDI I. *artic. 10.* pro lubitu fœdera pangere expresse prohibetur, his quidem formalibus: Wir sollen und wollen auch für uns selbst/ als erwehlter Römischer König/ in des Reichs Händeln keine Verbündnüß oder Einigung mit frembden Nationen noch sonsten im Reich machen/ wir haben denn zuvorhero der Churfürsten/ Fürsten und Stände Bewilligung hierzu erlangt/ da aber publica salus & utilitas eine mehrere Beschleunigung erforderte/ da sollen und wollen wir dann der Sieben Chur-Fürsten sämtlichen Einwilligung zu gelegener Zeit und Mahlstatt/ und zwar auf einer Collegial-Zusammenkunfft/ und nicht durch absonderliche Erklärungen/ biß man zu einer gemeinen Reichs-Versamlung kommen kan/ wie sonsten in allen andern des Reichs-Sicherheit concernirenden Sachen/ also auch in dieser erlangen/ nec tantùm ratione Imperii, sed & terrarum hereditariarum, per *verb. subseq. eod. artic.* Wann wir auch ins künfftige Unser eignen Landen halber einige Bündnüß machen wür-

würden/ so solle solches anderer gestalten nicht geschehen/ als unbeschädigt des Reichs/ und nach Inhalt des Instrumenti Pacis. Alii siquidem hîc subest ratio; ut omnis inde sinistra præcaveatur suspicio, quæ facilè aliàs, quasi fœdera illa in præjudicium statuum, ad opprimendam eorundem libertatem, essent contracta posset oriri, *Schrad. de feud. part. 10. sect. 7. n. 30.* & eô majorem inde, omni ita suspicione amotâ, ipse Imperator statuum experiatur fidem & benevolentiam, certissimum & tutissimum in regna præsidium. *Warem. ab Ehrenb. de fœder. lib. 1. cap. 2. num. 223.* Quid quod illa ipsa quoque fœdera Civit. Imper. tacitâ hâc & perpetua subaudienda sunt lege, tàm si fiant inter sese, quàm cum exteris. *Ehrenberg. d. l. n. 238. & lib. 2. cap. 1. n. 37. Carpzov. de leg. Reg. German. c. 6. sect. 6. n. 13. Limnæus de Jure Publ. lib. 4. c. 8. n. 27. seq.* ut scil. in pace publica conservanda & promovenda fundata sint, nec in Imperii vel Imperatoris præjudicium aliquid monstri alant. *Confirmatio Pac. Publ. Anno 1495.* §. Auch sollen wir. *Ehrenberg. d. l. n. 231. Carpz. d. c. 6. sect. 6. n. 10. & 13. Limn. d. l. n. 25. Reink. de R. S. & E. lib. 2. cl. 3. c. 3. n. 20.*

§. 35. Quæ pariter sinistra ut evitetur suspicio, solet interdum, quamvis ea sit statuum potestas, ut de necessitate Imperatoris assensus & confirmatio peti non debeat. *Reusn. 1. Consil. 3. n. 64.* Quia tamen Consensus & confirmatio in Diætis & conventibus illorum adeò non attenditur, ut etiam cum in conventu Circuli Franconici Noribergæ Anno 1610. Mense Julio & Augusto instituto Commissarii Cæsarei proposuissent & reiteratô nomine Cæsaris Circuli Deputatis indicâssent, daß ob wohl Ih. K. Maj. die Creys-Convocationes nicht zu hindern begehrten/ sey es doch herkommen/ und müsse Ih. Maj. solches zu dem End notificiren, auf den Fall Sie etwas bey denen Creysen zu erinnern/ daß Sie Commissarien verordnen und die Nothdurfft mit gutem Raht bedencken helffen mögen/ huic expresse à statibus tum fuerit contradictum, & referente *Joh. Limnæo de jure publ. tom. 4. lib. 9. c. 1. n. 142.* his quidem formalibus Recessui ejusdem conventus de dato 4. August. eôd. annô in memoriam rei insertum: Fürs ander / demnach etlicher vornehmer Stände Gesandten/ so wol daß hiebevor wegẽ dieses Creyßtags prorogation, einkommene Kayserl. Schreiben/ als auch ietzige Kayserl. Proposition dahin ansehen wollen / daß solche ohne Vorwissen und Willen Ih. Kayserl. Majestät/ nicht sollen angestellet/

auch

auch ohne Beyordnung iedesmahls seiner Majestät sonderbaren Commissarien gehalten/ und wann schon moræ periculum mit unterlaufft/ dennoch unter 6. Wochen nicht der Termin benant werden sollen/ und dafür gehalten / dieses möchte/ da es ungeandet gelassen / nicht allein diesem Creyß/ sondern auch andern zu præjudicirlicher Sequel gelangen/ so ist durch die mehrere beschlossen worden / man solle durch den Ausschuß die Herren Commissarien dessen erinnern/ und dieselben ersuchen/ daß sie es bey der Röm. Kayserl. Maj. in ihrer Relation allerunterthänigst dahin wollen ingedenck seyn/ damit dieser löblicher Creyß dieser Neuerung möchte geübriget/ auch bey den Reichs-Verfassungen und bekanten Herkommen gelassen werden / welches dann nicht allein durch den Ausschus den Kayserl. Commissarien vor und angebracht/ sondern/ auch auf derselben Begehren auch schrifftlich zugestellet worden.

§. 36. Pariter & fœdus licitum atque justum, à Carolo etiam IV. Friderico III. Ferdinando I. & Maximiliano II. Impp. adprobatum fuisse refert *Dn. Carpz. d. l.* quod propter necessariam defensionem & mutuum commercium cum exteris & vicinis iniere Civitates partim imperiales, partim mixtæ, Anseaticæ dictæ, seculô post natum Christum XII. secundum Thuan. hist. lib. 39. vel potius *Dn. Conringium.* Seculo XIII. *in not. ad Lampadii tract. de Rep. Rom. Germ. p. 3. c. 18. §. 12.* Quin & posthæc eò usque earum excrevisse auctoritatem & splendorem, ut illarum conventus non semel tantùm splendidissimis suis legationibus Impp. Reges & Principes fuerint dignati, & subsecuto posthæc tempore, *Anno 1597.* fuisse factum, ut conventui Anseatico Legatus Imperatorius, Regius Hispanicus atque Polonicus simul interessent, testatur *Bruning. de Univ. th. 17.* ita ut ipsis scrupulum non fecerit, quod plurimæ illarum suis ex Parte Principibus fuerint subjectæ. *Rumelin. ad A. B p. 2. Dissert. 4. conclus. 34. Arum. ad A. B. Disc. 6. conclus. 8.* Hodie verò minùs, quàm olim, authoritatis posterioribus hisce conventibus & confœderationibus mixtarum Civitatum esse reliquum, adparet præcipuè ex *novissima Capitulatione Imp. nostri LEOPOLDI I. artic. 9.* ita ut & hodiè de illis, quod olim de merè municipalibus & omni regalium jure destitutis exaudiatur interdictum illud de illicitis conspirationibus, conventiculis & colligationibus, confœderationibus & pactis. *in artic. 15 pr. A B.* promulgatum & Capitulationibus Ferdinandi I. art. 5. & Ferdinandi III, artic. 6. confirmatum.

CAPUT

CAPUT V.

De

Actibus Univ. judicialibus in causis praeprimis civilibus.

§. 1.

JUs Univ. ad rem sive obligationes & actus extrajudiciales ordine jam sequuntur actiones, quibus Univ. persequitur jus, quod habet, ad rem, actusque judiciales. Ubi spectandum praeprimis judicium, sive forum competens. Quod ipsa etiam nonnunquam repraesentat Univ. si judicis agat partes; ita quidem, ut ejus sententia in tantum valeat, si non judicium recognoscat superius, ad quod altera pars litigans, quae sibi illa sententiâ videtur esse gravata, possit provocare: Id quod & interdum fit à Magistratu vi potestatis & jurisdictionis etiam extrajudicialiter gravante, modo gravamen prius verisimiliter probetur, & à Magistratu, ut Judice, illatum esse demonstretur. R. A. zu Regenspurg *de Anno 1594.* §. Wann aber von gemeiner *interlocutori. 94. verb.* Aber nach dem die *Extrajudicial. Roding. pandect. Cameral. lib. 1. tit. 23. num. 5. seqq.* add. *Mynf. 4. obs. 43. Gail. 1. obs. 120.* Deinde & valet sententia, nec per appellationem suspenditur, utut judicium recognoscat superius, si à superiori specialiter aliquô privilegiô munita, sit, quemadmodum Civitates quamplurimae Imperiales, quas recensent *Roding. d. lib. 1. tit. 20. n. 6. & Knipsch. lib. 3. de Civ. Imperial.* iis gaudent privilegiis, ut vel in totum, vel non nisi causâ certam pecuniae summam excedente & quibusdam in causis specialiter ibidem denominatis planè adpellare non liceat.

§. 2. Quod si ipsa Univ. judicium aliunde suscipere cogatur, illud fit vel agendo, ubi ejus, contra quem, sive ille privata, sive publica persona, etiam, si alia Univ. sit, instituere judicium cupit, forum sequitur; Vel partes suas defendendo, & tum coram judice suo ordinario convenitur; si scil. provincia sit, Principi subjecta, coram judicio Ejusdem Aulico, nisi in prima instantia judicium recognoscat inferius, Sicut ipsi quoque Principes quidam exceptis causis vitam suam & statum concernentibus, quas solus Imperator & Electores judicant. *Capitul. novissimâ Invictissimi nostri Imperatoris* LEOPOLDI I. *artic. 28.* add.

Dn. Conring. in not. ad Lampad. p. 3. c. 36. ne contra privilegium in Camera Imperii teneantur respondere, coram judicio Curiæ suæ Provincialis, velut Elector Saxoniæ in Lipsiensi, cæterique Saxoniæ Principes, in Curiæ Provincialis judicio hujus loci se conveniri patiuntur. Quamvis sub prætextu denegatæ vel protractæ justitiæ nihilominus ab hisce adpellatum & processus etiam in Camera contra illos decretos fuisse experientia testis sit. Civitates quoque Imperiales non solùm à suis civibus, sed etiam aliis quibuslibet immediatè in Camera. *Roding. Pandect. Camer. lib. 1. tit. 4. Schvvanm. process. Camer. lib. 1. cap. 7. Limn. de jure publ. lib. 7. c. 1. n. 81. Sixtin. de Regal. lib. 1. c 8. n. 63. Stephan. de jurisd. lib. 2. p. 1. c. 3. n. 62. Frid. Mindan. de process. lib. 1. c. 18. n. 13. & c. 19. n. 21.* aut judiciô Imperatoris aulico. *Knipsch. lib. 2. c. 32. n. 80.* nisi aliud observatum, aut privilegio aliquô primæ instantiæ munitæ sint. De qnibus privilegiis primæ instantiæ in nupero Imperii *Recessu de Anno* 1654. §. Benebens sollen Cammer-Richter expresse constitutum, quod Assessores in decernendis processibus eas strictè observare debeant, his verbis: Sollen die erste Instantien und Austräg bey Erkennung der Processen in acht nehmen/ was dargegen vorgangen/ wieder abthun/ fürs künfftige die Violatores dergleichen ersten Instantien mit geziemender Straff/ pro arbitrio judicis, ansehen. Civitates autem Imperiales prædictis privilegiis adornatas longâ recitat seriæ *Roding. Pandect. Cam. d. l.* add. *Knipsch. d. lib. 3. de Civ. Imp.* Mixtæ quoque Civitates respectu regalium eorumque jurium, quæ immediatè ab Imperatore & Imperio obtinent: vel coram Imperatore, vel in Camera Imperiali conveniuntur, ac ipsis processus activè & passivè decernuntur, ita referente ex *Gylmanno Knipschild. de Civit. Imper. lib. 1. c. 3. num. 62.* Et extraneus quidem si contra Univ. aliquam, sive Civitatem, sive Collegium, quod alterius jurisdictioni subjacet, experiatur; judices ordinationis sequi habet necesse; Quod si verò Princeps aliquis Imperii contra Civitatem suam municipalem immediatè sibi subjectam agere velit, Camera in prima etiam instantia fundatam habebit jurisdictionem. *Roding. Pandect. Cam. lib. 1. tit. 4. n. 16. Stephan. de jurisd. lib. 2. p. 1. c. 3. n. 55. Mynf. 5. obs 1. n. 1. Gail 1. obs. 1. n. 18.* Ubi & addit processus ita fuisse decretos in causa Braunschweig contra Braunschweig/ & *Mynsing. 5. obs. 1. n. 1.* in causa Megapol. contra Rostock: nisi scil. aliud inveteratâ consvetudine receptum, vel speciali privilegiô concessum

sum sit; videl. quod Princeps coram judicio suo curiali municipium suum convenire possit. *Gail. d. l. Roding. d. l. n. 117.* Secus verò si municipium contra Principem judiciô velit experiri, quia tum, eô, quô par est modô, coram consiliariis suis in prima instantia est conveniendus; atque ea propter propter processus olim denegatos fuisse Civitati Rostok. contra Megapolitanum, testis est *Gail. d. l. n. 19.* Illud etiam quod de Principe contra municipes suos agente quoad immediatum Cameræ Imper. forum fuit dictum, obtinet & in aliis immediatis Imperii Statibus, Comitibus, Baronibus, Nobilibus contra Castra, pagos subditosque suos experientes; nisi æquè aliud privilegiô vel consvetudine obtineant. *Ordin. Cam. part. 2. tit. 6. § fin. Stephan. de jurisd. d. l. 2. p. 1. c 3. n. 54.* Ex eadem etiam ratione, quia in defectu judicum ordinationis jurisdictio Cameralis fundata est in causis civilibus contra Collegia Canonicorum libera immediatè Imperio & Cæsari in civilibus subjecta, qualia sunt v. g. Collegia Canonicorum in Butsched, propè Aquisgranum, & Collegium in Arnuit, propè Saarbruckum; propter præjudicia, quæ extant apud *Roding. Pand. Cam. d. lib. 1. tit. 4. n. 14. Gail. 1. observ. 30. n. 9. Stephan. de jurisd lib. 2. p. 1. c. 3. n. 67. Frid. Mind. de process. lib. 1. c. 18. n. 4.* Capitulum quoque, quando sede vacante convenitur in causa propria & civili, alium judicem non habet, quàm Cameram. existente verò Episcopô, coram illo litigat. Quando verò in causis Episcopalibus agitur, tanquam repræsentans Episcopum, sive Principem Imperii, & Statum Regalia sua ab Imperio recognoscentem, forum æquè in Camera sortitur. *Gail. d. 1. obs. 30. n. 12. & 13. add. Rodig. d. lib. 1. tit. 4. n. 15. in not.* ubi & processus ita in causa Comitum à Mansfeld contra Capitulum Magdeburgense obtentos fuisse refert. Cætera deinde Collegia & exiguæ reliquæ Universitates judicem sortiuntur eum, à quo fuére constituta, & ad quem post hunc provocare tàm juris, quàm moris est. Cæterùm non tantùm suâ naturâ & lege ita sortitur Univ. judicium, sed & ex voluntate sua & pacto, quando, citra tamen præjudicium superioris, in judicem aliquem cum altera parte litigante compromittit. *Los. p. 2. c. 1. n. 81.* quod compromissum & ad similitudinem judiciorum ad finiendas lites pertinet. *l. 1. ff. de recept. arbitr. Dn. Struve. Syntagm. Civil. Exerc. 8. th. 50. seqq. B. Dn. Ludvv. Exerc. 16. th. 1. lit. E.* nec finitur, etiamsi Univ. vel ultra dimidiam partem diminuatur. *Los. d. l. n. 82. seqq.*

§. 3. Atque hæc de ipso Univ. Judicio & Foro competente. Personæ, quæ seqvuntur in judicio Univ. nomine intervenientes jamjam in *Cap. 2. §. 6. 7. seqq.* ubi de jure personarum Universitatem constituentium & repræsentantium aliàs pluribus actum fuit; quod officium & jura eorum attinet, specialiter jam expositæ sunt: nec aliud hîc, quàm ipsæ causæ & modus tractandi actus judiciales restant. Causæ autem, perinde ut apud privatos sunt vel civiles, vel criminales. De Prioribus jam, de Posterioribus sequenti Capite agetur. Quod si itaque eveniat, ut cum alia Univ. vel privato hereditas communis sit, familiæ erciscundæ, si de finibus territorii oriatur disceptatio, finium regundorum, si de aqua pluvia arcenda, aquæ pluviæ arcendæ judicium instituit. *l. si tibi. 9. ff. quod cujusque Univ. nom.* Ad operis novi nunciationem & interponendas stipulationes; veluti legatorum, damni infecti, judicatum solvi, actorem quoque constituit. *l. ult ff eôd.* Ita privilegiorum nomine quamvis nulla sit prodita actio specialis, quâ ad pœnæ declarationem agatur; condictio tamen ex lege nova Imperatoris vel Principis concessione, competit. *Gylm. Symphor. tom. 1. part. 2. tit. 11. vot. 7. n. 47.* Si scil. Univ. in Camera vel aula Imperiali aliòve judicio, ex lege vel privilegio condictionem, sive actionem antequam instituat: I. probet, quod privilegium revera sit concessum. *Mager. de Advoc. c. 17. n. 204.* cùm & quilibet etiam privatus, privilegium allegans, illud probare habeat necesse. *cap. cum persona. 7. de privileg. in 6to.* II. ut privilegium illud Cameræ, sive alii judici & parti, contra quam citatio fuit petita, insinuet, aut ipsum postea originale cum supplicatione Cameræ vel judici exhibeat. *Gail. 1. observat. 1. n. 9.* III. allegatam privilegii continuam possessionem in causæ deductione probet. *Mager. d. c. 17. n. 213.* cum privilegia ex possessione æstimentur atque declarentur. *Bart. 1. Consf. 59. num. 3.* viresque sortiantur ex subsecuta observantia. *l. de interpretatione. 37. ff. de LL. Klock. de contribut. cap. 10. n. 676.* IV. ut violatio illa dolô malô facta sit. *Mager. de Advoc. d. l. num. 215. seq.* Eidem quoque dantur, tàm possessoria, quàm petitoria judicia, sive interdicta utilia, tàm recuperandæ, quàm retinendæ possessionis. *Covarruv. Var. Resolut. lib 1. tom. 2. c. 16. n. 10. Gylman. d. voc. 7. n. 2. Mager. d. l. n. 348.* Quod si enim turbetur, in quasi possessione rerum suarum incorporalium, privilegiorum, sibi competentium, jurisdictione, jure sessionis, utili etiam interdictô uti possidetis,

deris, experiri potest. *Knipschild. de Civit. Imper. lib. 1. cap. 11. num. 12.* Cæteræ quoque actiones, quæ privatis in privatos ex contractibus descendentes competunt, Univ. quoque, & in Univ. nisi lege aliqua, aut privilegio specialiter sit excepta, dantur.

§. 4. Cæterùm, quamvis sint quædam Univ. causæ in quibus extra ordinem, non observatâ judiciorum solennitate & strepitu, de simplici & plano proceditur, ut, v. g. Fiscales, *per Recess. Imper. de Anno 1654.* §. gestaltsam auch. *87. Roding. Pand. Camer. lib. 3. tit. 44.* Ecclesiasticæ quædam, super Electionibus, postulationibus, provisionibus, aliisque beneficiis Ecclesiasticis, Decimis, Usuris, Matrimoniis. *Magnif. Dn. Stranch. in Exerc. ad Pandect. Dissert. 28. th. 22.* Qud si tamen causa Univ. sit, quæ ordinarium processum admittat, tum eô ferè ordine tractabitur, quô causæ privatorum; uti hoc ex *Bald. in l. 5. n. 2. C. de feriis* refert *Los. p. 2. c. 1. num. 46.* Ipsa quidem, si agat, libellô supplicì oblatô pro impetranda citatione, adversa pars citatur à judice. Si verò contra eam agatur, eâdem observatâ solennitate, citantur Ejus nomine vel ordinarii Ejusdem, si quos habeat, Administratores, eam repræsentantes; qui si agant Univers. nomine ex causa civili, nomine etiam Univ. *l. de pollicit. 8. ff. de pollicit.* sique ex causa criminali propriò nomine libellum offerunt conceptum & formatum. *Los. p. 2. c. 1. n. 65.* Vel ipsa citatur, aut personaliter: quando in loco publico, ubi aliàs congregari consvevit Edictum sive Citatio insinuatur. *Bruning. de Var. Univ. spec. conclus. 91.* Nec requiritur, ut præcisè tùm, uti in aliis actibus, major pars præsens sit, *Alphons. Villaguth. de reb. Eccles. malè alien. restit. lib. 1. c. 40. n. 9. & 10.* nonnunquam & per proclama in publico illo loco factum, citationem publicè recitando. *Castr. in l. 1. §. 1 ff. quod cujusque Univ. nom.* Aut ad domum citatur; quando Citatio scripta Januis vel aliis locis publicis affigitur, ut possit in publicam pervenire notitiam: aut si ingressus loci denegatus nunciusque esset exclusus, ipsis portis; sique ad has quoque non tutus omninò esset accessus, in loci proximè adjacentis Ecclesia vel Templo adpendatur. *Los. p. 2. c. 1. n. 63.* In citationibus tamen, quæ fiunt de Electis ad loca pia, observandũ est, quod citari debeant eô tempore præcisè quò sunt congregati, nec sufficiat dimittere citationem custodi v. g. domus, hospitalis, illis diebus, quibus non congregantur. *Cattelianus Cotta in Memorial. Vocab. Universitatis. post Alex. 6. Consil. 219.* Si verò ordinarios habeat

Administratores sive Magistratus, sufficiet illos fuisse citatos, ut Syndicum, sive Defensorem constituant. *Ant. Perez. Comment. ad Cod. de jure Reip. lib. XI. n. 8.* Ita & hodiè Camer. Imper. Consulibus & Senatoribus, si congregati inveniantur in ipso Senatu, sin minùs Consulibus eorumque vicem gerentibus, convocatis aliquot Senatoribus processus insinuantur; quæ facultas si non sit, soli Consuli traduntur, corámve eo si accipere nolit, deponuntur: vel & Curiæ, ædisve sacræ valvis, alibive in publico affiguntur. Cammergerichts Ordnung. *p. 1. tit. 38.* §. Zum vierdten. *10. &* §. zum fünfften. *13.*

§. 5. Legitimè verò citata si contumax sit & non compareat, eâdem quoque contra eam, ac adversus privatum proceditur ratione; atque ad Primum, *l. 1. §. 2. & l. 8. ff. quod cujusque Univ. nom.* & secundum pervenitur Decretum. *Bachov. ff. ad d. t. Los. p. 2. c. 1. n. 73.* Et in hoc etiam utut alias gaudeat favore pupillorum, *l. Remp. 3. C. de jure Reip. lib. XI.* contra quos aliàs ita non proceditur; horum tamen privilegiô illa non fruitur, quia scilicet Univ. non itidem, ut pupillus, speratur fieri major. *Bart. in l. 1. n. 1. C. eôd. & in d. l. Remp. 3. C. eôd.* per tot. *Los. d. l.* Propter solam quoque contumaciam privatur privilegiis. *Roland à Valle, 2. Consil. 66. n. 45.* non tamen si quidam saltem particulares fuerint contumaces, toti imputabitur Univ. *Villag. de reb. Eccl. malè alien. restit. lib. 1. c. 39. n. 21. & 40.* add. *Los. d. l. n. 63.* Quod si verò comparere velit in judicio, aliter stare non poterit nisi per Syndicum, ut in *Cap. 2. §. 7.* pluribus dictum. Nec dilationes hîc & feriæ, ut in privatorum causis, conceduntur. *l. properandum. 13 §. censemus 1. C. de judic. & l. ult. C. de jure fisci.* cùm expediat, ut quando citiùs litibus Communitatum finis imponatur, ut refert *ex Coccin. Decis. 270. n. 3. Post. observ. 7. n. 88.* Neque etiam feriæ messium & vindemiarum. *Bald. in l. 5. n. 2. C. de feriis.* Nec qui Univ. nomine agit, vel eam defendit tenetur, ut privatus, ad satisdationem, nisi quando de ejus mandato & constitutione dubitatur; quia Univ. semper solvendo & locuples præsumitur. *Rosbach. process. Civ. tit. 12. n. 40.*

§. 6. Lis itaque sive judicium si jam sit susceptum, primum erit, ut lis contestetur: Deinde, sicut in privatis, *per §. Ecce enim 2. Inst. de pœn. temerè litig.* ita & hic in causa publica per eos, qui Univ. repræsentant, agendo vel defendendo, juramentum de calumnia deponatur. *l. cum & judices. 2. §. hoc etiam. 5. C. de jurej. propter Calum. dand. c. eum causam.*

causam, 6. extr. de juram. Calum. Jos. cum alleg. Dd. d. l. num. 67. ita quidem, ut, cum Universitas, prout sæpius dictum, corpus sit intellectuale & animâ propriè destitutum, nec in ejus animam perjurium committatur. *Petrus Cenedus in Collect. ad jus Canon. in cap. Romana. 5. vers. In universitatem, de sent. Excommun. in 6.* in animam constituentium juretur *Idem d. l.* nisi scilicet causæ sint in judicium deductæ, quæ specialiter excipiuntur, ut v. g. fiscales, ubi ob majestatem Cæsaris & Imperii generaliter lege mandantis non juratur. *Roding. pand. Cam. lib. 3. tit. 44. Mynf. 1. obs 74. Gail. 1. obs. 9. n. 4.* Posthæc positiones fiunt & Responsiones. *c. præsentium. 2. de testibus in 6to.* jure privatorum, *Bachov. ad l. si tibi 9. ff. quod cujusque Univ.* ab eo qui Univers. defendit, pariter quoque cum juramento calumniæ. *Bald. in l 2. §. quod observari. vers. veniamus ad quæstionem, C. de jurej. propter Calum. dand. Fr. Marc. 2. Decis. 477 per tot.* Quæ hinc inde probationibus suis corroborantur, perinde ut in privatorum causis; vel per testes, vel per instrumenta. Per testes tum quidem de ipsa Universitate, ad plenam faciendam probationem in causa civili; quando alii testes actu vel habitu intervenire non potuerunt, *arg. l. servi. 7. ff. de testib.* aut licet etiam potuerint, quando commodum vel incommodem spectat ad Universitatem, sive omnes, ut ad Universos, v. g. in causa finium regundorum. *Menoch. de A. J. Q. lib. 2. c. 106. num. 5. seqq.* modò tamen ipsis homagium prius fuerit relaxatum. *Besold. de jure Univ. c. 4. num. 2.* ipsique juraverint se nullum ex sua testimonii depositione sperare utilitatem. *Masc. de probat. d. conclus 1414. num. 21.* quamvis ita in consequentiam de singulorum commodo agatur. *Sichard. d. l. Tiraq. ad tit. Cod. Res inter alios actas vel judicatas aliis non præjudicare tom. 5. p. 93.* non verò si commodum illud vel incommodum ad Univ. ut ad singulos immediatè, in causæ exitu pervenit: v. g. quando contentio est de nemoribus, pascuis &c. prout dictum in *cap. 3. §. 18. arg. c. tertiò loco. 5. extr. de probationibus. & c. insuper. 6. atque c. cum nuncius. 12. extr. de testibus Felin. in c. insuper. n. 7. vers. fallit sextò. extr. eôd. Sichard. ad l. Parentes 5. n. 5. & ad eandem Salycetus n. 10. C. de testibus B. Dn. Ludvv. Exerc. Justin. 4. th. 2. lit. D. Carpzov. lib. 3. Resp. tit. 9 Resp. 93. Mascard. de probat. conclus. 1406. & 1414.* etiamsi plures quam duo, qui aliàs plenam faciunt fidem. *Castrens. Alexand. & Jason. in l. si quis ex argentariis. 6. §. cogentur. 1. ff. de Edendo. Menoch. d. cas. 106. n. 8. Farinac. quæst. 69. n. 36. seq.* conveniant in dicendo, *Masc*

de

de probat. d. concluſ. 1414. n. 3. cum unus fidem, quam ipſi non habet, alteri non poſſit addere, ſed æquè omnes propter ſuſcipionem commodi removeantur. *Idem d. l. n. 4.* niſi ſcil. & alii lucri vel damni non participes concurrant; vel & aliud inſuper probandi genus, puta inſtrumenta unà cum teſtibus producantur. *Joh. Petr. Surdus. Conſ. 28. n. 44. & 46.* Unde & utut incrementum vel decrementum rei, de qualis eſt; ad ſingulos, Univerſ. immediatè pertineat, illi tamen, ad quos inde damnum vel lucrum non pervenit, à teſtimonio abarcendi non ſunt omninò, uti ex *Cepolla in tract. de ſervit. ruſt. præd. c. 9. n. 10. in fin.* refert *Schneidevv. in Comment. ad inſtit. de R. D. §. Univerſitatis. 6. num. 5.* Nam hi tantùm, de quorum proprio agitur intereſſe, à teſtimonio dicendo repelluntur. *per l. nullus. 10. ff. de teſtib.* Jam verò in illis, quæ ad ſingulos, ut univerſos, ſpectant, nullus cenſetur in jure noſtro proprium intereſſe habere, propter. *l. 7. §. 1. ff. quod cujusque. Univ. nom. Beſold. d. l.* quia is dicitur proprium habere in re aliqua intereſſe, qui agere poteſt & excipere. *l. ſi procuratorio. 2. §. ſed ſi alius. 1. ff. quando adpell. ſit.* quod ſinguli de Univ. propriò nomine facere non poſſunt. *arg. c. edoceri. 21. extr. de reſcript. & c. religionis. 3. clement. de procuratoribus. Menoch. d. l. Carpzov. d. lib. 3. Reſp. tit. 9. Reſp. 93. n. 2.* Id quod tamen ita limitandum erit, ut etiamſi commodum ad eos, ut ad univerſos, pertineat, ut nihilominus teſtificari prohibeantur, pro judicis tamen arbitrio, ſi magna aliqua ob annexum notabile commodum præſumatur affectio. v. g. ſi magna nimis eſſet illa jurisdictio, de qua diſceptaretur. *Didac. Covarruv. pract. quæſt. c. 18. n. 4. Menoch. de A. J. Q. d. c. 106. n. 11. Maſcard. concluſ. 1414. n. 18. 19.* Nec procedit, ſi de futuro, quod immediatè quid perventurum foret, adpareat? utut de præſenti commodum illud vel incommodum non ſentiant illi ſinguli, qui ad teſtimonium ſunt producti. *Menoch. d. l. num. 15. Math. de Afflict. Deciſ. 400. n. 1. 2.* Si v. g. eſſet contentio ſuper exactione gabellarum, collectarum, &c. *Idem d. l.* indeque nec adverſus creditorem Univ. ubi conſtat Univ. propria non habere bona, unde ſolvat, ſed collectam eſſe imponendam. *Cravetta. in tract. de antiq. temp. part. 7. pr. n. 20. 21. Bald. 5. Conſ. 443. Maſcard. de probat. concluſ. 1414. n. 6.* Multò minùs abſque ſuſpicione ad teſtimonium provocabitur illorum, qui præter id, quod de Univ. ſunt, etiam ab illa inſuper ſalarium accipiunt. *Decius Conſil. 94 n. 2. Menoch. d. l. n. 12.*

§. 7.

§. 7. Quod si tamen causa vertatur super tali facto, cujus notitia aliunde planè non potest haberi, nisi per eos, qui sunt de Univ. tum, ne veritas occultetur, propter difficultatem probationis, illi ipsi, utut quoddam in causæ exitu lucrum vel damnum ad eosdem perveniat, ad testificandum, non tamen plenam faciendam probationem admittuntur; docente, *arg. l. consensu. 8. §. servis. 6. vers. super plagis. C. de repud. Schneidevv. in Comment. ad Inst. de R. D. §. Universitatis. 6. n. 5. in fin.* Quamvis etiam causa ad Univ. ita spectet, ut exitus testibus illis immediatè neque proficiat neque noceat, sed solùm ut Universos eos attingat, tùm tamen non major hisce inquilinis fides erit habenda, quod si Univ. adversarius contrarium sufficienter probaverit aliis testibus, qui omni omninò, quali quali etiam, suspicione carent. *Afflict. d. Decis. 400. n. 8. Mascard. de probat. d. concl. 1414. t. n. 17.* Nec enim pro Univ. tantùm sed & contra illam testes ex illa ad testificandum admittuntur. *Carpzov. lib. 3. Resp. tit. 9. Resp. 94. n. 7.* non tamen sine ratione ad testimonium illud perhibendum compelluntur. *Dn. Carpzov. d. l. n. 12. Farinac. de testib. quæst. 60. n. 489.* cum & istis hîc, non minùs, quàm cæteris privilegiatis testibus subveniant affectio, reverentia & subjectio, quò minus ad testificandum cogantur. *Carpzov. d. l. n. 11. Farinac. quæst. 78. num. 17.* nisi scil. & eô casu, quo veritas aliunde nequit exquiri, quô scil. & alii privilegiati testes ad testimonium dicendum compelluntur. *Carpzov. d. l. n. 15. Gail. 1. observat. 100. num. 15.* In causa verò criminali illius, qui de eadem est Univ. testimonium non facilè admittitur, etiam quando saltem pro singulari quodam contra extraneum ex illa testimonium velit dicere. *Menoch. d. l. n. 17. Felin. in d. c. insuper. 6. extr. de testib.* nisi Univ. valdè magna sit, & præsumtio inde omnis familiaritatis cesset. *Menoch. d. l. num. 20. Masc. d. l. num. 12.* Aut unus de illa Univ. contra alium Ejusd. Univ. sit testis, & ita par affectionis causa suspicionem tollat. *Menoch. d. l. num. 19. Schneidevv. in Comment. ad Instit. de R. D. §. Universitatis. 6. n. 5.* Omninò autem rejicitur, quod si tota Univ. delicti arguatur, *arg. l. semper. 15. §. si in sepulchro. 2. ff. quod vi aut clam. Menoch. d. l. n. 17. Masc. d. conclus. num. 9.* nisi ad probandam innocentiam, ad quam & domestici admittuntur. *Masc. d. l. n. 17. Menoch. d. l. n. 21. Decius Cons. 459. n. 8. Cravetta Consil. 119. n. 9.* Pariter & ille, qui est de Univ. contra eandem hôc casu testimonium dicere prohibetur, juxta *Althus. in Dicæolog. lib. 3. cap. 36. n. 35.*

§. 8. Deinde ad probationem etiam faciunt testimonium publicum, instrumenta publica, quæ ex Archivo proferuntur, per *auth. sed hæc, C. de fide instrum.* tàm intra territorium, contra subditos, *Schurff. 3. Consil. 90. n. 9. Roland. à Valle 4. Consil. 75. n. 30.* quàm extra illud contra alienigenas. *Klock. de contribut. c. 19. n. 49. seq.* etiamsi documentum illud in originali non amplius possit haberi, sed exhibeatur in copia ex Archivo illo producta. *Cacheran. Decis. 69. num. 7. & 8. Schrad. 1. Consil. 5. n. 25. præsertim* si in scriptura antiqua. *Masc. de probat. conclus. 512. & n. 75.* Et hoc de Civitatibus Imperialibus expresse attestantur *Chilian.* König. *in process. c. 9 Ruland. de Commissar. p. 2. lib. 5. cap 8. n. 8.* Ubi & præjudiciis aliquibus id ipsum confirmat. Quin & si semiplenè probaverit, ad juramentum suppletorium admittitur. *Anton. Fab. in Codic. lib. 4. tit. 1. definit. 40. n. 1.* judiciale quoque juramentum & à Syndico, si in mandatts habeat, aliis deferri potest, *per l. jusjurandum. 34. §. Defensor. 1. ff. de jurej.* & ipsi defertur. *Carpzov. part. 1. constit. 13. defin. 1.* non tamen à Syndico, aut actore Univ. sed à nonnullis, qui veritatis maximè conscii habentur, præstatur. *l. municipibus. 97. ff. de condit. & demonstrat.* De jure Saxonico quoque juramentum hoc judicialiter delatum, per tres vel quatuor Univ. Seniores præstari solere attestatur *Dn. Carpzov. d. constit. 13. defin. 1. n. 4. & Rauchb. p. 2. quæst. 8. n. 13.* nisi scil. juniores exactiorem rei cognitionem habeant *Carpzov. d. l. n. 2.* Ipse quoque Syndicus seu Defensor, si adhoc speciale mandatum exhibeat, deferre potest Adversario juramentum litis decisivum, vel super aliquo emergenti, *per l. jusjurandum. 34. §. Defensor. 1. ff. de jurejur. ibique Bart. add. Los. p. 2. c. 1. n. 76.* Cæterum Syndici quoque legitimè constituti in judicio edita confessio Univ. nocet *Zas. decis. 39. n. 5. 6. 35. & 36. Decius Consil. 297. n. ult.*

§. 9. Mutuas tandem Positiones & Responsiones probationibus suis suffultas & conclusas, ultimus sequitur judicii actus: Sententia scil. ejus executio. Et sententia quidem interlocutoria, licet fuerint indefensa, contra eam obtinebit *per l. 1. §. quod si nemo. 2. ff. quod cujusque Univ. nom.* Ad Definitivam verò si adversus eandem indefensam fuerit proventum, ipsô erit jure nulla. *l. 1. Cod. de Jure Reipubl.* si verò defensa fuerit, & sententiam adversarius contra eam obtinuerit; non tantùm contra eandem, qualis in præsens est; sed & de futuro, contra quoscunque ejus successores & habitatores eadem valebit.

Guid.

Guid. Pap. Decis. 279. At licet contra prolatam adversus se sententiam non appellaverit, atque ita sic in rem transiverit judicatam, retractabitur tamen citra remedium adpellationis, si postmodum instrumenta de novo fuerint reperta, *per l. Imperatores 35. ff. de re judic. Everh. in Top. loco à Rep. ad papill.* Illius etiam debitoribus manifestè convictis à sententia pro debito fiscali, tributis, sive collectis lata, denegatur appellationis beneficium: ne scil. publicæ necessitatis & ærarii commoda callidis debitorum artibus differentur. *l. abstinendum. 4. & l. ult. C. quorum appell. non recip. c. ei qui appell. 41. vers. quoties. quæst. 6. c. 2.* nisi scil. lucra persequatur pœnalia, atque sic non de damno vitando certet, sed de lucro captando. *per l. lata 22. C. de adpellat. Bachov. ad Treutl. Vol. 2. Disp. 33. th. 3. lit. G. & H.* Viceversa tamen, si ex eadem causa debiti publici à sententia contra se lata appellet Fiscus, vel Univ. recipitur appellatio. *Peregr. de Jure Fisc. lib. 4. tit. 4. Hunn. Volum. Disput. post. Disp. 33. th. 3. q. 29.* Adversus desertam appellationem quoque restituitur in integrum. *Matth. de Afflict. Decis. 175.* quamvis læsionem, utpote quæ ex ipsa scil. desertione appellationis satis constat, non docuerit. *Carpz. lib. 2. Resp tit. 9. Resp. 95. n. 13.*

§. 10. Quemadmodum & aliàs per latam sententiam læsa, pupillorum more, extra ordinem juvatur per restitutionem in integrum. *l. Respubl. 4. C. quibus ex caus. maj. in integr. restit. l. 3. C. de jure Reip. lib. XI. Dn. Struv. Exerc. 8. thes. 6. ibique in not. quæst. 1.* Nec enim in d. textib. per Remp. Romanam solùm intelligitur, ut quidam volunt, *arg. l. sed & hi. 13. §. præterea. 1. ff. de publican. & vectig.* sed ob generalitatem legis & identitatem rationis, reliquæ etiam Universitates & communitates. *l. ergò sciendum. 22. §. 2. Dn. Struve d. Exerc. 8. th. 61. Gail. 2. obs. 62. n. 4.* Nam ratio illa, quæ in Rep. Romana obtinet, quod scilicet per alios, ut minor, regatur & in ea minores etiam, pupilli, viduæ & similes personæ miserabiles reperiantur, in aliis quoque, quæ æquè ita per alios reguntur, & personas ejusmodi miserabilis conditionis in se continent, obtinebit. *Los. p. 3. c. 18. n. 4. seqq.* atque propter ipsa municipia in Legatis etiam eorum, si propter officium legationis absentes & indefensi fuerint condemnati. *l. legatis. 8. ff. Ex quibus causis maj. in integr. restit. l. 1. C. eòd.* Quid quod si vel Universitates quædam nec vel impropriè Reip. nomine venirent, & ita beneficiô restitutionis vigore prædictorum textuum non gauderent, illud tamen competeret ex clau-

sula illa generali in *l. sed et si. 26. §. item inquit Prator. 9. ff. Ex quibus caus. maj.* expressa: *Si qua alia justa causa videbitur. Besold. de Univ. c. 5. n. 6.* referente *ex Trentacinq. lib. 2. pract. resolut. tit. de restit. min. resolut. 3. add. resol. 5 fol. 132.* Ubi & exinde hoc ad illas exiguas extendit Univ. quæ perpaucas in se continent personas, quæ negotia communitatis tanquam propria tractant, & quilibet ipse omnia novit negotia, & ita non per alios, sed per seipsos reguntur; eò scilicet quod secundum Gl etiam in parva Univ. non reperiatur consensus verus, sed fictus. *Besold. d. l.* Communitates quoque ex matricula sive æstimo ob falsam relationem, obventionem, & vitium inæqualitatis læsæ in subsidium rectè postulare restitutionem tradit *Klock. de contribut. c. 19. num. 356.* Ecclesia quoque vel alia Univ. restituitur contra contractus à Prælato aliòve Administratore juramento confirmatos; cum ea non juraverit, adeoque restitutionem petens contra juramentum non veniat. *Dn. Struve prælect. suis public. ad Cod. tit. si adversus vendition. quæst. 4. Ant. Gabr. conclus. 5. num. 11. Saraphin. de Seraphin. tract. de privil. juram. privil. 88. num. 76.*

§. 11. Cæterum restituitur Univ. non solùm si lis intercesserit cum privato, sed & contra aliam Univ. *Los. p. 3. c. 18. n. 21.* cum & interdum privilegiatus contra alium æquè privilegiatum remediô hoc possit uti. *per l. fin. ex quibus caus. maj. in integr. ibique Gloss.* Inde & minor adversus Univ. jure fisci utentem restituitur; & favorabilior quidem hôc loco causa est infirmæ ætatis, quàm potentis fisci, quando scilicet minor de damno vitando & fiscus de lucro captando agat, & privilegia, quæ regulariter contra æquè privilegiatum frustrà adhibentur, hîc ita imparia habeantur. *Dn. Struve in prælect. publ. ad Cod. tit. Si advers. fiscum.* Restituitur autem contra Universitatem, causâ cognitâ, per Procuratorem Cæsaris, unà cum præside & Fisci Patrono præsente, non perinde, ut contra privatum, per solam Præsidis provinciæ notionem. *l. 2. C. d. t.* In cognoscenda verò causa præprimis erit inquirendum, an fiscus rem minoris vendiderit ut suam, an ut alienam, creditoris jure; si ut suam, succurritur minori beneficiô ætatis contra emtorem; ita ut ei non noceat præscriptio quadriennii, quæ juxta. *l. 2. C. de quadrien. præscript.* eum, qui à fisco rem emit alienam, statim securum facit, Domino autem actionem dat intra quadriennium contra ipsum fiscum, non contra emtorem, uti *cap. 3. §. 20.* dictum; cum hæc præscriptio quadriennii

non

non de rebus minorum, sed majorum sit exaudienda. Si verò ut alienam vendiderit, fortè ratione debiti fiscalis; si quidem bonâ fide, &, pro loci consvetudine, publicâ auctione rem distraxerit, non conceditur minori restitutio; nisi collusio & fraus doceatur, quæ faciat venditionem rescindi, ita scilicet ut minor solvat, quæ fisco debet, ac rem suam recipiat. *Dn. Struve Syntagm. Juris Civ. 8. th. 46. & in d. prælect. publ. ad Cod. tit. si advers. fiscum. quæst. unic.*

§. 12. Cæterum illis quidem casibus, quando aut hereditas aliqua, per Admin. Univ. fuit quæsita, quæ tamen propter æs alienum damnosa habetur, aut negligentiâ res Univ. usucaptæ, actiónesve tempore amissæ restitutionem unô ore ei omnes addicunt. *Donell. ad l. Civitas, 27. ff. de R. C. Treutl. vol. 1. Disp. 2. th. 8. in fin. Hartm. Pist. quæst. 37. n. 5. 6. seqq.* In propriis verò contractibus implorationem hujus beneficii denegant, ex eo partim, quod non indigeat remediô hoc extraordinariô; partim & nemo aliàs cum Univ. esset, contracturus, aut in summa etiam necessitate pecuniam crediturus. Verùm cum ex præcedentibus etiam constet, Univ. ex proprio contractu, eô etiam casu, ubi pecunia mutua in ejus utilitatem versa non sit, obligari, sed & evidentem læsionem in alienationibus ex contractibus descendentibus contingere & aliunde evenire posse demonstret *Hartm. Pistor. d. l. n. 58.* & ille qui cum alio contrahit, cum ejusdem, cum quo sibi res est, conditionis non debeat esse ignarus; ideò non videtur esse dubitandum, quin & in propriis etiam contractibus, probatâ læsione, restitutio sit concedenda; si non aliô jure, indubitatâ tamen vi clausulæ generalis prædictæ in *l. 26. §. 9. si qua alia justa causa*, vid. *Bachov. ad Treutl. vol. 1. Disp. 11. th. 8. lit. H. Sfort. Odd. de restit. in integr. part. 2. quæst. 51. artic. 7. Franc. Mantic. lib. 8. de tac. ambig. convent. tit. 13. n. 14.* Restituitur etiam ex capite ignorantiæ, si intra legitimum tempus petat, contra præscriptionem completam juris vel privilegii tempore, quantumvis immemoriali, non utendo amissi. *Guid. Pap. Decis. 544. Reusn. lib. 2. Consil. 12. n. 28.* In causa verò criminali an fiscus restituatur adversus sententiam, quæ reum absolvit, aut leviorem, quàm par est, illi pœnam injunxit, inter Dd. controvertitur; de qua controversia videatur *Perez. ad Cod. de sent. advers. fisc. lat. n. 8.* ubi tradit: quòd quicquid aliàs juris sit in hac re, moribus tamen receptum esse, quod in atrocioribus, si reo minor pœna sit irrogata, quàm delictum expostulat, soleat supremus Senatus restitutio-

 nem

nem concedere fisco agenti ad dignam pœnam, propter exemplum, utque satisfiat publicæ vindictæ.

§. 13. Cæterum restitutionem petit Administrator Univ. nomine etiam sine speciali mandato, si ea sit Univ. conditio, ut publicum videatur gessisse officium, quod propterea de Collegiis opificum dici non poterit. *Los. p. 3. c. 18. n. 24. 25. & 26.* Petenda est autem regulariter intra quadriennium continuum, *l. ult. C. de temp. in integr. restit. c. 1. extr. de restit. in integr. in 6to. Magnif. Dn. Præses Cent. Reg. Jur. Reg. 75. n. 4. Carpz. Resp. lib. 2. tit. 9. Resp. 96. Berlich. p. 2. Decis. 218 n. 2. Afflict. Decis. 175. per tot.* à tempore scil. læsionis computatum. *Clem. Un. de rest. in integr. Besold. de jure Univ. c. 5. n 6. in fin. Hartm. Pist. lib. 1. q. 37. n. 62. & 63.* nisi causa quædam subsit rationabilis, quæ superiorem movere possit ad idem beneficium effluxo tempore præfixô concedendum, v. g. si prævaricationis vel fraudis manifestæ probetur super hoc intervenisse commentum. *d. c. 1. extr. de restit. in integr. in 6to.* vel ignorantia latæ sententiæ, damnive dati, in tantùm, ut etiamsi ultra quatuor etiam centum effluxissent anni, ea nihilominus concedatur. *Boer. Decis. 39. n. 4.* cum non incipiat currere, nisi à die scientiæ. *Sfort. Odd. in tract. de restit. in integr. p. 1. q. 20. artic. 4. n. 37.* Vel & denique si damnum sit evidentissimum, læsioque enormissima. *Carpzov. d. lib. 2. tit. 9. Resp. 96. Cravetta Consil. 642. n. 13. Sfort. Odd. d. tract. q. 19. artic. 7. n. 66 seqq.* add. *Alphons. Villag. de reb. Eccles. malè alien. restit. lib. 1. c. 78. n. 14. seqq. lib. 2. c. 5. n. 77. 78. seqq.*

§. 14. Denique si per restitutionem in integrum quoque non adjuvatur, & sententia executioni sit mandanda, executio latæ sententiæ non afficit Syndicum, Actorem sive Defensorem Univ. neque singulos de illa, sed illos aut Universos & ipsam Univ. ita quidem, ut causâ civili ita existente, perinde, ut in executione solvendi debiti ad *Cap. 4. §. 20.* dictum; bona primò mobilia, post immobilia, & ipsa demum nomina in causam judicati capiantur, & hæc si non suppetant collecta imponatur. *Dn. Struve Syntagm. Civ. Exerc. 44. th. 16. Los. p. 2. c. 1. n. 90.* Et siquidem solutionem debiti liquidi malitiosè differendo temerè & injustè lites susceperit, in earum expensas condemnabitur. *Idem d. l. n. 77.* ita tamen, ut si concivis Univ. litem moverit, in eaque illam vicerit, ut certa pecuniæ summa propterea ipsi sit solvenda, ille à collectis, quæ exinde veniunt imponendæ, immunis non sit. *Klock de contribut. c. 27. seqq.*

CAPUT

CAPUT VI.

De Actibus Univ. in causis criminalibus, Delictis, Pœnis, Eversionibus & Restaurationibus.

§. 1.

DEnique ad actus Universit. judiciales spectat, quando in causa aliqua criminali de delictis quæstio est instituenda. Nam & contra Univ. & ab ea delinquitur. Contra Univ. quidem, quoties ea offenditur & injuriâ afficitur, vel tota, vel aliqui saltem, puta administratores, aliive singulares intuitu Univ. *l. 1. §. 3. ff. de injur. Mind. lib. 1. de processs. c. 34. n. 7. Gall. de pignor. obs. 6. n. 11.* Et de injuriis Universitati vel Senatui illatis non tantùm illi qui, affecti sunt injuriâ, sed eorum quoque successores jure agent. *Carpzov. lib. 2. Resp. 5. Resp. 65. per tot.* cum injuria ipsi fuerit illata, ut personæ cuidam fictæ & repræsentatæ, quæ, etiamsi vel omnes, præter unum, moriantur, ipsa tamen pro mortua non habetur, sed omne jus Univ. in uno illo residet & per illum repræsentatur, uti pluribus in præced. *cap. 2. §. 1.* dictum *ex l. sicut. 7. §. fin. ff. quod cujusque Univ. nom. Klock. 3. consil. 45. n. 114. & 115.* & sic etiam ad successores,& noviter electos subinde pervenit & in illis consistit. *Dn. Carpz. d. l. n. 11.* Quin & contra eum, qui alicui de Univ. injuriam, sive intuitu Univ. sive non, intulit, agit ipsa Univ. *Guid. Pap. Decis. 464. n. 2. Oldrad. Consil. 66. & 315.* Ita, quod communitas, si per alium ipsius subdito inferatur molestia in imponendis collectis aliisque oneribus, possit suum subditum defendere, & sive agendo, sive excipiendo in libertate auxiliari,tradit etiam *Gylm. Symphor. Cam. tom. 2. p. 3. tit. 7. n. 72.* Siquidem & hæc non ad singulorum solùm, sed & totius consequenter communitatis tendat incommodum, quod uni vel alteri ex privatis damno accidit. *Idem d. l. n. 42. seqq.* Ubi & hoc non esse novum jurique vel consvetudini Germaniæ nostræ incognitum, sed in unica etiam pignorationis constitutione manifestô adparere, docet. Id quod tamen *Gail de Pignor. cit. loc.* eô casu, quando Civitas aliqua Imperialis ratione sui interesse pro cive suo supplicare & agere velit contra personam immediatè Imperio subjectam super constitu-

ſtitutione pignorationis, ita tantùm concedit, ſi principaliter interſit Civitati, non verò, ſi civi principaliter, ſed, quod tunc in ſua poſſeſſione turbatus pro pignoribus iniqùe ablatis coram ordinario judice agere debeat. Illud verò expediti eſt juris, quod Civitas pro cive ſuo admittatur ad defenſionem neceſſariam, per ea quæ habet. *Berlich. concluſ. 14. n. 20.* Civítas verò Imperialis in quantum poſſit punire extraneum, ſive ſtatum Imperii Immediatum, ſive mediatum, perſonamq́ue privatam in ſuo territorio delinquentem, vid. *Knipſchild. de Civit. Imp. lib. 1. c. 5. n. 97. usque. 102. & lib. 2. c. 5. num. 79. usque 115.* In quantum punire liceat itidem municipali, quæ merô mixtoq́ue gaudet imperiô, officiales Principis & extraneos. *vid. Beſold. de Un. c. 8 num. 9. ſeqq.* Ipſa verò Univ. delinquit contra alios, illisq́ue quemadmodum in præcedenti cap. ex contractu, ita hîc ex delicto obligatur; *argum. ad delictum à contractu in Everb. Top. legal. n. 1. ſeqq. deductô:* Ita, ut etſi conventiones per alios, eosq́ue ineat, quibus adminiſtrationem rerum ſuarum commiſit, ipſaq́ue ita dolô quid in conventionibus ſuis facere non poſſit, actio tamen de dolo, quando ex dolo Adminiſtratorum ſuorum ad eam quicquam pervenit, in tantùm, quantum pervenit, detur. *l. ſed ex dolo. 15. §. 1. ff. de dolo.* Actio verò quod metus cauſa, quæ ſcil. delictum præſupponit, *tit. ff. & Cod. quod met. cauſ.* indiſtinctè contra ipſam Univ. competit. *l. metum. 9. §. animadvertendum 1. ff. quod met. cauſ.* Et hæc propterea, quod in hac non, ut in illa, præcisè ſit deſignanda perſona, quæ metum intulit. *d. l. 15. §. fin. ff. de dol. Dn. Struve Syntagm. Civ. Exerc. 8. th. 31. & in not. ad eand.* Univ. enim propriè loquendo perſona non eſt, ſed ſubtili tantùm juris ratione & fictione illæ perſonæ ſingulares in ea viventes eamq́ue conſtituentes conjunctim ſumtæ habentur ut unum aliquod corpus animatum & perſona repræſentata. *Gail. de P. P. lib. 2. c. 9. n. 11. Alphonſ. Villag. de Rebus Eccleſ. malè alien. reſtit lib. 1. c. 126. n. 17.* Sicut in *cap. 2. §. 1.* jam dictum. Damnum quoque ſi Magiſtratus alicujus Univ. vel municipii injuriâ dederit, ex L. Aquilia convenitur. *l. quemadmodum. 29. §. Magiſtratus. 7. ff. ad l. Aquiliam.* ſiq́ue injuriam intulerit, ob ejus etiam illationem convenitur. *Harpr. ad §. non ſolum. 11. Inſt. de inj. n. 56. Berlich. p. 5. pract. concluſ. 62. n. 20.*

§. 2. Quemadmodum & in contractibus Univ non creditur conveniſſe niſi de conſenſu conſtet omnium & ſingulorum, qui in ea degunt,

degunt, eorumve, qui eam repræsentant; ita & ut de delicto teneatur, æquè requiritur, ut omnes & singuli, cum capite & membris, vel personum tubæ, vel campanæ, aliòve consvetô modô convocati, congregati, propositione ad delinquendum factâ & deliberatô consiliô atque unanimi consensu, id quod factum est, conclusum fuerit. *Habn. in not. ad VVesenbec. tit. quod cujusque Univ. nom. num. 6. in fin. Boër. de sedit. c. ult. num. 8 Cacheran. Decis. Senat. Pedem. decis 39. num. 3. Mascard. de probat. conclus. 1413. num. 1. seqq.* Ubi, quod singulariter notandum, ad propositum etiam consilium tacens pro consentiente habetur. *Alphons. Villag. de reb. Eccles. malè alien. restit. lib. 1. c. 36. num. 15.* Non tamen sufficit, quod à tota civium multitudine, etiamsi explicatô & levatô vexillô, delictum fuerit commissum, nisi de unanimi quorumcunque consensu constet, sed illis singulis tantùm, qui in id consenserunt, imputatur. *Gail. de P. P. lib. 2. c. 9. num. 4. Rosenth. de feud. cap. 10. conclus. 4. num. 7.* ita ut etiamsi omnes, exceptô unô, in delictum consensissent, tota Univ. deliquisse propterea non sit dicenda. *Benitend. Decis. Avenion. 128. n. 6. Los. p. 4. c. 1. num. 14. Gylm. Symph. Cam. vot. tom. 2. p. 3. tit. 7. vot. 1. num. 15. in fin.* Non etenim hîc in delictis, *per l. 160. §. 1. ff. de R. I.* ut ante in contractibus, ubi non ita de omnium & singulorum ludebatur corio, ad universos refertur, quod publicè factum est per majorem partem. *Boër. in tract. de sedit. c. ult. num. 11. Fr. Marc. Decis. 126. num. ult. Roland. à Valle. 2. Consil. 66. n. 33. & 63. seqq. Alex. 6. Consil. 13. num. 9. Mascard. d. l.* prout *in cap. 4. praced. §. 33.* relatum fuit. Sed pertinet culpa ad singulos, qui consenserunt, non ad eos, qui cæterorum sententiis victi sunt. *Hug. Grot. de Jure Bell. & Pac. lib. 2. c. 21. §. 7.* Multò minùs totam gravabit Univ. si delictum aliquod ab ejusdem Officialibus & Administratoribus, iisque, qui illi præsunt, eamque repræsentant, utut liberam & absolutam administrandi potestatem habeant, fuerit commissum. *arg. l. sed ex dolo. 15. §. 1. & 2. ff. de dolo. Cagnol. ad l. aliud. 160. §. refertur. 1. ff. de R. I. Besold. de Univ. c. 7. num. 2. in fin. Masc. d. l. num 8. 9. & 10. Schrad. 2. feud. part. 9. sect. 9. num. 51. Alphonsus Villag. d. tract. lib. 1. c. 96. num. 2. seqq. & c. 127. num. 31. Paul. de Castro, 1. Consil. 424. num. 6.* Nam illa repræsentatio, uti etiam jam in *d. c. 4. praced. §. 34.* dictum, locum habet tantùm in iis, quæ Administratoribus vel aliis eam Repræsentantibus specialiter vel generaliter fuére commissa. Jam verò in mandato generali

& cum libera delinquendi poteſtas data non cenſetur, uti *d. §. 33. in cap. 4. ex Schrad. 2. feud. p. 9. ſect. 9. n. 52.* deductum add. *Roſenth. de feud. c. 10. concluſ. 4 n. 3. Villag. d. l. num. 4.* Niſi ſcilicet cum cæteri de Univ. delicti expertes, cum abſque periculo, *Cravetta Conſil. 595. n. 2.* Concivibus vel etiam Adminiſtratoribus ſuis, qui illi præſunt, notoriè ad delictum aliquod proruentibus potuiſſent reſiſtere, nec tamen impediviſſent. *Cacheran. Deciſ. Senat. Pedem. Deciſ. 138. num. 21.* atque ita ſeipſos quoque ut conſcios ſuſpectos & participes criminis reddidiſſent. *Mynſ. 4. obſerv. 79. Villaguth. dictô librô c. 126. num. 3.* ita tamen ut in dubio pro Univerſitate potiùs judicetur. *Cravetta. d. l.* Et abſentes quoque, ut contradicentes habeantur. *Villaguth. d. l.* Aſt utut ex delicto particularium quorundam, ſine conſilio & ratificatione ejusdem perpetrato, tota non teneatur Univ. *Modeſt. Piſtor. Conſil. 6. n. 52. Klock. relat. vot. Cam. 133. num. 9. Maſc. d. concluſ. 1413. num. ult.* quod ſi tamen, uti jam in præced. *cap. 4. §. 33.* dictum, delicti reos non puniat, ſed in communitate ſua potius foveat, cum exoptatam ſine ullo periculo ejusmodi facinoroſos compeſcendi habeat facultatem; tacitè quaſi quædam exinde ab Univerſ. facta colligitur ratificatio, quæ mandato æquiparatur, *l. 152. §. 2. ff. d. R. I. l. ſemper, qui non prohibet. 60. ff. eôd. l. 1. §. ſed etſi quod alius. 14. ff. de vi & vi armat. l. qui patitur. 18. ff. mandati. c. ratihabitionem. 10. de R. I. in 6to. Cacheran. Deciſ. Senat. Pedem. 138. num. 4.* & ita æquè in dolo habetur ac ſi ipſa deliquiſſet, nec reſtitutioni in integrum tùm eſt locus. *Roſenthal. de feud. cap. 10. concluſ. 4. num. 13.* Similiter quoque ex commiſſo à ſingulis maleficio ob ratihabitionem tàm tacitam, quàm expreſſam obligabitur. *Roſenth. d. l. num. 12. Cacheran. d. Deciſ. 138. num. 6. Modeſt. Piſtor. Conſil. 16. num. 52. Cravetta Conſil. 195. num. 6. Roland. à Valle. 2. Conſil. 66. num. 32. Mynſ. c. 4. obſerv. 79.* ſi nimirum cæteris ſcientibus & patientibus, quamvis abſque mandato, illi ſingulares deliquerint, *Roſenth. d. l. num. 10. Cravetta d. l. num. 10.* nec tùm erit neceſſe, ut ſimultanea totius populi conſvetô modô convocati prævia probetur deliberatio. *Maſcard. de probat. d. concluſ. 1413. num. 20.* Quoniam probatio hæc communis & ſimultaneæ deliberationis requiritur tantùm, ſi delictum ſit momentaneum; v. g. homicidium & ſimile. Quando verò omittendo delinquit, aut delictum illud ſucceſſivum habet temporis tractum, veluti continua turbatio, bonorum invaſio, bellum, rebellio, &c. tunc

etiam

etiam ne ulla quidem prædictarum solennitatum interveniente, *Gail. d. l. num. 5. & 31. Mynsing. d. 4. observ. 79. Masc. d. conclus. 1413. num. 16. Cacheran. d. Decis. 138. num. 10. Modest. Pistor. d. Consil. 6. num. 52. & 53.* indistinctè ad pœnam tenebitur. *Albert. Brun. Consil. 28. n. 11.* Quomodo autem procedere debeat judex contra Univ. de crimine aliquo accusatam, *vid. Alphons. Villag. de Reb. Eccles. malè alien. restit. lib. 1. c. 127. n. 32. ibique, quos citat. Dd.*

§. 3. Variè autem pro varietate & gravitate delictorum punitur Univ. vel mulctâ, vel graviori afficitur pœnâ. In delictis quidem, quæ pecuniariâ tantùm pœnâ coërcentur, solutio fit de bonis publicis & communibus, hisque deficientibus demum imponitur collecta. *Ant. Gomez. Var. resol. tom. 3. cap. 1. num. 53. Gylm. Symphor. vot. Camer. tom. 2. p. 3. tit. 7. vot. 1. num. 17. Klock de contribut. cap. 17. n. 356.* illis scil. tantùm, qui deliquerunt, ipsi consenserunt, aut ratum habuerunt. *Idem d. l. num. 251.* non verò innocentibus etiam & iis, qui expressè contradixerunt. *Klock. de contribut. d. l. num. 252. & tom. 3. Consil. 135. num. 258. Cacheran. Decis. 90. num. 9. Surdus Decis. 275. n. 6. seqq. Gylm. Symph. Vot. Camer. h. l. num. 16.* ita quidem, ut si de facto innocentes fuissent propterea gravati, à nocentibus indebitè solutum recipiant. *Bürger. cent. 4. observ. 55. in fin.* veluti & omnibus delictorum reis de Universitate extinctis, ipsam quoque pœnam; utpote ad quam sufficiat, quod nemo supersit eorum, qui deliquerunt, evanuisse docet *Grot. d. I. B. & P. lib. 2. c. 21. §. 8.* rationem insuper subjungens; quod obligatio ad pœnam ex merito oriatur, meritum autem sit personale, ex voluntate ortum habens, & sic cum persona extinctum. *Idem. d. l. §. 12.*

§. 4. Utut autem delicta committat, quæ infamiam aliàs important, ipsa tamen eô ipso, quod & infamia certam exposcat, & veram personam, qualis Univ. non est, uti supra §. 1. dictum, infamis non efficitur. *Los. p. 4. c. 1. num. 49.* & eadem ex ratione etiam, si ob gravius aliquod & enorme delictum, v. g. læsæ Majestatis, rebellionis, si scil. non ob justam causam justumve metum facta sit. *Decius Consil. 690. num. 13.* pœna aliqua corporalis veniat imponenda, illâ affici non possit; ne scil. & unà cum nocentibus etiam innocentes, infantes, tàm nasciturì, quàm nati, pupilli, minores, mulieres, & majores inculpabiles, præter meritum, eandem sensitivam subirent

 pœnam;

pœnam; eô tamen caſu benè poteſt criminaliter, capitaliter puniri, civiliter ſcil. *Gomez. var. reſolut. tom. 3. cap. 1. num. 53.* ipſam excommunicando. *Bartol. Caſſaneus. Conſil. 1. num. 38.* banniendo. *auth. item nulla communitas. Codic. de Epiſc. & Cler.* aratrô ſubvertendo. *Roland. à Valle 2. Conſil. 66. n. 27.* ſive ut explicat. *Arniſ. lib. 1. relect. polit. c. 5. ſect. 2. n. 6.* muros & ædificia ſolo æquando, ipſam communitatem diſſolvendo, leges, privilegia Magiſtratus & Subditos abolendo. add. *Schönborn. lib. 7. polit. cap. 21. in pr.* ipſam prædæ tradendo. *Catheran. Deciſ. 138. num. 15.* Nec eſt, quod inferat aliquis, nihilominus ita & innocentes, pœnam ſentire contra juſtitiam naturalem. Negatur enim ita ſpecialiter pœnam ad inſontes pertingere, ſed ſaltem per conſequentiam, ſicut egregiè hac de re diſſerit *Ærodius rerum judicat. lib. 7. tit. ult. c. 32.* ita referente *Beſoldô de Jure Univerſ. cap. 7. his verbis:* Neq; lues, neque incendium, neque ipſe terræ motus abſumit omnia; quin imò pleriſque parcit. In iis, quæ ab Univerſitate geruntur, plus ineſt ſæpè ſtultitiæ, quàm privatis. At nihilominùs publicâ & populari animadverſione opus eſt. Quid ergò? Duces caſtigantur: Deletur autem id, quod eſt univerſorum, Urbs, vel Arx tota, aut muri duntaxat, aut loci publici, ut forum, balnea, porticus, theatra, fana: aut colonia deducitur: aut jura, judicia, ludi, ſuffragia, privilegia denique abrogantur. Fit enim hoc pactô, ut pœna & omnibus imponatur, & morte ipſa gravior: Dum vivi ſe rebus iis vitiô ſuô carere aſpiciunt, quas unusquisque ſibi etiam mortuo ſervari cupit, patriâ, forô, laribus, ſepulchris, ſacris, atque monumentis majorum ſuorum, & tamen multitudo conſervatur; quæ vix unquam peccat, niſi aut incitata, aut non retracta à Magiſtratu. Ut enim mare ſuâ naturâ tranquillum vento incumbente tumeſcit; ita & populus ſuâ naturâ quietus à pravis oratoribus, tanquam violenta tempeſtate, impellitur, uti de hoc poſt *Platonem lib. 12. de legib.* plura tradit *Wiſenbach. Diſput. ad Pand. 12. th. 21.*

§. 5. Excommunicari quidem hodiè propter *Cap. Romana. 5. §. Univerſitatem. extr. de ſent. excommunic. in 6to.* non facilè ſolet, ſed tantùm nocentes in ea viventes, ne ſcilicet & innocentes unà cum nocentibus punirentur. *Gail. de P. P. lib. 2. c. 9. n. 18. Cravetta Conſ. 330. n. 11.* quemadmodum & proſcriptio, ſive bannum imperiale, quod æquè ſingulas perſonas eorumque bona ex æquo afficit, *teſte Gail. d. l. num. 9. ſeq.*

in

in pecuniariam plerumque hodiernis moribus convertitur pœnam; propter eosdem scilicet innocentes, pupillos, minores, mulieres prægnantes & nascituros infantes. *Gail. d. l. n. 17. & seq. 19. Mynſ. 2. observ. 30.* Ubi & hoc ipsum in Camera observari refert ex Pacis publicæ Constit. Imp Caroli V. de Anno 1548. promulgata: quâ ea potestas Judici & Assessoribus Cameræ expressè fuit concessa, ut nimirum pœnam Banni ordinariam in pecuniariam convertant, si scil. Bannum sine publico motu vel scandalo executioni non posset mandari. Bannum verò hoc imperiale aliàs nemo præter solum Imperatorem & Cameram Imperialem in refractarias & seditiosas Universitates, tamq; immediatas quàm mediatas, irrogat, *per* R.A. zu Speyer *de Anno 1542.* §. Würde sich aber jemand. *102. Reink. de R. S. & Eccles. lib. 1. class. 5. c. 6. n. 122.* Et Imperator quidem olim peterat ex absoluta magis & plena potestate, non ad id requisito Electorum consensu *per d. R. J. §. 102.* sicut bannô mulctare, ita & iterum restituere aque banno irrogato absolvere; id quod posterius insciò & inconsultô Cæsare Cameræ Imperiali non itidem concessum erat. *Ord. Cam. part. 2. tit. 18 § item: 1.* §. So auch. *2. in fin. Gail. de Pac. Publ. lib. 2. c. 18. n. 17. Roding. pandect. Cam. lib. 1. tit. 7. §. 26. p. m. 70.* Verùm hæc ipsa potestas proscribendi admodum fuit restricta in nuperis Comitiis de Anno 1654. & insecuta præsertim *Capitulatione novissima Imperatoris nostri* LEOPOLDI I. *artic 28.* ubi expressè cautum, ne quisquam, sive Status sit Imperii mediatus, sive immediatus, posthâc ab Imperatore bannô afficeretur, insciis & renuentibus Electoribus; verbis expressis: Wir sollen und wollen auch fürkommen und keines wegs gestatten/ daß hinführo iemanden/ hohen und niedern Standes/ Chur-fürst/ Fürst/ Stand oder Andere/ ohne rechtmässige und gnugseme Ursach/ auch ungehört und ohne Vorwissen und Bewilligung des H. Reichs Churfürsten/ welche sich des Wercks nicht theilhafftig gemacht/ in die Acht und Oberacht gethan/ gebracht oder erkläret/ sondern in solchen ordentlicher Proceß gehalten und vollzogen werde/ wie es sich nach Ausweisung des Heil. Reichs vor aufgesetzten Satzungen und der im Jahr 1555. reformirter Cammergerichts-Ordnung/ auch darauf erfolgter Reichs Abschieden gebührete/ neque etiam in causa notoria, propter subsequentia verba: Wäre es aber Sach/ daß die That an sich selbsten gantz notori und offenbar/ der Friedbrecher auch in seinen Verbrechen beharrlich und thätlich fortführe/ ob wohl es

nicht eben eines sonderbaren Proceß von nöthen/ so wollen wir jedoch auch in diesen Fall mit Zuziehung des H. Reichs erstgemeldter massen ohn interessirter Churfürsten / ehe und bevor wir zu der würcklichen Achts-Erklärung schreiten / communiciren und ohne deren erfolgten Rath und ausdrückliche Einwilligung damit nicht verfahren. Quod si verò eveniat, ut Universitas aliqua, sive Civitas, vel mediata, vel immediata, in bannum imperiale declaretur, jura & bona ejusdem cedunt eidem, qui bannum illud exequitur, ut scil. salvô tamen partis vincentis jure, tamdiu iisdem utatur fruatur, donec Univ. à Banno absolvatur, & ipse impensas in Executionem factas receperit. *Ordin. Cam. p. 3. tit. 49. §. 4 & 5.* Quæ executio hodiernis moribus Circuli Ejusdem Directori sive Præsidi incumbit, in Imperio nostro. *Ordin. Cam. d. l. §. 1.* sive in cujus territorio sita est. *Ibid. §.* Ferner *seq. Dn. Struve in Differt. Criminal. Differt. 15. th. 49.*

§. 6. Si verò condemnata fuerit aliqua Civitas vel castrum ad destructionem murorum, non licebit eidem propriâ authoritate eos reædificare. *Franc. Marc. tom. 1. Cons q. 361. n. 2. Andr. Tiraq. oper. tom. 6. p. m. 187.* Si omninò destructa soloque æquata, sine spe reædificandi, jura quoque sua & privilegia amittit, jurisdictionem, merum, mixtumque imperium & quæcunque habuit regalia *Gail. 2. obs. 64. num. 1. 2. 3. Klock. Cons. 147. n. 121. Rosenth. de feud. c. 10. conclus. 4 n. 15. Schrad. 2. feud. p. 9. pr. sect. 9. n. 50. & 74.* Habetur enim pro mortua. *l. si usufructus Civitati. 21. ff. quibus mod. usufruct.* sublatô autem principali corruit quoque accessorium; jura scilicet & bona, quæ Univ. habuit. *l. cum principalis. 178. ff. de R. J. c. accessorium. 42. de R. J. in 6to.* Quæ tamen bona illa & jura Univ. ita dissolutæ spectant ad superiorem. *Modest. Pistor. vol. 1. Consil. 36. n. 15. & Consil. 43. n. 42.* nisi sint feudalia, quæ non ad fiscum sive superiorem Univ. sed, dum ea quasi mortua habetur, ad Dominum, qui illa contulit, revertuntur. *Schrad. de feud. 2. feud. d. l. num. 74.* id quod & in tantum procedit, ut licet Civitas vel alia aliqua Univ. propter delictum superioris auctoritate destructa reædificetur, Civitatis tamen jus non recipiat, nisi expresse per Principem ad Regalia & alia jura restituatur, vel per præscriptionem, aut consuetudinem legitimam ea recuperet. *Angel. in l. qui res §. aream. num. 4. ff. de solut. Panormitan. in c. abbate. num. 16. de V. S. Gail. 2. observ. 61. num. 4. Sixtin. de regal. lib. 1. c. 6. n. 48. Ruland. de Commiss. p. 4. lib. 2. c. 2. n. 24.*

vel

vel constet sub spe restaurationis destructionem fuisse factam. *Sixtin, d. l. n. 49. Schrader. de feud. 2. p. 9. sect. 9. num. 72.* Tum enim eô ipsô omnia amissa jura recuperat, si Princeps eam in integrum restituat, vel à banno absolvat, dum per restitutionem in statum pristinum reponitur. *Gail de P. P. lib. 2. c. 9 num. 2. Schurff. 3. Consil. 30. num. 7. & Consil. 94. num. 8.* ita tamen ut excipiantur bona ante restitutionem alienata & beneficia aliis collata. *per c. quamvis. de rescript. in 6to.* etiamsi restitutio in genere ad bona, si non expressè & disertis verbis simul ad bona alienata fuerit facta restitutio, maximè ex causa publicæ pacis. *l. Lucius. 11. ff. de Evict. Gail. d. l. n. 4.* Cum ea aliàs non trahatur ad jus alteri, ex contractu v. g. emtionis, venditionis, vel & donatione quæsitum, nec præsumatur Princeps illud adimere voluisse. *Gail. de P. P. lib. 2. c. 19. num. 4.* sed ille qui b. f. cum fisco contraxit à nemine molestari, sed tutissimus esse debeat. *l. benè à Zenone. 3. C. de quadrien. præscript. l. 1. C. ne fisc. rem quam vend. evincat. Gail. d. c. 9. n. 10. seq.* Atque hæc ita quidem benè sese habent, si per modum gratiæ ob delictum aliquod fuerit restituta, secus autem si per viam justitiæ, velut si post latam sententiam & Executionem innocentiam suam plenius & sufficienter probet & ita à Banno per modum justitiæ absolvatur; siquidem cùm restitutio, ut ut generaliter & ad bona alienata specialiter facta non sit, ad ea tamen, quamvis alteri quæsita, extenditur, *arg. l. 1. §. fin. ff. de quæstion.* & hanc ita per modum justitiæ factam restitutionem pinguius succurrere, quam illam, quæ per modum gratiæ, insuper attestantur. *Gail. d. c. 9. num. 23. Menoch. de recup. poss. remed. 10. num. 111. & 113.*

§. 7. Hæc omnia, si ob delictum dolô vel culpâ suâ ita destruatur vel restituatur, expedita sunt, verùm si sine delicto & absque superioris autoritate, sed casu fortuitô, vel ab hostibus, aut Tyranno subvertatur, vel chasmate, incendiô, terræ motu, vel inundatione aquarum pereat, jura primæva retinet. *Klock. 3. Cons. 47. n. 117. Gail. 2. obs. 61. n. 5. 6. seq.* cum quæ de facto & vi majore nullô commissô delicto fiunt, alteri nocumentô esse non debeant, uti *Gail. d. l. n. 7. ex Bald. in margarita verb. Civitas:* eleganter refert; civitatem à Tyranno vel prædonibus destructam, intellectu quodam sine ullo corpore materiali vivere, & ejus animam, sine corpore extare: proinde sua privilegia retinere & si restauretur, jura, quæ durabant habitu, ad actum ipsô jure

jure reduci. Quæ itaque dum reædificata spiritum quasi & vitam recipit, eô ipsô quoque feuda sua & alia jura recuperat. *Sfort. Odd. de de restit. in integr. 2. quæst. 38. num. 25. Rosenth. de feud. c. 10. Conclus. 4. n. 14. lit. P. Klock. d. Consil. 47. n. 118.*

§. 8. Alia insuper ratione præter destructionem ob delictum Univ. & in specie Civitas vel Collegium extinguitur & quasi moritur, si omnes omninò moriantur, aut si omnes & singuli de illa Univ. dissolvantur, aufugiant, Civitatem relinquant, & hinc inde ut vagabundi dispergantur. *Bodinus de Republ. lib. 1. c. 1. Ruland. de Commissar. p. 4. lib. 2. c. 2. num. 24. Sixtin. de Regal. lib. 1. c. 6. observ. 53.* Secus tamen si propter hostium invasionem aliúmve casum violentum conjunctim aliô migraverint & aliquamdiu ibidem commorati, postea verò reduces facti fuerint, tum etenim omnia quoque jura sua & in privilegia recuperant. *Bald. Consil. 158. num. 5. vers. tertiò quæritur. Cardin. Tusch. pract. conclus. lit. D. conclus. 228. num. 23.* Vel etiam si veteri loco, sive urbe, sive castrô, sive pagô destructô & eversô alibi conjunctim sedem figant, privilegia quoque & jura retinent & ibi quasi reviviscunt. *Ruland. de Commiss. lib. 1. p. 4. c. 2. num. 24. Modest. Pistor. tom. 1. Consil. 43. num. 4.* Surrogatum enim sapit naturam ejus, cui surrogatum est, ita ut in surrogatum omnes ejus transeant qualitates. *Gail. d. 2. observ. 61. num. 8.* quemadmodum & Castrô alibi reædificatô, subditi solitas tenentur præstare operas. *Gail. d. l.* Siquidem non in parietibus aut muris, sed hominibus constitit Civitas vel Universitas. *Besold. in præcognit. polit. cap. 3. num. 2.*

TANTUM.

EXER-

Exercitatio Sexta.

De Transitu militum.

Præloquium.

Rumorem negotiorum publicorum haud raro in privata penetrare Musæa, & humilia provocare ingenia, modestè profiteor. Tenues ego ingenii exploraturus vires, specimen aliquod publicæ ventilationi committere animum induxeram. Percurrebat mens sollicitè spatiosa Juris nostri volumina, nec offendebat materiem, quin se toties totiesque facta ventilatione excusaret. Quippe iisdem erratur in fidibus: Ex eodem Baldo Jasoneque iidem casus modò sub hoc, modò sub alio conglomerantur titulo. Instabam: cramben sæpius coctam, ab iisdem tamen non appositam; Nec docendi, sed Exercendi gratiâ Themidis pulpita juvenili pede conscendi. Nec erubescere tyronem iisdem, quibus prædecessores adulti, tyrocinia absolvere armis. Inter hæc ambigua fluctuanti Jus publicum Justinianeum aures vellicare, & merces suas, exponere. Ego attonitus primô demissis oculis rei gravitatem venerari, & mecum pensitare: Nunquid, si his falcem immisero, cum Protea Juvente de Alex. M. perorante magna tentare audiar? Præstare privatam nectere telam, quibus fastigia publica non nisi suspicere datum. Mox utilitas Reipubl. gradum revocare, & fronte exporrectâ id aggredi jubet, quod Juris communis tabulis insertum voluit ipsa Majestas. Dum hæ cogitationes animum districtum tenent, militis undique appropinquantis strepitu interrumpor; Ingravescentibus hinc querelis transmittentium, elatâ inde voce transeuntium. Investigo, nunquid Dispositio Juris publici Justinianei de hoc sollicita sit. Ogganniunt alii, Leges si quæ extent, cum statu Reipub. esse sepultas, nec sine jactura temporis & laboris in Jure Justinianeo modulum quæri hisce controversiis dimetiendis aptum. Confugio ad Imperii nostri augustas Constitutiones, & deprehendens, hæc duo Juris publici fulcra huic oneri conjunctim sufficere, dubium illud explodo. Dubium excipiebat Difficultas, qui enim publicis manum applicarem, quem privata longè lateque superant studia. Accedebat JCtorum plerorum-

que altum de transitu militari silentium. Deficienti sub his difficultatibus frequentia praxeos frigidam suffundere, & difficultati rei facilitate Excusationis blandiri cæpit. Eluctatus proinde hæc dubia ad rem ipsam me accingo, vestigiaque, quibus insisterem, quæro. Percurro Juris nostri Interpretes multa de glande legenda, de tritico legato, de transitu militis vix aliquid reperio. De recentioribus plus sibi pollicita spes ferme frustratur eadem. Parum deprehendi præter Schefferi Bedencken von Durchzügen; Dn. Beyeri Dissert. de transitu milit. Qui ambo Politicam disquisitionem de debito transitu vix transcendunt. Encomiis suis defraudanda non sunt, quæ *Dn. Fritschius*, quem inter Scriptores hodiernæ praxis publicæ nominasse sufficit, de transitu militum præcedenti anno collegit, & publica luce donavit. Multa tamen ipsum studiô reliquisse deprehendo, quibus aliena collocari possit opera. Scrinia ejus à me compilata non esse, collatio dubitare non sinet; nec producam sine laudatione Autoris, quæ inde mutuo sumpta. Totam denique materiam non decidendi, sed aliis salivam movendi causa ventilatam crede & si studium respectu dignitatis rei vilescere conspicis, cogita, esse exercitium Academicum. Hisce Lectorem benevolum volui, ne temeritatis notâ me oneraret. Supplices manus, quas pro facilitando labore ad divinum Numen extensas tenui nunc ad ipsum opus demitto.

DISSERTATIONIS

De Transitu Militari

MEMBRUM PRIMUM

De Antecedentibus Transitus

SECTIO I.

De

Transitu Militum in genere, ejusque necessitate.

SUMMARIA.

Quare Jus civile pauca de militia tractet. 1.
Eliditur ratio falsa. 2.
Ratio vera additur. 3.
Quatenus Jus Civile de militia tractet. 4.

Decla-

QUæ me rationes induxerint togatum stylum in hac sagata vertendi materia, praeloquium docuit. Querelam ingeminandam habeo in primo limine, mihi cui praeter juris privati paginas hactenus vix volvere licuit, non adeò expeditum fore omnes hic absolvere numeros. Quam sterile enim ratione materiae propositae jus nostrum commune sit, vel rudi patet tyroni. Rationem cur Jus Civile de jure militum pauca, de transitu militum tantum non nihil exposuerit, enodare conabor. Dixeris fortean, quia in bello silent leges, & Clangor tubae strepentis moderatam Praetoris extinguit vocem. Vix admiserim hanc rationem pro adaequata; Sunt enim militibus fraena legum injecta, quibus laxatis dispalantium tumultuantem gregem & depraedationes nuncupaveris conamina bellica. Testes asserti habebis, quotquot Rerumpublicarum penetralia perscrutari conati sunt. Leges bellicas Decus & stabilimentum Romani Imperii appellat *Valerius Maximus l. 2, c. 7.* easque antiquiores fuisse parentibus Romanis, ipsa liberorum charitate, graviter edisserit Paulus *l. 19. §. 7. ff. de Capt. & postllm. rev.* Propius accessero, si id protulero, juri nostro communi plus curae esse, privatorum ambigua dirimere fata *l. 14. C. de Adv. Div. Jud.* quam ea quae Juri publico propria, privatorum censurae exponere. Nec abludere ab hoc scopo visum, quod ipse Imperator *in §. ult. J. & J. & Jur.* tacitè innuit: verb: *Dicendum igitur de jure privato.* Quae verba mihi commode explicationem pati videntur, quoniam Jus publicum ad statum Reip. Romanae spectat nostrum non erit hic multa

1 (margin, line 1 of text) · 2 (margin, beside "Vix admiserim") · 3 (margin, beside "Propius accessero")

4 eò collimantia proponere, sed potius privatis jura dare. Quibus sollicitèr ruminatis, haud difficile erit cognitu, quare Imperator nihilo secius quædam de militibus consignare, & reliquis legibus inserere amaverit. Scilicet cum milites ut plurimum inter alios privatos degant, operæ pretium duxit Imperator, militibus eatenus prospicere,
5 quatenus cum jure privatorum concurrere soleant. Peperit hoc ipsum non solùm multa militibus privilegia. *teste t. t. ff. et. C. de t estam. milit. J. eod. l. 18. ff. de re jud. l. 6. §. 1. ex quibus cau. in poss. eat. l. 3. C. de Vectigal l. 9. §. 1. de Ignor. jur. & fact.* quorum summam & integram sphæram exhibet *Enenck. Baro de privileg. milit:* Claudius *Coterens tr. de jure & privileg. milit. Marcus Mantua brevi commentar. de privileg. mil. Extat. tr. tract. vol. 12. pag. 146. & in noviss. edit. vol. 16. fol. 457.* Sed & iisdem certos præfixit terminos, quos ultra privatorum negotiis se implicare non ausint, ne omisso armorum usu ad opus privatum se conferant. Confer. *l. 31. C. Locat. & Cond. l. 13. pr. ff. de re milit. l. 16. C. eod. §. ult. J. de Except. l. 8. §. 2. de procurat. l. 9. §. 1. q. fatisd. cog. Sande Dec. 3. 10. 1.* Ex quo porrò deduco, quò longius à privato foro absunt ea, quæ mi-
6 litiam concernunt, eo rarior ipsorum in jure nostro fit mentio. Exemplum sumito ab ipso transitu militari, ad quem nobis aditum paravimus. Res est arbitrio sublimi Majestatis determinanda, & vix coram inferioribus tribunalibus lites suas dirimendas sistit, nisi aliquid exinde privata influat in negotia. Ejus enim regitur arbitrio, cujus in dextra jus belli collocatum cernis, quod in actus subditorum non nisi onerosè se diffundit. Non hallucinabor, si & ipsam *Novellam 130.* à Justiniano promulgatam, hoc modulo metiendam statuero. Occurrunt ibi quædam, sanè pauca, de transitu militum, non quà tali ejusvè jure & dispositione, sed quatenus privatorum utilitati consulendum fuit, ne transeuntis militis opprimeretur lasciviâ. *arg. l. 15. §. 2. ff. locat.* Nobis verò id laboris incumbet, non solum circa privatorum utilitatem hic hærere, sed & quæ de jure transitus discussionem merebuntur, si non pro dignitate rei, pro virili tamen excutere. Operam verò non ludam, si à levioribus ad graviora contenderim, ne quid per saltum *arg. l. 11. pr. ff. de muner. & honor.*

7 De Transitus voce supersedebimus multà cumulare, nec quicquam à Grammaticis mutuò accipimus. Sufficit, hoc nomen ab ipso Im-

Imperatore in fronte *C. 1. N. 130.* exhiberi, quod satis innuit, esse motum militis de loco in locum, quod fieri nequit nisi per locum: *Num. 20. v. 18.* redditur per terram transire; inde *Tusch. pract. Concl. L. T. Concl. 538.* Transire propriè est de uno extremo ad alterum iter facere, quod *trans* importat *ultra*, qui enim venit ab extra, nec transit ultra, ille quidem venire, non vero transire dicitur. *Hugo Grotius* in *commentar. ad Vetus testam. 1. c. 20.* dicit hæc verba id involvere, quod Græcis dicitur, ὁδὸν καὶ ἀγορὰν αἰτεῖν. Examinent hoc Pelasgi. *Num. 21. v. 22.* clarè indigitatur, militem transeuntem non figere pedem, sed transire per alienam terram. Qua ratione Canonibus transitus ab Ecclesia ad Ecclesiam veniat *vid. Canonist. ad C. pastoralis c. 7. q. 1.*

Circa militis nomen paulò diutius subsistere è re erit, non in 8
dissolvendis putaminibus vocis, sed indaganda significatione politica. Nec sterilis erit labor, ne concesso militum transitu quivis simul transire conetur, qui militis sub nomine venire nequit. Militem definit *König. th. pol. 3. 5. 31.* Mihi ad jura nostra confugere satius est, ubi militem accipimus *arg. l. ult. ff. de re milit.* qui in numerum militum relatus est, *l. 42.* de *testam. milit.* Quam definitionem angustiæ cum aliis arguit *Claudius Coterëus tr. de jure & privileg. milit. c. 3. Extat in noviss. tr. tract.*
Vol. 16. fol. 4. 28. Usum hujus indagationis sistimus talem: si transitus 9
militum concessus sit alicui à Domino territorii, quæstio moveri potest, anne & illis pari jure simul transire liceat, qui Exercitum comitantur sine stipendio, in numerum militum non sunt relati, sed otiosi sunt belli ancipitis spectatores, quos *Volontaires* nuncupat seculum nostrum. Hos sæpe non exiguo videre est numero, quique satis multos numerant pedissequos, unde onera loci per quem adaugeri possint. Dubi- 10
um fortean movebit *l. un. §. ult. ff. de bon. possess. test. mil.* Cujus verba sunt: Si quis militum ex alio numero translatus sit in alium, quamvis & hinc sit exemptus & illò nondum pervenerit, tamen poterit jure militari testari. Nobis nihilominus negativa arridet *per l. 42. ff. de testam. mil.* Cujus aperta decisio nullâ declaratione indiget, si enim Icti jam tyrones die neugeworbene Soldaten antequam in numeros referuntur, militum sub nomine propriè non veniunt, quid de illis judicabis, qui vel otii causa vel frigidâ spe castra sequuntur? Nec difficile erit objectam *l. un.* conciliare, si vocabulum numeri præeunte *Gothofr. ad d. l. un.* pro certa turma acceptum animadverterimus, in nu-

merum vero recipi generaliter pro matriculæ militari inseri intellexerimus. Confer. *Colleg. Argent. ff. de re mil. n. 2. Carolus à Mansfeld. Mag. Milit. tr. 2. p. 2. c. un. §. 8.* nec opus conjecturâ quam fovet Enenck. Baro *de privileg. mil. l. 1. c. 4. n. 7.* Inscribendum hîc ex speciali privilegio
11 pro inscripto haberi. Et ne dubites, temporibus nostris istos comites onerosos esse, produco Königl. Majestät von Dennemarck Kriegs-Articuls-Brieff nempe Christiani IV. art. 92. bey keiner Compagnie sollen einige Volontaires, Pferdt oder Volck als gemustert und in Dienste ist/ zugelassen und gelitten werden. Putem tamen hanc Decisionem hoc temperamentum admittere, si non adeò multi sint, eos à Comitatu non esse repellendos, Partim quod principum conventiones non solum respectu privatorum, sed & inter se nimis arctè constringendæ non veniant; Partim quod & hìc non nihil consuetudini indulgendun sit, quæ sicuti conventionibus privatorum in dubio lucem affert *l. 34. de R. J. l. 50. de leg. 1.* Ita & vi Juris Gentium Principum placita enucleabit, nisi ex actis apertè constet, hos plane pro exclusis
12 habendos esse. *Confer. Dd. Jur. gent. de Interpretat.* Consiliarios, Medicos, Mercatores bellicos sub nomine militum hoc casu venire minus dubii habet, argumento eorum quæ adducit *Finkelthaus. obs. 46.* Quippe quos sub nomine militum sæpius venire constat. *Dn. Struv. Ex. 29. th. 4.* quatenus scil. pro parte & accessorio Exercitus habentur. Nec Exclusus volumus hic alios Exercitui necessarios, de quibus *König th. Pol. 3. 9. 18. & Schönborn. Pol. L. 6. c. 17. p. m. 601.* licet in numerum non sint relati; vox militis enim hic strictissimo sensu non venit, sed sub nomine Exercitus paulò amplianda, quod & Imperator tacitè suppeditat *N. 130. c. 1. verb. transitus Exercituum.* Et sic non obstabit *l. 16. C. de testam. milit.* de qua *Dn. Struv. in ll. obstante resolut. ad d. t. Dn. Brunnem. Comm. Cod. ad d. l.* quia scil. isti tantum suæ utilitatis causa *in d. l. 16.* sequi castra dicebantur.

13 Principem ipsum, militem traducturum an sub nomine militis hìc venire putas? Ita ut qui militi seu Exercitui transitum indulget Principem quoque ejus salvum transmissurus credatur. Quæstionem hanc negligendam non duxi, ubi in locum *Baldi. vol. 5. Consil. 457.* incidi, qui effatur: Principem sub nomine militis non venire, licet milites suos commilitones appellitet, hoc enim urbanitati, non rei essentiæ transscribendum esse. Inde mihi hoc dubium formavi, Si Princeps ab alio

alio Principe transitum militibus impetraverit, ipse vero simul *la teste del' armee*, prout Galli efferunt, transeat, an nihilominus arrestari possit? Præsupponendum mihi hoc loco est, Principem immediatum alterius territorium intrare non posse, nisi veniam introitus petierit, secus ipsum captivum ducere jus esse. De fundamine hujus asserti politici fusius agere instituti nostri non est; Aliqui in eo collocant, quod Princeps talis absolutus alienum territorium ingrediens Majestatis jura involare videatur; subditi enim temporarii respectum ipsum induere non pati Majestatem, quam quaqua versus secum vehit. Quæ ratio utrum omnia exhauriat dubia, disquirant alii; Exemplis historiam temporum nostrorum refertam esse non præterit illos, quibus liquet, Elisabetham captivitati sorori Mariæ Reginæ Scotiæ id prætextus obtendisse, quod tanquam suprema Princeps veniâ non impetratâ ipsius fines intrare non dubitaverit. Par fatum Carolum Ludovicum Sereniss. Elect. Palat. in Galliis expertum recenti hæret memoriâ. Neque Casimiro Regi Poloniæ dissimile evenit. Quod &, si non ex proprio ingenio desumsit, certè rerum politicarum gnarorum instinctu Jacobo VI. in mentem revocavit Morio, cum Carolus I. Princeps Regius Infantis Hispaniæ ambiret thorum. Cum ergo certum sit, tale jus inter Principes exerceri, ad quæstionem nostram revertentes albo eam signamus calculo: Cum enim hic adeò strictè non accipiatur pro eo tantùm, qui sacramento fidem militiæ dedit, sed pro omni eo qui ad Exercitum illum refertur, quis ipsum excluderet Principem, utpote caput ipsius Exercitus: Quod ergo juris erit in toto, quare non in Augusto ejus capite. *l. 76. d. R. V.* Nec obstat, quod Principes non semper soleant præsentes esse: Sufficit eum adesse posse, si vellet. Nec infrequens est, Principes ipsos militem ducere. Quot enim Principes Germania nostra mediis nunc veneratur in castris? Perennabit profectò Heroica virtus, quâ Serenissimus & Potentissimus Elector Brandenburgicus, Sydus Germaniæ Principum, in castris hosti terrorem incutere, quàm mollia intra cubilia delitescere amat. Et sic non morabimur ulteriores instantias à negata illatione separatorum desumtas *arg. l. 27. de auro. leg.* Negamus enim hic plane separata esse.

14 15 16 17

18 Vidimus quid sub transeunte milite veniat. Divisionem transitus militaris disquirenti varia se offert. Si in amicum & hostilem dispescuero, à re nil alienum quidem protulero; cum vero nobis parum

rum

rum negotii futurum sit cum hostili transitu, & in terminis clareat, sicco hic transimus pede. Transitum militum in terrestrem & maritimum commodè dispesci posse arbitramur. Membrum prius satis salvum est, quod & respicit *Moses Numer. 20. v. 18.* dum dicit per terram

19 transire. De maritimo id saltem dubii moveri poterat, anne & hic transitus petitione aliquando opus sit? Fundamentum quæsiti latet in decantatissima illa controversia, an mare sit Dominii capax, quâ nostras paginas non onerabimus, cum à tot illustribus & edecumatis ingeniis ventilata prostet. Pro affirmativa sine dubio pugnasset ipse Grotius, nisi studium Reip. vel invitæ Minervæ negativam obtrusisset, Paucos hodie Saniorum politicorum reperies, quin affirmativam tueantur. Argumenta propugnantia & elisiva vid. in *Dn. Becman. Meditat. Pol. diss. 6. th. 11. & Histor. Civil. c. 4. th. 2.* Suppositâ hâc affirmativâ sequitur, transitum militum eo loci aliquando esse impetrandum, cui asserto majorem lucem affundunt jura illa in fretis usurpari solita, quali Oresunda eminet; adde *Dn. Strauch. Diss. de Imper. Maris c. 6. Angel. Consil. 290.* Exempla jam olim inter Carthaginenses & Romanos frequentata ibi deprehendes.

20 Aliam distinctionem ipse Imperator adminiculatur *Nov. 130. c. 1. & penult.* Transitum Exercitus vel alieni vel proprii, cujus distinctionis effectus in sequentibus excutiendos habebimus, adde *Dn. Fritsch. de trans. mil. c. 1. n. 2. 3. 4.* Cœterum cum hæ & similes distinctiones parum difficultatis involvant, & quasi semet ipsas oculis sistant, ad ne-

21 cessitatem hujus transitus demonstrandam nos dimittunt. Quæ necessitas in eo suum robur fundat, quod post divisa rerum dominia (qua de re consule *Mev. Prod. ad J. Gent. insp. 5.*) partes divisæ ita penes singulos esse cœperint, ut proprietas communionem limitum sustulerit, utpote quæ facile discordias peperisset *arg. t. t. fin. regund.* Cum vero sæpius jus consequar ab altero qui exigendi, cujus remotiores à meis sunt termini, impossibile est me jus meum in actum deducere posse, nisi inter positos terminos transeam. Sicuti enim in Physicis penetratio dimensionum non datur, ita justitiæ brachium occultis non operatur qualitatibus, sed objecta sensui adaptat. Et ut clarius dicam, cum Principes sæpe bellum gerere possint licitum contra alium, ad quem pervenire nequeunt, nisi per alienum territorium, transitu opus esse claret, *vid. Joh. Abraham Scheffers* eröffnete Gedancken über

den

den Durchzug frembder Völcker *statim ab init.* Latet sub hoc asserto 22
satis trita aliàs Decisio de justitia belli, quod naturæ non repugnare, positis scil. terminis habilibus *vid. Hug. Grot. d. J. B. & P. L. 1. c. 2. Dn. Beckman. Medit. Polit Differt. 23. th. 1.* Quicquid alii distinctionibus variis moliantur, si cum *Althusio Polit. C. 35.* aliisque ad duo genera defensivi & offensivi redigamus salva res erit. Qua de re *vid. Eliæ Reusneri Stratagematographiam s. thesaur. bell. L. 2. c. 5.* De Defensivo res clara est *l. 3. de J. & J. l. 1. §. 1. de vi & vi arm.* Imò vix bellum est ratione scil., initii, uti intelligo *Dn. Myl. ab Ehrenb. tr. de Stat. Imp. c. 81. n. 3.* Sed defensio. Justitia belli offensivi durioribus involuta videtur difficultatibus, quibus tamen explicandis par eris, si animadverteris, Jus suum cuique tribuendum esse ipso jure naturæ dictante. Inde juris exigendi facultas, Quæ Propter vindictæ propriæ declinandum impetum inter privatos in judiciis expeditur *l. 14. C. de Judæis l. 13. ff. q. met. c.* Principum vero Judex Mars, neque enim Majestati semper integrum est arbitrorum subscribere laudo. *v. l. 13. §. 4. ad SCt. Trebell.* Ex qua inductione vel Bæotico ingenio inculcabis, belli offensivi dari justas causas. Qua de re succinctè & nervosè *Dn. Pommeresch. ad J. t. de J. N. G. §. 1.* Salvâ ergo justitiâ belli offensivi (hoc enim in traducendo milite per aliena territoria frequentius usu venit.) Sponte sua fluit, transitu militum per aliena territoria haud rarò opus esse.

Cæterùm cum ea quæ de transitu militum dicturi sumus maximam partem Jus publicum respiciant, & nobis constitutum sit, ad specialiora Juris publici nostri Germanici nervos intendere, negligendum non duxi Colophonis loco in hoc capite rationem reddere, quare in decidendis hisce controversiis ad Jus publicum Justinianeum quantum fieri pòtest oculum intentum habiturus sim. Non movet, Jus publicum Justinianeum cum amisso Reip. clavo exspirasse, utpote quod personali semper ut loquiuntur suppositione ad Remp. se habet. Inficias id planè non ibo, si tamen rationis generalitatem trutines, & specialiori jure publico nihil derogatum videas, quinimo si ex usu Reip. cernas tanquam jure communi eo uti quid vetat, & autoritatis & utilitatis publicæ causa ei insistere. Id fateor; in controversiis Juris publici non statim ad privata JCtorum responsa vel Justinianeam Decisionem recurrendum esse, de quo multi Publicistarum malè audiunt. Quo ab usu irritatus forsan calamum strinxit Vir seculo dignus *Conring.* 23

 ring.

ring. libell. de autorit. Jur. Publ. Justin. in Germania, & arg. eorum quæ *L. 1. c. 1. de fin. Imp.* habet. Quibus si temperamentum modò allatum applicueris, non omnem usum juris publici Justinianei ab ipso jure publico nostro exterminatum confiteberis cum *Dn. Habn. ad VVes. p. 1. p. 61, 62.* Et ne de felici successu dubites, adi sis *Dn. Ottonis Taboris egreg. tractat. de Metatis & Epidemet. confer. idem tr. de Regimine Imperant. Ecclesiast. in præfat. & all. tr. de metat. p. 1. c. 5.*

SECTIO II.

De

Personis transitum militum concedentibus.

SUMMARIA.

Expo-

EXposita necessitate transitus, de eo impetrando frustra solliciti essemus, nisi constaret à quo obtinendus sit. Rem non esse privati arbitrii, sed longè sublimiori juri reservatam, facile largieris. Monendum verò, hoc caput potissimum transitum alieni militis respectu concedentis concernere; Nam si Dominus territorii proprium militem traducere velit, veniâ non indiget, cui in suo facere licet quod placet *arg. l. 8. §. 5. ff. Si serv. vind. arg. N. 130.* Sicuti vero jus proprium militem trans locandi privato arbitrio ademptum voluit Imperator, *l. 4. C. de off. Mag. Mil.* ubi translocationem sine speciali Serenitatis suæ autoritate prohibet, & causa emergente non solùm locum à quo sed & ad quem sibi exponi imperat, proculdubio quod id ipsum ad jus belli pertineat: Ita multo magis convenit, transitum alieni militis ab eo concedi, cujus in Rep. summum est arbitrium. Agnovit id *Moses, dum Num. 20. v. 21. it. Deut. 2.* ipsos Reges de transitu concedendo implorat. Videntur aliqui hanc potestatem sub regale viæ publicæ s. Regiæ redigere. Cum enim certum sit ex usu non solum Imp. Rom. Germ. sed & aliorum regnorum, jus viæ publicæ Principis & Domini territorii referri ad Regalia *c. un. 2. F. 56. Gail. 2. O. 64. n. 4. Fritsch. de via publ. c. 3. Arnis. L. 3. c. 5. n. 1:* Ipsa vero transitus potissimum in via publica expediatur *arg. Num 20. v. 20.* non dubium esse, Regale viæ publicæ in concedendo transitu militum suâ præpollere autoritorite. Verum enim vero, id facile largior, Jus viæ Regiæ ad Dominum territorii regulariter spectare *Rosenthal. de Feud. c. 5. Concl. 21. Magn. Dn. Præs. Exam. Jur. Feud c. 9. q. 6.* Attamen nimis angusti juris viæ Regiæ videntur termini, quibus augustissimum hoc jus de transitu militum disponendi includatur. Jus viæ Regiæ in protectione itinerum *arg. l. 13. de off. Præs.* in refectione viarum publ. *l. 7. C. de SS. Eccl.* In Jurisdictione quoad delicta ibi commissa *Michael de Jurid. Concl. 50. l. Dn. Myl. ab Ehr. de Stat. Imp. c. 62. n. 3.* aliisque similibus effectibus se prodere dicunt: Sed huc nondum retuleris jus militem transmittendi. Conjiciemus nos hanc potestatem ad Jus belli, quod adeò inter Regalia Principis eminet, ut, sui communicationem vix patiatur sine Majestatis limitatione. Quod Poloniæ Reges satis docent, & Magnæ Britanniæ Rex limitationes alias patienter fert, dum Jus belli sibi reservatum & integrum habet. De quo consule *Dn. Becman in Notit. illustr. & in Meditat. Polit. Differt. 23. th 3. Arnis. de jur. Majest.*

Majest. L. 2. c. 5. Paurmeist. de Jurisd. c 3. Ad hoc jus belli non solùm
Jus Armandiarum *2. F. 56. Rosenthal. de Feud. c. 5. Concl. 19. num. 85. & 1.*
Myl. ab Ehrenb. de Stat. Imp. c. 74. §. 2. Jus militem conscribendi *arg l. 3.*
§. 2. ad L. Jul. Majestat. l. 17. C. de re milit. bellum movendi & indican-
di, Carolus *ab Hagen Instit. Jur. publ. L. 3. c. 4. n. 4. Clapmar. arc. Reip.*
L. 1. c. 20. Armorum impositionem *Mev. ad Jus Lubec. L. 1. t. 2. art. 1.*
n. 4. l. un. C. ut armorum usus. N. 85. c. 4. Jus Exarmationes *Tabor. tr. de*
Exarmat. c. 4 per. t. Jus Fortalitiorum *Fritsch. tr. de Jure Fortalit.* Jus
præsidii *Myl. de Stat. Imp. c. 88. p. 1. Hering. de jure Burg. n. 681.* Jus mi-
litem quo licet ducendi, referes. Cum enim certum sit Jus metata
imponendi ad Jus belli referri, quod probat *Dn. Tabor. tr. de metat. c. 6.*
n. 9. Struv. J. Feud. c. 6. th. 19. tutò concludimus, Jus transitum alieno
militi concedendi ad idem Jus belli redigendum esse. Quinimò cum
solus ille, qui Jus belli habet, de locatione proprii militis curam gerat,
d. l. 4. C. de Off. Mag. Mil. quidni & ipse de alienis in suo territorio solli-
citus erit armis? Taceo, quod Jus viæ Regiæ ab ipsa Majestate per mo-
5 dum feudi vel alia ratione sæpe in alium transferatur, imò id ipsum
sub concessione Jurisd. omnimodæ cum castro venire putet *Rosenthal.*
de Feud. c. 5. Concl. 21. Quod tamen propter naturam regalium negat
Struv. Jur. Feud c. 6 th. 23. Conf. Myl. de Stat. Imp. c. 67. n. 3. & 4. Jus
verò militibus transitum concedendi qui alii traderet, capulum pote-
statis privatæ dextræ committeret. *arg. l. 3. §. 2. ff. ad L. Jul. Majest.* Ut
ergo verba in pauca conferam, Juri viæ Regiæ facultatem transmitten-
di militem adscribendam nego, cum id ipsum se eo non extendat.
Siquidem hic de causâ principali transitum indulgendi quærimus,
non de medio per quod transitus fit, quod licet à Domino territorii in
patrimonio privati collocatum sit, jus belli tamen nec involvere nec
impedire intelligitur. Ex quo, antequam ad specialiora Imperii no-
6 stri enitar, illud ventilandum duxi, an vicarius aliquis Ein Stadthal-
ter sine requisito Principis consensu militibus transitum concedere
possit? Quod nego, etiamsi liberam administrationem habeat. Non
me fundabo in comparatione Procuratoris cum libera *l 60. 63. de Pro-*
curator Struv. Ex. VII. th. 25. Berl. p. 1. C. 14. quem in causis gravioris
momenti speciali nihilominus mandato instructum requirunt. *Zang. de*
Except. p. 2. c. 8. num. 38. cum tamen ut plurimum, de actibus privato
arbitrio subjectis res sit. Quidni idem dixeris nostro casu, ubi facul-
tas

tas militem transmittendi à jure belli dependens non niſi Miniſterialiter, uti loquuntur, extra Majeſtatem ſubſiſtit, Mandato proinde ad id inſtructus ſit Vicarius, neceſſe reor. Nec obſtat, quod licet ſine ſpeciali mandato tranſitum concederet, Principis tamen indulgeret nomine; Regero: non ſufficere Principis nomen actibus prætexere, qui ſine Principis conſenſu & diſpoſitione ſubſiſtere nequeunt. Dilatabis hoc ad Vicarios omnes ſublimiores, quales Neapolitanum, Siciliæ, & Palatinum Hungariæ Europa noſtra oſtentat. Hoc tamen 7
fateor, ſi planè exigua manus ſit, quæ ſine fraude exiguum terræ ſpatium ſubito tranſire cupiat, non animo alium invadendi, ſed in proprii Domini territorio hoſpitia mutandi, id ipſum vicarium largiri poſſe, modo neceſſitas urgeat tranſituros, & nullum plane transmittenti immineat diſpendium. Idem verum exiſtimo in Duce belli ſ. 8
ſupremo militiæ præfecto, qui & ipſe vicarias ſaltem obit partes. Nec me movet, quod eo honore mactandus ſit, qui præſenti deberetur Domino, qualia verba leges in dem Churfürſtl. Brandenburg. Kriegerrecht *t. 3. art. 8. verb.* Als uns ſelbſt ehren und demſelben gehorſam ſeyn. Hic enim ſermo eſt de obedientia à militibus ſummo Præfecto præſtanda, unde tamen Jus tranſitum militibus concedendi nondum derivatur. Quis enim jus belli abſolutum in manu Præfecti militiæ reponeret, niſi qui Majeſtatem privatæ ambitioni exponere tentet, quod in Wallenſteinio ſatis tota obſervabit Europa. de quo *Baptiſta Burg. Genuenſis L. 3. Mart. Sueco Cæſarei Forſtner. ad L. 13. Annal. Tac. Conf Burgold. not. Imp. p. 1. Diſc. 1. n. 99.* Incidenter verò & hoc tangemus, 9
ſi Dux belli ſpeciali mandato ad transmittendos milites ſe inſtructum afferat, an Status Provinciales de mandato ſibi exhibendo excipere poſſint? Dubium movet *l. 1. C. d. Mandat. Princip.* quod Mandatis Principum ſine ſcripto non credatur, niſi caſibus *l. 2. C. eod.* exceptis. Cæterum cum multi Dd. non ſolum Cardinalem & Epiſcopum excipiant, per ea quæ allegat *Dn. Brunnem. ad. d. l. ex Riminaldo vol. 3. Conſ. 298. n. 4.* Sed & aliis firma concluſio ſit, Conſiliariis Principum mandata referentibus oretenus, fidem eſſe habendam, autumo in noſtro caſu exhibitionem mandati adeò neceſſariam non eſſe, inprimis cum Principes conſueverint iis id mandare, vid. quæ de Exceptione Commiſſorialium acta ſunt in cauſa Donawerdenſi, Relator Donawerdicus, alleg. à *Burgoldenſ. not. Imp. p. 2. d. 8. n. 3. arg.* eorum quæ habet

Klock. Vol. 1. Consil. 11. nisi vel suspicio urgens aliud suadeat vel subditorum grande versetur præjudicium, prout limitat *Berlich. p. 1. C. 36 n. 61.*

10 Ex prioribus porrò deducimus, neminem à facultate transitum concedendi excludendum esse, qui ad Jus belli concurrit, quod ipsum nobis viam sternit ad disquisitionem, num Imperator sine Statuum consensu militi extraneo transitum per Imperium concedere possit?

11 Præmissa ratione generali speciales lustrabimus constitutiones. Recurres igitur mecum ad principium nostrum, ut contemplemur an soli Imperatori in Imperio Jus belli competat? Hic sanè obmutescit Jus Justinianeum, & insignem erraret errorem, qui hanc controversiam vel ex *l. un. C. ut arm. us. vel arg. N. 130.* ubi solius Imperatoris decrevit Majestas, decidere satageret. Nimirum ut dicamus quod Constitutiones Imperii nos docent, Imperatori nostro soli haud transscribendum est Jus belli in Imperio. Quod ipsum quidem à multis retro seculis repetere alloborat *Burgoldens. not. Imp. p. 3. d. 2. n. 3. & Limn. ad Capitul. Carol. V. art. 11. voce* der Reichs-Stände *p. m. 184.* Nobis sufficiet Constitutionibus longè propinquioribus institisse. Quem in finem produco die Handhabung des Frieden-Rechtens *de A. 1495. quæ extat initio Cod. Recess. p. m. 15. add. Francisc. Iren. Colleg. ad Burgold. p. 3. d. 2. p. 12.* & clarius habetur *in art. 11. Capit. Caroli V. ubi vid. Limn. laudato l. art. 10. Cap. Ferd. I. art. 7. Cap. Math. art. 10. Cap. Rudolph. II. art. 9. Cap. Ferd. II. art. 11. Cap. Ferd. III.* wir sollen und wollen uns frieilich und nachbarlich gegen den anstossenden und Christlichen Gewalten verhalten/ keine Gezäncke Fehde oder Krieg anfahen/ noch einig frembdes Krieges-Volck ins Reich führen/ ohne vorwissen Raht und Bewilligung der Reichs Stände/ oder zum wenigsten der Churfürsten. iisdem ferè verbis in *Cap. Ferd. IV. art. 11.* Conspicies.

12 Mota exinde controversia inter Dd. Juris Publici, quid sibi verba zum wenigsten velint *Limnæus d. l. ad Cap. Carol. V. art. 11. v. 6.* zum wenigsten de casu Extraordinario intelligit, quod repetit *ad Cap. Ferd. III. art. 12. verb. eod.* Qui interpretationis suæ publicum testem vidit *Cap. Ferd. IV.* ubi *art. 11. redditur* oder zum wenigsten der sieben Churfürsten in Sachen/ da in dem Verzug Gefahr stünde/ biß man zu einer Reichs-Versammelung/ so wir solches Falls zum förderlichsten abzuschreiben gelangen lassen. Quæ verba licet in *art. 10. Cap. Leop.* repetita haud animadverterim, non possunt tamen non ibidem subintelligi,

Quod

Quod ipsum evidentius habes in *art. 8. §. 1. Instr. Pac.* Cui dictam limitationem pari modo applicueris. Poterunt conferri quæ Status imperii monuerunt *Anno 1658. ad art. 11. Cap. Leop.* quæ exhibet von Herden/ in der Grundveste des Heil. Röm. Reichs *p. 3. c. 3. p. m. 223. 224.* Quomodo vero Status Imperii quoad omnes actus singulares juris belli cum Imperatore concurrant, sedulò ex Imper. Constitut. deduxit *Limnæus d. l. ad art. 11. Cap. Carol. V.* voce Reichsstände *à n. 15. ad fin.* Operæ pretium fuit hæc ita allegasse, ut ex concurrentia juris belli liqueret, quid circa transitum militi extraneo concedendum valerent Status. Possent hæc ipsa evincendo nostro asserto sufficere, quod si verò verba 13
frembdes Kriegsvolck ins Reich führen *dd. Capit.* non transitu, sed de hospitatione diuturna intellecta malles (quod tamen vix admiserim) ostendam, Status Imperii sibi extra dd. textus cautius prospexisse. Quo intuitu conferes *art. 8. §. 1. J. Pac.* verba gaudeant sine contradictione jure suffragii ubi hospitationes militum instituendæ. Clarius id ipsum liquebit *ex §. 40. R. de Anno 1559.* Dem zu begegnen haben wir uns mit Churfürsten/ Fürsten und Ständen der Abwesenden Räthen Gesandten und Bottschafften verglichen/ und wollen/ daß hinführo an keinen fremden Potentaten einiger Musterplatz oder seines Kriegsvolcks also beschwerliche Durchzüge im H. Reich und desselben Cräysen gestattet werde ꝛc. *& præter art. 29. Cap. Ferd. III. Cap. Leop. art. 13. pr. verb.* noch ohne itztgedachten Consens einiges Kriegsvolck ins Reich führen oder führen lassen. Quin imo si cui id quod minus est non licet, id quod magis est prohibitum censetur *arg. l. in eo ff. de R. J. Farinac. pr. Crim. p. 4. Decis. 10. n. 6.* Non poterit Imperator, qui proprio militi transitum absolutè vendicare nequit, *Art. 16. Cap. Leop. Limn. ad art. 29. Ferd. III. verb.* Durchzüge/ id aliis indulgere, quibus cum Imperium parum commercii reciprocat.

De transitu militis Imp. agit Cap. seq. quod præoccupare nolo, & 14
affinem priori controversiam sub incudem revoco, an Status Imperii possit alieno militi proprio arbitrio transitum concedere? Loquor de casu, si transitus per loca Imperio subjecta fieri debeat, quo ipso conjicies quid circa Borussiam & similia territoria judicandum sit. Et ut casus in terminis evidens fiat, si Rex Galliæ militem in Poloniam traducturus unum alterumve Imperii Statum de transitu compellaret, an id irrequisito Imperatoris & reliquorum Statuum consensu indulgere

gere possint,

15 possint, quæstionis est? Dubium statim movebit *d. §. 40. R. J. d. Anno 1559.* Daß keinem frembden Potentaten einiger Musterplatz oder seines Kriegsvolcks beschwerliche Durchzüge zuverstatten. Ad quem textum reponendum habeo, illum de toto disponere Imperio, nos vero de Status uniuscujusque territorio loqui. Dixeris Status esse in Imperio: Admitto quà membra sunt totius; Quà totum verò per se, imperii constitutionibus totum Imperium in complexu afficientibus non subjacent. Desiderabis idem jus in parte quod in toto *l. 76. de R. V. Carpz. p. 2. C. 48. d. 5.* Resp. quatenus pars est, non quatenus in se subsistit. *Barbos. locuplet. L. 18. c. 22. ax. 4.* Hactenus enim in suo tanta juris superioritatis territorialis est amplitudo, ut in suo facere Statibus liceat quid velint, in quantum ex Constitutionibus Imperii limitationem non patiuntur, nec Imperio dispendium pariunt. Instabis, per consequentiam gravari Imperium, si is contra quem miles transmissas, arma moveat contra transmittentem. Resp. Id non semper sequi, cum sæpe auxiliares aliis affluant copiæ non hostiles. Quinimo si tandem quid inde oriretur litium, defendat se solum, qui justam
16 alium offendendi causam non habuit. Quibus dubiis dilutis ex jure belli Statibus Imperii competente rem determinabimus. Statibus Imperii vi superioritatis territorialis §. 3. *Cap. Leop.* confirmatæ, jus belli competere in comperto habemus. *Limn. l. 4. t. 8. n. 247. Knipschild de Civit. Imp l. 2. c. 22. Bulgoldens. not. Imp p. 3. d. 2. p. m. 18.* quatenus scilicet Imperium non concernit. Quo casu nec Imperatoris consensu opus censeo, quis enim non superfluum existimet, id precibus impetrare quod lege disponente in te derivatur. *l. 1. pr. ad Municip. Socin. Consil. 92. n. 17.* Aliis arridet distinctio inter offensivum & defensivum bellum, illud explorandum consensum Imperatoris inducere autumantibus; quorum in castra descendisse videtur *Dn. Myl. ab Ehrenb. de Stat. Imp. c. 81. n. 3.* Hos tamen cum suis limitationibus admiserim in bello in Imperio juxta Constitutiones Imperii permisso, extra hunc respectum, modò Imperium non implicetur, salva stabit nostra assertio. Nec est cur ea opponas quæ *Autor Justitiæ Causæ Palatinæ* contra offensiva in causa Wildfangiatus arma congessit, ea scil. contra tenorem Instrum. Pacis & reliq. Imperii Constitut. suscepta fuisse, utpote quæ viam facti regulariter prohibeant *Ord. Cam. p. 2. t. 9.* Facilè id ipsum largior, habito respectu Statuum ad se invicem, secus ergo si in se absolutè

solutè & respectu Extraneorum considerentur. Nec video quid jura fœderum Statibus Imperii cum Exteris ampliata *art. 8. §. 1. J. Pac.* aliud 17
involvere possint *de quibus Burgold. Not. Imp. p. 3. d. 2. n. 4. Myl. de Stat. Imp. c. 17. n. 15. 16.* Certum enim est à jure fœderum ad jus belli & vice versa valere consequentiam. Præeunte *Reincking. de R. S. & Eccl. L. 2. Cl. 3. n. 25. & n. 60. Engelbrecht de jurisd. Imp. Concl. 66. Lit. B. in not.* Ut ergo verba in pauca redigam, eatenus Status Imperii transitum militibus concedere posse autumo, quatenus Jus belli Imperii Constitutionibus pactisve circumscriptum non habent. Quam conclusionem proposito casui similibusve cis pulverem applicabis.

De Rege Romanorum vivo Imperatore electo quid hic usu ve- 18
niat, dispiciendum. Hic præsupponendum mihi est, Regem Romanorum vivente Imperatore eligi posse, teste *art. 35. d. Cap. Matth. Conf. Burgold. not. Imp. p. 3. d. 4.* & fusè *Limnæus Enucleatus L. 1. c. 22. add. Limn. ad art. 35. d. Cap. Matth.* Talem Regem Romanorum ne quidem Consentientibus Imperii Statibus transitum militibus per Imperium concedere valere regulariter, existimo. Rationem in eo collocamus, 19
quod Jure belli in exercitio præsente Imperatore instructus non sit. Absente vero Imperatore quin id possit non refragabor, licet speciali mandato instructus non sit, quia non dependentem, sed propriam à lege & Statibus collatam exercet potestatem. *Reincking. de R. S. & Eccl. L. 1. Class 3. n. 14. Carol. ab Hagen. Inst. Jur. publ. L. 3. c. 3. n. 8 & L. 2. c. 1. n. 33. 34 Besold. tr. posthum. jur. publ. p. 3. c. 2. p. m. 226. arg. p. 1. t. 1. §.* nemlich Ord. Cam. Quo nomine multi comparationem cum Legato proconsulis instituere amant de quo *Dn. Frantzk. ad ff. t. de off. ejus cui mand. Innid. n. ult. & ad t. de off. procon. & Legati.* De Vicariis Imperii idem judi- 20
cium esto, excepto eo quod non quilibet de toto Imperio, sed de suis terminis & limitibus à lege publica assignatis sollicitus esse debeat. de quo vid. C. ab *Hagen. Inst. jur. publ. L. 3. c. 3. Besold. tr. posthum. jur. publ. p. 3. c. 1.* Quod si ergo Imperator absens sit, & Rex Romanorum nullus existat, nec alius ab Imperatore vicarius constitutus sit: cum enim A. B de solo vacantiæ casu loquatur, vicarios Imperii in casu absentiæ Imperat. non aliter admittendos arbitrantur, quam si Imperator de alio vicario prospicere neglexerit *Besold. d. l. p. m. 220. Limn. ad A. B. c. 5. §. 1. Obs. 1. n. 2.* à Vicariis, quoad transitum hunc militibus concedendum reliquorum Statuum consensus ex plorandus veniet, ne re-

præsentans majori jure frui videatur ipse repræsentato *arg. l. un. §. 1 C. de rei uxor act.* Confer. Hermes *in fascic. Jur. publ. c. 20.* Adeoque hoc casu, sicut & in multis aliis *arg. t. 5. A. B. Hagen. all. l. c. 3. n. 8.* Regis Romanorum paulò amplior potestas quam vicarii cujuslibet *add. Paurmeister. de Jurisd. L. 2. c. 5.*

21 De Circulis Imperii ventilandum, si transitus militum per circulum petendus, an Directoris vel Ducis implorandum sit arbitrium? Directores circuli à Ducibus circuli longis parasangis quà tales differre notum est, utpote cum Directorum munus in convocando proponendo, vota colligendo & conclusum formando consistat, vocenturque die Crayß ausschreibende Fürsten/ quales in circulo Rhenano Superiori Episcopum Wormatiensem, in circulo Westphal. Ducem Juliacensem & Episcopum Monasteriensem exhibet *Burgold. not. Imp. p. 3. d. 7. membr. 1. p. m. 55.* Dux circuli vero Præfectus militiæ circularis ein Crayß-Obrister sit, quam differentiam claris verbis exponit *art. 16. § 1. Instr. Pac.* Et licet hæ qualitates aliquando compatibiles sint, *arg. Rec. Imp. de Anno 1555. §.* und auf den Fall (Episcopum enim negant ad Ducis officium aspirare posse, cum miles Christi & miles seculi non bene in uno conveniant. *2. F. 30.* Confer. *Franciscus Irenicus in Colleg. ad Bur-*

22 *goldens. p. 3. dis. 6. p. m. 53.*) ut plurimum tamen distinctæ sunt. Hoc casu ergo dicimus, neutri absolutè competere jus transitum militibus concedendi, dum jure belli eatenus instructi non sunt. Petendus tamen à Directore Circuli transitus, ut circuli membra convocando, cum iisdem deliberando, tandem conclusum elicere queat. Quò refero *§. 43. R. Imp. de Anno 1641.* Die Durchzüge sollen den ausschreibenden Fürsten so viel die Kriegs-actions zugeben/. und wo es ohne Feinds Gefahr wird seyn können/bey zeiten notificiret werden. Dubium me reddiderant *§. 39. Rec. Imp. de Anno 1559. verb.* unangesucht der Crayß-Obersten die Musterplätze in solche Crayse verlegt / die Unterthanen damit auch mit Durch-und Uberzügen in höchsten Verderben gesetzet. *& §. 41.* Sollen die Muster-Herren zuvor die Craß-Obersten und Zugeordnete um die Musterplätze ansuchen. *& Rec. Imp. de Anno 1555. §. 60. verb.* Sol der gesetzte Obriste ihm zugeordnete und andere Stände fleißige Aufmerckung haben rc. auch dergleichen seinen Fortgang erreichen wolte/ dem Obristen unverzüglich anbringen. Sed, nisi me omnia fallunt, allegati textus id non inferunt, transitum militum à Ducibus

cibus circuli impetrandum esse, sed verba ista vom Ansuchen juxta modulum officii eorum metienda ducimus. Nimirum cum directio militiæ circularis ipsis commissa sit (uti *in art. 16 §. 1. J. P.* habetur) partium eorum quoque censetur de lustratione militum prospicere, & cavere ne quis absque consensu impetrato transeat. Cujus vero est prohibere ne fiat, illius non statim est concedere ut fiat, cum illud jure dependenti facere possit.

Subjungimus huic deciso, an qui jus Conducendi habet, sibi facultatem transitum militibus eò loci concedendi arrogare valeat? Jus conducendi regulariter quidem territorio inhærere constat die geleitliche Obrigkeit *Webn. voce Gleit. Struv. S. J. F. c. 6. n. 23. Myl. ab Ehrenb. de Stat. Imp. c. 59. n. 1. & 2.* posse tamen id aliis concedi probat Joh. *Oetinger. all. à Dn. Struv. & Myl. d. l. n. 12. add. Dn. Fritsch. de nundin. c. 6.* Et in Exemplum adducit *Burgoldens. not. Imp. p. 1. D. 26. n. 13.* Jus Conducendi quod Serenissimus Elector Palatinus tenet durch die Obergraffschaft Catzenelenbogen von der Bergstrassen bis gen Franckfurt *add. Dn. Strauch. diss. Exot. XI. th. 2. Becht. tr. de securitat. c. 12. Klock. Vol. 1. Cons. 8. num 128.* His præmissis ad quæstionem negativè respondeo: Non solum quod tales concessiones sint stricti juris *arg. l. 21. de S. P. U. arg. l. 18. §. 11. de Instr. leg.* Et quod effectus modificetur à sua causa *arg. l. in agr. de A. R. D. Zanger. de Except. p. 3. c. 6. num. 52.* sed & cum à separatis nulla fiat illatio *arg. l. 31. §. 2. de liberat. leg. l. ult. in f. ff. de Calumm.* quomodo jus Conducendi, utpote regali viæ publicæ assignandum *Köppen Decis. 37. n. 7.* jus transitum militarem concedendi involveret quod à jure belli pendet? 23

Nec moror, quod juri conducendi annexum sit jus indagandi persequendi & conquirendi depopulatores Das Streiffen *arg. l. 13. de off. Præs. R. J. de A. 1548. §. 20. Maul. tr. singul. de jure Conducendi tit. 10.* Resp. Militum licitè transeuntem pro prædone non reputari. Instabis porrò, Jus conducendi curam habere securitatis transeuntibus præstandæ, ergo si non ad concedendum transitum, ad id tamen consensu ejus opus fore, ut securus sit miles transiturus. Verum isti fini securitatis præstandæ terminos adeò non laxaverim, cum istud jus privatos iter facientes respiciat. Quinimo cessante causa finali, cessaret ipsum jus *Mev. p. 4. Dec. 172. n. 2.* Militi enim transeunti quid opus securitate aliunde petendâ, dum Domini territorii consensu transit, & 24

fibi ipfi fatis præfidii eft. Sequeretur alioquin & hoc abfurdum, quod qui jusConducendi in alieno territorio haberet,quot vellet turmas fub
25 fpecie fecuritatis præftandæ ibi conglomerare poffet. Fluit infuper ex dictis, nec ejus confenfum fufficere vel neceffarium effe, qui jus protectionis ibi locorum habet, ubi tranfitus petitur. Quæ jura à fe invicem diftinguit §. 49. *art. 5. Inftr. Pac.* Cum enim Jus Protectionis folùm defenfionem refpiciat, nec ullam fubjectionem involvat *Burgoldenf. not. Imp. p. 1 Difc. 4. §. 14. p. m. 199. Confer. Difp. de Cliente quam Generofus Dn. Grote fub præfidio Dn. Bœcleri habuit Gail. 2. O. 54.* & proinde nec arbitrium belli tribuat *vid. Chockier tr. de Advocat. Dn. Myl. ab Ehrenb. de Stat. Imp. c. 18.* ipfi cum tranfitu concedendo nihil negotii effe liquet. Diceres, fruftra moveri hanc quæftionem, cum clientes hujusmodi plerumque ipfi Jure militem transmittendi deftituantur: Verum cum Imperii confuetudine obtinuiffe conftet, multos è Statibus imbecilliorum fuarum virium memores tale protectionis jus aliis conftituere, fterilem non fuiffe hanc quæftionem fateberis. Exempla fi defideras conf. *Mager. tr. t. de Advocat. & Myl. ab Ehrenb. all. l. n. 3.*

26 Annectimus denique, tranfitum hofti Domini à Vafallo conceffum privationem feudi operari *Rofenthal. de feud. c. 10. c. 19. n. 3.* Eò quod in proditionis & læfæ Majeftatis crimen incidat. *Matth. de afflict. Decif. Neapol. 265. n. 109. Natta tom. 1. Conf. 174. n. 7. adde Schrad. de Feud. p. 9. c. 5. n. 32.* Videtur enim effe contra me, qui mecum effe debuit. Puto decifionem hanc fat luminis fortiri *ex 2. F. 24. § 2.* Limitat *Schrader all. l. & ex eo Rofenthal.* cum aliis, modò hoftibus refiftere potue-
27 rit. *Schneid. de feud. p. 8. c. 1. n. 176. arg. l. 13. §. 7. ff. loc. Cond.* Rationem puto hanc effe, quod vel nolente ipfo perpetrari poterat Excufabunt proinde præfentiffima pericula Deprædationis, captivitatis. Proteftetur tamen neceffe eft, ne fufpicione fe oneret, vel Domino, quantocius fieri poteft, denuntiet. *arg. 2. F. 24. §. 2. verb. quàm* citius fieri poteft certiorare. Addunt & hanc limitationem, fi hoftis contra tertium, non contra Dominum tranfitum petat. Circa quàm limitationem hoc dubium mihi refidet, annon videatur Jura Majeftatis involaffe, qui fine jure fuperioritatis militi tranfitum concedit? Quinimò, fi hoftem Domini nullo modo juvare decet Vafallum, nunquid Excufationis hìc fingeret?

SECTIO

SECTIO III.

De Personis Transitum petentibus & quibus debeatur.

SUMMARIA.

EXcussimus hactenus, quorum ex arbitrio concessio tansitus militaris pendeat, Monet ordo, ut an & quibus denegandus non sit dignoscamus. De transitu Domino territorii debito prolixiores non erimus, utpote qui impetratione non eget, cum ejus jura adeò mani- 1

festè hanc facultatem operentur, ut transitum denegans læsæ Majestatis fulmen contra se excitet. *vid. Farinac. pr. Crim. t. de Crim. læs. Majestat. q. 114.* Et huc referes transitum Domino à Vasallo debitum, cujus præfracta denegatio feudi privationem inducit, *Rosenthal. C. 10. Concl. 37. n. 30. Schrad. p. 9. c. 5. n. 33.* Illustrationi hujus theseos annectit *Schrader. ad. l. & Rosenthal. ejus* vestigia terens, id procedere, si Dominum à via publica arceat, secus si à fundo privato *arg. l. 16. de S. R. P. l. si per agr. C. de Servit.* Subjungit Limitationem *Afflict. Decis. 265. n. 108.* nisi & hoc casu Dominus ad suum fundum pervenire nequeat. Verùm hæc omnia æquè inter alios usu veniunt, quibus nulla specialis mutui juris intercedit communicatio, ut nimis generalem, si non vagam hanc dixeris Decisionem. Nucleum, nisi me omnia fallunt, tanges, si rationem transitus à Vasallo debiti in jure, quod Dominus in feudo retinuit, collocaveris. Ipsam enim proprietatem & possessionem juris in re feudali uti *Struv. loquitur J. F. c. 11. th. 1. inf.* Domino reservatam in comperto habemus. *Rosenthal. c. 8. Concl. 1. n. 5. Oldrad. Consil. 224. n. 15. & seq. Magnif. Dn. Præs. Exam. Jur. Feud. c. 18. q. 1.* Quid loquar juramentum fidelitatis *2. F. 6. 7.* ubi omne id se facturum promisit, quod sibi facile & possibile fuerit? Objicies, denegatum transitum inter causas feudi privativas non enumerari *arg. 2. F. 23. 24.* Respondebit textus *2. F. 24. §. 2. verb. ubi Judex Discretus &c. Rosenthal. C. 10. Concl. 14. n. 6. Intrigliol. cent. 1. q. 98. n. 151. Menoch. A. I. Q. cas. 267. Magn. Dn. Præs. d. Exam. J. F. c. 23. q. 39.* Si similes causas cum expressis admittis, numquid leviorem injuriam reris, Domino innoxium transitum denegare, quàm si fortè sorori ejus in domo ejus manenti se immiscuerit, uti *2. F. 24. §. 2. dicitur?*

2 Cæterum nobis hic potissimum sermo de transitu per alienum territorium, ubi primo statim limine id præmissum velim, neminem nisi cui jus belli competit, hunc transitum suo nomine justè petere posse. Arma enim & milites sine belligerandi jure conscriptos perpetua comitatur injustitia, dum non solùm res facultatem agentis transcendens tentatur, sed & Majestatis jura, sub qua degit conscribens, violata censentur. *Reinking. de R. S. & E. L. 2. Cl. 3. c. 1. n. 3. Perez. in Cod. L. 11. t. 47. n. 17.* nisi scilicet speciali concessione ipsi prospectum sit. Dixeris forsan, esse hanc Exceptionem juris tertii, quæ non relevat ab Excipiente prolata *arg. l. 16. ff. Commod. l. 4. §. 7. si serv. vind. l. 9. §. 1. ff.*

Cond.

Cond. causa dat. Regero, Jus Excipientis hic ex parte includi *Berl. p. 2. C. 53. n 34.* Qui enim alium arma injuste moventem sciens transmittit, onus belli proprium derivat in sinum, Nemesinque stimulat. Justum proinde præsupponimus bellum, in quo indagando subditi equidem haud multum audent. *vid. Dn. Becman. Med. Pol. Diss. 23. th. 4.* Inter summos vero Principes facilior est disquisitio, utpote quibus cæcæ obedientiæ lex judicii lumen non obfuscat. Quæ verò sint justæ belli causæ inter alios tradit *Ayala de jure & offic. bell. L. 1. c. 2. num. 11.* Hoc saltem addo, in dubio bellum justum esse præsumendum. *Reinking. de Reg. S. & E. L. 2. cl. 3 c. 1. n. 19. v. Joh. Lupi Segobien L. 1. de bello & bellator n. 1. Extat. tr. tract. vol. 12. p. 168. in noviss. edit. Vol. 16.* Obstabit nobis Hostiensis, qui omne bellum præter defensivum *c. noli c. 33. q. 1.* in dubio injustum exclamat, quem refert *Joh. Lup. Segobiens. de bello & bellator cap. Si summu n. 6.* Verum si in tantum quilibet bonus præsumitur *l. 51. pro soc.* ut præstet sæpius falli per bonam, quàm raro per malam opinionem *Soto de I. & I. L. 3. q. 4. art. 4.* nostro casu idem defendendum statuimus. Quinimo quis in dubio repelleret Actorem à judio? 3

His præmissis, sistit se Sabbathina & Magistralis illa quæstio, an cuilibet militum transitus concedendus sit? Controversia hæc non hominis, sed seculis reciprocata, pristinis tamen referta manet difficultatibus. Autoritate aliorum illibatatâ mihi hic loci duo separanda videntur quæsita, an transitus cuilibet concedendus sit, & an denegatus transitus sit justa causa belli, quæ sæpius, si non plerumque, confundi deprehendes. De priori si consulueris JCtos nostros, adducent *L. per Agrum. C. de Servitut. l. in summa §. 5. ff. de aqu. pl. arc. l. 1. de via publ. l. 2. ff. de damm. inf.* Nimirum ad humanitatis leges recurrunt, quæ dictitat, ne alteri denegem quod ipsi prodesse, mihi non obesse possit. Admitto hanc decisionem humanitatis, salvis nempe cæteris requisitis, quorum compendium habes *Num. 20. v. 17.* Quod vero hæc ipsa, si repulsam feras, belli causam suppeditent, id *Grotio L. 2. c. 2. n. 13.* non largiar. Rationem quare Grotius hanc sententiam tam strenuè defendendam autumaverit, facile animadvertit, qui Belgarum controversias maritimas novit, quod & *Dn. Beyer in præfat. mox allegand. Dissert. fatetur.* Faciunt equidem cum Grotio haud pauci, quos laudat *Schosser.* in dem Bedencken von Durchzügen. Et præterito 4 5

anno

anno *Grotii dict. loc.* Speciali dissertatione illustrare voluit *Dn. Adrianus Beyer.* Convellendum proinde statim erit fundamentum Grotii, quod in illo robore consistit, naturaliter cuique jus competere militem per alienum territorium traducendi. Quod *Dn. Zieglerus ad d. l.* & pariter felicissimè *Dn. Puffendorff. de I. N. L. 3. c. 3. §. 5.* debilitat. Hoc jus enim facta proprietatum distinctione expirasse, tam certum est quàm quod certissimum vid. *Joh. Oettinger.* in gründlichen Bericht von Gräntzen und Marcksteinen *L. 1. c. 3. n. 8. usque ad n 11.* Præsumuntur, replicabit Grotius, dominium cum reservatione talis usus introduxisse, Regero, non præsumuntur, Quod & sentire videtur *Scheffer. all. l. p. 27.* sed non deducit. Addo hanc rationem, quod sub tali præsumtione securitati & proprietati aliorum non satis prospectum esse potuerit. Sicuti ergo se habent privatorum fines, quos invito domino servitute non constitutâ ingredi non licet, *l. per agrum C. de Serv.* *§. 12. I. de R. D.* Ita de territoriis Principum idem judicium ferendum erit. *Fritsch. de via publ. c. 8. n. 3. 4.* Simile capias in præscriptione viæ publicæ. Quicquid enim se habet ut regale ad subditum, illud se habet ut æquale ad parem. Argumentum vero *Dn. Beyeri all. Differt.* quod pro deneganda proprietate viæ publicæ magno studio exprimit, quasi scilicet via publica ad instar lineæ per varia territoria ductæ & proprietati exemptæ se habeat, non nisi lineâ ductâ eget. Cum ergo transitus hujus concessionem in solius humanitatis lege repositam conspexerimus, porro nobis probandum incumbit, ex denegato tran-
6 situ belli causam haud oriri posse. Negas mihi transitum per fundum tuum, violasti humanitatis leges, poterone actione tecum experiri? Negabit JCtorum schola *l. 7. § 4. ff. de pact. l. 10. de V. S. Struv. Ex. VI. th. 11. Conf. l. 25. §. 11. de pet. hered. arg. l. 6. §. 12 verb. quoniam conven: ff. de negot. gest. Tusch. tom. 1. L. A. Concl. 60.* Hoc posito, quomodo propter violatum jus humanitatis bella movebuntur, *arg.* eorum quæ tradit *Puffendorff. de I. N. L. 3. c. 5. n. ult. & ipse Grotius 2. 12. 16.* Cum deficiat actio, bella vero judiciorum sint simulachra, præeunte *Grotio L. 2. c. 1. d. I. B. & P.* Exemplis controversiam solvere, esset Alexandri gladio nodum gordium extricare, sicuti enim alias exemplis non stamus sed regulis *l. nemo C. de Sent. Card. Tusch. t. 3. L. E. Concl. 549.* ita nec hic, ubi jus in armis ut plurimum positum, uti monet *Dn. Puffendorff. all. l. & Röser in Disp. de transf. Exercit. denegat. §. 12.* juxta illud Agesilai:

Con-

Consultet Rex, nos interim transibimus, vel uti Belgæ ad Oresundam: Claves in ædibus Consulis Amstelodamensis asservari. Ferdinandum Hispaniæ Regem in auxilium Papæ Jul. II. contra Ludov. XII. R. Gall. copias instruentem, negato transitu per regnum Navarræ causam invadendi regni sumsisse, historiæ loquuntur, de qua lite *Burgold. not. Imp. p. 1. Disc. 6. n. 11.* sed puduisse Hispanos hujus prætextus egregiè exhibet *Dn. Becman. in Histor. Civil. c. 1. th. 2.* Plus forsan negotii facessent exempla sacris producta ex pandectis, quorum ad ductum hanc controversiam enodare alloboravit *Joh.* Bechstädt *Consil. quondam Coburg. in tr.* vom Recht und unrechtmässigen Ursachen *Defensivè* oder *offensivè* Krieg zuführen *c. 12. n. 158.* Sanè si ex jure Canonico tanquam ex tripode Oracula peteremus, affirmativam non sequi piaculum foret, *propter c. notandum c. 23. q. 2. v. Ayala. de jure & off. bell. L. 1. c. 2. num. 11.* Quâ explicatione Augustinus textus *Num. 20. v. 18. 19. & c. 21. v. 22. Deuter. 2. v. 30.* donaverat. Sed bene ab aliis animadversum accepimus, allegatis in locis non ideo bellum illatum esse, quod transitus denegaretur, sed quod implorati ob transitum obdurato corde sine causa militem contra Israelitas eduxerint, adeoque non offensivo sed defensivo bello eos implicaverint. *Num. 21. v. 23. Deut. 2. v. 31. pugnavitque contra Israel. Selden. de I. N. & G. juxta Discipl. Hebr. L. 6. c. 12. p. 764. Dn. Ziegl. ad Grot. d. l.* Et sic non opus erit illa responsione, quâ *Bechstadius cit. l.* utitur, quasi ideo invaserint Israelitæ, quod Dominus eos in manus ipsorum tradiderit. Poterunt conferri quæ pro nostra sententia habet *Petrus Martyr. in loc. comm. Class. 4. c. 17. n. 6.* 7

Hoc tandem concedo, si planè aliâ viâ transire non possim, & transitum denegans præfracta obstinatione illudat petenti, posse tandem viam vi aperiri *arg. l. 14. §. 1. ff. quemad. Serv. amitt.* sicuti intelligo *Dn. Ziegler ad Grot. d. l. verb. Sed si negetur*, ad quam limitationem propendet *Dn. Fritsch. de transf. mil. c. 4. n. 4. & 5.* Non quidem ut territorium occupetur, sed solus tansitus pateat, nisi fortè postmodum ex resistentia armata res in bellum exardescat, & sic de hostilii animo transitum denegantis liquido constet, uti non incongrue intelligi posse autumo *1. Maccab. 5. v. 48.* Quem locum tamen adhuc aliâ explicatione resolvendum exponit *Walter. tr. de jure metat. c. 3. §. 12.* 8

9 De cætero dixerim, nec humanitatis leges violare eum, qui justo metu transitum denegat, v. g. Si alter præsentissimum gladium vindicem ostendet,

 vel

vel probabile sit admodum, hostem occurrentem (*de quo Wurmser. Ex. Jur. Publ. 9. q. 91.*) sedem belli in meo firmaturum esse. *v. Felden ad Grot. L. 2. c. 2. §. 13. Fritsch. de via pub. c. 8. n. 8. Hennig. ad Grot. d. l. verb. ad neg. trans. Puffendorff. all. l.* Replicabit *Grot. L. 2, c. 2. §. 13.* Jus meum metu tuo tolli non posse. Concedo de obligatione perfectè quæsitâ, humanitatis vero imperium curam nostri non destruit, utpote cum sufficiat, si proximo sine incommodo nostro bene facere haud valeamus, ipsi malè non fecisse Confer. *Dn. Becman. Med. Pol. Disc. III.*
10 *th. 8.* Arctiori aliquanto jure ei teneri videmur, quo cum fœdera inivimus; sive enim ad defensionem offensionemque simultaneam tendat, auxiliatricem nostram implorabit manum, quippe cum fœdus pactum de mutuis auxiliis audiat, cui transitus per bonam consequentiam inclusus deprehenditur. Modò scil. contra eum miles non ducatur, cui antiquiori tenebamur jure, quod posteriori pacto iniquè violaretur. *arg. l. 5. C. de O. A.* vide quæ ad hoc arg. faciunt *ap. Grot. L. 2. c. 15. n. 13.* Posses & hanc limitationem annectere, nisi tacita fœderis clausula impedimento sit, qualem in fœderibus cum exteris intellectam volunt Status Imperii, juxta dispositionem *art. 8. §. 1. Illustr. Cæs. Süed.*

11 Utrum vero illi necessariò militum transitus debeatur in quem jus potectionis speciali pacto collatum voluimus, disquisitione non indignum erit Diffiteri equidem non sustineo, Jus protectionis transitum militibus concedendum directò non inferre, quia superioritatem non parit *Besold. tr. de fœd. c. 5. n. 7. 8. & in Thes. pract. voc.* Schutz und Schirm. *Gail. 2. O. 52. n. 5. Klock. de Contrib. c. 3. n. 203.* Quinimò & hoc largior, jus protectionis fortalitiorum extruendorum facultatem vel jus præsidii nondum involvere *Bodin. L. 5. de Rep. c. 6. n 585.* Existimo tamen eo casu transitum omnino esse concedendum, si in gratiam ipsius Clientis traducatur miles. Non solum quod finem exoptans media largiturus præsumatur *l. 2. de jurisd. Vult. vol. 3. Cons. 12. num. 53.* Sed & quod iniquum videretur, ejus diffidere armis, cujus sub protectione requiescere satagis. Quinimo non solùm transitu sed & sumtus hoc casu præstandos autumo, per ea quæ habet *Gail. 2. Obs. 54. n. 2. Dn. Myl. ab Ehrenb. tr. de Stat. Imp. c. 18. n. 14.* Limitationes quæ ex natura Juris protectionis derivari possunt, sicco pede transi-
12 mus, dum illi, quibus Jus Aperturæ speciali pacto concessum, de facul-

culta-

cultate transmittendi militem quærere instituunt. Hoc jus enim non perpetuò superioritati annexum esse, probat *Klock. de Contribut. c. 7. num. 116. Fritbsch. de Jure apertur. c. 2. num. 7.* proinde crediderim, cum hoc jus Aperturæ saltem securum accedenti præbeat aditum, ad concessionem transitus militaris, utpote diversum quid, validé non inferri. Et ad hanc speciem Juris Aperturæ referunt verba *tr. qui Inscrib. Justitia Extructionis Idumea, qui habetur in act. publ. l. 1. c. 29. p. 134.* §. allhier. daß *Jus Apertura* als eine pur lauter Personal concession *inferiret* keine *Jurisdiction,* weil alle Rechtsgelehrte dahin schlüssen/ daß dieses jus Aperturæ nur *tempore pacis, ubi quis sine omni metu excipi potest,* zu *extendiren* sey. Quam sententiam nostram non fecerim quoad posterius membrum, siquidem Juri aperturæ omnino belli tempore maximum usum collatum novimus *vid. Fritsch. all. l. c. 1. n. 10. Meichsn. Decis. Cam. T. 1. fol. 853.* Affine quid proferam, si nec Juri præsidii faculta- 13
tem transmittendi militis pro lubitu in esse dixero. Utpote quod pactum secundum naturam Regalium strictissimi Juris esse censetur. Faciunt huc quæ ex *relat. histor. refert Dn. Tabor. de Metat. p. 1. c. 3. n. 6. verb.* Auch mit einiger Guarnison oder auch um Verstattung des Durchzugs die Städte nicht beladen werden. Ubi manifesta distinctio horum jurium *add. art. 5. §. 46. Instr. Pac.* Quinimò cum Jus præsidii regulariter ad certum numerum redigatur, ne scilicet spes tutelæ in onus subjectionis transmigret, iniquum foret, sub specie transitus libertatem exponere cogi.

Possent plura hic cumulari, sed ne nimis longas hic nectamus 14
moras stylum nostrum devotâ manu in Imperii Constitutiones immittimus, inde quæ ad propositum nostrum collimant religiosa mente depropturi. Sistit se mox ab initio Augustissimum Imperii caput, & transitum suo militi per Imperii fines expeditum reddere allaborat. Ipsi transitum deberi pro explorato habemus, nec deerunt asserto luculenta testimonia, sufficiat interim *R. I. de Anno 1555. §. 48. verb.* auf uns ansagten/ sol man sie passiren lassen. Utrum vero ex pacto, an subjectionis jure Id Imperatori debeatur, dubitationis aleam non effugit. Sane si Statuum Imperii conditionem juxta normam Juris Feudalis metiri velles, dicendum foret, id fieri vi superioritatis. *arg. 2. F. 40.* Quasi scil. Jurisdictio cumulative, vel uti *Dn. Struv. Jur. Feud. c. 6. th. 8.* loqui amat, subordinatè sit concessa. Verum enim verò aliam faciem

noſtra induit Germania, ubi ſuperioritas territorialis talem Jurisdictionis Concurrentiam non admittit. *Mich. de jurisd. concl. 134. Nicol. Calvol. Commun. Concluſ ad prax. aur. edit. à Caſp. Ziegl p. 191. n. 5. v. Limn. Enucl. L. 2. c. 19 num. 40.* Quatenus ſcil. compatibilis non eſt, prout limitat in affini quæſito de Regalibus *Dn. Roſenthal. de Feud. C. 5. Concl. 15. n. 2. Conf. Magn. Dn. Rhet. ad J. Feud. p. 1. pag. 149. Struv. J. F. c. 6. th. 13.* huc facit elegans textus *§. 3. Cap. Leop. verb.* ohne unſern und männiglichs Eintrag oder Verhinderung. Ex pacto proinde Imperatori hunc tranſitum deberi exiſtimo, quo me præter dictam rationem adducunt verba *Rec. Imp. de Anno 1641. §. 21.* haben wir uns mit Churfürſten und Ständen und ſie mit uns ſich folgender Bedingnüſſen verglichen. *Et in Cap. Leop. proœm.* leguntur verba: haben wir uns mit Churfürſten und Stände über folgende Articul Geding und Pacts-weiſe verglichen in ipſa vero Capitulatione de tranſitu militum diſponi jam ſupra allegatum eſt, Quinimo ſi Status in hoſpitatione determinanda ad commune ſuffragium admittuntur, *art. 8. §. 1. Inſtr. Pac.* quomodo hoc caſu vi ſubjectionis conſtringerentur? Non dicam, haud opus fuiſſe tot conſtitutionibus tranſitus jus firmare, ſi quadam ſuperioritatis vi imperari potuiſſet *Surd. deciſ. 173. n. 18.*

15 Nec obſtabit craſſa objectio, Status Imperii Imperatoris eſſe ſubditos, quod ex ſummiſſa colligatur ſubſcriptione unterthänigſt/ vel ut accuratiores hodie malunt, unterthäniger Fürſt oder dergleichen *Burgold. not. Imp. p. 1. p. m. 357.* Diceres cum *Klockio de Contribut. c. 7. n. 19.* Curialia & placentiæ verba obligationem & diſpoſitionem non inducunt. vid. *Molinæus ad Conſuet. Pariſ. L. 1. Gloſſ. 4. n. 14.* veluti alii interpretationem tolerant, eſſe ſubditos Imperii non Imperatoris. *Burgold. all. l. p. 411.* Conf. *Diſſ. de ſubditis Imperii ſub Magnif. Dn. Rhetio. habit.* ubi eadem ſententia accuratè defenſa. Nec multum abit ſi penitius introſpiciatur *Dn. Myl. de Stat. Imp. c. 93. n. 2. in f.* Et vix ſibi à riſu temperat Puffendorff. *de Rep. irregulari*, dum Stamlerianos & Reinkingianos tam fervidos in defendenda illa ſubjectione intuetur, ipſos vero Sta-
16 tus ad jura Majeſtatis voto deciſivo concurrere conſpicit. Ut ad tran-
ſitum vela retorqueamus, evidens ejus exemplum exhibemus in ex-
peditione Romana, quam aliqui *I. F. 40.* indigitatam volunt. Ubi Im-
peratpri Exercitus 20000. peditum & 40000. Equitum ſiſtentus. *R. I.*
de Anno 1521. §. 30. Reinking. de R. S. & Eccl. L. 1. Cl. 3. c. 1. n. 24. Struv. I. F.

XI, 5.

XI. 5. vid. Klock. de Contrib. c. 1. n. 171. Myl. de Stat. Imp. c. 97. n. 11. De hoc milite, utpote ex pacto transmittendo, parum dubii suberit.

Quod si verò Imperator ad hostes Imperii invadendos Exerci tum traducere velit, eatenus transitum deberi reor, quatenus bellum ritè movetur, id quod sine Statuum consensu regulariter fieri haud posse, supra demonstratum ex §. *13. Cap. Leop.* aliisque locis. Cum igitur ipse Imperator integrum duxerit, non solum in §. *16. Cap. Leop.* sed & §. *9. art. 17. I. Pac.* alibiq; serio disponere, transitum militibus haud aliter indulgendum esse, quam Constitutionibus Imperii conforme sit, sponte sua emergit decisio, bello sine Statuum consensu moto militi haud deberi transitum, non solum quod facta ll. contraria sint ipso jure nulla *l. 5. C. de ll.* Sed & quod justa sit denegatio juris, cujus injusta fuit postulatio. Ad defensionem Imperii vero etsi Statuum consensus exploratus non sit, sufficeret forsan sola intimatio sec. *Rec. I. de An. 1641.* §. *43. propter* §. *13. Cap. Leop. in f. verb.* Wo wir aber von des Reichs wegen oder das H. Reich angegriffen und bekrieget würden / alsdann mögen wir uns aller Hülffe gebrauchen. *Conf Limn. ad Cap. Carol. V. art. 11. verb.* von Reichs wegen. 17

18 Porrò huic annectendum, Imperatorio militi in gratiam Imperii conscripto transitum non deberi, si sine Statuum consensu exteris in auxilium mittatur, propter §. *16. Cap. Leop.* Solche Völcker sollen ohne Churfürsten und Stände vorwissen und Bewilligung ausser dem Reich nicht geführet werden. Quod si vero in gratiam aliorum con- 19 scriptus sit, transitus juxta Imperii Constitutiones concedendus erit. Nec hoc constitutionibus Imperii consonum foret, si miles Imperatorius ad Executionem banni transitum urgeret. Imperatori enim quà tali Executionem banni non competere vid. *Burgold. not. Imp. p. 3. p. 52. 53.* Huc spectant quæ Status Imperii ad *art. 28. Cap. Leop.* monuerunt, Daß die Execution des Banns anders nicht als nach Inhalt der Executions-Ordnung durch die Crayse darinnen solcher Standt gelegen / fürgenommen und vollstrecket werden solle / vid. Herden in der Grundfeste des Reichs *p. 3. c. 3. p. 249.* ne scilicet Jurisdictiones confundantur, prout effatur *Gail. de p. p. L. 2. c. 17. n. 4. Dn. Myl. de Stat. Imp. c. 94. n. ult. v. Ord. Cam. p. 3. t. 49.* Sequitur & hoc, transitum 20 denegari posse, si Imperator contra Statum non bannitum jus suum armis exequi vellet, Cum Imperatori placuerit jus suum in judicio

deducere, ne turbis bellicis conquassaretur rara Germaniæ quies. Cedro digna vox eum in finem Capitulationibus inserta, & *art. 15. Cap. Leop.* repetita, Wir sollen und wollen auch die Churfürsten ꝛc. wo wir auch zu ihnen allen oder einem iedem insonderheit zusprechen oder einige Foderung vorzunehmen hätten/ dieselben wollen wir für die ordentliche Gerichte nach Außweisung der Reichs Abscheide zu Verhör und gebürlichen Rechten gestellen/ und nicht gestatten ꝛc. daß sie mit Kriegen überfallen werden. Quorsum collimant quæ de judico Parium collegit *Burgold. not. Imp. p. 2. d. 20. n. 1. usque ad 6.* Et ne longiori inductione paginas onerem, loco regulæ mihi hactenus fuerit, Imperatorio militi transitum nunquam in Imperio denegandum esse, nisi quando arma Constitutionibus Imperii adversantur. Nec violabit hæc sententia sacrum Imperatoriæ Majestatis fastigium, cum digna Majestati vox sit *l. 4. C. de ll.* legibus se circumscriptam profiteri *art. 47. Cap. Leop. verb.* solches alles. *& pr. d. Cap. verb.* Pactsweise. *R. J. de A. 1641. §. 43. verb.* und darob gehalten werden/ daß den Reichs-Satzungen in den Fällen von welchen dieselbe erstberührter Durchzüge halber reden/ nachgelebet werde. Hoc unicum adjicio, ea quæ de Imperatorio milite hic asseruimus, commodè ad copias auxiliares Imperatori suppetias ferentes applicari posse *per Rec. Imp. de Anno 1598. §. 31.*

21 Cœterum non solùm Imperatori, sed & Statibus Imperii transitum in Imperio nostro deberi, praxis multis ab hinc annis roborata testatur. Quod Jus utrum ex ll. publicis, an ex consuetudine debeatur, aliquos hærere deprehendi. Pro observantia concludit *Daniel Stalburger in dissert. de jure milit. German. Anno 1671.* Argentorati publicata *p. 10. Dn. Myl. ab Ehrenb. de Stat. Imp. c. 79. n. 10.* generali Grotiano fundamento & *l. 1. ff. de via publ. l. 2. de damn. inf.* se tutum arbitratur. Ex jure familiaritatis quid arcessere forsan adhuc periculosius foret, utpote quod juris possessionem non gignit *l. 41. de acqu. poss. Dn. Brunnem. ibid. n. 1.* Sufficeret, Consuetudinem hujus juris matrem appellasse, quippe quæ legis effectum induit *l. de quibus ff. de ll.* Unde & juris appellatione venit. *Simon Barbos. loc. Comm. Lit. C. n. 53. Struv. Ex. 11. th. 22. Frantzk. ad ff. t. de ll. n. 61.* Eleganter facient huc quæ habet *Klock. de Contribut. c. 12. n. 223. usq. ad n. 238.* Et in amplissimis Juris publici capitibus suas exercet vires *arg. §. 3. Cap. Leop. inmed. verb.* Gebrauch und

Gewon-

Gewonheit schützen und und schirmen. Juvabit tamen, si non penitus evicisse, aliis tamen propinæsse, an non Imperii Status sibi hunc transitum ex Imperii Constitutionibus asserere queant? Quo intuitu oculos immitto in §. 9. art. 17. Instr. Pac. ejusque verba: Quoties autem milites quavis occasione per aliorum territoria & fines ducere quis velit. Sermonem ibi tantùm esse de Imperii membris ex præcedenti §. 7. & 8. satis colligere est. Præsupponitur itaque tacitè in d. §. 9. Statibus Imperii, cœteris nempe paribus, licitum esse, militem per Imperii, traducere territoria, sicut enim velle quis non creditur quod non potest *l. si tibi §. unius ff. de opt. leg. Surd. Consil. 431. num. 41.* Ita inanis esset voluntas, nisi præsupponeretur potestas. *l. nolle adire ff. de acq. vel omitt. hered.* Possem ulterius ad generalitatem textuum, in primis *ad §. 41. R. J. de Anno 1643.* provocare, sed malim motam quam compositam habeas hanc litem. Hoc saltem annecto, cum Statibus secundum Imperii Constitutiones Jus belli exercere liceat, transitum quoque invicem tacite concessum videri. Uti enim Elector Saxon. ap. *Abelin. in Theatr. Europ. tom. 2. p. 295.* monet. daß Kriege ohne Durchführung nicht können geführet werden/ scil. si hostis non sit propinquus; Ita concomitantia necessaria sub jure concesso latent. *Sixtin. de Regal. L. 2. c. 1. n. 27.* Et licet largiar, Statibus Imperii jus inquartandi seu longioris hospitationis in alio territorio regulariter haud competere (exciperem enim, si Imperii defendendi causa miles transmissus sit *arg.* eorum quæ *habet Tusch. Lit. P. Concl 89.*) per ea quæ deducit *Tabor. de metat. p. 1. c. 6. n. 15.* 22
Præterquam enim quod à jure inquartandi ad transitum valida raró sit consequentia, plus insuper oneris post se trahit illa inhabitatio; quinimo quatenus Imperii constitutionibus conformis est, eam quoque licitam autumo, non quidem vi aliqua superioritatis, *propter l. 4. ff. de recept. arb. arg. l. 13. Si Serv. vind.* cum par pari præjudicare nequeat superioritate, uti in applicatione ad Imperii Status in terminis habet *Klock. de Contribut. c. 18. n. 136.* sed ex pacto tacito v.g. Quando miles defendendo Imperio invigilat. Partim ex eo, quod Status vi sui juramenti & pacti omnia præstare teneantur, quæ ad Imperii defensionem incrementumque collimant, *v. R. J. de Anno 1641. §. 86.* partim *arg. l. 2. ff. de jurisd.* Quod si vero aliquis Status ultra quotam suam (de qua *Dn. Myl. de Stat. Imp. c. 97. n. 12. Klock de Contrib. c. 1. n. 171.*) adduceret, an idem asserendum sit, dubitari poterat; Cum onera æque ut pœnalia 23
24.

l. 24.

l. 42. ff. de pœn. non sint extendenda *arg. l. 34. de R J.* Et consensus Statuum ampliationem vix pati credatur *arg. l. 21. de S. U. P.* Et quæ alia huc trahi possunt. Verùm enim verò in castra affirmantium concedere haud veritus fuerim, cum dubia illa unico ictu intercidi possint, In favorabilibus ampliatione esse locum. *arg. l. un. C de rei uxor. act.* Quantum verò favoris Imperii defensionem comitetur, intelligit cui aliquid circa cor salit. *arg. d. §. 86. R. J d. Anno 1641.* Neque id prohibitum demonstrabis in Imperii Constitutionibus, Statum ultra assignatum numerum sistere non debere, sed de eo tantum cautum accepimus, ne infra numerum adducat. Qui vero de minori prohibendo sollicitus est, majus exoptare præsumitur.

24 Præterea cum Status Imperii haud raro exteris auxilia mittant, hunc casum quoque sub incudem revocare debuimus. Exteris auxilia mitti posse, quatenus Imperii non interest, ex iis colliges quæ supra de jure belli adducta, quibus adde *Dn. Myl. ab Ehrenb. de Stat. Imp. c. 79. n. 10. R. I. d. A. 1570. tit.* Verzeuchnüß etlicher Puncten. Quod quidem languidius aliquanto probat *Reincking. L. 1. Cl. 3 c. 1. num. 18.* Sed rem aperti juris esse testatur *Dn. Tabor. de metat. p. 1. c. 6. n. 9. R. J. de A. 1570. §. 1. 2. 3. 4. Limn. L. 4. c. 3. n. 13. 14. 15. & Cap. Leop.* **Es sol keinem Reichsstande verboten seyn / sich bey Auswärtigen in Krieges-Dienste zubegeben und einzulassen / da es nicht wider das Reich oder desselben Stand einen angesehen /** quæ verba de novo Capitulat. Leopold. inserta esse monent majusculæ literæ apud *Dn.* **Herden in der Grundfeste des Heil. Röm. Reichs** *p. 377.* vigore præfationis quam

25 ibi præmisit. Sed ut è diverticulo in viam: Casu nostro transitum obtineri posse autumo, licet enim hæ copiæ ad Imperii defensionem castra non moveant, constitutionibus Imperii tamen conforme est tali auxilium, quod dum approbarunt reliqui Status, non possunt non in necessarias consequentias consensisse censeri. Huc facit insuper generalitas *art. 17. §. 9. Inst. Inst. Pac. vid. Dn. Myl. de Stat. Imp. c. 81. num. 2.* Quod si vero miles contra aliquem Imperii statum mucronem acueret, disquirendum primo foret, num id licitè fiat. Quippe cum leges publicæ nobis inculcent, Statum Imperii jus ab altero Statu prætensum non armis vindicare, sed legitimo judicii tramite investigare debere, quod præter *Ord. Cam. de A. 1555.* aliosque locos inculcat novissime *Cap. Leop. art. 15. & Instr. Pac. art. 17. §. 7. verb. Nullio mnino*

Sta-

Statuum liceat jus suum armis vel vi persequi, sed si quid controversiæ jam exortum sit vel post hac inciderit, unusquisque jure experiatur, secus faciens sit reus fractæ pacis. Ex casibus exceptis, exceptionem subjicies regulæ.

Quicquid vero de Imperii Statibus asseruimus, Episcopis quoque 26 Statuum superioritate instructis tributum velimus. Rationem dubitandi insperget *c. 23. q. 8. per t. Joh. Lup. Segobi. tr. de bello & bellator. c. 3. v. tract. vol. 12. p. 168.* ubi Episcopis militiâ adeò severè interdictum, ut nec de armis nec de præliis disponere debeant. *Martin. Laudens. brevi Comment. de bello.* imò nec cum Autoritate Pontificis *c. 1. q. 8. c. 23. Franciscus Arrias tr. de bello & ejus justitia c. 1. num. 6. & 154.* monet, aliquos esse in ea opinione, Episcopos & Prælatos ratione castrorum & Jurisdictionis temporalis quâ eminent, arma movere. Nobis non vacat hanc controversiam cum Canonibus reciprocare, de Episcopis enim Germaniæ nostræ, quos Statuum matricula recepit, satis liquet, ipsos potestate seculari pollere. Qua de re *Struv. J. F. c. 1. th. 4. n. 7. & 8. Pauermeister de Jurisd. L. 2. c. 9. n. 8. Dn. Myl. de Stat. Imp. c. 9. n. 13. Gryphiand. in Coloss. Weichbild. c. 28.* adeo ut duplicem personam sustinere dicantur, quod tacitè per allegatam Calixti II. Bullam innuit *Struv. J. F. c. 3. th. 7. num. 8.* Apertius explicat *Burgold. in not. Imp. p. 1. Disc. 20. th. 8.* ut sic baculus Aaronis, & gladius Nimrodis unâ regantur dextrâ *Confer. Dn. Ziegl. Episcop. milit.* Et sic lucem affundere necesse non habebimus quæsito, quod in se claret.

Verum missis hisce Infulis loricatis, antequam ab Imperii Statibus moveam, comminiscendum duxi, in Constitutionibus Imperii 27 transitus nomine quoque venire, quoties Electores vel eorum Nuntii ad Electionem iter suscipiunt, adeo ut non saltem transitus concedendus *A. B. t. 1. §. volumus* sed & salvus Conductus attribuendus sit. Quod nonnulli eò ampliant, ut nec viâ regiâ, sed quacunque placuerit incedere possint, quod ex verborum generalitate *d. §. volumus verb. viamque quà transiturus est insinuet*, deducit *Arumaus ad A. B. Disc. 1. th. 22. v. Generos. Dn. de Jehna de Elect. Imperat. Disp. 4. th. 5. lit. D.* neque enim præsumuntur Electores sine urgente causa aliam præter regiam electuri viam, *Conf. Caroli ab Hagen. Inst. Jur. publ. L. 2. c. 1. n. 18.*

Ex his omnibus tecum colliges, nemini præter Imperatorem & 28 Imperii Status transitum deberi in Imperio nostro, quod supra allegavimus, & adhuc repetimus *ex R. J. d. Anno 1559. §. Dem zubegegenen verb.*

verb. daß hinführo keinem frembden Potentaten Durchzüge durch das Heil. Röm. Reich oder desselben Cräyse zuverstatten. scil. nisi communis Statuum exploratus sit consensus. Quo collimat responsio collegii Electoralis. *Anno 1630.* exhibita: *§.* Man kan euer Käyserl. Majest. nicht bergen/ daß die Spanische Kriegs-Officirer sich unterstanden mit ihrem Kriegs-Volck auch wol unter dem unverantwortlichen Vorwand als wann sie dessen possession hätten / ihren Durchzug auff des Reichsboden durch Churfürsten und Fürsten Land zunehmen/ zu passiren und repassiren/ja auch niemandsum einigen Paß ersucht ꝛc. Quoad Regem Galliæ, Poloniæ Belgas & alios dubium mihi injecit *art. 17. § 10. Instr. Pac. qui annexus §. 9.* de transitu militum, & insuper in *Instr. Cæsar. Gallico repetitus:* verùm dijudicent cordati, annon §. 9. ad præcedentes saltem referendus sit, non ad sequentem 10. utpote qui secundum aliquid, nempe loco suo dispositum, non secundum omnia capita Instrumenti Pacis, dictas Resp. Instrum. Pac. participes reddit: Alioquin sequeretur hoc absurdum, etiam *art. 5. Instrum. Pac.* ad Exteros istos pertinere. Confirmant mentem meam verba *d. §. 9.* Denique omnino observentur quæ Constitutionibus Imperii Decreta: Imperii v. Constitutionibus id congruum esse, ut nemo Exterorum transitum istum expacto petere possit, probavit suprà *alleg. Recess.*

29 Sicuti verò Exteris transitum denegare potest Imperium, ita contra exteros vi specialis fœderis devinctos militem transmittere nequit. Quod inspecie novissimè cautum deprehendo *in §. 13. Cap. Leop. verb.* oder einigen Völckern/ so gegen die deme zu Oßnabrück und Münster aufgerichteten Frieden zugethane/ von iemand geführet werden möchten/ einigen Unterschleiff/ Quartir oder Durchzug verstatten sollen

30 noch wollen. Hodie quoad Galliam Imperium his nexibus solutum est, cum Harpyia ista manus sanctam Imperii Aquilam tantùm non deplumem reddere tentet, & pacis halcyonia strepitu ungularum turbet. Non dicam igitur, istum §. 13. loqui rebus sic stantibus *arg. l. 38. de solut.* quam in pactis subintelligimus clausulam *Mart. de Clausf. p. 1. Clausf. 143. Carpz. p. 2. C. 35. d. 23. n. 2. 3. Conf. Disp. Magnif. Dn. Rhet. de Rebus sic Stantibus.* cum quæ de novo emergunt mentem disponentis mutent *l. 19. de leg. 1. l. 11. §. 8. de interrog. in jurefac. Tusch. tom. 1. Lit. d. Concl. 125.* Quinimo non urgebo, quod pactum ab una parte violatum,

tum, alteram partem obligationi eximat, quod de fœderibus sine dubio liquet *Grot. de I. B. & P. L. 2. c. 15. num. 15.* Sufficit, contra hostem militem proprium duci posse, quidni & alieno posset concedi transitus? Et quomodo ad Imperii Constitutiones convolare non erubesceret, qui ruinam ipsarum fraudulento non minus quàm temerario ausu molitur? *arg. l. 2. §. 2. ad Sct. Vell. l. 37. de Minor.*

Cæterùm ea quæ de transitu in Imperio permittendo prolata sunt, ad aliquos Exemptorum nomine venientes extensum credo. Equidem de planè exemtis id non asseruerim, quales Helvetios declarat *Instr. Pac. art. 6.* Licet enim imperium adhuc comiter vereri dicantur, prout *Burgoldens. not. Imp. p. 2. D. 21 n. 5.* loquitur, legibus tamen Imperii obnoxii dici nequeunt, utpote quibus res suas sibi habere permissum *Dn. Conring. de fin. Imp. c. 28.* De similibus vid. *Vietor. tr. d. Exemptis Concl. 9.* Sed de iis id enuncio, qui quoad onera & Contributiones saltem exempti sunt, sub Jurisdictione Imperii tamen se comprehensos profitentur, de quibus *Dn. Tabor. de metat. p. 3. c. 2. n. 7. 8. 9. Burgold. not. Imp. p. 3. d. 8. per t.* & fusius *Franciscus Irenicus in colleg. ad d. Disc. 8. Dn. Myl. ab Ehrenb. de Stat. Imp. c. 99. n. 2.* Hos Exemptos sub dispositione Constitutionum Imperii quoad transitum contineri credo, non solùm quia Exemptio strictissimi juris est, adeoque à remissione contributionis ad transitus denegationem claudicet consequentia, sed & quod Imperii constitutiones potissimum in superioritate se fundent, & denique quod regulariter ab oneribus aliis exempti transitui se subducere nequeant *l. 2. C. de quibus. mun. Dn. Tabor. de metat. p. 3. c. 2. num. 7.* 31

De eo qui neutralitatem in Imperio obtinuit, quæsitum an ille transitum nihilominus secundum Imperii constitutiones debeat? A Suecis tale quid impetraverant Colonienses *Brachel. l. 4. Histor.* Licet vero in *R. I. d. A. 1641. §. 86.* Jus neutralitatis in communi Imperii periculo prohibitum sit unicuique Statuum, id tamen de proprio ausu, si Imperator cum Statibus non consenserit exaudiendum est. Novissimum exemplum dedit Civitas Imperialis Argentoratum, quæ haud ita pridem tali neutralitatis jure se à parte Cæsaris & Galli tutam reddiderat. Instante paulo post Imperatorio milite, & transitum super pontem Rhenanum poscente, severas Turonius spargere minas, se transitum Cæsareanis concessum severo marte vindicaturum. Verùm 32

licet inficias non eam, illum qui neutrarum partium se profitetur, id operari debere, nequid faciat, quo alteri parti favere, alteram odisse credatur, de quo *Grot. 3. 17. 3. & Bœcler. Dissert. 5. Quies in turbis ad Grot. p. 202. 203. Conf. VVurms. Ex. I. P. 9. q. 17. add. Joh. VVilhelmi. Neumanni à Ranula tract. de neutralitate. Extat. ap. Lundorp. in act. publ.* Putarem nihilominus, intentionem jus neutralitatis concedentis hic multum operari *arg. l. 19. d. R. Cr.* Neque enim videtur Imperator transitum militi suo præclusisse, ubi id tantùm indulsit, ne Status ille neutralitatus, pro ut loquuntur, offensiva arma conjungere necesse haberet. Et ut in terminis rem expediam, Argentoratenses dicto casu Gallico quidem militi transitum justè denegarunt, utpote cui non debuerunt ante neutralitatem, Imperii vero copiis justissimè concesserunt, ringente licet Gallo, ne fortè Imperium ex beneficio concesso damnum sibi accerseret, & ne concessio generalis videretur inferre ea, quæ probabiliter non potuerunt concedi *arg. c. f. x. de off. vicar. arg. l. 39. de A. E.*

SECTIO IV.

De

Modo Transitum Milit. obtinendi & cautione.

SUMMARIA.

1 COgnitis personis transitum concedentibus & quibus debeatur, propius accedamus ad transitum ipsum, quem antequam in exercitio sistamus, unicum restat, ut impetremus. Aget ergo præsens pagina

gina potissimùm de transitu per alienum territorium, quis enim petendum diceret eum in proprio, ubi administratio juris ejusque arbitrium leges rogare, non preces fundere suadet. *arg. N. 130. c. 1. verb. Jubemus;* Per aliena territoria itaque transiturus, viam sibi armis non sternet, vel hasta porrecta portas vicinas pulsabit, sed legitimo impetrabit modo. Ubi statim ab initio consideratione non indignum eruo discrimen, in- 2
ter indictionem & petitionem transitus. Indicitur transitus, qui pleno jure debetur; Petitur, qui perfecto jure non debetur, alioquin petitione haud opus foret, siquidem petens rem in arbitrio rogandi, non in dispositione pleni juris versari agnoscit. Neque enim verbum petere à JCtis hìc mutuò sumpsimus, ubi sæpe pro vindicare suppositum novimus *l. 3. 10. ff. de pet. hered. l. 6. de R. V.* alibique; Sed pro Synonymo impetrationis intellectum volumus. Pro illustrando hoc posteriori membro repetes, quæ superius *Sect. 3.* circa Cardinalem litem de transitus denegatione adducta sunt, quibus adjicio verba Mosis *Num. 20. v. 17. Obsecramus, ut nobis transire liceat per terram tuam, & c. 21. vers. 21. Obsecro, ut mihi transire liceat per terram tuam.* Nimis rigida proinde est explicatio *Grotii l. 2. c. 2. n. 13.*; quod Moses leges tulerit citatis locis, commodius forsan diceres, quod conditionatas preces obtulerit. *v. Dn. Fritsch. de trans. mil. c. 2. n. 1. & 2.* Quo exemplo apud *Livium l. 34. c. 62.* Masanissa, quum Aphirem profugam ex regno suo cum parte Numidarum vagantem circa Cerenas persequeretur, precariò à Carthaginensibus iter per ipsorum agros flagitasse legitur. *add. Dn. Puffendorff. de I. N. & G. l. 3. c. 3. §. 5.* Ubi verò transitus ex certo pacto & lege debetur, ibi nimis molliter petendum, duriùs exigendum, commodius notificandum dixeris. Quod verbum mihi suppeditavit *R. J. de A. 1641. §. 43.* Die Durchzüge sollen ꝛc. notificiret werden. Adde das Project der erneuerten Executions-Ordnung in med. zuförderst jedem Domino territorii welchem solcher Durchzuch gelten sol/ demselben zeitlich mit Benahmung der Anzahl zu Roß und Fuß kund machen ꝛc. Quod exhibet *Dn. Fritsch. all. tr. c. 8.* Et huc spectant animosa verba Electoris Saxoniæ apud *Hortlederum l. 4. c. 9. fol. 110.* Das heist mit Frevel und Gewalt passiret und durchgezogen und durchziehen wollen/ da ein Fürst durch des andern Land reisen wil/ und hat denselben Lands-Fürsten nach Gewonheit des Reichs nicht darum begrüsset und angesuchet. *Dn. Strauch. Diss. Exot. XI. th. 3.* Et per hæc scrupulum mihi ademi, quem

verba Caroli V. *ap. Jov. l.35. histor. circa init.* injecerant: Daß dem Kayser nicht zustehe den Durchzug Bittweise zu erlangen.

3 Transitum vero tempestivè petendum vel indicandum esse, sequentes suadent rationes urgentque. Ne scil. ex improviso advolans transiturus minus paratum adoriri videatur, & spatium detur necessaria præparandi. Utrumque non solum dictitat æquitas, sed & efflagitat necessitas. Nec opus est divagari per gentium moratiorum monumenta, cum id ipsum in Imperio nostro usu venire pateat. Facient pro nobis verba *R. J. de Anno 1641. v. 43.* Die Durchzüge sollen den ausschreibenden Fürsten/ so viel die Kriegs-Actiones zugeben/und wo es ohne Feindes Gefahr wird seyn können/ gleichfals bey zeiten notificiret werden. Huc refero *art. 1.* der Chur-Brandenburgischen March-Ordnung de Anno 1670. anfänglich sind die Officirer/ welche die marchirende Trouppen zu commandiren schuldig/ werden auch von uns specialiter befehlicht/ ihren fürhabenden March bey Zeiten denen nechsten Regierungen/ wie auch den Commissarien und Beamten der Oerther so der March betreffen wird zu notificiren, damit so wohl wegen der Nachtläger als der Victualien und des Futters halber aller Orthen gebührende Anstalt gemacht werden könne. *Concordat c. 6. Nov. 130.* Ad hæc *jubemus Principes militiæ nostræ sive eos qui de-*
4 *ducunt Exercitum & delegatores in transitibus præmittere ad illum locum, in quo futurus est noster Exercitus, & præparationem facere Expensarum.* Ubi lis oriri poterat, quid sub nomine *tempestivæ* indictionis lateat. Expedirem forsan, si cum *Baldo l. 2. ff. si quis caut.* conjicerem, maturè fieri & tempestivè, quod non citius aut serius fit quam fieri debebat. Sed non tollit scrupulum, quem omnium commodissimè eximet, qui circumstantias ponderandas judicaverit, utpote quæ non solum jus ad factum aliâ atque aliâ applicatione induunt *l. 26. §. 12. v. Celsus de Cond. indeb.* sed & dubia circa facta explicare solent. *arg. l. 52. ad L. Aquil.* Cum vero arbitrarii isti termini bellicis in turbis facilè litis fomentum esse possent, consultius visum, quatenus fieri potuit, certo termino hoc tempus circumscribere. Quo intuitu produco Edictum Imperiale *A. 1664.* publica autoritate donatum, ubi bis repetitur: Auch den Ständen Regierungen und Obrigkeiten deren Bottmässigkeit sie im Heil. Reich und unsern Landen betreffen müssen/ihren An- und Durchzug ohngefehr vierzehen Tage voran notificiren, quem terminum pro

re na-

re nata vel ampliandum vel coarctandum (veluti Imperator *R. J. de A. 1641. § 43. dicit* wo es ohne Feinds-Gefahr wird seyn können.) non obscurè colligimus. In *ordinatione militari* hodierni *Reg. Gall. de A. 1665. art. 12.* de proprio milite legitur, triduo ante Provinciæ ingressum esse significandum adventum *v. Hoyer. Corp. jur. milit. p. 364.* Nec prætereundem hic duxi, quod habetur in dem project der erneuerten Executions-Ordnung: Es solle nicht weniger ein Benachtbahrter Stand den andern den Obhandenden An- oder Durchzug zeitlich notificiren/ und einander hierunter nachbarlich dergestalt die Hände bieten/ damit die marchirende Völcker sich desto mehr aller Excessen, Stilliegens zu enthalten Ursache nehmen mögen. In transitu maritimo longè arctiores possunt esse termini, cum de annona providere ibi haud opus sit.

Hanc petitionem & indictionem transitus comitatur cautio idonea, cujus necessitati & qualitati aliquantùm insistemus. Hâc cautione non nisi externum militem onerari inde patet, quod alioquin sibi ipsi cavere teneretur, qui proprio militi iter parat, quod absurdum foret, cum cautio non caventem, sed alium securum reddere debeat. *Struv. Ex. 5. th. 29.* Et hinc non miteris, quod in *N. 130.* de hac cautione altum sit silentium. Postquam igitur propter lasciviam aliaque militibus familiaria vitia haud parum damni transmissuro oriri possit, non abs re visum, idoneis cautionibus malo mederi instanti. Quod *Grot. L. 2. c. 2. §. 13.* agnoscit. Hanc ipsam cautionem transitum præcedere, & natura cautionis *arg. l. 38. pr. soc.* & securitas transmissuri efflagitat *Strauch. Diss. 11. th. 2. R. J. de A. 1570. §. 9. verb.* zuförderst thun wollen. Et hæc cautio necessitate sua nititur, sive transitus ex sola humanitate, sive ex pacto debeatur, nisi remissa sit. Cum non solùm liberalitas aliena benigna interpretatione juvanda sit. *arg. l. 22. de Donat.* Sed & nemo suo juri quod tacitè subest pacto renunciasse præsumatur. *Mar. Antoniu. var. Resolut. L. 1. resol. 100. n. 9* Possemus hic quoque antiquas perreptare historias, sed nec utilitatis nec jucunditatis æquale pensum absolveremus, quàm si ad Imperii nostri Constitutiones oculos direxerimus. Exterum militem ad hanc cautionem obligari, abunde probat *Rec. Imp. de A. 1570. §. 9. verb.* genugsame Caution erstatten sollen. *R. J. de A. 1559. §. 41. de A. 1694. §. 30.* daß sie genugsame verbürgte Caution mit Ständen im Reich gesessen vermöge

möge der Reichs Abschiede den Crays-Obersten derer Lande der An- oder Durchzug fürgehen möchte zuförderst thun sollen. Nec distinguimus, an illæ copiæ proprio commodo litent, an Imperii auxiliares audiant. Quod quidem dubium reddi poterat ex N. 130. ubi nulla cautionis mentio injicitur in c. verò 8. dicitur: Eadem omnia servanda esse in transitibus aliorum qui ex qualibet gente in Auxilium Reip. mittantur. Sed pro nobis facit Imperiale Edictum de A. 1664. ubi circa med. de copiis auxiliaribus Imperio missis dilucidè dispositum: Insonderheit fürs dritte ꝛc. in eines oder andern Standes Bottmässigkeit oder auch in unsern Landen den Reichs-Satzungen gemäß
7 genugsame Geissel darstellen und Versicherung zurücke lassen ꝛc. De Cæsareo milite per Statuum territoria transeunte idem judicium feras, neque hæc cautio tam caventis autoritatem convellit, quam militi frænum injicit. Illustre exemplum peperit inter alia hoc seculum, cum Cæsareus miles in bello Dano Suedico diu in Holsatia, Jutia & Ducatu Megapolitano hæsisset, & transitum per Ducatum Luneburgensem posceret, Serenissimus Dux Christianus ante præstitam securitatem eum permittere noluit, cautioque ipsi oblata refertur. vid. *Mantis. ad Burgoldens. p. 148.* Cui exemplo declarando adducam R. J. de A. 1593. §. 31. sollen unsere bestellete Obersten in Krafft dieses Reichs Abschieds schuldig und verpflichtet seyn den jenigen Obrigkeiten und Herrschafften die sie mit dem geworbenen Kriegs-Volck berühren werden gebührliche Caution, solch Kriegs-Volck ohne Schaden durchzuführen von sich zugeben. Quibus addo das project der erneuerten Execution, quod exhibet, *Dn. Fritsch, c. 8. de Transf. mil. verb.* So solle allemahl so offt dergleichen Durchzüge/ von wem auch solcher geschehe/ innerhalb des Reichs oder dessen Frontiren zu Roß und Fuß/ Wasser oder Land/ der jenige ꝛc. nicht weniger für allen Kosten und Schaden genugsame annehmliche Caution leisten.

Verùm his omnibus cis pulverem eluderetur, nisi sufficienter ca-
8 veretur *Dn. Myl. de Stat. Imp. c. 79. n. 11.* Proinde de qualitate hujus cautionis non frustra solliciti erimus. Cum enim jus nostrum commune triplicem potissimùm sistat cautionem, Fidejussoriam, pignoratitiam & promissoriam *l. 33. §. 3. de Ep. & Cler. Struv. Ex. 5. aph. 20.* Utra ex his in casu nostro præstet, dispiciendum erit. Nec sufficiet in præsentiarum cum Paulo *l. 188. §. 2. de V. S.* dixisse: *Cautum est, sive Fidejussoribus,*

sive

fere pignoribus cautum sit. Antequam vero Imperii constitutiones evolvamus, communiter commemorandum habemus, nonnullis optimam cautionem in eo versari, si transmissurus opibus transmittendi sibi præsidiales comparet copias, quæ securitatem ipsi polliceri possint. Hanc non solum *Puffendorff. de J. N. L. 3. c. 3. §. 5. Hennig. ad Grot. l. 2. c. 2. §. 13. verb. sibi idonea præsidia* praxi minus congruam pronuntiant, sed & revera talis est, si trutines, tantillo temporis militem nec conscribi, nec sine sumptibus nimis citò exspiraturis comparari posse. Eligeres proinde forsan pignoratitiam *arg. l. 25. de R. J.* ibique *Bronchorst.* Sed nimis fluxa foret super incerto periculo pignoratitia cautio. *Dd. ad d. l. 25.* Quinimò quid gravius militi pignorum traditione, quæ in promptu habere non præsumitur, dum castra sequitur, quæ plus roboris quam curæ rei familiaris poscunt. Nuda promissio cautionem hoc loco non exhaurit. Utut enim jus nostrum sub nomine cautionis indeterminatè positæ regulariter nudam indigitet promissionem *l. 3. C. d. V. S. Gail. 1. obs. 26. n. 6.* Illud tamen ad cautionem præsentem non quadrat, cum & ipsa regula dicta suas patiatur fallentias, uti loquuntur, pro substrata nempe materia *arg. l. 1. §. 9. de Collat. Dn. Brunnem. ad d. l. 3. C. de V. S.* Nec hìc quicquam opitulatur *l. 17. C. de Dignit.* Nec excusat *l. 15. ff. q. satisd. cog.* In genere itaque *Puffendorffio all. l.* subscribimus, optimum modum de innoxio transitu cavendi idoneis obsidibus vel fidejussoribus absolvi. Rationem adjicio, quod non solùm promptissimum remedium sit ratione caventis, sed & eum cui cavetur omnium maximè securum reddat, & in certitudinem damni pleniori spe compenset. In transitu maritimo faciliorem reddi hanc cautionem ex eo liquet, quod tanta damni non subsit suspicio, nisi fortè vel exponendus ad tempus miles, vel aliæ circumstantiæ concurrant. 9

Fidejussorum obsidumque cautionem Imperii nostri constitutionibus arridere in comperto habemus. Dilucida sunt verba *R. J. de A. 1570. §. 8.* ubi de milite extero: Das sie genugsame Bürgschafft mit Ständen im Reich gesessen vermöge der Reichs Abschiede den Kriegs-Obersten in deren Crayß oder Landen sie geworben/ oder der An- oder Durchzug fürgehen möchte zuförderst thun wollen. *Rec. Imp. d. A. 1559. §. 41.* adjicitur, daß sie mit solchem Kriegs-Volck keinen Stand des Reichs überziehen/ vergewältigen noch beschädigen wollen Conjunge *R. J. de A. 1582. §.* Darauf sie dann: Formulam cautionis transcribere su- 10

re superfluum foret, extat in R. J de A. 1570. §. 9. 10. Ubi §. 12 ipsorum quoque Fidejussorum obligatio adjecta.. Welcher wir N. N. Fidejussores also war zu sein und einem jeden zu Hauptschuldigern gesetzt/ alles mit Verpfändung unser Hab und Güter auch mit Verzeyhung aller rechtlichen Wolthaten als denn ein ieder unter uns für den gantzen Schaden (renunc. benef. divis.) Gelten soll/auch unangesehen unser Principal (renunc. benef. ordin.) zuvor nicht sey darum rechtlich angesucht und fürgenommen worden. Quod repetitum §. 37. R. J. de A. 1582. Cautionem quoque copiarum auxiliarium sive ab exiteris, sive ab Imperii Statibus missarum exhibet edictum Imperiale de A. 1664. verb. Nach Anleitung der heilsamen Reichs-Satzungen Genugsame Geissel darstellen/ und dieselbe zur Caution und Versicherung zurücke lassen/ so lange und viel biß nicht allein seine anvertraute Völcker ausser Landes abgeführet/ sondern auch denen Ständen und Unterthanen/ so wol um die hergegebene Lebens-Mittel und Futterung in gedachtem leidlichen Wehrt die vollständige Bezahlung geleistet/ auch um ein und andern zugefügten Schaden etc. würckliche satisfaction gegeben worden. producit hoc edictum Dn. Fritsch. all. tr. de transf. mil. Et ne ulla amplius resideret dubitatio, quin hac cautione in Imperio nostro indistinctè opus esset, constitutum accepimus in der erneuerten Executions Ordnung art. 6. Præsentibus Comitiis: Es soll allemahl so offt sich dergleichen Durchzüge begeben/ von wehm auch solcher geschehe/ innerhalb des Reichs/ oder auf dessen frontiren zu Roß und Fuß/ Wasser oder Land etc. nicht weniger für allen Kosten und Schaden genugsame annehmliche Caution leisten/ oder in derer Verbleibung (defectum) sich selber für Geissel darstellen/ auch so lange aufgehalten werden/ biß jedwedem für Kosten und Schaden völlige satisfaction geschehen. Cautionem hanc à Ducibus Commissariisve fieri debere ex dictis textibus satis patet, quorum tamen fides autoritate Domini dubio procul nititur.

11 Transitum adhuc antevertunt Commissarii transiturorum, s. Delegatores de quibus N. 130. c. 6. Tholos. S. J. U. L. 19. c. 8. Horum officium in præparanda annona & designandis hospitiis in sequentibus considerandum habebimus, ad præsentem paginam faciet, quod præmissi non solùm militum adventum significare, sed & rotulum transmittenti exhibere teneantur vocanturque hi die Marchcommissarii; de quibus

quibus sollicitus est *art. 12.* der Königl. Frantzösischen Kriegs-Ordinance *de Anno 1666. vid. Dn. Hoyer. Corp. jur. milit. p. 364 365.* de iisdem agit das project der erneuerten Executions Ordnung *art. 6. verb.* Danebenst denen Völckern taugliche Commissarios bey und zu zuordnen/ welche nach erstatteten Paß sich in loco transitus ehe die Völcker ankommen/ mit genugsamen Mitteln versehen einfinden ꝛc. *& in Edict. Imper. de A. 1664. verb.* einen eignen Commissarien oder Zahlmeister voran schicke/ ꝛc. & paulò post eine ordentliche Verzeichnüß schicke/ wie starck und zu was er erscheinen werde/ samt einem Commissario &c. Ab his differunt die Lands-Commissarien, uti mox sub- 12
jungitur *in d. text.* damit Churfürsten und Stände wie auch unsere Stadthalter/ Verweser und Regierungen die zu Ubernehmung und Durchführung der Völcker bereits verordnete Lands-Commissarien denselben unverlängt entgegen schicken. Hi ut spartam suam ante adventum transituri militis rite adornent, observent necesse est quæ habentur in *art. 2.* der Churbrandenburgischen Marchordnung: Daß auf gehörige notification die Hauptleute Commissarien (*scil. provinciales*) und Beamte so fort sich zusammen thun und ungesäumt überlegen sollen durch welche Wege der March am gerädesten und bequemsten könne genommen werden *& Art. 1.* damit von solchen Commissarien so wohl wegen der Nachtläger als victualien Anstalt gemacht werde. *vid. Dn. Hoyer all. l. p. 245.*

MEMBRUM SECUNDUM

De Concomitantibus Transit. mil.

SECTIO I.

De

Forma & Modo Transitus milit.

SUMMARIA.

Progressus ad transitum ipsum. 1.
Miles in transitu turmas deserere non debet. 2.
Pœna divagantium. 3.
Incedendum viâ regiâ. 4.
Quot milliaria cōfici debeāt quotidie? 5.
Reducitur ad arbitrium boni viri. 6.
An transitus militi die solis continuandus? 7.
An miles turmatim transire debeat? 8.
Extensio. 9.
An clangente tubâ transire possit? 10.
An vela submittenda in transitu maritimo? 11.

1 HActenus viam præparavimus militi transituro; Sistimus nunc militem transeuntem & in ipsa Expeditione occupatum. De Romanorum milite in expeditione constituto vid. *Lipsius de re mil. Roman. L. 5. Johan. Valtrinus Romanus de re milit veter. Roman. L. 4. c. 8. pag. 260.* Quod scilicet quadrato agmine incedere consueverit, idoneus frontem hosti unde unde adorienti opponere. Quæ dum ad transitum nostrum directò non quadrant, suis autoribus remittimus. Nobis potius curæ erunt, quæ finem habent, i. e. utilitati Rerumpubl.
2 nostrarum applicari possunt. Proinde primum statim limen transcendentem militem exhortamur, ut turmæ cohortique suæ frequens adsit, nec sine legitimo commeatu divertere ausit. Non solum quod gravissimum momentum in ordine incendendi repositum sit, *Veget. de re mil. L. 1. c. 9. pr. v. Oldendorp. in restaur. Polit. ad l. 2. verb. in equestri Ordin. ff. de orig. jur*; Sed & quod rapinis & deprædationibus frigidam suffundat, qui militem dispalatum excurrere sinit, non dicam desertionis subesse metum, inprimis si per alienos ducatur fines. Addit *Dn. Hoyer. Corp. jur. mil. p. 98.* Quod facilè ab hoste opprimi posset miles, præsertim si hostiles haud ita procul degant copiæ. Exemplum dabit miles Atheniensis apud *Cornel. Nepot. in Lysandro c. 1. n. 2.* Inde & Romanos pro desertore eum habuisse accepimus, qui in Expeditione à cohorte sua diverterit, ut tubam exaudire non posset. *Lips. de re mil. Rom. L. 5. Dial. 4. p. m. 163.* Quapropter vix ordinationem expeditionis conspicies, quin de hoc ipso seriò disponat. Testis est der Articuls-Brieff der Königl. Majest. von Schweden *de A. 1632. ubi t. 8. §. 1.* expresse cautum: So bald als umgeschlagen wird/ und man aufrücken wil/ sol ein jeder sich bey seinem Fähnlein finden lassen 2c. *§. 3.* kein gesunder Soldat sol sich weder im Zug noch im Läger/ noch in Besatzung liegend außerhalb oder hinter dem Heerzuge ohne richtigen Paß-Zettel von seinem Obersten finden und spüren lassen/ oder über einer viertel Meile verspäten/ da er darüber gefunden/ sol er mit mit Gefängnüß beleget werden. Quod extensum reperio in dem Articuls-Brieff *Sereniss. Christ. IV. Reg. Dan. §. 96.* Er sol auch keinen Frembden an seine Stelle reiten oder marchiren lassen. *Confer.* das Chur-Brandenburg. Kriegsrecht *art. 31. & art. 17.* des Articuls-Brieffs *Ferdinand. III. it. §. 40. & 41.* des Schweitzerischen Kriegsrechts. die Frantzösische Kriegs Ordinance *de A. 1665. art. 22.* in quibus omnibus

egre-

egregia harmonia. Nec prætereundus §. 59. der Reuter Bestallung 3
de A. 1570. Es sollen auch die Rottmeister und gemeine Reuter schuldig seyn gute Zug und Ordnung zu halten/ sich des Streichens für den Fahnen gäntzlich zu äussern/ sonderlich sol sich kein Reisiger in dem Troß und unter den Wägen finden lassen/ noch für den Fahnen ausser dem Läger rücken/ und vorhin ziehen/ ꝛc. Es geschehe denn mit Vorwissen seines Obersten und Rittmeisters/ sonst mit keinerley Weise/ alles bey schwerer Straff. *vid.* die Fußknecht Bestallung *art. 12. & 67.* Non otiosum hac in parte audire voluit Jus Justinianeum, sed militem agmen temerè excedentem vel fustibus cædi, vel militiam mutare jubet *l. 3. §. 16. ff. de re milit.* Et omnino interest, tribunos militum commeatus hujusmodi prodigâ manu non largiri, ne licentiæ fibulam laxent; Paternus etenim rescripsit, debere eum qui se meminerit armato præesse, parcissime commeatum dare, *l. 12. §. 1. ff. eod.* Quinimò & ipsos Tribunos militum cohortes suâ præsentiâ frustrari non decet; Graviter in hanc rem *R. J. Anno 1641. §. 45.* Es solle auch den Obersten nicht zugelassen seyn ohne Leibes Unpäßlichkeit oder andere Ehehafften von ihren Regimenten abzubleiben.

Concinno itaque ordine compactus quasi miles incedit per vias 4
regias. Explicat id ipsum Divinus vates *Num. 20. v. 19.* per tritam gradiemur viam, & clarius *c. 21. v. 22.* Viâ regiâ gradiemur donec transierimus terminos tuos *2. Deut. v. 27.* publicâ gradiemur viâ, non declinabimus neque ad dextram neque ad sinistram. *Martinus Laudensis, brevi Comment. de bello q. 28.* ita: Si armigeris detur passus à Principe per suum territorium, armigeri debent transire viam rectam, non dando per viam damna. *arg. l. qui sellacirca pr. de S. R. P. Extat tr. tract. vol. 13. pag. 167.* Addi potest præter rationes supra connexas, ne miles exorbitans à via regia agros conterat. Quod tacitè innuit Moses *Num. 21. v. 22.* non declinabimus in agros & vineas vestras. Eoque spectant verba *art. 4.* der Chur-Brandenb. March-Ordnung: Auf den March die Saat/ Gärten und sonst nichts beschädigen. Per vias regias non illas intellectas velim, quas sibi Rex aliquis ad solitarium præparavit usum, quales extant die Königs- oder Fürsten-Wege/ sed juxta sensum Juris nostri vias publicas quas alii Prætoriales, alii Consulares appellare consueverunt, admonente *l. 2. §. 22. ne quid in loco publ.* die offent-

liche gemeine Landstrasse *vid. Struv. Exerc. XLV. th. 55. Fritsch. de via publ. c. 1. n. 7 & seqq. Besold. th. pract. voce* Landstrasse.

5 Incedens hâc viâ regiâ miles non quidem suspenso gradu & quasi Jovis alis transvolare cogitur, Plumbeos tamen non debet figere gressus. Inde enata sæpius controversia, quot milliaria quotidie conficienda sint, ne miles transiens enervetur festinatione citatâ, nec incolæ tarditate divexentur onerosâ. *Moses Num. 20. v. 20.* generaliter enunciat: Velociter transibimus: Quæ verba interpretationem à circumstantiis petunt. *Vegetius de re mil. L. 1. c. 9.* præcipit, militari gradu viginti millia passuum quinque horis æstivis conficienda. *vid. Joh. Anton. Valtrinus de re mil. vet. Rom. L. 4. c. 4. p. 264.* ubi longè velocissimi Cæsaris itineris mentionem injicit. Imperat. Honorius & Theodosius certam determinationem ferre non sustinuere, inde in genere præcepisse placuit, *l. 5. C. de metat.* omnium sit acceleratum iter, atque continuum, nec ulli residere liceat, ne diuturnitate commorantium ulla ex parte vexetur prædium *Perez. in Cod. L. 12. t. 41. n. 5.* Simile proditum à Serenis. Electore in der Brandenb. March-Ordnung *art.* Jngleichen keine unnöthige Still-Lager halten/ sondern den March aufs beste als möglich zu beschleunigen/ auch ieden Tag so weit als immer möglich/ nach Gelegenheit der Jahres-Zeit und des Weges fortmarchiren. Et licet in der Reuter-Bestallung *de Anno 1570.* §. 2. Equitibus injunctum sit, iedes Tages vier Meilen zu reiten/ und den fünfften Tag mögen sie stille liegen. Illud tamen ad transitum totius Exercitus haud traxeris, cum ibidem de profectione ad diribitorium sermo sit, facilius vero & expeditum magis sit iter Equitis viritim transeuntis, quàm si cohortium volvatur moles. Neque integrum foret hoc casu decisionem ex prætoris edicto petere, qui vicena millia passuum in singulos dies iter facienti computare injungit. *l. 1. ff. Si quis caut. in jud. sist. l. 3. ff. de V. S. l. 13. §. 2. ff. de Excus. tut v. Horat. Carpan. ad statuta Mediolan. vol. 1. c. 33. n. 3. Menoch. A. J. Q. L. 2. c. 2. n. 6.* Non dicam, milliaria ubivis locorum nimis quantum variare. Licet enim aliqui *Mynsingeri Cons. 54. n. 8.* vestigia legant, qui 5000. passuum pro milliari Germanico computat, vereor tamen ne ipsos aliquando numerus destituat,

6 aliquando superfluus sit. vid. *Gæden. Consil. 12.* Optima proinde dubium tollendi ratio super est, ut rem arbitrio boni viri committamus *arg. l. 1. ff. de jure delib.* qui habito respectu Equitis peditisque, loci, tempe-

tempestatis temporisque *all.* Brandenb. Marchord. nach Gelegenheit des Wetters und der Jahres Zeit/ transitum quà fieri potest, accelerari curet, ne miles tempestate contemptâ nocte dieque iter continuare cogatur, neque tam delicatè & segniter progrediatur, ut reprehensione dignus appareat, verba sunt Venuleji in *L. Continuus 137. §. 2. ff. d. V. O.* & uti Ulpianus loquitur in *l. 25. ff. de pign. act. inf.* ne delicatus Debitor, nec onerosus sit creditor. Inprimis cum varia impedimenta iter acceleranti obstaculo esse possint, *arg. l. 2. §. 5. 6. 7. ff. si quis caut. sist.* Sæpe hostem in propinquo conspicit, mox manus conserturus cum ipso, quæ præcipitato non sunt defatigandæ transitu, ne lassæ vegetis hostis succumbant viribus. Per compendium de viâ Regiâ & itineris acceleratione legimus in dem project der erneuerten Executions-Ordnung *verb.* keine unnöthige Rasttage noch sondere Abwege gemacht/ vielmehr aber der March befördert werde (ad hoc schema s. projectum uti loquuntur, ideo provocamus, quia Statuum consensu in conclusum Imperii jam abiit, es ist schon ein Reichsschluß/ licet nondum in formam Recessus redactum sit, dubium tamen nullum est, quin finitis præsentibus Comitiis Recessus nomine venturum sit. Quid inter Reichsschluß conclusum Imperii, & inter Recessum Imperii Reichsabschied intersit *v. ap. Textor in commentar. ad R. Imp. de A. 1654. Disp. 1. statim ab init. th. 1.*) *Art. 11.* der Frantzösischen Kriegs-Ordinance *de Anno 1665.* dispositum reperies daß die Trouppen ohne expresse Ordre in ihrem March über eine Nacht nicht stille liegen/ da etwan der March nicht von Tage zu Tage fürgeschrieben/ kan man nach acht Tage marchirens die Troupen einen Tag ausruhen lassen.

Cum igitur transitus qua fieri potest accelerandus sit, disquiremus, num & die solis continuandus sit? Si *Martin. Laudens.* consuleremus, rigidam reportaremus sententiam, qui *comment. de bello q. 17.* dicit: Die Jovis non esse pugnandum propter Ascensionem Dei in Cœlum, nec die Veneris propter reverentiam passionis; nec die Sabbathi, quia Discipuli eo die latuerunt & corpus Christi latuit in sepulchro. Extat *tr. tract. vol. 12. p. 167.* Idem sine dubio assereret de transitu: sed somniet sibi. Leges nostræ civiles ea quæ ad disciplinam militarem faciunt in feriis peragere indulgent. *Nicolaus Intrigoli tr. de feud. q. 99. n. 12. Lex ult. §. 1. C. de fer.* sanctificationem diei Dominicæ longè auget. Verùm licet concesserim, exercitia militaria Die Dominica sine scan- 7

dalo

dalo & peccato peragi non posse, cum moram patiantur, adeoque contra istud cacoëthes justè insurgit *Dn. Brunnem. ad l. pen ff. de fer. n. 3.* Idem tamen ad transitum militum vix tuto extendere licebit, si necessitas urgeat, in primis si ad Defensionem properet miles. Consultius foret, si fieri posset, transitum ita disponere, ut quietis tempora in Diem Dominicam incidant. Sed ne surdis narrem fabulam!

8 Ad formam modumque transitus & hoc referas, ne miles uno quasi ruat agmine, sed turmatim transmittatur. Quod in milite extero oppressionis metum tollit, in proprio subditorum onera mitigat. Inde ab aliis præstandæ innoxietati annexum, ut milites turmatim transeant. *Grot. 2. 2. 13. in med.* Idem reperies in articulis quos Urbano VIII. *Pontifici M.* transitum petenti Dux Mutinæ præscripsit, de quibus *Forstner. ad Tacit. annal. 12. c. 62. p. 195.* Nec abeunt ab hoc Imperii Constitutiones *conf. R. J. de Anno 1582 §. 35.* zum andern / daß sie auch zu ihren An- und Durchzügen niemand beschweren / auch nicht Hauffen- sondern einzig und Rotten weise als lange sie das Reich und dessen Schirms-Verwandte berühren / ziehen. *add. Rec. de Anno 1570. §. 8. &*

9 *10.* Latius hoc extensum in sæpe laudato *art. 6.* projecti der erneuerten Executions-Ordnung quod exhibet *Dn. Fritsch. de trans. mil. c. 8. in f.* ubi in genere de quovis in Imperio transitum exercente dispositum legimus: Inmassen bey des Domini Territorii Gutb. finden stehen sol / wie viel Volcks auf einmahl durch sein Land und Territorium neben und durch die Stadt und Gebiethe erzeigender Gelegenheit nach zu lassen sey. Cujus rei gravissimum momentum sese exerit, ubi per fortalitia transeundum, qualia documenta circa pontem Rhenanum Argentoratensem frequentia sunt. Non absimile docet *art. 3.* der Churbrand. Marck-Ordnung *de A. 1672. verb.* wenn aber die Trouppen sehr starck sind / also daß wann sie zusammen einen Weg halten / die daran gelegene Oerter allzusehr beschweret werden möchten / als dann sollen dieselbige / iedoch auf vorhergegangene communication mit dem commandirenden Officiren vertheilet / und durch mehr Wege nach dem es sich am bequemsten schicken wil geführet und geleitet werden. *Hoyer corp. jur. mil. p. 245.*

10 Cæterùm miles per aliena territoria transitum obtinens nec arma ponere, nec tubam bellicam obturare cogendus est. Quin potius resonante tympano mit klingendem Spiele / & explicato vexillo fliegenden

den Fahnen/ incedere potest, in his enim aliquod decus militum vertitur, ne quasi furtim & ligatis repere videantur manibus, quæ praxis satis confirmata. Intransitu verò maritimo velorum submissionem 11
flagitare videntur, qui illam submissionem pro recognitione dominii maris interpretantur *Dn. Strauch. Diss. de Imper. Marc. c. 6. n. 1. Stypman. de jure maris. 1. p. 5. c. p. n. 21.* Daß sie das Topseegel herunter lassen.

SECTIO II.
De
Innoxietate Transitus Milit.

SUMMARIA.

Expositâ formâ transitus, auream transmittentium meditabimur 1
indemnitatem, militemque ut innoxium se præbeat, admonebimus. Quod priusquam præstare conemur, ipsius quoque transeuntis militis preces exaudiendas habemus, qui se indemnem servari rogat, ne decipiatur beneficio, quo ipsum juvari par erat, *arg. l. 17. §. 3. ff. Commod.* Et huc statim referre possemus curam de Hospitatione & an-

nona, quæ cum aliquanto diffusa sit, speciales requisivit sedes, de quibus paulo post.
2 Militem hic considerabimus in itinere, qui sæpe de via conqueritur, & inde controversiæ ansam præbet, utrum via transeuntis vel transmittentis sumptibus in gratiam transeuntis restauranda sit? Diceres forsan, in ipsum transeuntem hoc onus redundare, ut eum comitentur incommoda, qui frui satagit commodo. *l. 10. ff. de R. J. Tusch. tom. 8. lit. V. Concl. 374. Klock. de Contribut. c. 13. n. 11. l. f. §. f. de aqu. & aqu. pl. arc.* quam rationem excipere videntur verba *R. J. de A. 1594.*
3 *§. 32.* Alle zugefügte Kosten und Schaden bezahlen. Verum hisce non refragantibus Domino transmittenti onus reficiendæ viæ retulerim, siquidem non solùm jure Dominii reficit *arg. l. 6. §. 2. ff. Si serv. vind.* Sed & perpetuum ejus retinet usum. Accedit, militem transeuntem non esse causam proximam sumptuum faciendorum, quoniam jam tum per se ad viæ reparationem tenebatur Dominus. *vid. Klock. de Contribut. c. 9. num. 29. & seq. Petr. Gregor. de Rep. l. 3. c. 13. add. Struv. Ex. XLV. aph. 75. Graef. de Regal. c. 34. n. 4. Dn. Fritsch. de via publ. c. 14.* Et sic corruit instantia ex *de R. Imp.* utpote quæ de Expensis solùm propter militem factis loquitur.

4 Cæterùm multis retro seculis inde controversiam à Dd reciprocatam memineris, an solus territorii Dominus ad viæ publicæ refectionem teneatur, an verò subditis collecta ea propter imponenda sit? *Dn. Fritsch. de via publ. c. 14. num. 21.* eique subscribens *Dn. Myl de Stat. Imp. c. 67. n. 2.* hoc onus in solum Principem vel Dominum viæ devolvunt, adducti eo ratiocinio: quod solus emolumenta in publica via percipiat, & limitationem subnectunt, modo ista vectigalia reficiendæ viæ sufficiant. Inde hodie civitatibus id regulariter demandatum refert *Klock. de Contribut. c. 9. n. 30. & seq.* Quæ an contra Jus Civile stringant, ubi quoque vectigalium non ignota est exactio, refectio tamen viæ publicæ communibus sumptibus nec Ecclesiæ evitandis destinata *l. 7. de S. S. Eccl. l. 4. C. de privileg. dom. Aug. N. 131. c. 5. Klock. de ærar. l. 2. c. 77. Struv. Ex. L. th. 80.* in præsens non disputo, communem tamen sententiam priorem apud plerosque Dd. invenias, teste *Dn. Brunnem. ad l. 14. de mun. & honor. n. 2. Perez. ad Cod. t. de oper.*
5 *publ. n. 11. Dn. Myl. de Stat. Imp. c. 67. n. 2.* Casum verò supponam, ubi vel Jus Civile adhuc vigeat, vel consuetudine restauratum, quam admittit *Dn. Fritsch. all. l. n. 24.* ut subditi ad viarum refectionem contribuant

tribuant *Menoch. Conf. 1201. n. 32*, eo casu, inquam, quæro annon miles transiturus, cujus gratiâ viam reparare necessum est, simul collectari possit? Arridet mihi negativa. Quamvis enim concesserim, forensem ratione bonorum eò locisitorum simul collectari posse *Mev. p. 2. Dec. 372. l. 6. §. f. ff. de muner. Gail. 2. O. 52. n. 16. Klock. de Contrib. c. 15. n. 9.* & inprimis *c. 9. n. 63. Rosenthal. de F. c. 5. c. 8. n. 1. Myl. de Stat. Imp. c. 62. n. 5. Mynf. 5. Obf. 22. per t.* Nostro tamen casu collectæ huic non erit obnoxius transiens miles, cum collecta ad reparationem viarum publicarum sit onus merè patrimoniale, prout probat *Klock. all. c. 9. n. 71. Tusch. L. C. Concl. 448. n. 3. add. Dn. Brunnem. ad l. 7. C. de S. S. Eccl. n. 1. l. 13. §. 21. ff. de mun. & hon. l. 12. C. de oper. publ. Dn. Brunnem. ad l. 6. ff. de mun. & hon. n. 6. l. 2. C. de immun nem. Conced. Perez. in Cod. l. 10. t. 25. n. 9. Horat. Carpan. ad Statut. Mediolan. c. 248. n. 13. 14. 15.* ubi *Beroum dissentientem refutat.* Nec obstabit dicta æquitas *l. 10. ff. d. R. J. & c. 55. de R. J. in 6.* collecta enim illa non momentaneum, sed perpetuum collimat ad usum. Hoc tamun largior, aliquid à milite exigi posse sub ea ratione, qua alii transeuntes pro conservandis viis solvunt, non solum propter securitatem præstitam, sed & in levamen subditorum *Dn. Myl. de Stat. Imp. c. 64. n. 1. add. l. 3. C. d. Vectigal.* 6

Cujus occasione incido in hanc litem, an Mercatores bellici die Marquetender/ qui ut plurimum transeuntem militem comitari solent, à vectigalibus immunes sint, & sic se indemnitate transeunti militi præstandâ tueri queant? Verum cum *l. 3. C. de Vectigal.* ipsos milites à Vectigalibus exceptos non dicat, idem de his Mercatoribus quin sentiam nil obstat. Recurrent hi forsan ad patrocinium *l. 9. §. 7. ff. de publ. & Vectigal.* quæ res Exercitui paratas vectigalium præstationi subducit. Quod & de navicularis publicam annonam advehentibus verum. *Struv. Ex. 39. th. 48. l. 6. in f. C. de Vectigal.* Sed hisce nondum mentem mutare cogor, Vectigalium enim non parva est functio, quæ ab omnibus qui negotiationis seu mercium transferendarum curam habent æqua ratione dependi debet, uti loquitur *l. 6. C. de Vectigal. Carpz. p. 3. C. 38. d. 20. n. 9.* Nec propriè paratæ sunt merces istorum Mercatorum Exercitui: Quamvis enim dicantur dem Lager allerley Proviant und Wahren zuzuführen *art. 81.* des Articul-Brieffs Königl. Majest. zu Schweden *art. 47.* des Art. Brieffs *Ferd. III. art. 63.* des Brandenb. Kriegsrecht; illæ tamen res Exercitui nondum acquisitæ 7

sunt,

ſunt, ſed in ipſorum Mercatorum patrimonio ſunt, donec diſtrahantur, & militibus acquirantur. Neque enim adhuc conſtat, an Exercitus iis opus habiturus ſit nec ne. Et quî excuſarentur Mercatores bellici, qui lucri ſui cauſa merces advehunt & diſtrahunt *art. 130. Däniſch. Art. Brieff verb. zu kauff bringen/* cum ipſi milites ratione mercium exempti non ſint *l. 3. C. de Vectigal?* Verbis proinde in compendium redactis. Mercatores bellicos lucri cauſa militem transeuntem comitantes ſub ſpecie indemnitatis transeunti debitæ à vectigalibus immunes non eſſe concludo, quamvis diſſentire videatur *Sixtin. de regal. L. 2. c. 6. n. 125.*

8 Nec violaretur forſan in indemnitas transeuntis militis, ſi à transeunte pontem portorium der Brücken-Zoll exigatur, in qua ſignificatione vox portorii venit *in l. 60. §. 8. ff. locat. & in cap. Leop. §. 22. redditur* Brücken-Geld. Licet vectigal portus cum hoc portorio ſæpius confundi notet *Klock. de ærar. l. 2. c. 77. ex l. 17. ff. de V. S. & idem tr. de contribut. c. 102.* aliam portorii ſignificationem ſuppeditat, ubi mihi *ad l. 203. ff. de V. S.* reſpexiſſe viſus. Sed ad portorium no-

9 ſtrum, quod perſonis & equis præcipuè imponi ſolet. Diceres Milites huic oneri expreſsâ lege ſubjici *l. 3. C. de Vectigal. ſi qua portoria te debere apparuerit. ſolve.* Licet vero multi Dd. portorium *in d. l. 3.* pro vectigali mercium cauſa ſolutum ſuppoſitum velint, in genere tamen pro exploraráto manet, portorium eſſe vectigalis ſpeciem *Klock. de Contrib. d. l. n. 101.* ſiquidem & juri noſtro familiare meminerimus, vectigalis nomine efferre onera pro perſona vel jumentis præſtari conſueta *l. 21. ff. de Donat. vir. & ux.* Cum ergo à Vectigali ſecundum *d. l. 3.* non excuſetur miles, nec à portorio liberabitur, ſiquidem generalis diſpoſitio ſpecies ſub ſe contentas continet. *arg. l. ſi chorus ff. de leg. 3. Tuſch. t. 4. L. G. C. 29. vid. Gloſſ. ad* LandR. *2. tit. 27.* unde enim majus pontibus imminet detrimentum, quam ſi tot equitum peditumque onerofis concutiantur greſſibus, & ſub tormentorum graviſſimo pon-

10 dere gemant? Diceres: Militem Reipl. cauſa non ſpontaneum, ſed neceſſarium flagitare tranſitum. Diſtinguerem proinde, & militi Domini territorii immunitatem tribuendam concederem, non alieno. Licet enim hic quoque Reip. cauſa Expeditionem ſuſcepiſſe dicendus ſit, illud tamen non transmittentis ſed transeuntis intuitu verum eſt. Nec officit difficultas viritim tale portorium colligendi, poſſet enim

vel

vel turmatim, vel per aversionem à Commissariis quid exigi. Utrum praxis huic Decisioni locum relinquat, hæreo. Vereor ne ad *l. 4. §. 2. de publ. & vectigal.* recurrentum sit, quæ ex consuetudine vectigalium exactionem metiri jubet.

Porrò ad indemnitatem transeuntis militis retuleris, ne ipsi à quoquam mora injiciatur; Et huc trahimus quæsitum, cui praxis hodierna sæpissimè facem subdit, an miles transiens si ad locum contractus venerit, ex contractu antea ibi gesto conveniri possit? Contractus nomine aliquem eo loci forum sortiri si ibi deprehendatur, pro explorato habemus *per l. 19. §. 1. ff. de jud.* Quod quidem de Jure Civili propter *d. l. 19. §. 1.* controversiam peperit, an non & absens eò citari possit, quod asserere videtur *Franzk. ad ff. t. jud. num. 37. Hahn. ad VVes. n.* ... Jure vero Canonico *per c. 1. §. 1. X. de foro Compet.* & moribus, *vid.* ... *in. ad rubr. de foro Compet. n. 15.* expedita est prior assertio *Struv. Ex.* ... *th. 42. add. Dn. Brunnem. ad d. l. 19. n. 14. Dn. Myl. de Stat. Imp. c. 37. n.* ... Supposito hoc jure, militem transeuntem conveniri non posse autumo, ex ratione quam suppeditat *Zanger. de Except. p. 2. c. 1. num. 125.* Quia confestim discessurus in loco contractus licet ibi deprehensus conveniri nequit *Dn. Brunnem. all. l. n. 14.* nec obstabit generalitas *c. 1. §. 1. de foro Compet.* Cum enim omnis intellectus juris communis mutationem inferens declinandus sit, juxta doctrinam *Bald. ad l. 2. C. de Condit. insert.* & quam maximè probabile sit, Jus Canonicum tantum divortium à Jure Civili non amare, quin regulis suis aptas ex jure civili limitationes subjungi patiatur, communi Dd. calculo dicta sustinetur exceptio. *Conf. Umm. ad Proc. D. 4. th. 1.* Fortius patrocinium 12 habebit miles *in l. 2. ff. de in jus voc. v. Hill. ad Don. L. 23. c. 2. lit. U Hahn. ad VVes. t. de injus voc. n. 13.* sicuti hanc *l. 2.* militibus ad diribitorium proficiscentibus applicat *Oldendorp. Class. 1. art. 4.* Militiæ enim causa publica est. Commodissimè omnium tuebitur se *l. 2. §. 4 ff. de judic.* eadem enim quæ pro Legato, hic pro milite pugnat ratio, nempe necessitas publica ad istum locum accedendi *arg. l. 35. §. 7. & 9. l. 36. ff. ex quibus causis major. add. Zang. de Excep. p. 2. c. 1. num. 127.* Quod si vero 13 transiens miles durante hospitatione aliquod debitum contraxerit, quin conveniri ex eo possit, nullus ambigo *arg. l. 25. ff. d. judic.* Quod limitandum rursus duco ex sensu *l. 26. eod.* Modò debitum liquidum & paratissimæ fuerit Executionis *Carpzov. p. 1. C. 8. d. 11. n. 3.* ne moram

 pro-

profecturo injiciat *Dn. Brunnem. ad d. l. 26.* Et per hoc temperamentum succurri arbitror æquitati *l. 29. ff. ex quibus cauſ. major.* ne cui officium publicum vel damno vel compendio ſit. *Menoch. Conſ. 58. n. 60.*

14 Plura de indemnitate transeuntis non cumulo, dum me indemnitatis transmittentis interpellat, quæ longè prolixiori fovenda affectu. Ponderoſa ſunt verba ſub auſpicium *Nov. 130. primum & maximum arbitramur Statum eſſe Reip. noſtra, ut inculpabiliter noſter Exercitus in itineribus converſetur, & innoxietas atq; indemnitas noſtris collatoribus conſervetur.* quem textum excutit *Dn. Tabor. de metat. p. 1. c. 1. n. 1. & 2.* & ipſe Imp. *in c. 1. d. Nov.* repetit, ut undique illæſi & indemnes ſerventur noſtri ſubjecti, ſcil. ne miles qui in defenſionis ſubſidium inventus, violentus evadat oppreſſor *arg. c. 12. X. de pœn. l. 6. C. unde vi.* Quod ipſum ſancta fide promittit *Moſes Num. 20. 21.* Nimirum Legiſlatores præterire

15 non poteſt, quam proclivis ad exceſſum ſit miles, qui niſi leges & diſciplinam horreat, vel piceis omnia ſuffurabitur digitis, vel thraſonica extorquebit arrogantia, quaſi omne arbitrium in mucrone gereret; Quorſum collimat *Caſſiodor. 7. Var. Epiſt. 4.* ne inſoleſcat animus, qui ſe ſentit armatum, quia clypeus quietem potius præſtare debet paganis. Inde Lyſandrum per Bæotiorum transeuntem agros interrogatum accepimus, an erectis an inclinatis incederet haſtis, ſine damno poſſeſſoris tranſire amici eſſe, prædari hoſtis. Non operoſus ero in cumulandis querelis ex antiquis hiſtoriarum monumentis, *vid. Hering. de Fidejuſſor. c. 7. n. 162. Rol. à Valle vol. 1. Conſ. 66.* Stat ponderis habet querela Imperatoris *Maximil. II. in Rec. Imp. de Ano 1570. proœm. verb.* Und es aber nunmehr dahin kommen/ daß die alte teutſche Freyheit in Kriegs-Zügen zu viel mißbrauchet/ die arme unſchuldige Leute beſchweret/ alle Diſciplin dabey vergeſſen werdn will ꝛc. Non repetam gravamina ab Elector. Statibusque *Anno 1630.* Lipſiæ congregatis ingeminata. *Conf. Theatr. Europ. ad d. A.* eleganter *Klock. de Contribut. c. 17. n. 210. 211. Ritterſhuſ. ad Nov p. 14. c. 6. n. 3. Lucas de Penna ad l. 6. C. de Metat. Kōnig. th. Pol. 3. 13.* Quinimo non minus lippis & tonſoribus nota, quàm calloſis agricolis oneroſâ Experientia inculcata ſunt. Proinde opus fuit, transeunti militi indemnitatem quàm ſeveriſſimè præcipere. *Tholo-*

16 *ſan. S. J. U. L. 9. c. 10.* Optimum frænum compeſcendæ laſciviæ transeuntis militis ſuppeditabit diſciplina militaris, tenaciſſimum, ut *Valerii Max. L. 2. c. 7. pr.* verba mea faciam, vinculum, in cujus ſinu & tutela ſecurus

securus & tranquillus pacis Status acquiescit *Conf. Lips. Pol. L. 5. c. 13. n. 1.& 2. Reusner. Stratagematograph. L. 2. c. 6. per t. Tholos. de Rep. L. 11. c. 7. Bodin. de Rep. l. 5. c. 5. circa f.* Quam adeo inculcat Imperator *l. 8 ff. de re milit.* & passim, ut nec feriato die sopitam velit *l. pen. ff. de fer. conf. l. 12. de re mil.* Hujus disciplinæ tria constituunt Capita, munia, 17
Exercitia & Leges. *Lips. de mil. Rom. Lib. 5. Dial. 20. p. m. 362. add. Henric. Ranzov. de re mil. c. 13. p. 75.* Pro innoxietate transitus duo sufficere reor, omisso medio. Non solùm quia miles in Expeditione occupatus, exercitiis militaribus vacare non posse facile intelligitur, sed & quod transmittentis in demnitatem non spectent exercitia. Legum scopus esto, ne quid damni incolis rebusve eorum inferatur. *arg. d. N. 130. c. 1.* Inde rigor Disciplinæ militaris propter facilitatem & frequentiam delictorum *arg. l. 16. in f. de pœn.* adeo excrevisse legitur, ut Bellisarius apud *Procop. L. 4. de bell. Vandal.* milites in transitu fructus attingentes ignominiâ notaverit perpetua; Pescenninus Niger ob raptum unius gallinacei decem commanipulares securi percutere jusserit. *Petr. Greg. Tholos. de Rep. L. 11. c. 7. n. 40.* Similia collecta deprehendi ap. *Coter. de jure & privileg. mil. p. 3. c. 11. add. à Kreckvvitz. Sylv. Pol. histor. p. 1. p. m. 114. & p. 2. p. 956.* Licet vero Tamerlanis rigorem tan- 18
tùm non horreat Resp. nostra, qui militem lac mulieri auferentem in transitu vivum resecari jussit; neque enim adeò prodigè milites profundimus, quos tam operosè colligimus, ne fortè idem cum Wallensteinio quis reportet responsum, cui Tillius: Pugnaret, rescripsit, cum militibus, quos propter ablatum par raparum vel manipulum alii suspendio necare non dubitaverit; *Burgold. not. Imp. p. 1. D. 1. num. 99.* Eatenus tamen hæc disciplina indemnitati transitus necessaria, ne parvis peccatis venia concedatur, si majora exinde probabiliter ortum trahere queant, siquidem militem devotum in *L. 7. C. de metat.* non per se, sed metu pœnæ intelliges. *Conf. Forstn. ad L. 11. Annal. Tac.* Imprimis, cum miles transiens patrocinium suæ nequitiæ in futura absentia quærat, & ipsi remota querela læsi & ignota facies lædentis impunitatem spondeant. Quod omnium maximè curæ erit, si Ducis Imperio refragari ausit *l. 6. §. 2. de re mil. R. J. de A. 1570. §. 37. add. Reincking. L. 2. Cl. 3. c. 5. n. 54.* Hic enim cum Soto *de J. & J. L. 1. q. 6. art. 5.* enunciandum, utilitatem Reip. mensurare quantitatem pœnæ vid. *Dn. Becman. Med. Pol. Diss. 15. n. 17. l. 51. ad L. Aquil.*

Ne

19 Ne otiosas arbitreris Constitutiones Imperii nostri in præcipienda hac disciplina militari, & prohibendis damnis à milite transeunte dari solitis, produco die Reuter-Bestall. *de Anno* 1570. §. 90. Sie sollen auch alle und iede unsere und des Reichs Unterthanen und Verwandten/ wer sie seyn/ niemand ausgenommen/ in An- oder Abzug und sonsten in den Durchzügen und Lägern nicht beschweren / schätzen / plündern/ in keinerley Wege beschädigen. *add. Rec. Imp. de Anno* 1594. §. 27. & §. 31. *art.* 17. §. 9. *Instr. P. Cas. Sued.* & §. 118. *J. P. Cas Gall. verb.* adeoque sine maleficio, demno & noxa eorum quorum per territoria ducuntur. Quibus omnibus an morem gerat transiens miles, rusticolæ loquantur; testimonium ni fallor petent ex §. 96. *R. J. de Anno* 1555. Es ist vergeblich gute Ordnungen aufzurichten/wo dieselbe niemand handhabet.

20 Cæterùm non sufficit indemnitati transmittentis, militem transeuntem à verâ damni illatione abstinuisse, sed & omne id declinet necesse est, unde probabiliter damnum oriri possit. Quorsum referimus, militem extraneum transeuntem arma copiosè coëmere non posse. Non solum, quod transmittenti probabilis inde oboriatur metus, sed & quod jus arma copiosè colligendi & exportandi ad Jus & Regale Armandiæ referatur. *de quo Rosenthal. de F. c. 5. Con. 19. Franzk. ad ff. t. de Contr. Empt. n* 161. Huc refer *l. 2. C. quæ res exp. non poss. l. 11. de ff. publ. & vect.* Qui textus quidem Barbarorum mentionem faciunt: Verùm taceo, quod per Barbaros ibi intellectum eant extraneos, i. e. Imperio Romano non parentes *Perez. Cod. L. 4. t. 41. n. 1.* sufficit praxin publicam Jus Armandiæ ad coëmtionem copiosam armorum prohibendam extendere. *vid. Tabor. in armamentar. Sect. 1. c. 2. n. 5. Myl. de Stat. Imp. c. 74. n. ult.* Quod ipsum tamen adeo rigorosam non infert interpretationem, quin miles transiens modicè & pro sua necessitate sine detrimento arma comparare queat, quatenus scil. cuivis Extraneo jura humanitatis & commerciorum nullo speciali statuto restricta indulgent. *Conf. Covarruv. tr. Var. Resol. l. 3. c. 14.*

21 Affine huic est, ne miles transiens annonam Provinciæ exhaurire tentet, ex hac enim copiosa exportatione annonæ orirerur flagellatio in damnum subditorum, quibus tamen præ Extraneis prospicere par est *vid. Dn. Ziegl. & Hennig. ad Grot. 2. 2. 19. Molin de J. & J. tr. 2. disp. 145. add. Menoch. Conf. 1961. n. 20. Matth. Steph. de jur. d. c. 33. n. 73.* Et in

in terminis de annonæ extractione *Alciat. vol. 4. Conf. 14. Klock. de Contrib. c. 1. n. 354. Mev. p. 2. Decis. 279. num. 9.* In dubio innoxietatem violasse non dicetur miles, si ex abundanti annonæ copia justo pretio quid coëmerit exportandum, quod Mercatoribus castra sequentibus sæpe emolumento venit.

SECTIO III.
De
Hospitatione Militis Transeuntis.

SUMMARIA.

Hospitatione eget miles in transitu. 1.
Cura circa hospitia. 2.
Quid Metatores & mensores? 3.
Quomodo hodie appellentur? 4.
Quomodo hodie distinguantur? 5.
Debent militis transeuntis hospitia sine fraude designare. 6.
Nec possunt accipere quicquam ratione transitus. 7.
Epidemetica. 8.
Falsum numerum referre prohibentur. 9.
Distributio hospitiorum cui competat? 10.
Schedula metatoria à quo conficiantur? 11.
An Metator inscriptionem semel factam delere possit? 12.
An hospitatio transeuntis militis redimi possit? 13.
Respondetur dubiis. 14.
Datur immunitas ab hospitatione transeuntis militis. 15.
Ampliatur in Residentiis Principum & civitatibus Imp. 16.
An Conductor propter hospitat. transeunt. mil. Locatorem convenire possit? 17.
Officium Hospitatoris. 18.
Panna delentium nomen inscriptum. 19.
Hospitator non tenetur ad custodiam rerum à milite illatarum. 20.
Ampliatur, licet campo sit. 21.
Miles transiens contentus esse debet hospitio designato. 22.
Pedites equitibus optimum locum cedere tenentur. 23.

1 INnovietatem transeuntis militis quadantenus in ipso lustravimus itinere, nunc in diversoria concessuri, quá ratione ibi se gerere debeat, expendendum habebimus. Quamvis enim transitus motum significet, nihilo secius tamen cui transitus concessus, transeundo hospitari, quiescere & dormire valet, ne verba amarè intelligantur, lo-

quor verbis *Petr. Anch. Consil. 75. in f. Tusch. L. T. Concl. 360. vid. Coterus de jure & privileg. mil. L. 1. c. 36.* Utut verò militem transeuntem sæpius in campo quiescere oporteat, veluti prospectum in der Churbrand. March. Ord. de Anno 1672. sind unsere Trouppen und Völcker schuldig wenn es die Jahrzeit und das Wetter zulässet zu campiren. Sicuti & *arg. l. 4. ff. de Off. Proc. & l. 7. C. de metat.* Praxis tamen satis inculcat, vel tempestatis inclementiâ, vel denique ut plurimum hospitia peti, & rarò tentoria, sæpius forsan capnopoteria circumferri *de quibus Bursger. Obs. Jur. Pol. Milit. Cent. 4. Obs. 68.*

2 In hac hospitatione præcipuum momentum indemnitatis vertitur, dum miles Tribuni Præfectorumque oculis subtractus lasciviæ fibulam laxare amat. Primo ergo in limine gradum sistat, nec cœco impetu in hospitia irruat. Quo intuitu constitutos novimus, qui militi advenienti hospitia præparando & designando incolarum securitati invigilare tenentur. Efferuntur hi sub nomine Metatorum *l. 1. C. de Metat.* Hodie Quartiermeister / vel pro re nata Commissariorum, quasi quibus commissa hospitiorum distributio. Quamvis enim Jus metatorum seu inquartandi ad regalia referri constet *Arnis. L. 2. de Jur. Majest. c. 8. n. 7. Myl. de Stat. Imp. c. 80. n. 2.* & mero Imperio qua tali annexum non esse in confesso sit *v. Besold. th. pr. voce* Einquartirung *Tabor. de metat. p. 1. c. 6. n. 4. Bornit. de ærar. L. 8. c. 5.* Alii tamen ejus exercitium demandari ex *l. 3. §. 13. ff. de mun. & honor. l. 4. pr. de off. Proc.* patet *Tabor. all. l. n. 13.*

3 De his Metatoribus proditum accepimus, Metatores olim dictos à metiendis seu designandis castris, adeoque aptissimè ad transeuntem militem quadrare. De quibus *Lips. de re mil. Rom. L. 5. Dial. 12. Alex. ab Alex. gen. dier. I. c. 12.* A castris migravit hæc vox ad quævis hospitia militum, ut metari tandem sit hospitium militis designare *vid. Tholosan. S. J. U. L. 19. c. 8. n. 2.* Hos metatores mensores subinde appellari ex *l. un. mensor. notat Tabor. de met. p. 1. c. 2 n. 6.* à quo abit *Perez. ad Cod. t. de mensor. n. 1. & 2.* qui mensorum nomine potius ministeriales Principis intelligit, qui principem in civitatem aliquam profecturum præibant, hospitium paraturi, quem sequi mallem.

4 Dictos metatores hodie plerumque sub nomine *Fouriers* efferre satagunt, teste *Tholos. S. J. U. l. 19. c. 8. n. 2. verb.* Metatores hodie dicuntur *Fourriers Mareschaux des logis. Gotthofred ad N. 130. c. 6. L. B.*

Quasi

Quasi qui foribus nomen militis hospitaturi assignant, quam derivationem amplectitur *Tabor. de metat. p. 1. c. 2. n. 6.* Sed *Perez. ad C. t. de metat. n. 1.* eò inclinat, *Fourriers car ils se fourrent & entrent librement dans les maisons pour connoistre la commodité Conf. Steph. Pasqu. ès recherches de la France L. 7. c. 51.* In applicatione ad statum militiæ nostræ 5
Germanicæ hæc tantùm non confundi animadvertes apud plerosque. Dixerim proinde, Metatores vel esse supremos die Generalquartirmeister/ *König, th. Pol. L. 3. c. 13. n. 4.* vel metatores Regiminis die Regiments-Quartirmeister/ qui & simplici nomine Quartirmeister venire solent, & denique singularum cohortium metatores die *Fourriers. v. Schönb. Pol. L. 6. c. 5. Tabor. de met. p. 2. c. 2. n. 12. p. 83. add. Walther. de metat. c. 12. n. 194.* Sed *Burgerus Observ. Jur. Pol. mil. Cent. 2. Obs. 51.* notat ex Ordinatione aliqua *A. 1639.* Viennæ promulgata, ibi distingui inter General-Commissarius, General-Quartirmeister/ General-Zahlmeister/ Ober-Commissarius, Unter-Commissarius, Generalstab/ Quartirmeister & Regimentsmeister &c.

Verum cum insignis horum officiorum nullibi non sit varietas, in 6
genere notasse juvabit, Jura nostra Metatoribus seriò inculcare, ne pro libidine, sed ex præscripto legis & superioris hospitia militi transeunti designent. Inde verum est, Commissarios seu præmetatores esse præmittentos, uti ex *N. 130. c. 6. R. J. de A. 1641. §. 43. it.* dem *project* probari potest. Per hanc præmissionem campus concussionis metatoribus aperiri videbatur, qui hinc inde adventum transituri militis simulare, & pavidis incolis subdolè pecuniam emungere possent. Qua de causa severè interdictum legimus *Nov. 130. c. 6.* ne ad alias civitates aut possessiones aut prædia mittant, quasi ibi manere debeat Exercitus, & ex hoc pecunias accipiant de possessionibus & villis, uti loquitur *Imp. c. 4. d. N. vid. Dn. Brunnem. ad C. t. de metat. n. 3. Cotereus de jure & privileg. mil. L. 1. c. 36. Ayala de jure & off. bell. L. 3. c. 2. in f. Perez. C. L. 12. t. 41. n. 12. Tholos. S. J. U. L. 19. c. 8. n. 10.* Ita ut Delegatores si 7
quid eo nomine acceperint, duplum reddere, Prometatores verò supplicium & exilium pati cogantur. Ubi dubio procul supplicii nomine ultimum non veniet *arg. l. 28. de pæn.* quippe quod cum exilio compatibile non foret. Quod catenus extensum, ut ne à volentibus quidem aliquid accipere liceat, *arg. l. un. C. de Salgam.* Imò & ipsi præbentes pœnam incurrant, *l. 5. C. de Metat. in f. & c. 4. Nov. 130. Dn. Brunnem.*

ad C. t. de metat. n. 3. non solum propter præsumptionem juris & de jure, quâ tali concussioni obviam ire consultum fuit *Rol. à Valle Conf. 66. n. 9. Molin. de J. & J. tr. 2. disp. 116.* quæ præsumptio legis vim induit *arg. l. 23. C. ad SCt. Vell. l. ult. C. arb. tut.* sed & propter expressam legem *d. l. 5. C. de metat. in f.*

8 Et huc trahimus Epidemetica, quam vocem communis Dd. schola pro pretio redimendi hospitii supponit. *Dn. Brunnem. t. C. de metat. n. 3. Cothofr. d. t. ad rubr. L. E.* Licet enim *Dn. Tabor. de metat. p. 1. c. 2. Sect. 2. n. 3.* cum metatoris voce coincidere velit, propter *Nov. 134. c. 1.* Ipse tamen *p. 3. art. 5. p. 285.* concedit, Epidemetica pro redemtione illa hospitationis militum venire sæpissimè. Hisce adde *Dn. Hoyer in corp. jur. mil. p. 170.* Aus diesem erhellet/ was massen seine Churfürstl. Durchl. nimmermehr gemeint gewesen in der Quartirmeister unbillige Partiterey zu billigen/ weniger zu gestatten/ daß im March blinde Quartir gemacht würden/ unter dem Vorwand/ samt sie an einem oder andern Ort logiren müsten. Mareschallum Galliæ Marilliac eapropter A. 1632. supplicio affectum refert *Schönvvetter. in histor. Card. Richel. L. 9. c. 25. p. 857.*

9 Huc spectat, ne falsum numerum referant. *Peretz. ad Cod. L. 12. t. 41. num. 9.* Numerum enim adventantis militis significandum præcipit *Edict. Imp. de A. 1664. verb.* und ein jeder Commandirender Befehlichshaber eine ordentliche Verzeichnüß / wie starck er samt seinen Officirern und gemeinen Soldaten zu Roß und Fuß erscheinen werde ꝛc. & in sæpe laudato projecto der erneuerten Exec. Ordnung *art. 6. verb.* denselben Durchzug mit Benahmung der Anzahl zu Roß und Fuß notificiren Concordat *Ord. Gall. de transitu mil. de A. 1665. art. 11.*

10 Indictis itaque hospitiis, Commissariis transituri militis vel prometatoribus integrum non est, pro lubitu hospitia imperare de hoc enim graves querelæ *ap. Thom. Mark.* im Bedenck. wer zum teutsch. Krieg Ursach gegeben *p. 14. & seq.* Sed Magistratibus loci, vel pro re nata Provincialibus Commissariis distributio competit, *Tabor. de metat. p. 2. c. 2. n. 10.* Simile in collectarum distributione novimus. *Struv. Ex. 50. th. 68. Carpz. Resp. 4. 92. n. 2. Mev. ad jus Lub. L. 3. t. 6. art. 16. n. 3. Dn. Brunnem. ad VVesenb. t. de jurisd. q. 30.* Nec obscura ratio, cum nemini melius de conditione loci & incolarum constare possit. Sic cautum reperies in dem Churbrand. *Edict. A. 1672. art. 4.* die Balletirung und

und Austheilung der Quartir bleibet auf dem Lande den Commissarien, und in den Städten dem Magistrat. Idque ubique locorum sic practicari videbis. Hac ordinatione distributioneque factâ, metato- 11
riæ conficiuntur schedulæ billette *vid. Besold. th. pract. voce.* Pollet à Commissariis extra civitatem, vel in citatibus ab iis, quibus id muneris injunctum, den Balletherren plerumque Senatorii ordinis, quæ Metatoribus insinuantur, hi actualem designationem hospitiorum inferioribus metatoribus, in specie Designatorum hospitiorum nomine comprehensis den Fourirern committunt, qui militem advenientem pro suo munere & ordine in hospitia deducunt. *vid. Fronsberg. de jure mil. L. 6. p. 134.* In pagis hospitante milite transeunte, sufficere arbitror, à Commissariis provincialibus designatum esse, quot in hoc vel illo pago commorari debeant, utpote cum tam speciali hospitiorum designationi ibi locus non sit, cavendum tamen ne miles gregarius officiales optimâ sede excludat. Eleganter huc faciet *art. 17.* der Frantzösch. Kriegs-Ordin. wegen Quartir der Marchir-Trouppen *de A. 1665.* Quæ cum non solùm supra allatis, sed & praxi ferè universali ad amussim respondeant, nostra fecisse non pœnitebit: Dafern ein March-Commissarius oder in seinem Abwesen der Ober-Officirer oder iemand anders von den Trouppen vorher an den Ort/ wo die Trouppen ihr Quartir haben sollen/ kommen würden/ solchen falls soll der Magistrat oder vornehmste Einwohner selbigen Orts die Austheilung der Quartir machen/ und sollen sie (*Magistrat. distrib.*) bey Ankunfft der Trouppen eine von ihm unterzeichnete Lista wegen der Quartir dem Commissario (prometatori) zustellen/ auch die unterzeichnete Billet den Ober-Officirern/ Quartirmeistern/ Fourirern und Sergeanten/ so wegen Logierung der Trouppen sich vorhero anmelden möchten ausliefern. *add. art. 19. ibid.*

Illud obiter noto, *Christinæum Decis. 143. n. 9.* in ea esse sententia, 12
Metatorem inscriptionem semel factam mutare non posse, propter *l. 1. C. de Metat.* Verum ex sensu *d. l.* id ægrè extorquebit, utpote cui sermo non est de ipso Metatore, sed de Extraneo; inde nullus dubito Commissarios & Hospitiorum Distributores militem transeuntem contra legem non offendere, si pro re nata tempestivè schedulas metatorias mutaverint.

Perspecto, quis militi transeunti de hospitio prospiciat, hospitia 13
ipsa

obnoxias non esse. Quorsum collimat §. 27. & 28. R. J. de Anno 1641. Hierinnen lassen wir es so viel der Churfürsten/ Fürsten und Stände Residentzen und Vestungen/ wie auch der ausschreibenden Reichs-Städte gebetene Verschonung betrifft bewenden bey dem Prager Friedenschluß/ und daß sie Krafft dessen dagegen die Einquartirung auf dem Lande oder sonst nach Proportion ersetzen sollen. Quod aliqui ad bona Nobilium Imperii extendere allaborant, utpote qui cum suis castris & territoriis cum Imperii civitatibus comparari soleant *Wehn. voce* Ritterschafft/ *Hippol. à* Dreißbach im unvergreiffl. Bedenck. &c. *p. 55.* Quod mihi suspectum videtur, non solum per ea quæ contra hanc comparationem disputantur, *vid. Klock. de Contrib. c. 4. n. 50.* Sed & propter strictam dictorum textuum explicationem, utpote juri singulari convenientem *arg. l. 14. ff. de ll.* Ne à regula discedamus, ubi Exceptio non reperta, *arg. l. dissent. C. de Divort. l. illam. C. de Collat.* Casum vero extremæ necessitatis sicuti ubique exceptum novimus, huic enim leges non feruntur *arg. l. 5. §. 12. de nov. op. nunc. l. 16. §. f. de mun. & honor.* præsertim si utilitas Reip. concurrat *arg. l. 43. de relig. l. 7. C. eod.* Ita & hìc immunitatibus istis applicandum noveris.

17 Latissimum campum excurrendi hìc nobis præbet immunitatis materia, sed ne oculos à meta, ipsum hospitem considerabimus. Hospitationis onere igitur gravatur, qui hospitium incolit. Rationem adminiculatur *l. 3. §. 14. l. f. §. pen. ff. de muner. & honor.* Inde controversiam ciet Dd. schola, utrum Conductor propter hospitationem militis transeuntis locatorem reconvenire queat? In enodatione quæsiti simplicem hospitationem plerumque cum oneribus confundi deprehendes. Onus reale esse hospitationem sive commorantis sive transeuntis militis largior *Rol. à Valle vol. 1. Consf. 66. n. 9.* Et quidem merè patrimoniale *Petr. Antibulus tr. de Muner. p. 2. n. 12. Extat. tr. tract. noviss. edit. vol. 12. pag. 19. Dn. Brunnem. ad Cod. l. 12. t. 39. inf.* concludes igitur forsan, Conductorem regressum habere contra locatorem, utpote qui onera realia vi dominii sustinet. *Mev. p. 2. Decis. 90. Natta Consil. 158. n. 3.* Alii existimant, conductorem propter nudam hospitationem in sensu juris nostri nihil quicquam pensioni detrahere posse, cujus sententiæ autorem laudo *Dn. Tabor. de metat. p. 2. c. 3. n. 17. arg. l. 2. C. de Metat.* Temperarem, modo Conductor commoditate habitandi non fuerit exclusus, secus enim locum relinquerem æquitati *l. 33. ff. locat.* Et sic conci-

conciliabis *Ant. Fab. in Cod. L. 4. t. 41. def. 1.* facilè enim interesse poterat Conductoris, præsertim si conditio ipsius coarctationem rei familiaris non patiatur. Illæsus de vulnere non conquereretur.

Recipit ergo inquilinus militem, nec opus habet omnia solennia hospitationis ordinariæ observasse juxta *l. 2. C. de Metat.* utpote quæ militibus præsidii vel hiemandi causa hospitantibus præscripta, monente *Perez. Cod. L. 12. t. 4. n. 7. Tholos. S. J. Un. L. 19. c. 8.* Ubi tamen urbanitati hospitis injunctum velim, ne militem commoditate debitâ frustretur, nec lassa itinere membra squalido excruciet diversorio; Insuperque meminerit, se non solius hospitalitatis, sed & hospitii jure hoc casû teneri, quod præter humanitatis blandimenta legis necessitatem infert. *l. 10. §. 2. ff. de vac. & Excus. mun. vid. Besold. L. 1. Polit. c. 4. n. 44. add. Tholos. all. l. n. 10.* 18

Caveat insuper sibi Hospitator ne nomen postibus suis à Metatore adscriptum deleat, falsi enim crimen contrahit, secundum autoritatem (si. e. constitutionem *Brisson. L. 1. de V. S. p. 45.*) *leg. 1. C. de metat.* Quod *in Cod. Henrici Reg. Gall. L. 18. t. 27. l. 11.* exasperatum leges: *Defendons tres expressement à tous, qu' ils n' oyent lorsque les logis se departiront à empescher ou troubler aucunement les dits Mareschaux & Fourriers, ou de marquer ce qu'ils ont marqué sur peine d' avoir le poing. couppé. add.* Das Dänische Kriegsrecht *Christ. IV. art. 111.* Quod si se gravatum putet, Metatores amicè compellet. Excipit *Limnæus L. 9. c. 1. n. 78.* nisi privilegio immunitatis instructus fuerit *arg. l. 5. C. de Met.* Eo proinde allaboret, ne militem lacesset, crabrones enim incitaret, & ne benefacturus illudat, *arg. l. 17. §. 3. Commod.* 19

Qua occasione non alienum erit ruminasse, anne Hospitator rerum à milite illatarum curam habere debeat? Dubium movere poterant, quæ aliàs de actione ex recepto in jure prodita. *Struv. Ex. 8. th. 109. Carpz. p. 2. c. 26. d. 10. l. 1. §. 1. ff. naut. caup. stab. l. 6. pr. eod. verb. licet quis gratis diverterit.* Inprimis cum miles itinere defatigatus, altoque sopore pressus facilè jacturam rerum suarum pati possit & loci & personarum excusabili ignorantiæ obnoxius. Verùm hæc omnia custodiæ onus in Hospitem transeuntis militis non devolvunt, utpote qui ad *l. 9. C. de metat.* confugit, nec ullâ sive custodiâ sive aliâ molestiâ se divexari patitur, dum præstatione hospitii vices suas explevit. Nec stringit ipsum dispositio *d. t. naut. caup.* cum hospites suos non mer- 20

profecturo injiciat *Dn. Brunnem. ad d. l. 26.* Et per hoc temperamentum succurri arbitror æquitati *l. 29. ff. ex quibus cauſ. major.* ne cui officium publicum vel damno vel compendio ſit. *Menoch. Conſ. 58. n. 60.*

14 Plura de indemnitate transeuntis non cumulo, dum me indemnitatis transmittentis interpellat, quæ longè prolixiori fovenda affectu. Ponderoſa ſunt verba ſub auſpicium *Nov. 130. primum & maximum arbitramur Statum eſſe Reip. noſtræ, ut inculpabiliter noſter Exercitus in itineribus converſetur, & innoxietas atq; indemnitas noſtris collatoribus conſervetur.* quem textum excutit *Dn. Tabor. de metat. p. 1. c. 1. n. 1. & 2.* & ipſe Imp. *in c. 1. d. Nov.* repetit, ut undique illæſi & indemnes ſerventur noſtri ſubjecti, ſcil. ne miles qui in defenſionis ſubſidium inventus, violentus evadat oppreſſor *arg. c. 12. X. de pœn. l. 6. C. unde vi.* Quod ipſum ſan-

15 cta fide promittit *Moſes Num. 20. 21.* Nimirum Legiſlatores præterire non poteſt, quam proclivis ad exceſſum ſit miles, qui niſi leges & diſciplinam horreat, vel piceis omnia ſuffurabitur digitis, vel thraſonica extorquebit arrogantia, quaſi omne arbitrium in mucrone gereret; Quorſum collimat *Caſſiodor. 7. Var. Epiſt. 4.* ne inſoleſcat animus, qui ſe ſentit armatum, quia clypeus quietem potius præſtare debet paganis. Inde Lyſandrum per Bæotiorum transeuntem agros interrogatum accepimus, an erectis an inclinatis incederet haſtis, ſine damno poſſeſſoris tranſire amici eſſe, prædari hoſtis. Non operoſus ero in cumulandis querelis ex antiquis hiſtoriarum monumentis, *vid. Hering. de Fidejuſſor. c. 7. n. 162. Rol. à Valle vol. 1. Conſ. 66.* Stat ponderis habet querela Imperatoris *Maximil. II. in Rec. Imp. de Ano 1570. proœm. verb.* und es aber nunmehr dahin kommen/ daß die alte teutsche Freyheit in Kriegs-Zügen zu viel mißbrauchet/ die arme unschuldige Leute beschweret/ alle Diſciplin dabey vergeſſen werdn wil ꝛc. Non repetam gravamina ab Elector. Statibusque *Anno 1630.* Lipſiæ congregatis ingeminata. *Conf. Theatr. Europ. ad d. A.* eleganter *Klock. de Contribut. c. 17. n. 210. 211. Rittershuſ. ad Nov p. 14. c. 6. n. 3. Lucas de Penna ad l. 6. C. de Metat. König. th. Pol. 3. 13.* Quinimo non minus lippis & tonſoribus nota, quàm callosis agricolis oneroſa Experientia inculcata ſunt. Proinde opus fuit, transeunti militi indemnitatem quàm ſeveriſſimè præcipere. *Tholo-*

16 *ſan. S. J. U. L. 9. c. 10.* Optimum frænum compeſcendæ laſciviæ transeuntis militis ſuppeditabit diſciplina militaris, tenaciſſimum, ut *Valerii Max. L. 2. c. 7. pr.* verba mea faciam, vinculum, in cujus ſinu & tutela

ſecurus

securus & tranquillus pacis Status acquiescit *Conf. Lips. Pol. L. 5. c. 13. n. 1. & 2. Reusner. Stratagematograph. L. 2. c. 6. per t. Tholos. de Rep. L. 11. c. 7. Bodin. de Rep. l. 5. c. 5. circa f.* Quam adeo inculcat Imperator *l. 8 ff. de re milit.* & passim, ut nec feriato die sopitam velit *l. pen. ff. de fer. conf. l. 12. de re mil.* Hujus disciplinæ tria constituunt Capita, munia, 17
Exercitia & Leges. *Lips. de mil. Rom. Lib. 5. Dial. 20. p. m. 362. add. Henric. Ranzov. de re mil. c. 13. p. 75.* Pro innoxietate transitus duo sufficere reor, omisso medio. Non solùm quia miles in Expeditione occupatus, exercitiis militaribus vacare non posse facile intelligitur, sed & quod transmittentis indemnitatem non spectent exercitia. Legum scopus esto, ne quid damni incolis rebusve eorum inferatur. *arg. d. N. 130. c. 1.* Inde rigor Disciplinæ militaris propter facilitatem & frequentiam delictorum *arg. l. 16. in f. de pœn.* adeo excrevisse legitur, ut Bellisarius apud *Procop. L. 4. de bell. Vandal.* milites in transitu fructus attingentes ignominiâ notaverit perpetua; Pescenninus Niger ob raptum unius gallinacei decem commanipulares securi percutere jusserit. *Petr. Greg. Tholos. de Rep. L. 11. c. 7. n. 40.* Similia collecta deprehendi ap. *Coter. de jure & privileg. mil. p. 3. c. 11. add. à Kreckvvitz. Sylv. Pol. histor. p. 1. p. m. 114. & p. 2. p. 956.* Licet vero Tamerlanis rigorem tan- 18
tùm non horreat Resp. nostra, qui militem lac mulieri auferentem in transitu vivum resecari jussit; neque enim adeò prodigè milites profundimus, quos tam operosè colligimus, ne fortè idem cum Wallensteinio quis reportet responsum, cui Tillius: Pugnaret, rescripsit, cum militibus, quos propter ablatum par raparum vel manipulum alii suspendio necare non dubitaverit; *Burgold. not. Imp. p. 1. D. 1. num. 99.* Eatenus tamen hæc disciplina indemnitati transitus necessaria, ne parvis peccatis venia concedatur, si majora exinde probabiliter ortum trahere queant, siquidem militem devotum in *L. 7. C. de metat.* non per se, sed metu pœnæ intelliges. *Conf. Forstn. ad L. 11. Annal. Tac.* Imprimis, cum miles transiens patrocinium suæ nequitiæ in futura absentia quærat, & ipsi remota querela læsi & ignota facies lædentis impunitatem spondeant. Quod omnium maximè curæ erit, si Ducis Imperio refragari ausit *l. 6. §. 2. de re mil. R. J. de A. 1570. §. 37. add. Reincking. L. 2. Cl. 3. c. 5. n. 54.* Hic enim cum Soto *de J. & J. L. 1. q. 6. art. 5.* enunciandum, utilitatem Reip. mensurare quantitatem pœnæ vid. *Dn. Becman. Med. Pol. Diss. 15. n. 17. l. 31. ad L. Aquil.*

Ne

19 Ne otiosas arbitreris Constitutiones Imperii nostri in præcipienda hac disciplina militari, & prohibendis damnis à milite transeunte dari solitis, produco Die Reuter-Bestall. *de Anno 1570. §. 90.* Sie sollen auch alle und iede unsere und des Reichs Unterthanen und Verwandten/ wer sie seyn/ niemand ausgenommen/ in An- oder Abzug und sonsten in den Durchzügen und Lägern nicht beschweren / schätzen / plündern/ in keinerley Wege beschädigen. *add. Rec. Imp. de Anno 1594. §. 27. & §. 31. art. 17. §. 9. Instr. P. Cæs. Sued. & §. 118. J. P. Cæs Gall. verb:* adeoque sine maleficio, demno & noxa eorum quorum per territoria ducuntur. Quibus omnibus an morem gerat transiens miles, rusticolæ loquantur; testimonium ni fallor petent ex *§. 96. R. J. de Anno 1555.* Es ist vergeblich gute Ordnungen aufzurichten/ wo dieselbe niemand handhabet.

20 Cæterùm non sufficit indemnitati transmittentis, militem transeuntem à verâ damni illatione abstinuisse, sed & omne id declinet necesse est, unde probabiliter damnum oriri possit. Quorsum referimus, militem extraneum transeuntem arma copiosè coëmere non posse. Non solum, quod transmittenti probabilis inde oboriatur metus, sed & quod jus arma copiosè colligendi & exportandi ad Jus & Regale Armandiæ referatur. *de quo Rosenthal. de F. c. 5. Con. 19. Franzk. ad ff. 1. de Contr. Empt. n 161.* Huc refer *l. 2. C. quæ res exp. non poss. l. 11. de ff. publ. & vect.* Qui textus quidem Barbarorum mentionem faciunt: Verùm taceo, quod per Barbaros ibi intellectum eant extraneos, i. e. Imperio Romano non parentes *Perez. Cod. L. 4. t. 41. n. 1.* sufficit praxin publicam Jus Armandiæ ad coëmtionem copiosam armorum prohibendam extendere. *vid. Tabor. in armamentar. Sect. 1. c. 2. n. 5. Myl. de Stat. Imp. c. 74. n. ult.* Quod ipsum tamen adeo rigorosam non infert interpretationem, quin miles transiens modicè & pro sua necessitate sine detrimento arma comparare queat, quatenus scil. cuivis Extraneo jura humanitatis & commerciorum nullo speciali statuto restricta indulgent. *Conf. Covarruv. tr. Var. Resol. l. 3. c. 14.*

21 Affine huic est, ne miles transiens annonam Provinciæ exhaurire tentet, ex hac enim copiosa exportatione annonæ orietur flagellatio in damnum subditorum, quibus tamen præ Extraneis prospicere par est *vid. Dn. Ziegl. & Hennig. ad Grot. 2. 2. 19. Molin de J. & J. tr. 2. disp. 145. add. Menoch. Cons. 1961. n. 20. Matth. Steph. de jur. d. c. 33. n. 73.* Et in

in terminis de annonæ extractione *Alciat. vol. 4. Cons. 14. Klock. de Contrib. c. 1. n. 354. Mev. p. 2. Decis. 279. num. 9.* In dubio innoxietatem violasse non dicetur miles, si ex abundanti annonæ copia justo pretio quid coëmerit exportandum, quod Mercatoribus castra sequentibus sæpe emolumento venit.

SECTIO III.

DE

Hospitatione Militis Transeuntis.

SUMMARIA.

Hospitatione eget miles in transitu. 1.
Cura circa hospitia. 2.
Quid Metatores & mensores? 3.
Quomodo hodie appellentur? 4.
Quomodo hodie distinguantur? 5.
Debent militis transeuntis hospitia sine fraude designare. 6.
Nec possunt accipere quicquam ratione transitus. 7.
Epidemetica. 8.
Falsum numerum referre prohibentur. 9.
Distributio hospitiorum cui competat? 10.
Schedula metatoria à quo conficiantur? 11.
An Metator inscriptionem semel factam delere possit? 12.
An hospitatio transeuntis militis redimi possit? 13.
Respondetur dubiis. 14.
Datur immunitas ab hospitatione transeuntis militis. 15.
Ampliatur in Residentiis Principum & civitatibus Imp. 16.
An Conductor propter hospitat. transeunt. mil. Locatorem convenire possit? 17.
Officium Hospitatoris. 18.
Pœna delentium nomen inscriptum. 19.
Hospitator non tenetur ad custodiam rerum à milite illatarum. 20.
Ampliatur, licet campo sit. 21.
Miles transiens contentus esse debet hospitio designato. 22.
Pedites equitibus optimum locum cedere tenentur. 23.

1 INnovietatem transeuntis militis quadantenus in ipso lustravimus itinere, nunc in diversoria concessuri, quâ ratione ibi se gerere debeat, expendendum habebimus. Quamvis enim transitus motum significet, nihilo secius tamen cui transitus concessus, transeundo hospitari, quiescere & dormire valet, ne verba amarè intelligantur, lo-

quor verbis *Petr. Anch. Consil. 75. in f. Tusch. L. T. Concl. 360. vid. Coterer de jure & privileg. mil. L. 1. c. 36.* Utut verò militem transeuntem sæpius in campo quiescere oporteat, veluti prospectum in der Churbrand. March. Ord. de Anno 1672. sind unsere Trouppen und Völcker schuldig wenn es die Jahrzeit und das Wetter zulässet zu campiren. Sicuti & *arg. l. 4. ff. de Off. Proc. & l. 7. C. de metat.* Praxis tamen satis inculcat, vel tempestatis inclementiâ, vel denique ut plurimum hospitia peti, & rarò tentoria, sæpius forsan capnopoteria circumferri *de quibus Burger. Obs. Jur. Pol. Milit. Cent. 4. Obs. 68.*

2 In hac hospitatione præcipuum momentum indemnitatis vertitur, dum miles Tribuni Præfectorumque oculis subtractus lasciviæ fibulam laxare amat. Primo ergo in limine gradum sistat, nec cœco impetu in hospitia irruat. Quo intuitu constitutos novimus, qui militi advenienti hospitia præparando & designando incolarum securitati invigilare tenentur. Efferuntur hi sub nomine Metatorum *l. 1. C. de Metat.* Hodie Quartiermeister / vel pro re nata Commissariorum, quasi quibus commissa hospitiorum distributio. Quamvis enim Jus metatorum seu inquartandi ad regalia referri constet *Arnis. L. 2. de Jur. Majest. c. 1. n. 7. Myl. de Stat. Imp. c. 80. n. 2.* & mero Imperio qua tali annexum non esse in confesso sit *v. Besold. th. pr. voce* Einquartirung *Tabor. de metat. p. 1. c. 6. n. 4. Bornit. de ærar. L. 8. c. 5.* Alii tamen ejus exercitium demandari ex *l. 3. §. 13. ff. de mun. & honor. l. 4. pr. de off. Proc.* patet *Tabor. all. l. n. 13.*

3 De his Metatoribus proditum accepimus, Metatores olim dictos à metiendis seu designandis castris, adeoque aptissimè ad transeuntem militem quadrare. De quibus *Lips. de re mil. Rom. L. 5. Dial. 12. Alex. ab Alex. gen. dier. I. c. 12.* A castris migravit hæc vox ad quævis hospitia militum, ut metari tandem sit hospitium militis designare *vid. Tholosan. S. J. U. L. 19. c. 8. n. 2.* Hos metatores mensores subinde appellari ex *l. un. mensor. notat Tabor. de met. p. 1. c. 2 n. 6.* à quo abit *Perez. ad Cod. t. de mensor. n. 1. & 2.* qui mensorum nomine potius ministeriales Principis intelligit, qui principem in civitatem aliquam profecturum præibant, hospitium paraturi, quem sequi mallem.

4 Dictos metatores hodie plerumque sub nomine *Fourriers* efferre satagunt, teste *Tholos. S. J. U. l. 19. c. 8. n. 2. verb.* Metatores hodie dicuntur *Fourriers Mareschaux des logis. Gotthofred ad N. 130. c. 6. L. B.*

Quasi

Quasi qui foribus nomen militis hospitaturi assignant, quam derivationem amplectitur *Tabor. de metat. p. 1. c. 2. n. 6.* Sed *Perez. ad C. t. de metat. n. 1.* eò inclinat. *Fourriers car ils se fourrent & entrent librement dans les maisons pour connoistre la commodité Conf. Steph. Pasqu. és recherches de la France L. 7. c. 51.* In applicatione ad statum militiæ nostræ 5
Germanicæ hæc tantùm non confundi animadvertes apud plerosque. Dixerim proinde, Metatores vel esse supremos die Generalquartirmeister/ *König. th. Pol. L. 3. c. 13. n. 4.* vel metatores Regiminis die Regiments-Quartirmeister/ qui & simplici nomine Quartirmeister venire solent, & denique singularum cohortium metatores die *Fourriers. v. Schönb. Pol. L. 6. c. 5. Tabor. de met. p. 2. c. 2. n. 12. p. 83. add. Walther. de metat. c. 12. n. 194.* Sed *Burgerus Observ. Jur. Pol. mil. Cent. 2. Obs. 51.* notat ex Ordinatione aliqua *A. 1639.* Viennæ promulgata, ibi distingui inter General-Commissarius, General-Quartirmeister/ General-Zahlmeister/ Ober-Commissarius, Unter-Commissarius, Generalstab/ Quartirmeister & Regimentsmeister ꝛc.

Verum cum insignis horum officiorum nullibi non sit varietas, in 6
genere notasse juvabit, Jura nostra Metatoribus seriò inculcare, ne pro libidine, sed ex præscripto legis & superioris hospitia militi transeunti designent. Inde verum est, Commissarios seu præmetatores esse præmittentos, uti ex *N. 130. c. 6. R. J. de A. 1641. §. 43. it.* dem *project* probari potest. Per hanc præmissionem campus concussionis metatoribus aperiri videbatur, qui hinc inde adventum transituri militis simulare, & pavidis incolis subdolè pecuniam emungere possent. Qua de causa severè interdictum legimus *Nov. 130. c. 6.* ne ad alias civitates aut possessiones aut prædia mittant, quasi ibi manere debeat Exercitus, & ex hoc pecunias accipiant de possessionibus & villis, uti loquitur *Imp. c. 4. d. N. vid. Dn. Brunnem. ad C. t. de metat. n. 3. Cotereus de jure & privileg. mil. L. 1. c. 36. Ayala de jure & off. bell. L. 3. c. 2. in f. Perez. C. L. 12. t. 41. n. 12. Tholos. S. J. U. L. 19. c. 8. n. 10.* Ita ut Delegatores si 7
quid eo nomine acceperint, duplum reddere, Prometatores verò supplicium & exilium pati cogantur. Ubi dubio procul supplicii nomine ultimum non veniet *arg. l. 28. de pœn.* quippe quod cum exilio compatibile non foret. Quod catenus extensum, ut ne à volentibus quidem aliquid accipere liceat, *arg. l. un. C. de Salgam.* Imò & ipsi præbentes pœnam incurrant, *l. 5. C. de Metat. in f. v. c. 4. Nov. 130. Dn. Brunnem.*

ad C. t. de metat. n. 3. non solum propter præsumptionem juris & de jure, quâ tali concussioni obviam ire consultum fuit *Rol. à Valle Conf. 66. n. 9. Molin. de J. & J. tr. 2. disp. 116.* quæ præsumptio legis vim induit *arg. l. 23. C. ad SCt. Vell. l. ult. C. arb. tut.* sed & propter expressam legem *d. l. 5. C. de metat. in f.*

8 Et huc trahimus Epidemetica, quam vocem communis Dd. schola pro pretio redimendi hospitii supponit. *Dn. Brunnem. t. C. de metat. n. 3. Cothofr. d. t. ad rubr. L. E.* Licet enim *Dn. Tabor. de metat. p. 1. c. 2. Sect. 2. n. 3.* cum metatoris voce coincidere velit, propter *Nov. 134. c. 1.* Ipse tamen *p. 3. art. 5. p. 285.* concedit, Epidemetica pro redemtione illa hospitationis militum venire sæpissimè. Hisce adde *Dn. Hoyer in corp. jur. mil. p. 170.* Aus diesem erhellet/ was massen seine Churfürstl. Durchl. nimmermehr gemeint gewesen in der Quartirmeister unbillige Partiterey zu billigen/ weniger zu gestatten/ daß im Marsch blinde Quartir gemacht würden/ unter dem Vorwand/ samt sie an einem oder andern Ort logiren müsten. Mareschallum Galliæ Marilliac eapropter A. 1632. supplicio affectum refert *Schönvvetter. in histor. Card.*

9 *Richel. L. 9. c. 25. p. 857.* Huc spectat, ne falsum numerum referant. *Peretz. ad Cod. L. 12. t. 41. num. 9.* Numerum enim adventantis militis significandum præcipit *Edict. Imp. de A. 1664. verb.* und ein jeder Commandirender Befehlichshaber eine ordentliche Verzeichnüß/ wie starck er samt seinen Officirern und gemeinen Soldaten zu Roß und Fuß erscheinen werde ꝛc. & in sæpe laudato projecto der erneuerten Exec. Ordnung *art. 6. verb.* denselben Durchzug mit Benahmung der Anzahl zu Roß und Fuß notificiren Concordat *Ord. Gall. de transitu mil. de A. 1665. art. 12.*

10 Indictis itaque hospitiis, Commissariis transituri militis vel prometatoribus integrum non est, pro lubitu hospitia imperare de hoc enim graves querelæ *ap. Thom. Manl.* im Bedenck. wer zum teutsch. Krieg Ursach gegeben *p. 14. & seq.* Sed Magistratibus loci, vel pro re nata Provincialibus Commissariis distributio competit, *Tabor. de metat. p. 2. c. 2. n. 10.* Simile in collectarum distributione novimus. *Struv. Ex. 50. th. 68. Carpz. Resp. 4. 92. n. 2. Mev. ad jus Lub. L. 3. t. 6. art. 16 n. 3. Dn. Brunnem. ad VVesenb. t. de jurisd. q. 30.* Nec obscura ratio, cum nemini melius de conditione loci & incolarum constare possit. Sic cautum reperies in dem Churbrand. *Edict. A. 1672. art. 4.* die Balletirung

und

und Austheilung der Quartir bleibet auf dem Lande bey Commissarien, und in den Städten dem Magistrat. Idque ubique locorum sic practicari videbis. Hac ordinatione distributioneque factâ, metato- 11
riæ conficiuntur schedulæ billette *vid. Besold. th. pract. voce.* Pollet à Commissariis extra civitatem, vel in citatibus ab iis, quibus id muneris injunctum, den Balletherren plerumque Senatorii ordinis, quæ Metatoribus insinuantur, hi actualem designationem hospitiorum inferioribus metatoribus, in specie Designatorum hospitiorum nomine comprehensis den Fourirern committunt, qui militem advenientem pro suo munere & ordine in hospitia deducunt. *vid. Frensberg. de jure mil. L. 6. p. 134.* In pagis hospitante milite transeunte, sufficere arbitror, à Commissariis provincialibus designatum esse, quot in hoc vel illo pago commorari debeant, utpote cum tam speciali hospitiorum designationi ibi locus non sit, cavendum tamen ne miles gregarius officiales optimâ sede excludat. Eleganter huc faciet *art. 17.* der Frantzösch. Kriegs-Ordin. wegen Quartir der Marchir-Trouppen *de A. 1665.* Quæ cum non solùm supra allatis, sed & praxi ferè universali ad amussim respondeant, nostra fecisse non pœnitebit: Dafern ein March-Commissarius oder in seinem Abwesen der Ober-Officirer oder iemand anders von den Trouppen vorher an den Ort/ wo die Trouppen ihr Quartir haben sollen/ kommen würden/ solchen falls soll der Magistrat oder vornehmste Einwohner selbigen Orts die Austheilung der Quartir machen/ und sollen sie (*Magistrat. distrib.*) bey Ankunfft der Trouppen eine von ihm unterzeichnete Lista wegen der Quartir dem Commissario (prometatori) zustellen/ auch die unterzeichnete Billet den Ober-Officirern/ Quartirmeistern/ Fourirern und Sergeanten/ so wegen Logierung der Trouppen sich vorhero anmelden möchten ausliefern. *add. art. 19. ibid.*

Illud obiter noto, *Christinæum Decis. 143. n. 9.* in ea esse sententia, 12
Metatorem inscriptionem semel factam mutare non posse, propter *l. 1. C. de Metat.* Verum ex sensu *d. l.* id ægrè extorquebit, utpote cui sermo non est de ipso Metatore, sed de Extraneo; inde nullus dubito Commissarios & Hospitiorum Distributores militem transeuntem contra legem non offendere, si pro re nata tempestivè schedulas metatorias mutaverint.

Perspecto, quis militi transeunti de hospitio prospiciat, hospitia 13
ipsa

obnoxias non esse. Quorsum collimat §. 27. & 28. R. J. de Anno 1641. Hierinnen lassen wir es so viel der Churfürsten/ Fürsten und Stände Residentzen und Vestungen/ wie auch der ausschreibenden Reichs-städte gebetene Verschonung betrifft bewenden bey dem Prager Friedenschluß / und daß sie Krafft dessen dagegen die Einquartirung auf dem Lande oder sonst nach Proportion ersetzen sollen. Quod aliqui ad bona Nobilium Imperii extendere allaborant, utpote qui cum suis castris & territoriis cum Imperii civitatibus comparari soleant *Wehn. voce* Ritterschafft/ *Hippol. à* Dreißbach im unvergreiffl. Bedenck. rc. *p.* 55. Quod mihi suspectum videtur, non solum per ea quæ contra hanc comparationem disputantur, *vid. Klock. de Contrib. c. 4. n. 30.* Sed & propter strictam dictorum textuum explicationem, utpote juri singulari convenientem *arg. l. 14. ff. de ll.* Ne à regula discedamus, ubi Exceptio non reperta, *arg. l. dissent. C. de Divort. l. illam. C. de Collat.* Casum vero extremæ necessitatis sicuti ubique exceptum novimus, huic enim leges non feruntur *arg. l. 5. §. 12. de nov. op. nunc. l. 16. §. f. de mun. & honor.* præsertim si utilitas Reip. concurrat *arg. l. 43. de relig. l. 7. C. eod.* Ita & hic immunitatibus istis applicandum noveris.

17 Latissimum campum excurrendi hic nobis præbet immunitatis materia, sed ne oculos à meta, ipsum hospitem considerabimus. Hospitationis onere igitur gravatur, qui hospitium incolit. Rationem adminiculatur *l. 3. §. 14. l. f. §. pen. ff. de muner. & honor.* Inde controversiam ciet Dd. schola, utrum Conductor propter hospitationem militis transeuntis locatorem reconvenire queat? In enodatione quæsiti simplicem hospitationem plerumque cum oneribus confundi deprehendes. Onus reale esse hospitationem sive commorantis sive transeuntis militis largior *Rol. à Valle vol. 1. Cons. 66. n. 9.* Et quidem merè patrimoniale *Petr. Antibulus tr. de Muner. p. 2. n. 12. Extat. tr. tract. noviss. edit. vol. 12. pag. 19. Dn. Brunnem. ad Cod. l. 11. t. 39. inf.* concludes igitur forsan, Conductorem regressum habere contra locatorem, utpote qui onera realia vi dominii sustinet. *Mev. p. 2. Decis. 90. Natta Consil. 158. n. 3.* Alii existimant, conductorem propter nudam hospitationem in sensu Juris nostri nihil quicquam pensioni detrahere posse, cujus sententiæ autorem laudo *Dn. Tabor. de metat. p. 2. c. 3. n. 17. arg. l. 2. C. de Metat.* Temperarem, modo Conductor commoditate habitandi non fuerit exclusus, secus enim locum relinquerem æquitati *l. 33. ff. locat.* Et sic conci-

conciliabis *Ant. Fab. in Cod. L. 4. t. 41. def. 1.* facilè enim interesse poterat Conductoris, præsertim si conditio ipsius coarctationem rei familiaris non patiatur. Illæsus de vulnere non conqueretur.

18 Recipit ergo inquilinus militem, nec opus habet omnia solennia hospitationis ordinariæ observasse juxta *l. 2. C. de Metat.* utpote quæ militibus præsidii vel hiemandi causa hospitantibus præscripta, monente *Perez. Cod. L. 12. t. 4. n. 7. Tholos. S. J. Un. L. 19. c. 8.* Ubi tamen urbanitati hospitis injunctum velim, ne militem commoditate debitâ frustretur, nec lassa itinere membra squalido excruciet diversorio; Insuperque meminerit, se non solius hospitalitatis, sed & hospitii jure hoc casû teneri, quod præter humanitatis blandimenta legis necessitatem infert. *l. 10. §. 2. ff. de vac. & Excus. mun. vid. Besold. L. 1. Polit. c. 4. n. 44. add. Tholos. all. l. n. 10.*

19 Caveat insuper sibi Hospitator ne nomen postibus suis à Metatore adscriptum deleat, falsi enim crimen contrahit, secundum autoritatem (i. e. constitutionem *Brisson. L. 1. de V. S. p. 45.*) *leg. 1. C. de metat.* Quod *in Cod. Henrici Reg. Gall. L. 18. t. 27. l. 11.* exasperatum leges: *Defendons tres expressement à tous, qu' ils n' ayent lorsque les logis se partiront à empescher ou troubler aucunement les dits Mareschaux & Fourriers, ou de marquer ce qu'ils ont marqué sur peine d' avoir le poing. couppé. add.* Das Dänische Kriegsrecht *Christ. IV. art. 111.* Quod si se gravatum putet, Metatores amicè compellet. Excipit *Limnaeus L. 9. c. 1. n. 78.* nisi privilegio immunitatis instructus fuerit *arg. l. 5. C. de Met.* Eo proinde allaboret, ne militem lacesset, crabrones enim incitaret, & ne benefacturus illudat. *arg. l. 17. §. 3. Commod.*

20 Qua occasione non alienum erit ruminasse, anne Hospitator rerum à milite illatarum curam habere debeat? Dubium movere poterant, quæ aliàs de actione ex recepto in jure prodita. *Struv. Ex. 8. th. 109. Carpz. p. 2. c. 26. d. 10. l. 1. §. 1. ff. naut. caup. stab. l. 6. pr. eod. verb. licet quis gratis diverterit.* Inprimis cum miles itinere defatigatus, altoque sopore pressus facilè jacturam rerum suarum pati possit & loci & personarum excusabili ignorantiæ obnoxius. Verùm hæc omnia custodiæ onus in Hospitem transeuntis militis non devolvunt, utpote qui ad *l. 9. C. de metat.* confugit, nec ullâ sive custodiâ sive aliâ molestiâ se divexari patitur, dum præstatione hospitii vices suas explevit. Nec stringit ipsum dispositio *d. l. naut. caup.* cum hospites suos non mer-

profecturo injiciat *Dn. Brunnem. ad d. l. 26.* Et per hoc temperamentum succurri arbitror æquitati *l. 29. ff. ex quibus cauſ. major.* ne cui officium publicum vel damno vel compendio ſit. *Menoch. Conſ. 58. n. 60.*

14 Plura de indemnitate transeuntis non cumulo, dum me indemnitatis transmittentis interpellat, quæ longè prolixiori fovenda affectu. Ponderoſa ſunt verba ſub auſpicium *Nov. 130. primum & maximum arbitramur Statum eſſe Reip. noſtræ, ut inculpabiliter noſter Exercitus in itineribus converſetur, & innoxietas atq; indemnitas noſtris collatoribus conſervetur.* quem textum excutit *Dn. Tabor. de metat. p. 1. c. 1. n. 1. & 2.* & ipſe Imp. *in c. 1. d. Nov.* repetit, ut undique illæſi & indemnes ſerventur noſtri ſubjecti, ſcil. ne miles qui in defenſionis ſubſidium inventus, violentus evadat oppreſſor *arg. c. 12. X. de pœn. l. 6. C. unde vi.* Quod ipſum ſan-

15 cta fide promittit *Moſes Num. 20. 21.* Nimirum Legiſlatores præterire non poteſt, quam proclivis ad exceſſum ſit miles, qui niſi leges & diſciplinam horreat, vel piceis omnia ſuffurabitur digitis, vel thraſonica extorquebit arrogantia, quaſi omne arbitrium in mucrone gereret; Quorſum collimat *Caſſiodor. 7. Var. Epiſt. 4.* ne inſoleſcat animus, qui ſe ſentit armatum, quia clypeus quietem potius præſtare debet paganis. Inde Lyſandrum per Bœotiorum transeuntem agros interrogatum accepimus, an erectis an inclinatis incederet haſtis, ſine damno poſſeſſoris tranſire amici eſſe, prædari hoſtis. Non operoſus ero in cumulandis querelis ex antiquis hiſtoriarum monumentis, *vid. Hering. de Fidejuſſor. c. 7. n. 162. Rol. à Valle vol. 1. Conſ. 66.* Stat ponderis habet querela Imperatoris *Maximil. II. in Rec. Imp. de Ano 1570. proœm. verb.* und es aber nunmehr dahin kommen/ daß die alte teutſche Freyheit in Kriegs-Zügen zu viel mißbrauchet/ die arme unſchuldige Leute beſchweret/ alle Diſciplin dabey vergeſſen werdn wil ꝛc. Non repetam gravamina ab Elector. Statibusque *Anno 1630.* Lipſiæ congregatis ingeminata. *Conſ. Theatr. Europ. ad d. A.* eleganter *Klock. de Contribut. c. 17. n. 210. 211. Ritterſhuſ. ad Nov p. 14. c. 6. n. 3. Lucas de Penna ad l. 6. C. de Metat. König. th. Pol. 3. 13.* Quinimo non minus lippis & tonſoribus nota, quàm calloſis agricolis oneroſa Experientia inculcata ſunt. Proinde opus fuit, transeunti militi indemnitatem quàm ſeveriſſimè præcipere. *Tholo-*

16 *ſan. S. J. U. L. 9. c. 10.* Optimum frænum compeſcendæ laſciviæ transeuntis militis ſuppeditabit diſciplina militaris, tenaciſſimum, ut *Valerii Max. L. 2. c. 7. pr.* verba mea faciam, vinculum, in cujus ſinu & tutela

ſecurus

securus & tranquillus pacis Status acquiescit *Conf. Lips. Pol. L. 5. c. 13. n. 1. & 2. Reusner. Stratagematograph. L. 2. c. 6. per t. Tholos. de Rep. L. 11. c. 7. Bodin. de Rep. l. 5. c. 5. circa f.* Quam adeo inculcat Imperator *l. 8 ff. de re milit.* & passim, ut nec feriato die sopitam velit *l. pen. ff. de fer. conf. l. 12. de re mil.* Hujus disciplinæ tria constituunt Capita, munia, 17 Exercitia & Leges. *Lips. de mil. Rom. Lib. 5. Dial. 20. p. m. 362. add. Henric. Ranzov. de re mil. c. 13. p. 75.* Pro innoxietate transitus duo sufficere reor, omisso medio. Non solùm quia miles in Expeditione occupatus, exercitiis militaribus vacare non posse facile intelligitur, sed & quod transmittentis in demnitatem non spectent exercitia. Legum scopus esto, ne quid damni incolis rebusve eorum inferatur. *arg. d. N. 130. c. 1.* Inde rigor Disciplinæ militaris propter facilitatem & frequentiam delictorum *arg. l. 16. in f. de pœn.* adeo excrevisse legitur, ut Bellisarius apud *Procop. L. 4. de bell. Vandal.* milites in transitu fructus attingentes ignominiâ notaverit perpetua; Pescenninus Niger ob raptum unius gallinacei decem commanipulares securi percutere jusserit. *Petr. Greg. Tholos. de Rep. L. 11. c. 7. n. 40.* Similia collecta deprehendi ap. *Coter. de jure & privileg. mil. p. 3. c. 11. add. à Kreckwitz Sylv. Pol. histor. p. 1. p. m. 114. & p. 2. p. 956.* Licet vero Tamerlanis rigorem tan- 18 tùm non horreat Resp. nostra, qui militem lac mulieri auferentem in transitu vivum resecari jussit; neque enim adeò prodigè milites profundimus, quos tam operosè colligimus, ne forte idem cum Wallensteinio quis reportet responsum, cui Tillius: Pugnaret, rescripsit, cum militibus, quos propter ablatum par raparum vel manipulum alii supendio necare non dubitaverit; *Burgold. not. Imp. p. 1. D. 1. num. 99.* Eatenus tamen hæc disciplina indemnitati transitus necessaria, ne parvis peccatis venia concedatur, si majora exinde probabiliter ortum trahere queant, siquidem militem devotum in *L. 7. C. de metat.* non per se, sed metu pœnæ intelliges. *Conf. Forstn. ad L. 11. Annal. Tac.* Imprimis, cum miles transiens patrocinium suæ nequitiæ in futura absentia quærat, & ipsi remota querela læsi & ignota facies lædentis impunitatem spondeant. Quod omnium maximè curæ erit, si Ducis Imperio refragari ausit *l. 6. §. 2. de re mil. R. J. de A. 1570. §. 37. add. Reinking. L. 2. Cl. 3. c. 5. n. 54.* Hic enim cum Soto *de J. & J. L. 1. q. 6. art. 5.* enunciandum, utilitatem Reip. mensurare quantitatem pœnæ vid. *Dn. Becman. Med. Pol. Diss. 15. n. 17. l. 51. ad L. Aquil.*

Ne

19 Ne otiosas arbitreris Constitutiones Imperii nostri in præcipienda hac disciplina militari, & prohibendis damnis à milite transeunte dari solitis, produco die Reuter-Bestall. *de Anno 1570. §. 90.* Sie sollen auch alle und iede unsere und des Reichs Unterthanen und Verwandten/ wer sie seyn/ niemand ausgenommen/ in An- oder Abzug und sonsten in den Durchzügen und Lägern nicht beschweren / schätzen / plündern/ in keinerley Wege beschädigen. *add. Rec. Imp. de Anno 1594. §. 27. & §. 31. art. 17. §. 9. Instr. P. Cæs. Sued. & §. 118. J. P. Cæs Gall. verb.* adeoque sine maleficio, demno & noxa eorum quorum per territoria ducuntur. Quibus omnibus an morem gerat transiens miles, ruricolæ loquantur; testimonium ni fallor petent ex *§. 96. R. J. de Anno 1555.* Es ist vergeblich gute Ordnungen aufzurichten/wo dieselbe niemand handhabet.

20 Cæterùm non sufficit indemnitati transmittentis, militem transeuntem à verâ damni illatione abstinuisse, sed & omne id declinet necesse est, unde probabiliter damnum oriri possit. Quorsum referimus, militem extraneum transeuntem arma copiosè coëmere non posse. Non solum, quod transmittenti probabilis inde oboriatur metus, sed & quod jus arma copiosè colligendi & exportandi ad Jus & Regale Armandiæ referatur. *de quo Rosenthal. de F. c. 5. Con. 19. Franzk. ad ff. t. de Contr. Empt. n 161.* Huc refer *l. 2. C. quæ res exp. non poss. l. 11. de ff. publ. & vect.* Qui textus quidem Barbarorum mentionem faciunt: Verùm taceo, quod per Barbaros ibi intellectum eant extraneos, i. e. Imperio Romano non parentes *Perez. Cod. L. 4. t. 41. n. 1.* sufficit praxin publicam Jus Armandiæ ad coëmtionem copiosam armorum prohibendam extendere. *vid. Tabor. in armamentar. Sect. 1. c. 2. n. 5. Myl. de Stat. Imp. c. 74. n. ult.* Quod ipsum tamen adeo rigorosam non infert interpretationem, quin miles transiens modicè & pro sua necessitate sine detrimento arma compatare queat, quatenus scil. cuivis Extraneo jura humanitatis & commerciorum nullo speciali statuto restricta indulgent. *Conf. Covarruv. tr. Var. Resol. l. 3. c. 14.*

21 Affine huic est, ne miles transiens annonam Provinciæ exhaurire tentet, ex hac enim copiosa exportatione annonæ orietur flagellatio in damnum subditorum, quibus tamen præ Extraneis prospicere par est *vid. Dn. Ziegl. & Hennig. ad Grot. 2. 2. 19. Molin de J. & J. tr. 2. disp. 145. add. Menoch. Cons. 1961. n. 20. Matth. Steph. de jur. d. c. 33. n. 73.* Et in

in terminis de annonæ extractione *Alciat. vol. 4. Conf. 14. Klock. de Contrib. c. 1. n. 354. Mev. p. 2. Decis. 279. num. 9.* In dubio innoxietatem violasse non dicetur miles, si ex abundanti annonæ copia justo pretio quid coëmerit exportandum, quod Mercatoribus castra sequentibus sæpe emolumento venit.

SECTIO III.

De
Hospitatione Militis Transeuntis.

SUMMARIA.

INnoxietatem transeuntis militis quadantenus in ipso lustravimus itinere, nunc in diversoria concessuri, quâ ratione ibi se gerere debeat, expendendum habebimus. Quamvis enim transitus motum significet, nihilo secius tamen cui transitus concessus, transeundo hospitari, quiescere & dormire valet, ne verba amarè intelligantur, lo- 1

quor verbis *Petr. Anch. Consil. 75. in f. Tusch. L. T. Concl. 360. vid. Ceterem de jure & privileg. mil. L. 1. c. 36.* Utut verò militem transeuntem sæpius in campo quiescere oporteat, veluti prospectum in der Churbrand. March. Ord. de Anno 1672. sind unsere Trouppen und Völcker schuldig wenn es die Jahrzeit und das Wetter zulässet zu campiren. Sicuti & *arg. l. 4. ff. de Off. Proc. & l. 7. C. de metat.* Praxis tamen satis inculcat, vel tempestatis inclementiâ, vel denique ut plurimum hospitia peti, & rarò tentoria, sæpius forsan capnopoteria circumferri *de quibus Burger. Obs. Jur. Pol. Milit. Cent. 4. Obs. 68.*

2 In hac hospitatione præcipuum momentum indemnitatis vertitur, dum miles Tribuni Præfectorumque oculis subtractus lasciviæ fibulam laxare amat. Primo ergo in limine gradum sistat, nec cœco impetu in hospitia irruat. Quo intuitu constitutos novimus, qui militi advenienti hospitia præparando & designando incolarum securitati invigilare tenentur. Efferuntur hi sub nomine Metatorum *l. 1. C. de Metat.* Hodie Quartiermeister / vel pro re nata Commissariorum, quasi quibus commissa hospitiorum distributio. Quamvis enim Jus metatorum seu inquartandi ad regalia referri constet *Arnis. L. 2. de jur. Majest. c. 5. n. 7. Myl. de Stat. Imp. c. 80. n. 2.* & mero Imperio qua tali annexum non esse in confesso sit *v. Besold. th. pr. voce* Einquartirung *Tabor. de metat. p. 1. c. 6. n. 4. Bornit. de ærar. L. 8. c. 5.* Alii tamen ejus exercitium demandari ex *l. 3. §. 13. ff. de mun. & honor. l. 4. pr. de off. Proc.* patet

3 *Tabor. all. l. n. 13.* De his Metatoribus proditum accepimus, Metatores olim dictos à metiendis seu designandis castris, adeoque aptissimè ad transeuntem militem quadrare. De quibus *Lips. de re mil. Rom. L. 5. Dial. 12. Alex. ab Alex. gen. dier. I. c. 12.* A castris migravit hæc vox ad quævis hospitia militum, ut metari tandem sit hospitium militis designare *vid. Tholosan. S. J. U. L. 19. c. 8. n. 2.* Hos metatores mensores subinde appellari ex *l. un. mensor. notat Tabor. de met. p. 1. c. 2 n. 4.* à quo abit *Perez. ad Cod. t. de mensor. n. 1. & 2.* qui mensorum nomine potius ministeriales Principis intelligit, qui principem in civitatem aliquam profecturum præibant, hospitium paraturi, quem sequi mallem.

4 Dictos metatores hodie plerumque sub nomine *Fouriers* efferre satagunt, teste *Tholos. S. J. U. l. 19. c. 8. n. 2. verb.* Metatores hodie dicuntur *Fourriers Mareschaux des logis. Gotthofred ad N. 130. c. 6. L. B.*

Quasi

Quasi qui foribus nomen militis hospitaturi assignant, quam derivationem amplectitur *Tabor. de metat. p. 1. c. 2. n. 6.* Sed *Perez. ad C. t. de metat. n. 1.* eò inclinat. *Fourriers car ils se fourrent & entrent librement dans les maisons pour connoistre la commodité Conf. Steph. Pasqu. és recherches de la France L. 7. c. 51.* In applicatione ad statum militiæ nostræ 5
Germanicæ hæc tantùm non confundi animadvertes apud plerosque. Dixerim proinde, Metatores vel esse supremos die Generalquartirmeister/ *König. th. Pol. L. 3. c. 13. n. 4.* vel metatores Regiminis die Regiments-Quartirmeister/ qui & simplici nomine Quartirmeister venire solent, & denique singularum cohortium metatores die *Fourriers. v. Schönb. Pol. L. 6. c. 5. Tabor. de met. p. 2. c. 2. n. 12. p. 83. add. Walther. de metat. c. 12. n. 194.* Sed *Burgerus Observ. Jur. Pol. mil. Cent. 2. Obs. 51.* notat ex Ordinatione aliqua *A. 1639.* Viennæ promulgata, ibi distingui inter General-Commissarius, General-Quartirmeister/ General-Zahlmeister/ Ober-Commissarius, Unter-Commissarius, Generalstab/ Quartirmeister & Regimentsmeister 2c.

Verum cum insignis horum officiorum nullibi non sit varietas, in 6
genere notasse juvabit, Jura nostra Metatoribus seriò inculcare, ne pro libidine, sed ex præscripto legis & superioris hospitia militi transeunti designent. Inde verum est, Commissarios seu præmetatores esse præmittendos, uti ex *N. 130. c. 6. R. J. de A. 1641. §. 43. it.* Dem *project* probari potest. Per hanc præmissionem campus concussionis metatoribus aperiri videbatur, qui hinc inde adventum transituri militis simulare, & pavidis incolis subdolè pecuniam emungere possent. Qua de causa severè interdictum legimus *Nov. 130. c. 6.* ne ad alias civitates aut possessiones aut prædia mittant, quasi ibi manere debeat Exercitus, & ex hoc pecunias accipiant de possessionibus & villis, uti loquitur *Imp. c. 4. d. N. vid. Dn. Brunnem. ad C. t. de metat. n. 3. Cotereus de jure & privileg. mil. L. 1. c. 36. Ayala de jure & off. bell. L. 3. c. 2. in f. Perez. C. L. 12. t. 41. n. 12. Tholos. S. J. U. L. 19. c. 8. n. 10.* Ita ut Delegatores si 7
quid eo nomine acceperint, duplum reddere, Prometatores verò supplicium & exilium pati cogantur. Ubi dubio procul supplicii nomine ultimum non veniet *arg. l. 28. de pœn.* quippe quod cum exilio compatibile non foret. Quod eatenus extensum, ut ne à volentibus quidem aliquid accipere liceat, *arg. l. un. C. de Salgam.* Imò & ipsi præbentes pœnam incurrant, *l. 5. C. de Metat. in f. v. c. 4. Nov. 130. Dn. Brunnem.*

ad C. t. de metat. n. 3. non solum propter præsumptionem juris & de jure, quâ tali concussioni obviam ire consultum fuit *Rol. à Valle Conf. 66. n. 9. Molin. de J. & J. tr. 2. disp. 116.* quæ præsumptio legis vim induit *arg. l. 23. C. ad SCt. Vell. l. ult. C. arb. tut.* sed & propter expressam legem *d. l. 5. C. de metat. in f.*

8 Et huc trahimus Epidemetica, quam vocem communis Dd. schola pro pretio redimendi hospitii supponit. *Dn. Brunnem. t. C. de metat. n. 3. Cothofr. d. t. ad rubr. L. E.* Licet enim *Dn. Tabor. de metat. p. 1. c. 2. Sect. 2. n. 3.* cum metatoris voce coincidere velit, propter *Nov. 134. c. 1.* Ipse tamen *p. 3. art. 5. p. 285.* concedit, Epidemetica pro redemtione illa hospitationis militum venire sæpissimè. Hisce adde *Dn. Hoyer in corp. jur. mil. p. 170.* Aus diesem erhellet/ was massen seine Churfürstl. Durchl. nimmermehr gemeint gewesen in der Quartirmeister unbillige Partiterey zu billigen/ weniger zu gestatten/ daß im March blinde Quartir gemacht würden/ unter dem Vorwand/ samt sie an einem oder andern Ort logiren müssen. Mareschallum Galliæ Marilliac eapropter A. 1632. supplicio affectum refert *Schönvvetter. in histor. Card.*

9 *Richel. L. 9. c. 25. p. 557.* Huc spectat, ne falsum numerum referant. *Peretz. ad Cod. L. 12. t. 41. num. 9.* Numerum enim adventantis militis significandum præcipit *Edict. Imp. de A. 1664. verb.* und ein jeder Commandirender Befehlichshaber eine ordentliche Verzeichnüß / wie starck er samt seinen Officirern und gemeinen Soldaten zu Roß und Fuß erscheinen werde ꝛc. & in sæpe laudato projecto der erneuerten Exec. Ordnung *art. 6. verb.* denselben Durchzug mit Benahmung der Anzahl zu Roß und Fuß notificiren Concordat *Ord. Gall. de transitu mil. de A. 1665. art. 12.*

10 Indictis itaque hospitiis, Commissariis transituri militis vel prometatoribus integrum non est, pro lubitu hospitia imperare de hoc enim graves querelæ *ap. Thom. Manl.* im Bedenck. wer zum teutsch. Krieg Ursach gegeben *p. 14. & seq.* Sed Magistratibus loci, vel pro re nata Provincialibus Commissariis distributio competit, *Tabor. de metat. p. 2. c. 2. n. 10.* Simile in collectarum distributione novimus. *Strav. Ex. 50. th. 68. Carpz. Resp. 4. 92. n. 2. Mev. ad jus Lub. L. 3. t. 6. art. 16 n. 3. Dn. Brunnem. ad VVesenb. t. de jurisd. q. 30.* Nec obscura ratio, cum nemini melius de conditione loci & incolarum constare possit. Sic cautum reperies in dem Churbrand. *Edict. A. 1672. art. 4.* die Balletirung

und

und Austheilung der Quartir bleibet auf dem Lande bey Commissarien, und in den Städten dem Magistrat. Idque ubique locorum sic practicari videbis. Hac ordinatione distributioneque factâ, metatoriæ conficiuntur schedulæ billette *vid. Besold. th. pract. voce.* Zollet 11
à Commissariis extra civitatem, vel in citatibus ab iis, quibus id muneris injunctum, den Balletherren plerumque Senatorii ordinis, quæ Metatoribus insinuantur, hi actualem designationem hospitiorum inferioribus metatoribus, in specie Designatorum hospitiorum nomine comprehensis den Fourirern committunt, qui militem advenientem pro suo munere & ordine in hospitia deducunt. *vid. Fronsberg. de jure mil. L. 6. p. 134.* In pagis hospitante milite transeunte, sufficere arbitror, à Commissariis provincialibus designatum esse, quot in hoc vel illo pago commorari debeant, utpote cum tam speciali hospitiorum designationi ibi locus non sit, cavendum tamen ne miles gregarius officiales optimâ sede excludat. Eleganter huc faciet *art. 17.* der Frantzösch. Kriegs-Ordin. wegen Quartir der Marchir-Trouppen *de A. 1665.* Quæ cum non solùm supra allatis, sed & praxi ferè universali ad amussim respondeant, nostra fecisse non pœnitebit: Dafern ein March-Commissarius oder in seinem Abwesen der Ober-Officirer oder iemand anders von den Trouppen vorher an den Ort/ wo die Trouppen ihr Quartir haben sollen / kommen würden/ solchen falls soll der Magistrat oder vornehmste Einwohner selbigen Orts die Austheilung der Quartir machen/ und sollen sie (*Magistrat. distrib.*) bey Ankunfft der Trouppen eine von ihm unterzeichnete Lista wegen der Quartir dem Commissario (prometatori) zustellen/ auch die unterzeichnete Billet den Ober-Officirern / Quartirmeistern/ Fourirern und Sergeanten/ so wegen Logierung der Trouppen sich vorhero anmelden möchten ausliefern. *add. art. 19. ibid.*

Illud obiter noto, *Christinæum Decis. 143. n. 9.* in ea esse sententia, 12
Metatorem inscriptionem semel factam mutare non posse, propter *l. 1. C. de Metat.* Verum ex sensu *d. l.* id ægrè extorquebit, utpote cui sermo non est de ipso Metatore, sed de Extraneo; inde nullus dubito Commissarios & Hospitiorum Distributores militem transeuntem contra legem non offendere, si pro re nata tempestivè schedulas metatorias mutaverint.

Perspecto, quis militi transeunti de hospitio prospiciat, hospitia 13

ipsa nunc sub incudem revocanda, ne vel privilegiorum adulteretur inviolabilitas, vel hospitum refragetur morositas. Ubi statim ab initio monendum, hospitationem transituri militis, in casu scil. debiti transitus per adœrationem redimi non debere. *arg. l. 12. C. de metat.* Multos præsentibus turbis ad hanc adœrationem tanquam anchoram sacram avertendæ militaris lasciviæ confugere fategisse, acta publica subinde docuerunt. Contrarium reperi *Dn. Tabor. de metat. p. 2. c. 5. n. 6.* vestigia prementem *Perez. Cod. l. 12. t. 41. n. 8.* fundat se uterque *in l. 9.*
14 *pr. C. de metat. verb. sive quolibet pacto eis satisfecerint.* Utrum hæc sententia menti juris respondeat, hæreo. Expressè enim cautum accepimus *in l. ult. C. h. t. & N. 130. c. 4.* ne quid ullus Judicum vel militum occasione transitus, ergo nec pro declinando hospitio, accipiat. Regerunt, dictos textus de extorsione loqui, non de moderata oblatione; Verum ne oblatum quidem accipere possunt. *l. 5. C. de metat. add. Molin. de J. & J. tr. 2. Disp. 116: Burger. Obs. Jur. pol. mil. Cent. 1. Obs. 62.* Nec juvat Dn. Taborem, præsumptam concussionem contrariâ probatione elidi posse, *arg. cum de indeb. ff. de probat.* siquidem hæc præsumtio juris & de jure vi legis munita est. *d. l. 5. verb. contra præceptum nostrum.* Nec diffiteor praxin non planè infrequentem esse, ut loco hospitii militibus præstetur das Quartir-Geld: Rem tamen juri minus congruam pronunciant Dd. cum munerum inæqualitas inter membra societatis oboriatur, contra intentionem *l. ult. C. Quemad. mun. Civ.* Quare enim redimeret, nisi gravius onus in hospitatione quàm adærratione sentiret redimens? Ad alium ergo devolvit jugum, cui collum sollicitè subduxit. Nec scrupulum eximit *Dn. Tabor,* dum militem hoc casu in publica diversoria concedere jubet; Præterquam enim quod in transitu Exercitus & copiosi militis hoc non quadret, sequeretur insuper hoc absurdum, quemlibet tandem pretii oblatione se ab hospitatione liberaturum; num capessendo militi sufficerent diversoria? Adduco pro me *l. 3. §. 15. ff. de muner. & hon. verb. Eos milites quibus supervenientibus hospitia præberi oportet, ab omnibus quibus id munus contingit, suscipi oportet.* Si necessitatis est suscipere, num voluntatis erit redimere? *add. l. 16. pr. ff. de muner. & honor. Dn. Brunnem. ad Pand. VVesemb. d. t. q. 13. Zœs. ibid. n. 3. add. Tholos. l. 19. c. 8.* Confirmant mentem meam verba *Rec. J. de A. 1641. §. 43.* Wie wir dann ausdrücklich verboten haben wollen/ daß im Durchziehen in Verschonung

nung des einen Standes der andere nicht sol beschweret werden. & §. 64. d. R. J. verb. der Quartirmeister vortheilhafftige Practiquen und Rantzioniren gäntzlich eingestellet. Si ad consuetudinem sæpe contrariam refugias; respondebit pro me Nov. 134. c. 1. Malas consuetudines neque ex longo tempore neque longa consuetudine confirmari.

Utrum vero nulla hospitia à transeunte milite immunia sint disquisitione non indignum reor. Ab ordinaria hospitatione Exemptos dari extra controversiam est, brevique serie eos exhibet *Burger. Observ. Jur. Pol. mil. Cent. 1. Obs. 68. add. Dn. Brunnem. t. C. de metat. num. 24. Dn. Myl. de Stat. Imp. c. 80. n. 3. Vivius Decis. 162. add. Klock. de Contribut. c. 17. n. 107. l. 18. §. 24. & 30. ff. de muner. & honor.* Quæsitum ergo nostrum se in hanc formam resolvet, an immunis ab ordinaria hospitatione, transeuntem militem hospitio excludere possit? Dubium mihi injecit *l. 2. C. à quib. mun. nem. se Excus. verb. Cum ad felicissimum &c. neminem à plaustris vel angariis vel quolibet munere excusari præcipimus.* Cui respondet *l. 11. C. de SS. Eccl. ubi vid. Dn. Struv. Progymnasm. ad Jus sacr. Justin. L. 1. t. 2. l. 5.* Verum hæc tanti ponderis non sunt, quæ privilegia hospitationis immunitatem tribuentia nostro casu supprimant. Generalem enim dispositionem species sub ea contentæ sequuntur. *Tusch. tom. 4. lit. G. Concl. 29.* Accedit rationis identitas *arg. l. 32. ff. ad L. Aquil. l. 108. de V. O.* Adjicio §. 89. der Reuter Bestallung de Anno 1570. Ob wir als Röm. Käyser. oder unser Feld-Obrister eine ohne mehr Personen/ Stadt/ Flecken/ oder Dörffer und andere Güter mit Salvaquardien/ Freyheiten oder andern Begnadigungen versehen würden/ sollen sie solche dabey zu lossen schuldig seyn. Ubi nulla distinctio inter hospitium commoraturi vel transeuntis militis, quare ergo extra legem distingueres? *l. 8. de publ. in rem act.* Per compendium proinde effero: Privilegiatum ab hospitatione militis, transeuntem militem hospitio excipere cogi non posse; Exceptionem esse *in l. 2. C. à quibus mun.* quam sententiam etiam *Rosenthal.* arrisisse deprehendo *c. 5. Concl. 72. n. ult.* Approbat *Dn. Tabor de metat. p. 2. c. 3. n. 9. add. Lucas de Penna in l. Mulieres C. de Dignitat.* Huc referes, quæ Dd. *ad l. un. C. de palat. Dom. Domin.* commentantur. *add. Cod. Theodos. Tom. 2. p. 362. Tabor. de metat. p. 3. c. 3. art. 2. n. 5.* Ex dictis eruo, non solum singulares personas, sed & integra sæpe castella civitatesque hospitationi transeuntis militis 15

obno- 16

obnoxias non esse. Quorsum collimat §. 27. & 28. R. J. de Anno 1641. Hierinnen lassen wir es so viel der Churfürsten/ Fürsten und Stände Residentzen und Vestungen/ wie auch der ausschreibenden Reichs-städte gebetene Verschonung betrifft bewenden bey dem Prager Friedenschluß / und daß sie Krafft dessen dagegen die Einquartirung auf dem Lande oder sonst nach Proportion ersetzen sollen. Quod aliqui ad bona Nobilium Imperii extendere allaborant, utpote qui cum suis castris & territoriis cum Imperii civitatibus comparari soleant Webn. voce Ritterschafft/ Hippol. à Dreißbach im unvergreiffl. Bedenck. &c. p. 55. Quod mihi suspectum videtur, non solum per ea quæ contra hanc comparationem disputantur, vid. Klock. de Contrib. c. 4. n. 30. Sed & propter strictam dictorum textuum explicationem, utpote juri singulari convenientem arg. l. 14. ff. de ll. Ne à regula discedamus, ubi Exceptio non reperta, arg. l. dissent. C. de Divort. l. illam. C. de Collat. Casum vero extremæ necessitatis sicuti ubique exceptum novimus, huic enim leges non feruntur arg. l. 5. §. 12. de nov. op. nunc. l. 16. §. f. de mun. & honor. præsertim si utilitas Reip. concurrat arg. l. 43. de relig. l. 7. C. eod. Ita & hic immunitatibus istis applicandum noveris.

17 Latissimum campum excurrendi hic nobis præbet immunitatis materia, sed ne oculos à meta, ipsum hospitem considerabimus. Hospitationis onere igitur gravatur, qui hospitium incolit. Rationem adminiculatur l. 3. §. 14. l. f. §. pen. ff. de muner. & honor. Inde controversiam ciet Dd. schola, utrum Conductor propter hospitationem militis transeuntis locatorem reconvenire queat? In enodatione quæsiti simplicem hospitationem plerumque cum oneribus confundi deprehendes. Onus reale esse hospitationem sive commorantis sive transeuntis militis largior Rol. à Valle vol. 1. Consf. 66. n. 9. Et quidem merè patrimoniale Petr. Antibulus tr. de Muner. p. 2. n. 12. Extat. tr. tract. noviss. edit. vol. 12. pag. 19. Dn. Brunnem. ad Cod. l. 12. t. 39. inf. concludes igitur forsan, Conductorem regressum habere contra locatorem, utpote qui onera realia vi dominii sustinet. Mev. p. 2. Decis. 90. Natta Consil. 158. n. 3. Alii existimant, conductorem propter nudam hospitationem in sensu juris nostri nihil quicquam pensioni detrahere posse, cujus sententiæ autorem laudo Dn. Tabor. de metat. p. 2. c. 3. n. 17. arg. l. 2. C. de Metat. Temperarem, modo Conductor commoditate habitandi non fuerit exclusus, secus enim locum relinquerem æquitati l. 33. ff. locat. Et sic conci-

conciliabis *Ant. Fab. in Cod. L. 4. t. 41. def. 1.* facilè enim interesse poterat Conductoris, præsertim si conditio ipsius coarctationem rei familiaris non patiatur. Illæsus de vulnere non conqueretur.

Recipit ergo inquilinus militem, nec opus habet omnia solennia hospitationis ordinariæ observasse juxta *l. 2. C. de Metat.* utpote quæ militibus præsidii vel hiemandi causa hospitantibus præscripta, monente *Perez. Cod. L. 12. t. 4. n. 7. Tholos. S. J. Un. L. 19. c. 8.* Ubi tamen urbanitati hospitis injunctum velim, ne militem commoditate debitâ frustretur, nec lassa itinere membra squalido excruciet diversorio; Insuperque meminerit, se non solius hospitalitatis, sed & hospitii jure hoc casû teneri, quod præter humanitatis blandimenta legis necessitatem infert. *l. 10. §. 2. ff. de vac. & Excus. mun. vid. Besold. L. 1. Polit. c. 4. n. 44. add. Tholos. all. l. n. 10.* 18

Caveat insuper sibi Hospitator ne nomen postibus suis à Metatore adscriptum deleat, falsi enim crimen contrahit, secundum autoritatem (i. e. constitutionem *Brisson. L. 1. de V. S. p. 45.*) *leg. 1. C. de metat.* Quod *in Cod. Henrici Reg. Gall. L. 18. t. 27. l. 11.* exasperatum leges: *Defendons tres expressement à tous, qu' ils n' oyent lorsque les logis se departiront à empescher ou troubler aucunement les dits Mareschaux & Fourriers, ou de marquer ce qu'ils ont marqué sur peine d' avoir le poing. couppé. add.* Das Dänische Kriegsrecht *Christ. IV. art. 111.* Quod si se gravatum putet, Metatores amicè compellet. Excipit *Limnaeus L. 9. c. 1. n. 78.* nisi privilegio immunitatis instructus fuerit *arg. l. 5. C. de Met.* Eo proinde allaboret, ne militem lacesset, crabrones enim incitaret, & ne benefacturus illudat, *arg. l. 17. §. 3. Commod.* 19

Qua occasione non alienum erit ruminasse, anne Hospitator rerum à milite illatarum curam habere debeat? Dubium movere poterant, quæ aliàs de actione ex recepto in jure prodita. *Struv. Ex. 8. th. 109. Carpz. p. 2. c. 26. d. 10. l. 1. §. 1. ff. naut. caup. stab. l. 6. pr. eod. verb. licet quis gratis diverterit.* Inprimis cum miles itinere defatigatus, altoque sopore pressus facilè jacturam rerum suarum pati possit & loci & personarum excusabili ignorantiæ obnoxius. Verùm hæc omnia custodiæ onus in Hospitem transeuntis militis non devolvunt, utpote qui ad *l. 9. C. de metat.* confugit, nec ullâ sive custodiâ sive aliâ molestiâ se divexari patitur, dum præstatione hospitii vices suas explevit. Nec stringit ipsum dispositio *d. t. naut. caup.* cum hospites suos non mer- 20

cenario sed necessario & gratuito suscipiat officio *arg. l. 1. §. 2. ff. depos.* Proinde Prætoris vox rigorem juris *d. l. 1. naut. caup.* mitigatura hospitem nostrum non ferit, Quasi in ejus arbitrio positum fuisset, quem reciperet. Equitas potius ei succenturiatur, ne officium ipsi damnosum existat *l. 61. §. 5. ff. de furt. l. 7. ff. Testam. quemadm aper. ibique Dn. Brunnem. n. 2 Thomas de Thomasett. reg. 21. Surd. Consf. 19. num. 12.* Inprimis
21 cum sui causâ susceptum non sit *Tusch. lit. O. concl. 94.* Nec violenta erit ampliatio, si & tunc verum dixeris, licet recipiens hospes fuerit caupo vel stabularius. Nam cum & hi æquè ut alii cives hospitantem militem recipere teneantur, velut contra *Guil. Ant. de rescript. morat. Concl. 43. n. 27. & Chassanaeum de glor. mund. p. 11. Consf. 46.* probat *Dn. Tabor. de metat. p. 3. art. 2. n. 13. p. 254.* neque ipsis beneficium *l. 1. §. 1. ff. naut caup.* hoc casu integrum sit, sanè non qua Caupones sed qua alii hospitia transeunti præbentes censendi venient, ut æqualitas servetur *arg. l. ult. C. quemad. Civil. mun. ind. ibique Dn. Brunn. n. 3.* utpote quæ benevolentiam multitudinis & societatem civium tuetur, uti edisserit *Klock. de Contrib. c. 19. n. 345;* illa insuper sententia amplectenda sit, quæ onerum æqualitatem inter cives conservat. *Tiber. Decian. Vol. 3. Consf. 106. n. 27.* Aliud verò diceres, si mercedem ab hospitante milite acciperet, *arg. d. t. naut. caup. arg. l. 1. §. 34. ff. depos.*

22 Nunc ergo militem in præparata & designata hospitia comitamur, eumque adhortamur, ne tumultuariè irruat, sed metatoriâ schedulâ, quâ hodie inscriptionis *l. 1. C. de met.* loco uti consuevimus, instructus hospitem amicè compellet, imprimis si alienus sit miles, ne torvo vultu extorquere censeatur, quod publica indulsit benignitas. Contentus verò sit hospitio sibi assignato, neque id propria & illicita autoritate, uti *Imp. in l. 9. C. de aquad.* loquitur, mutare ausit; non enim excusabitur à dolo & contumacia, qui Magistratus imperio non paruit *l. 199. de R. J.* Luculenta eo fine produco testimonia ex Edict. *Ferd. III. de Anno 1642.* quod typis primus commisit *Dn. Hoyer. in Corp. jur. mil. p. 316.* Es sol ein ieder wie er von den Quartiermeistern logiret wird / desselben Orths sich begnügen lassen/ und darinnen gütlich vertragen/ *vid. Petr. Pappus in Corp. Jur. mil. ad jus Holland. art. 57.* Idem deprehendes *in art. 71.* des Schwed. Articuls-Brieffs/ & *art. 111.* des Dänisch. respondet *art. 59.* des Schweitz. Kriegs-R. ubi pœna adjuncta, tanquam seditiosum puniendum esse, qui illi constitutioni morem gerere recu-

recuset. *add. art. 52.* der Fußknechte Bestall. *de Anno 1570. & art. 4.* der neuen Churbrandenb. March-Ordn. *de Anno 1672. verb.* Sind unsere marchirende Trouppen wenn es die Jahrs-Zeit und das Wetter leidet/ zu campiren schuldig/ sonst müssen sie mit den Quartiren/ so gut sie angewiesen werden können/ zu frieden seyn. Idque non solùm in milite viritim diversoria ingrediente, sed & integris cohortibus certum pagum vel urbem petere jussis intellectum velim: Ne à loco destinato declinantes præparatam annonam frustrentur, & propriæ autoritati hospitiorum occupationem transcribant. *vid. Hoyer. Corp. jur. mil. p. 166.* Huc collimant verba *project. alleg. in med.* Sie die Officirer die Logirung nicht nach eigenem Gefallen/ sondern nach Außweisung der Begleits-Commissarien ohne allen Umschweiff zu nehmen haben.

Nec convenit militari viro nimis delicato esse, mollibusve culcitris *l. un. C. de Salgam.* masculum effæminare pectus, quem memorem 23
esse decebat nominis sui, quod à duritie & laborum inconcussa tolerantia derivant nonnulli. *Rittershus. N. p. 14. c. ult. n. 11.* Inprimis meminerit pedes equitibus optimam cedere sedem *art. 5. Maximil. II.* Articuls-Brieff/ daß in Lagern und Quartire/ die Fußknechte den Reisigen zieml cher massen weichen sollen/ damit sie ihre Pferdte unterbringen können. Concordat Joh. Frid. Elector. Saxon. Articuls-Brieff de Anno 1546. *art 32.* quam exhibet *Hortleder* von Ursachen des Teutschen Krieges *T. 3 c. 7. add. §. 51.* der Fußknechte Bestallung de Anno 1670. wo Reisige und Fußknechte zusammen in einem Läger liegen würden/ sollen die Knechte ziemlicher massen weichen/ damit die Reisige ihre Pferdte unterbringen können. Salutarem limitationem annectit *art. 112.* des Dänisch-Kriegs-R. Christian. IV. iedoch daß es den Reutern angewiesen werde. Ne pedites divexent elatâ fronte, quos supra pedites nil nisi equus extollit.

Habemus ergo militem composita mente in hospitiis degentem: Verùm membra defatigata quieti jejunæ mandasse vix sufficiet, sed & latrantem stomachum, qui leges non audit, compescendum deprehendimus, ne fames Ducis reverentiam excutiat *Perez. Cod. L. 12. t. 38. n. 1.* vel hospitis horrea involet. Ad annonam proinde militi transeunti præparatam curas extendimus.

SECTIO IV.

De Annona aliisque oneribus Transitus militaris.

SUMMARIA.

Transit. milit. oneri esse. 1.
Annona significatio. 2.
Annona militaris quomodo hodie appelletur? 3.
An vinum sub annona militari veniat? 4.
Praeparatio Annonae militaris. 5.
Annona transeunti militi gratis non debetur. 6.
Quo pretio vendenda militi annona? 7.
Exceptio quando annona gratis tribuatur militi transeunti. 8.
Exceptio 2. 9.
Annona ab universitate praeparatur militi transeunti. 10.
Miles pro annona assignata pecuniam exigere nequit. 11.
Quantum annonae praeparandum? 12.
Angariae quid sint? 13.
Regulariter non debentur militi transeunti. 14.
Militi ultra debitum extorquenti resistere licet. 15.

1 ONera non levia transitum militum comitari, præstat credere & & suspicari, quam experientiâ edoctum testari. Altâ mente id ipsum repositum habuit Imper. dum in §. *49. R. J. de Anno 1555. & R. J. de A. 1594. §. 36. verb.* durch und Ubersügen und andere Beschwerungen conjuncta professus est. Excessus militis exorbitantis, de quibus omnia querelis resonant territoria, in præsens non memorabo. *vid. pr.* der Chur-Brand. Marchordnung. Diceres forsan cum *Menochio V. 7. Cons. 649 n. 3. & 7.* Gravis est provincialibus militum transitus, quia Militum non est afferre, sed aufferre. Quicquid causæ subsit, sat copiosis increbescit effectibus. Quamvis enim Imperator *pr. N. 130.* & passim inculcet indemnitatem militis transeuntis, onera tamen inde nondum evanescere animadvertes, quæ detrectare nequeunt, qui tutelâ publicâ frui satagunt, *Tusch tom. 5. L. O. Concl. 144. n. 5.* præter hospitiorum enim præparationem, de qua hactenus, nova provincialibus accrescit molestia, dum militi transeunti de annona prospicere jubentur; Quam antequam præparemus, quid ejus nomine veniat hic loci, discutiendum sumo. Anno-

Annonam latè pro cibariis suggerit *l. ff. ad L. Jul. de annon.* 2 *Struv. Ex. XLIX. th. 75. & Disput. de annona.* Indæ operæ pretium visum annonam in militarem & togatam dispescere. *Gryphiand. Oeconom. legal. tit. de mil. armat. L. 1. c. 15. num. 34.* Militaris annonæ nomen sortitur, quicquid victus causâ militibus erogatur, veluti ciborum cibus panis, condimentorum condimentum Sal, vinum, oleum &c. *Perez. in Cod. L. 12. t. 38. n. 2. Dn. Brunnem. ibid. n. 2. Tholos. S. J. U. L. 36. c. 30. n. 1.* His omnibus stylum non defatigaturi, annonam militis in expeditone transituque constituti considerabimus. Sanè si oculos ad frugalitatem Romanorum reflectis, militem transeuntem 20. dierum frumento ad usus diuturnitatem excocto buccellato oneratum conspicies apud *Marcel. L. XVII.* Tenues profectò militis in expeditione versantis epulæ, quæ militem segnitie vel luxuriâ diffluere non faciunt, fami tamen citra luxuriam sufficiunt. *vid. Perez. all. l. n. 4. Burger. Obs. Jur. Pol. mil. Cent. 1. Obs. 70. add.* quæ ex antiquitate studiosè collegit *Coterem de jure & privileg. mil. p. 1. c. 30.* Nec detinebit nos explicatio Salgami, satis de eo *Perez. in Cod. L. 12. t. 42. n. 2. Jacob. Martin. Polit. L. 3. c. 17. Rol. à Valle V. 1. Consf. 66. n. 4.* qui ad unum omnes eo collimant, condimenta ad victum præparata subintelligi. Annonam militarem 3 efferimus hodie per Proviant. Aliis idem sub nomine fodri contineri dicitur, veluti *Petr. de Vineis* de frumento, hordeo aliisque ad victum necessariis fodri significationem ampliatam vult, quem laudat *Magerus de Advocat. armat. c. 10. n. 232. Sixtin. de regal. l. 2. c. 14. n. 3. Germanico* Futter respondere asserit *Struv. J. F. c. 2. aph. 1. n. 6.* Quatenus vero fodrum inter regalia refertur *c. un. de prohib. al. feud.* paulo aliam significationem induit *add. Sixtin. all. l.* Imperator mentem suam de annona militari transeunti militi procurandâ explicat *c. 1. N. 1. 30. verb. Delegatores cum iis esse, qui habeant curam alimenti eorum, & singulatum provinciarum judices facere præparationem expensarum & c. 6.* sub eodem nomine expensarum effert. In *art. 1. & 7.* der Chutbrand. Marchordnung *de Anno 1672.* redditum reperio per victualien und Futter/ ubi verbum Victualien per Esculenta & potulenta vertendum existimo, ne lata obtrudatur victus significatio, quæ juxta *l. 43. ff. de V. S.* cultum corporis & vestes involvit. & in *seq. art. att. 8. clarius:* Daß an den Orten welche vom March berühret werden/die Nohtdurfft on Victualien/ Futter und Getreyd geschaffet werde. *in Edict. Imper. de A. 1664.*

legimus: Victualien an Fleisch/ Brod/ Wein/ Bier/ Haber/ Heu & paulò post. Nohtdürfftige Lebens-Mittel. Quorum textuum collatione inductus subscribo *Dn. Fritsch. de transf. milit. c. 11. n. 8.* annonæ militaris transituro militi debitæ nomine venire Carnem, panem, ce-
4 revisiam, avenam, stramen cum fœno. Ratione vini verò moderamen ex *N. 130. c. 2.* peterem, id præparandæ annonæ non includi, si eo loci non nascatur, vel commodè & citra graves sumptus comparari nequeat, neque assuescimus labra gregarii militis generoso vino, quibus saturandis crassior cerevisiæ potus melius conducit; jucundiora forsan tollent pocula, qui Rheni uberes hactenus reciprocant inter vites. Confirmant mentem meam, quæ *ex Edict. Imper. de A. 1664. alleg.* von March: *verb.* An Orth und Enden aber wo der Wein nicht zu bekommen/ der gemeine Mann zu Verschaffung desselben nicht angestrenget werden/ sondern der Officirer so wol als der Soldat sich mit jedes Orts befindlichem Getrancke genügen lassen. *add. Perez. Cod. L. 12. t. 38. n. 4.*

Circa præparationem hujus annonæ informabit nos *N. 130. c. 1.*
5 quæ praxi nostræ satis conformis. Delegatores (de *quib. Harmenopel Epit. 6. t. 14.*) jubemus cum exercitu esse, qui curam habeant eorum alimenti, & singularum provinciarum Judices per quas transitus fit præparationem facere expensarum &c. ubi & Erogatorum fit mentio, de quibus *Coterus all. tr. p. 1. c. 32. Elias Schrader delineat. jur. bell. th. 3. L. C. Tholos. de Rep. L. 11. c. 3. num. 13. Burg. Obs. Jur. Pol. mil. C. 1. Obs. 70.* Praxin denique plerumque eo redundare videbis, ut transitu impetrato vel significato Commissarii Provinciales, Præfecti, Magistratusque loci operam circa præparandam annonam navent, quam Commissario transeuntis militis vel pro pretio, vel pro re nata gratis largiantur, qui ritè distribuit eandem. Ne textus cumulem, produco *art. 8.* der Churbrand. March-Ordn. dahingegen sollen die Regierungen/ *Commissarii* (*scil. Provinciales,*) Beamte und Magistrat Sorge tragen/ daß an denen Orten/ welche vom March berühret werden/ die Nohtdurfft an Victualien Futter und Getrancke für billigen Preiß zur hand geschaffet werden/ und daran kein Mangel erscheinen möge. Quibus apprimè respondent quæ in Edict. *Imp. de A. 1664.* legimus, *verb.* samt einem Commissarien voranschicken/ damit die Lands-Verweser/ Regierungen die Zubereitmachung und Durchführung verordnete Lands-

Com-

Commissarien denselben entgegen schicke/ die Nohtdürfftige Lebens-Mittel für Mann zu Roß und Fuß zu wege bringen/ und ermeltem Kriegs-Commissario in billichem Wehrt gegen baare Bezahlung überliefern lassen.

Quæ verba nobis viam pandunt ad declarationem saluberrimæ Constitutionis, militi transeunti non gratis sed pro pretio deberi annonam. *Nov. 130. c. 1.* hic nobis tanto rigore non refragabitur, si pensitaveris, annonam ibi gratis præbitam stipendii partem absolvisse. Aliàs certum est, sive alienus sive proprius transeat miles, annonam pretio redimendam esse. De alieno vix erit qui dubitaverit, si enim transeuntis sumptibus omnia peragenda, ne indemnitati fraus fiat, justam feret repulsam, qui gratis annonam postulat. Idem regulariter in proprio milite Domini territorii usu venire, docet ratio & dispositio der Churbrand. March. O. Dn. *de A. 1672. art. 7.* weil wir unsern Trouppen und Kriegs-Völckern ihren Sold und Monatliche Gage jedesmal richtig anweisen und zahlen lassen/ so sind sie schuldig/ für ihr Geld zu zehren/ und was sie an victualien und Futter nehmen/ baar zu bezahlen. Idem de usu Imperii testatur *alleg. Edict. de A. 1664.* Et satis clarè infert *art. 17. §. 9. Instr. Pac. verb.* sumptibus transeuntis. Quod in dem project der erneuerten Execut. Ordn. *art. 6.* verbotenus repetitum. Nec Imperatorium militem exemtum credas, propter generalitatem *d. §. 9. art. 17.* & in der Reuterbestallung *verb.* In An- und Durchzügen jederman gebührliche Bezahlung thun. Quod adeò severè à legibus præceptum accepimus, ut ne à volentibus quidem hospitibus quid accipere possent, propter perpetuam Concussionis præsumptionem. *l. un. C. d. Salgam. Rol. à Valle vol. 1. Consf. 66. n. 9. Jacob. Martin. Polit. L. 3. c. 17. Burg. Obs. J. P. Mil. Cent. 1. Obs. 62. & C. 4. Obs. 73.* 6

De quantitate pretii respondent citati textus, modicum esse debere. *vid.* Reuterbestall. *art. 4. R. J. de Anno 1542. §. 36.* ziemlichen Pfennig *& de Anno 1598. §. 32.* Quod repetitum in *Edict. Imp. de A. 1664.* ubi sat clarè dispositum, cum de taxa annonæ militi transeunti præparandæ propter locorum temporisque varietatem certum quid determinari non potuerit, arbitrio & æquo moderamini transmittentis eam commissam censeri. *vid. l. 12. C. de Erogat. ann. mil.* ubi adæratio annonæ ad eum modum fieri jubetur, quo species in foro distrahuntur publico 7

blico *vid. Perez. Cod. L. 12.1.38. num. 17. add. Dd. ad L. 63. ad L. Falcid.* Quinimo universitati utplurimum aliquid in promptu esse solet, inde tanto tolerabiliori exponet pretio.

8 Vidimus regulam de redemptione annonæ militi transeunti præparatæ. Exceptionem primam suggerit *Nov. 130.* si militi loco stipendii annona solvatur. *Tholosan. S. J. U. L. 14. c. 10. n. ult. & L. 19. c. 6.* Quod non rarò in proprio & auxiliari milite, si ei stipendia debeantur, observatum *d. N. 130. c. 1. & 8.* Quo casu ea quæ militi porrigitur annona, ex publico refunditur, *C. 3. N. 130.* seu tributis, fisco solvenda, detrahitur. Quibus ad amussim respondet *art. 7.* der Chur-Brandenb. March-Ordn. *de A. 1672.* Es wäre denn/ daß auf unsere special gnädigste Verordnung zu Verpflegung der Gemeinen die Nohtdurfft an Bier und Brod hergegen werden müste/ welches den jenigen so es gegeben aus dem publico zu erstatten. Eandem Limitationem admittunt Imperii nostri constitutiones, *R. J. de A. 1641 §. 38 verb.* was sie aber an Fleisch/ Wein/ Bier und Brodt her geben/ solches an ihrer Contribution in billichem Wehrt abgerechnet werde. *Tabor. de metat. p. 1. c. 8. n 14.* Quo casu tamen militi nimis delicato esse haud convenit, ne se cum Apitio cœnare credat, qui cum Marte accumbit, memor Agesilái, qui cum per Thasiorum agrum transiret, cibos delicatiores sibi oblatos inter mancipia distribuere jussit *vid. Klock. de Contrib c. 17.*

9 *n. 222. add. Edict. Imp. d. A. 1664. verb.* weil auch Officirer *& seq.* Exceptionem secundam depromo ex §. *90.* der Reuterbestall. it. da nicht alle Wege das Geld oder Bezahlung so ordentlich vorhanden/so sollen sie nichts destoweniger um das jenige so ihnen der Wirth giebet ehrbahre gute Rechenschafft zu halten/ Zettel und Bekäntnüß von sich zu geben/ und ihnen solches hernach an ihrer Besoldung abziehen zu lassen schuldig seyn. Quæ in milite transeunte omnium commodissimè expedire posse reor, si Commissarius interim solvat, militumque stipendio detrahat, ne incolæ vel ipsa universitas in plures distringatur Debitores *arg. l. 2. de Exerc. act.* Quorsum collimant verba, *art. 10.* des Chur-Brand. *Edict. de A. 1672. verb.* Allenthalben um ihr Geld zehren/ oder es sol von der Obrigkeit iedes Orts liquidation aufgenommen/ und ihnen an statt baaren Geldes abgezogen werden.

10 Circa priorem Exceptionem adhuc notamus, annonam transeunti militi non à singulis, sed ab universitate præparandam esse: Inde consti-

consuluit *Bald. Vol. 5. Cons. 410.* Si dolo vel ignavia Magistratus loci transiens miles non invenerit annonam, excusandum fore, dum manus ad incolarum bona extendat, hac restrictione, ut non singulorum res involet, sed universitatem compellet, *arg. l. 1. §. quod si ff. quod cujusque univ. nom.* quæ vel collectæ impositione, vel speciali assignatione moram purget. *vid. Ruin. vol. 1. Consil. 107.* Hanc negligentiam annonæ præparandæ satis severè punitam exhibet. *c. 7. Nov. 130.* Insuper & hoc 11
huic exceptioni annectendum, militem pro annona sibi assignata pecuniam exigere non posse, quod adærationis nomine juri cognitum, Idq; non solum in gratiam incolarum, quibus ut plurimum annonæ quàm paratæ pecuniæ, quam nemo in promptu habere præsumitur *arg. l. 2. C. de usur. rei jud.* facilior præstatio; Sed ipsorum quoque militum causâ introductum, ne pecuniam prodigentes, annonam repudiantes, utroque demum destituti rapaces incolarum bonis immittant manus, vel egestate enerventur. *add. l. 7. C. d. Erogat. mil. ann. Perez. ibid. n. 5. Burger. all. tr. C. 1. Obs. 72.* Quibus illustrandis multum conferet egregius textus *art. 21.* der Frantzösischen Kriegs-Ordinance *de Anno 1665.*

Cæterum ne Magistratus vel præfectus in præparatione annonæ 12
operam ludat, nimiumve cumulando publicum gravet, dispiciendum erit, quatenus præparasse suffecerit. In *all. art. 8.* der Churbrandenb. March-Ordn. dicitur, daß daran kein Mangel sey. *vid. Burg. d. l. Cent. 1. Obs. 70.* Sanè militi Romano præter necessitatem nihil quicquam tributum esse, evincunt ea quæ adducit *Perez. ad Cod. t. de Erog. ann. mil. n. 2. & 3.* Clariorem typum sistere conatur *Fronsberg.* in der Kriegs-Ordnung *L. 5.* qui tamen cuivis regioni non respondet. Amplum Catalogum exhibet die Frantzösische Verpfleg- und March-Ordn. *art. 1. 2. & seq.* quibus paginas onerare supersedemus, contulisse cum aliis non pigebit *add. art. 4.* der Reuter-Bestall. *Walther. de jure metat. c. 12. §. 94. Burger. d. tr. Cent. 2. Obs. 81.* Si dicendum quod res est, generali decisione hujus quæsiti dubiis mederi non licet, sed numerus transituri militis attendendus, & ad speciales locorum consuetudines recurrendum erit, quibus nullibi non satis prospectum confidimus.

Satur ergo miles, quieteque refocillatus, transitum continuabit. 13
Inde non rarò novum emergit onus, dum ad species transportandas equis & jumentis opus clamitat, appellant das Vorgespan. Agminalium equorum nomine effert *Budæus in not. ad Pandect.* qui agmen exer-

citus sequuntur ad convehenda impedimenta *Perez. in Cod. L. 12. t. 51. n. 4.* Exprimemus hoc onus per Angariarum præstationem, quarum definitionem modò allatæ convenientem pete *ap. Dn. Brunnem. ad Cod. t. de Curs. publ. n. 4.* addit Alciatus, ad instrumenta bellica vehenda & revehenda, quem juvat textus in *l. f. §. f. C. de Fabricens. Sixtin. de regal. c. 15. n. 22.* ubi de equis ad tormentorum vecturam agitur, hodie die Artillerie-Pferde. *add. Kluk. de Contrib. c. 1. n. 163. Perez. in Cod. L. 10. t. 42. n. 9.* Paulò aliter *Dn. Struv. J. F. c. 6. Aph. 25. Rosenthal. de feud. c. 5. Concl. 70. n. 30. ibiq. alleg.* qui eò collimant, Angariarum nomine regulariter equos ad cursum publicum debitos significari, quibus subscribit. *Magnif. Dn. Præses in Exam. Feud. tit. 9. q. 15.* Quicquid hic disputari possit, sufficiet in præsens per Angarias transeunti militi ut plurimum præstandas id indigitasse, quod Imperator in *l. 2. C. à quib. mun. nem. l. 21. C. de curs. publ. l. 11. C. de S. S. Eccl.* innuit, ubi de angariis ipsi in expeditione præstandis disponit, ut scilicet milites ægroti, tormenta, militaria tabernacula, panis & annona cæteraque expeditioni necessaria transvehantur. *Dn. Myl. ab Ehrenb. de Stat. Imp. c. 72. n. 3. & in addit ad Rumelin. 3. Diss. 3. pos 33. L. A.* Hoc onus aliquando singulis Kopff für Kopff imponitur, *Franc. Balthasar. de oper. Rust. c. 3.* aliquando toti universitati injungitur, qui modus hodie frequentior.

14 Has angarias, cum regale sint *2. F. 56 Rosenthal. de F. c. 5. Concl. 71. n. 1. Natta. Consil. 85. n. 3. Myl. all. l. n. 1. & 2.* nemo præter Dominum territorii regulariter injungere audet; Quinimo cum extraordinaria referantur inter munera, transeunti militi non debentur, nisi Principis territorii accesserit consensus. Eoque collimant verba des Chur-brand. *Edict. de A. 1672. ap. Dn. Hoyer. in Corp. jur. mil. p. 237* aber Fürspan zu nehmen/ sol allen Marchirenden ohne unsere ausdrückliche Verordnung verboten seyn und nicht gegeben werden. Et clarius in der Marchordn. *de A. 1672. §. 9.* zu Fortbringung der Krancken/ des Proviants und anderen unentbehrlichen Nohtwendigkeiten müssen jedesmals auff unsere Pässe und Verordnungen so viel Fuhren/ als dazu unumgänglich von nöhten/ hergegen werden welche aber von Crayse zu Crayse abgelöset/ und die Pferde keines Weges denen Unterthanen vorenthalten oder ausgetauschet werden müssen. *add.* die unvergreiffliche Gedancken über den March der Käyserl. Völcker. *art. 9. apud Dn. Fritsch. de trans. mil. c. 12.* De modo verò & determinatione harum

anga-

angariarum frustra solliciti essemus, cum extraordinariæ sint, & propter casuum consuetudinumque varietatem regulæ terminis includi recusent; fatente *Dn. Myl. de stat. Imp. c. 72. n. 13.*

Quod si verò miles transiens præter onera à lege & Domino concessa quid exigere ausus fuerit, non solum duplum restituere *c. 3. & 5. N. 130 in art. 7.* Churbrand. Marchordn. quadruplum cum pœna extraordinaria, jubetur extorquens; sedet propriâ autoritate effrontem repellere licet. *Tholos. de Rep. L. 11. c. 7. num. 41. R. J. de A. 1542. §. 36* Auch unterwegens niemand beschweren/ wo iemand darwieder thäte/ und ihme etwas begegnete/ an dem sol niemand gefrevelt haben. *add. Tholos. S. J. U. L. 19. c. 8 n. 7.* Nec stringet hanc vindictam *l. 14. C. de jud.* quæ vindictæ privatæ obicem ponit: Vindicta enim privata autoritate publicâ munita legem non incurrit *l. 29. §. 1. ad L. Aquil. l. 22. ad l. Jul. de adult.* inprimis quæ vim injustam continuò repellit *l. 7. §. 2. quod vi aut clam l. 3. ff. de J. & J. l. 45. ad L. Aquil. Tusch. L. V. C. 213. Struv. Ex. IX. th. ult.* & latè *Differt. inaug. de vindict. privat.* Facit pro nobis elegans textus in *l. 5. C. de metat. Nec crimen aliquod pertimescat, cum sibi ultionis suæ arbitrium sciat esse concessum add. l. 5. C. de Executor. & Exact.* scilicet quia & hic præstat causam intactam servare, quam post vulneratam causam remedium quærere. *l. ult. C. in quib. caus. in integr. rest. ibique Dn. Brunnem. n. 4.* Nec vero onera hæc stylum nostrum justo diutius defatigent, de eorundem refusione allisque transitum consequi solitis agere festinianus. 15

MEMBRUM TERTIUM.

De

Consequentibus Transitus militum.

SECTIO I.

Consequent. Transf. milit. Ratione Transmissi.

SUMMARIA.

Miles transmissus ad par Officium tenetur. 1.

Quid si transf. concedens propterea infestetur? 2.

Incola propter damna Duces convenire possunt. 3.

Indemnitas præstanda à Fidejussoribus. 4.

Fidejussores de transitu in Imper. non gaudent beneficiis communibus Fidejussor. 5.
Conciliatur §. 36. & 37. *R. J. de A. 1582.* 6.
Quando fiat repetitio expensarum? 7.
Quis Judex competens? 8.
Quomodo fiat Executio? 9.
Quis Judex competens in delicto à milite transeunte commisso? 10.
Illustratur praxi Imperii. 11.
Militem delinquentem non excusat stipendiorum denegatio. 12.
Quatenus miles in casu denegati stipendii quid exigere possit. 13.
Damna & expensa non refunduntur nisi petantur. 14.
Temperatur. 15.

1 CONsideravimus militem transiturum in accessu, comitati transeuntem in itinere, hospitio excepimus, annonæque præparandæ curam explanavimus, nunc abeuntis, & sic verè *trans* i. e. *ultra* euntis relicta vestigia oculis subjiciemus, cum verò satis in confesso sit, eum non ultimum humanitatis ferre suffragium, qui alieno militi transitum per suum concedit territorium, Æquitas, utpote actionum humanarum moderatrix *l. 8. C. de judic.* non solùm suadet sed & instanter urget ad officium parilè exhibendum, si quando occasio emerserit, *arg. l. sed si lege. §. Consuluit ff. de pet. hered. Tusch. L. B. concl. 48. Thomas de Thomasettis reg. 55.* Quod eo minus dubii habet, ubi specialia pacta
2 officiorum reciprocationem spondent. Exserit se hìc insuper effectus præstandæ innoxietatis post transitum absolutum, si is qui transitum indulsit ea propter infestetur. Sicuti enim perfectum non audit quod non est ex omni parte perfectum *l. 1. pr. ff. de O. J.* nec versum censetur, quod non durat versum *l. 10. §. 6. ff. de in rem vers.* veluti nec satis dedisse intelligitur, qui securum omninò non reddit, *arg. l. 1. & 6. ff. qui Satisd. cog.* Ita nec gloriabitur, se omnes numeros innoxietatis præstandæ absolvisse, qui transmittentem propter beneficium sibi exhibitum injuriam passum auxilio frustrari non erubescit; memor, non solùm injustum fore si quis ex suo benefacto in periculum trahatur; *l. 50. ff. de re jud.* Verum & cautionem suam ipso transitu peracto nondum exspirasse credat, sed obsides quasi spem fidemque mutui auxilii & indemnitatis post se reliquisse. Quod eatenus verum existimaverim, ut contra denegantem mutua auxilia, transmittens justæ vindictæ stimulum acuere possit, siquidem hic non sola gratitudinis, sed pacti lex operatur, quæ regressum pandit contra te, ob damnum quod tui

causa

causa patior *L. Nam & Servius 21. pr. ff. de negot gest. Menoch. Cons. 244. n. 58. Coler. de Proc. Execut. p. 1. c. 2. n. 386. Heig. L. 1. quaest. jur. q. 12. n. 65.*

Ipsis verò incolis si quæ damna à transeunte milite illata sint, remedia à jure prodita extant contra ipsos inferentes, dum pæna suos tenent autores *l. 22. C. de pan. l. 26. ff. eod. Farin. pr. Crim. p. 1. q. 21. n. 11.* Cum vero incolis consultum non videretur, singulos sectari milites, jura ipsis indultum maluerunt, ut ipsos Duces Centurionesque de damno à transeunte milite dato convenire possint. §. 5. der Reuter-Bestall. *de A. 1570. & §. 93.* So auch Klage käme/ so sollen die Rittmeister den armen Leuten an Geld Erstattung thun/ und solches den jenigen so es gethan/ an ihrer Besoldung abziehen. quod & ipsa cautione ut plurimum exprimi docemur ex *R. J. de A. 1582. §. 35. verb.* und so iemand Schaden gelitten/ damit man mich darum bespreche. Ducum enim indulgentia militum parit lasciviam *arg. l. ult. C. de incest. nup. Menoch. A. J. Q. L. 2. cas. 349. n. 5.* Quod & Archidux Leopoldus ap. *Abelin. Theatr. Europ. tom. 2. p. 58.* ingenue fatetur *v. Salicet in l. 2. C. de his qui Latron. & Janus Gruterus in elegant. discurs. ad Tacit.* Præsumuntur itaque in suo officio negligentes fuisse *arg. l. 2. C. de adm. re. publ.* & non prohibuisse quod prohibere debebant *arg. l. 4. pr. de noxal. act. Baldus Cons. 395. Cravetta Cons. 397.* Cum officio præsint, quod accuratissimam diligentiam requirebat ubi vel solis conjecturis dissimulatio præsumitur *arg. l. 1. C. de fals. mon. L. apud. Celsum ff. de dol. except. Mynf. Cent. 5. Obs. 70. num. 7. Burger. Cent. 2. Obs. Jur. Pol. mil. obs. 38.* Apprime concinunt nobis verba allegati *projecti renovatæ Executoria* ordinis art. 6. damit auch die Officirer desto bessere Disciplin und Ordnung halten/ sol derjenige Stand/ durch dessen Gebiethe der Durch- oder Anzug geschiehet Fug und Macht haben/ gestalten Sachen nach auch ein oder andern Officir selber so lange im Arrest zu halten/ biß den Kläger geziemende Vergnügung geschehe.

Pinguius remedium damna resarciendi enascitur ex pignoratitia & fidejussoria cautione, quæ non relaxatur, donec damna incolis fuerint restituta. Testem hujus asserti præter regulas juris communis sisto *R. J. d. A. 1582. §. 35. 36. 37. & Edict. Imp. de A. 1664. verb.* Genugsame Geissel darstellen/ und solche zur Caution und Versicherung zu rücke lassen/ so lange und viel/ biß nicht allein alle Völcker ausser Landes geführet/ sondern auch den Ständen so wol um die hergegebene

Lebens-Mittel und Futterung die vollständige Bezahlung geleistet/ als um ein und andern denselben zugefügten Schaden und verübte Exceß es sey mit Abnahm des Geldes/ oder auff was Weise es wolle/ alle billige und würckliche satisfaction gegeben worden. *& in projecto verb.* Auch so lange aufgehalten werden/ biß einem jedweden für Kosten und Schaden völlige satisfaction wiederfahre. Proinde si pecunia deposita, retinetur, quantum expensarum damnive liquitatur. Quod si Fidejussores constituti, illi secundum tenorem cautionis suæ conveniuntur, salvis scilicet suis beneficiis ordinis, Divisionis cedendarumque actionum, de quib. *Dn. Struv. Ex. XLVII. th 43.* præsumuntur enim in esse, quæ de natura actus sunt, licet expressa non sint. *arg. l 3. C. de Fidejuss. Fab. in Cod. definit. L. 8. t. 77. d. 31. num. 3.* nisi eis renunciaverint, quæ sicuti de jure communi sub generali renunciatione non venit, *Carpz. p. 2. C. 17. d. 1.* ita & nostro casu paritas rationis eandem dispositionem suadet, *arg. l. 32. ad L. Aquil.* Proinde non temere apposita est expressa renunciatio in §. *36. R. J. de A. 1582.*

5 Ex quo concludimus, Fidejussores de innoxietate transitus caventes in Imperio nostro, licet beneficiis Ordinis & Divisionis expresse non renunciaverint iis tamen excludi; dum enim jubentur cautionem Imperii Constitutionibus conformem præstare *Edict. Imp. de A. 1664.* nach Anleitung der Reichs-Constitutionen *add. art. 17. §. 9. Inst. Pac.* relati vis inerit referenti *Auth. si quis C. de edendo ibid. Dn. Brunn. num 4. Carpz. p. 1. C. 17. d. 4. Berl. p. 1. C. 43. n. 15.*

7 Quoad ordinis beneficium primo intuitu contradicere sibi videbatur §. *36. & 37. de R. J. de Anno 1582. in* §. *36.* dicitur in casu moræ Principalis Fidejussores teneri debere: *In §. 37.* verò legitur Fidejussores conveniri, etsi cum ipso Principali nondum in judicio expertus fueris. Putavi, conciliationem latere *in verb. d. §. 37.* gerichtlich. & sensum esse, Fidejussores de innoxietate transeuntis militis teneri, etiamsi Principalis debitor in judicio nondum fuerit conventus scil. quia extrajudicialis conventio moram ejus convincit & operatur. *l. 32. ff. de usur. l. 23. de V. O. l. 87. §. 1 de leg. 2. Struv. Ex. 27. th. 67. Carpz. p. 2. C. 30. d. 20. n. 6. Dn. Brunnem. ad l. 32. ff. de usur. n. 1.*

6 Convento itaque Principali Debitore vel Fidejussoribus, liquidanda sunt damna & expensæ ab ipsis læsis, expensas enim nisi petitas & liquidas regulariter non restitui jura docent, *Dn. Brunnem. ad l. 13. C.*

de

de jud. n. 52. Gail. 1. obs 151. n. 17. Exceptionibus annumerabis, quæ habet Carpz. p. 1. C. 31. d. 20. De ipso judice coram quo legimus, in §. 38. R. J. de Anno 1582. darüber sollen desselben Crayß-Obersten zu und nachgeordnete Summariè zu erkennen / zu ermässigen / und dasselbige so wohl gegen den Principal als dessen Bürgen / auch derselben Haab und Güter unverzüglich zu exequiren / und die Obrigkeit darunter die verpfändete Güter gelegen um schleunige Execution zu thun zu ersuchen haben. Ubi notabis summarietatem processus arg. l. 13. C. de jud. favore læsorum arg. l. 20. C. de agricol. moderationem Expensarum juri communi cognitam l. 9. C. unde vi Struv. Ex. 44. th. 6. Et quidem præviam juramento, uti contra alios defendit. Dn. Carpz. p. 1. C. 31. d. 1. Gail. 1. obs. 151. n. 11. Nov. 82 c. 10. & denique executionis formam, quæ juxta normam juris communis in rebus alii territorio subjectis per requisitoriales in effectum perducitur l. 15. §. 1. ff. de re jud. N. 134. c. 5. Struv. all. l. th. 17. Mynſ. C. 3 obs. 68.

De judice liquidandarum expensarum damnorumque mirabe- 8
ris forsan Imperii nostri Constitutiones, quare non potius forum rei sequi l. ult. C. ubi in rem act. l. 2. C. de jurisd. jubeant, sed quasi judices in propria sua causa constituant contra l. un. Ut nem. in sua caus. Dn. Struv. Ex. IV. th. 56. Verùm præterquam quod à lege publica ipsis hìc indulta sit cognitio, non plane propriam, sed incolarum dirimunt causas? quibus de indemnitate adeò securis esse non licebat, si aliena fora sequi, & expensis effusis jacturam rei familiaris accumulare tenerentur. Quinimo licet judices diceres in propria causa, absurdi nihil inde eliceres, dum judicem in propria causa subscribentibus partibus jura admittunt. l. 77. ff. de jud. ibiq. Dn. Brunnem n. 1. quod & nostro casu tacitè factum, dum secundum normam Imperii Constitutionum cautum, & sic metuenda non erit exceptio, quæ cognitionum ab incompetente Judice factam enervat. l. 1. C. Si non à compet. Reusner. L. 1. Decis. 24. n. 18.

De ipsa verò Executione, cujus mentionem fecit d. R. Imp. noto, 9
eam in Imperio nostro regulariter à Judice loci in effectum deducendam esse, per compulsoriales vel immissionem in bona p. 3. Ord. Cam. t. 49. arg. §. 14. 15 R. Imp. de Anno 1654. Quod si potentior sit Fidejussor vel Principalis Debitor, Duci Circuli Executionem committi ipsa Executionis ordinatio docet. Extraneus si existat Debitor, Judex ejus primò adeundus, qui si justitiam administrare cesset vel recuset, repræs-

saliis

ſaliis locum relinquet, legitimis ſuis requiſitis, modificatis de quibus *Menoch. A. J. Q. L. 2. caſ. 527. Coler. de Proceſſ. Execut. p. 1. c. 2. num. 255. Mynſ. cent. 6. obſ. 1. Mev. de arreſt. c. 2. §. 8. Carpz. p. 4. Conſt. 16. d. 4. Struv. Ex. IX. th. 8.* non obſtante *Nov. 52. c. 1.* Inter ipſos verò Imperii Status repræſſalias proſcribit *Ord. Cam. p. 2. t. 22. vid. Borcholt. Enchirid. Arreſt. & repræſſal. Limn. l. 34. c. 9. n. 24. Pruckman. Vol. 1. Conſ. 17. n. 104. Carpz. all. l. Gail. de pignorat. c. 2. n. 3. add. §. 15. Capit. Leopold.* & elegant text. *§. 7. art. 17. Inſtr. Pac.* Limitant in caſu, quo bellum ipſis indultum, quia & ipſæ repræſſaliæ ſpecies belli ſunt, *Grot. de J. B. & P. L. 3. c. 2. n. 5. Beſold. Theſ. pract. voce Repræſſalien.*

10 Reliquum non ſufficit Expenſarum reſtitutio damnique reparatio, ſed & militem delinquentem juſtæ perſequuntur pœnæ, ne delicta maneant impunita. Apprimè nobis concinunt verba §. 93. Der Neuter Beſtallung de Anno 1570. ubi poſt reſtitutionem damni adjungitur, die Thäter für Recht geſtellet/ und als für Räuber geſtrafft werden. Quâ occaſione nobis diſpiciendum incumbet, quis de delicto à milite transeunte perpetrato cognoſcat? Delicta militaria, de quibus *Arrius Menander L. 1. de re mil.* Magiſtris militaribus coërcenda remitterem, *l. 3. pr. ff. de re mil. l. 6. C. de jurisd. Struv. Ex. IX. t. 59.* In delicto communi Judicem delicti communem agnoſcerem ſecundum *l. 1. C. ubi de Crimin. d. l. 3. de re mil. l. ult. ff. de Accuſat. Carpz. p. 4. C. 9. d. 11. Burger. Obſ. Jur. Pol. mil. Cent. 2. O. 26. & C. 4. O. 74. Cotereus de jure & privil. mil. p. 2. t. 6. Perez. in Cod. t. de re milit. n. 32.* De praxi milites quocunque in delicto ad forum Ducum ſuorum trahi aſſerunt Dd. graviſſimæ autoritatis. *Dn. Brunnem. ad l. 6. C. de jurisd. n. 4. Scot. Exam. jur. t. de judic. ſub rubr. in quib. cauſſ. mil.* Quod alii temperant, modò ſuperioris conſenſus accedat. Quod temperamentum dictæ praxi neceſſarium reor, alioquin nec hodie Judici loci delicti communis miles reus extorqueri poſſet, ſiquidem juri ſcripto per violentos quosdam parvæ conſuetu-

11 dinis actus obicem poni non crediderim *arg. N. 134. c. 1.* Et ut Imperii noſtri praxin ſententiæ huic comitem jungam, produco *§. 47. R. J. de Anno 1641.* Ubi diſpoſitum, militem delinquentem tribus milliaribus à Magiſtro militum Judicis loci delicti cognitionem & Executionem pati cogi. Durantibus Comitiis præſentibus ſingulare & juri commune ſatis conforme judicium prolatum de delictis transeuntis militis, quod Exhibet *Dn. Fritſch. de tranſ. milit. circa fin.* cujus ſenſum

sum sententiæ priori amicum per compendium cape: Milites noviter lecti nec dum in cohortes distributi, informes uti dicuntur, si in transitu deliquerint, à Magistratu loci puniuntur. Quod si formati, formirte Trouppen / i. e. in numerum redacti sint, & in comite suo Duce transeant, distinguitur inter delicta purè militaria, purè communia & mixta vel dubia. Primi generis coërcenda à Duce militari, scil. *per l. 3. pr. ff. de re mil.* excepto homicidio, ubi quidem cognitio Duci, Executio verò Domino loci committenda. Secundi & tertii generis delicta judicis delicti perpetrati animadversioni subjiciuntur, salvo Duci militari hoc beneficio, ut vel ipse vel per alium processui interesse possit. Hoc speciale ibidem annexum, militem Extraneum per Imperium transeuntem ob quodvis delictum à Judice loci puniri posse, ejusque arbitrio commissum, an & quatenus reum suæ vindictæ retinere malit. Quod partim eo nititur fundamine, ne delicta maneant impunita *Carpz. pr. Cr. q. 107. n. 3. l. 6. §. 1. de pœn. l. 51. §. 2. ad L. Aquil.* cum supplicium unius sit salus multorum *l. 1. pr. C. repetund.* partim quod aliàs facilè impunitatem consequeretur externus miles à suo Duce, & læsis durum jugum foret, coram peregrino tribunali bellico justitiam exorasse.

Hoc autem sibi milites persuadere non ausint, se ab expensis vel damnis resarciendis aut ipsis pœnis imminentibus excusatum iri si stipendia denegata causentur: Bona enim incolarum ipsis pro suis stipendiis pignori data nuspiam legent. Tacitam siquidem & expressam hypothecam non præsumimus dum bona libera præsumuntur *arg. l. altius C. de servitut.* nisi à lege suppleatur *Dd. ad ff. t. q. res pign. vel hyp. tac.* Quinimo iniquum foret, propter avaritiam vel negligentiam Ducum stipendia supprimentium incolarum conditionem deteriorem reddidisse, contra *l. non debet ff. de R. J.* neque enim in culpa denegati stipendii sunt, quibus ejus exactio à lege non injuncta *arg. l. 8. C. qui pet. tut.* Id tamen largior, si miles Domini territorii propter denegata stipendia ad necessitatem redactus fuerit, modo dolus absit, excusandum fore, si de victu Magistratum loci sibi prospicere petierit, qui id ordinariæ contributioni detrahet. *Molin. de J. & J. tr. 2 Disp. 116. n. 3. Burger. all. tr. Cent. 2. Obs. 93.* Prius tamen precibus experiri, quam propriæ autoritati indulgere meminerit. 12

13

Hæc damna & expensæ vix refundentur nisi ad instantiam læsi, 14

cum damnum suâ culpâ sentiens non sentire videatur *per vulgat Gryphiand. Oeconom. legal. tit. de Damn. voluntar.* Sed & quod tacens cicatricem quasi purulento vulneri obducere, & lædenti ignoscere censeatur. Eatenus enim implorandum censemus Judicis officium, quatenus publici directò non interest, damna data restaurari. *arg. l. 4. §. 8. ff. de damn. inf. vid.* quæ supra de Expensis dicta. Ne lectorem rationibus fatigem, addam pondus autoritatis nomotheticæ ex Epilogo *Nov. 130. verb. Si contra hac aliquid agatur,* (loquitur de transeunte milite) *& qui læduntur taciturnitati causam tradiderint, ipsi ejusmodi læsionis sibi autores fient.* Temperandum arbitror id ipsum, nisi delictum ex officio
15 Judicis puniendum subsit, *arg. l. 13. de off. præs. Carpz. pr. Cr. q. 113. n. 15.* Quorsum respexit Sereniss. Elector Brandenb. in Edicto *de A. 1672. §. 1. verb.* So wol von sich selbst und unerfodert/ als auf Ansuchen der Beleidigten oder jedes Orts Obrigkeit nach trachten/ und die Thäter in Hafft und gebührliche Straffe zu bringen suchen sollen. Ubi tamen non ad interesse privatum, sed ad publicum agitur, nisi læsus interveniat, & juxta *l. 49. ff. de judic.* jus suum simul deducat, civiliter scil. agendo, criminaliter enim præventus est à Judice ipso *Dn. Brunnem. Process inquisit. c. 1. Carpz. pr. Crim. q. 107. n. 51. Reusner. L. 1. Decis. 25. num. 31.* Nec tollet hic actio una alteram, siquidem merè pænalem cum rei persecutoria cumulari novimus. *l. 7. §. 1. de Cond. furt. l. 45. pro soc. l. 42. ff. locat.* dum ad diversos collimant fines, alterâ ad interesse publicum, alterâ ad privatum tendente *L. 7. §. 1. ff. de injur. 2. §. 1. ff. vi bon. rap. Struv. Ex. XLVI. th. 94. Dn. Brunnem. repet. paratitl. VVes. L. 5. t. 1. q. 65.*

SECTIO II.

De

Consequentib. Transf. milit. Ratione Transmittentium.

SUMMARIA.

Quomodo se gerere debeat qui ob transitum concessum ab aliis infestatur? 1.

An reliqui Status Provinciales damnum uni datum resarcire teneantur? 2.

Damna ab hoste data non refunduntur. 3.

Limi-

Limitatur. 4.
Onera à Domino territorii propter transitum injuncta refundenda. 5.
Explicatur. 6.
Limitatur. 7.
Damna rei locatæ à milite transeunte illata fert Locator. 8.
Quid si Conductor auffugerit? 9.
Quid si rebus Conductoris damnum illatum? 10.
Præstationes militi transeunti debitas non fert Conductor. 11.
Istæ functiones non sunt onus merè patrimoniale. 12.
Idem in locatione longi temporis. 13.
Hæ functiones non sunt casus fortuitus. 14.
Quatenus fundata sit repetitio Conductoris? 15.
Quid in Creditore pignus possidente? 16.
Quid si jure Antichreseos possideat? 17.
Quid in Usufructuario? 18.
Recauta. 19.

TRaduximus militem, eumque de resarciendis damnis, refundendis pariter expensis admonuimus. Mittimus turmas, & privatos revertimur ad lares, visuri quid à parte eorum, quos transitus militum oneravit consequi soleat. Imminet his sæpe ultor gladius, justitiamq; suæ vindictæ contra eum, qui hosti adversus se moventi transitum indulsit, firmis radicibus fundatam putat. Verùm memineris justi belli, & humanitatis præceptorum, quæ transmittenti satis patrocinii pollicentur, nec videbitur alicui injuriam fecisse, qui jure suo usus *per vulg.* Invasus proinde protestetur de justitia suæ causæ & arma armis, injustæ offensioni justam defensionem opponat *arg. l. 45. ad L. Aquil. l. 3. de J. & J.* fretus integritate suæ conscientiæ, & suffragio justitiæ, quam non violaverat, sed administraverat. Omnium maximè securus erit, qui ex pacto speciali ad concessionem transitus obligatum se sentit. Sed hæc sublimia revertantur ad judicia, de quibus privati non nisi balbutire audent. 1

Nos potius onera & damna incolatum in sinum effusa discutiemus. Quamvis enim de indemnitate multa congerantur, sæpius tamen vel evanescit contra militem inopem actio, vel ipsa onera haud raro publicarum functionum nomine veniunt, inde se nobilis sistit quæstio, annon reliqui Status ejusdem Provinciæ ad refusionem & restitutionem damni læso membro quid contribuere debeant? Exercuit hæc quæstio multa non ultimi commatis ingenia, in ejusque difficultatibus extricandis præter alios occupatum videbis *Klo. k. de Contrib. c.* 2

 17. n.

17. n. 260. & seq. Cujus vestigia diu multumque legere tentavi, salebras tamen subinde deprehendi, quibus eluctandis parem me vix credebam sine distinctione una vel altera.

3 Proinde opus duco omnium primo inter transitum militis hostilis & amici hic distinguere. Circa hostilem dispicerem, utrum transitus militum per illam Provinciæ partem ideo institutus sit, ut parceretur reliquis, an verò nihil talium concurrat, cur hos potius quam alios gravaverit miles. Et hoc posteriori casu actionem nondum video, quâ Status Provinciales illata sibi damna à reliquis repetere velint, nisi fortuitum casum ab aliis resarciendum prætenderent. *vid. Thesaur. quæst. forens. L. 1. q. 73. n. 6.* Contra quem nimis generali ratione insurgit *Dn. Myl. ab Ehrenb. de Stat. Imp. c. 79. n. ult.* Quid si enim fulmen ipsorum feriens ædes, num ideo reliquos Provinciæ Status convenient? Sanè casum fortuitum præter Dominum neminem gravare, juris & æquitatis ratione convincimur. *l. 23. de R. J. l. 9. C. de pign. act. l. 50 ff. de admin. tut. Struv. Ex. XIX. th. 43. Fab. Cod. def. L. 4. t. 18. def. 5.* Ad quem fortuitum casum rapinam & damna ab hoste illata referre non dubitabis, præeunte *l. 6. de pign. act. Tusch. Lit. F. Concl. 427. Carpz. p. 2. C. 26. def. 15. num. 4.* Siquidem hoc damnum uni illatum, reliquos à periculo non liberavit. *vid. Magnif. Dn. Præses tr. de Jure Sens. Disp. 9. c. 5. n. 31. Conf. Diana resol. Moral. tom. 6. tr. 1. de leg. resol. 54. n. 15.* Quod si ad legem Rhodiam confugere malint, idem reportabunt responsi, ex *l. 2. §. 2. ff. ad L. Rhod. de jact. verb. Quod verò prædones abstulerunt, perdetis cujus fuerit;*

4 Priori casu mitius expectabunt suffragium, ubi scilicet ideo transitus militum eò loci factus, ut tota hostilis moles ab integra devolveretur provincia, ne pestis latius serperet. Sic enim pronuntiabit æquitas ex *l. 1. ff. ad L. Rhod.* omnium contributione resarciendum, quod pro omnibus amissum. De quo casu intelligo *Gail. 2. Obs. 22. num. 5. Mastrill. Decis. Sicil. 164. n. 14. Perez. ad Cod. L. 12. t. 42. n. ult.* Eamque restitutionem tanti credo favoris, ut nec ii qui aliàs ab hospitatione transeuntis militis privilegio tuti sunt, immunes esse queant, cum non ab hospitatione sed à damno patrimonii omnes fuerint liberati. *vid. Thesaur. quæst. for. L. 1. q. 93.* poteruntque gravati ex *l. 21. pr. ff. de negot. gest. vel ex d. L. Rhod.* experiri *add. Ruin. Consil. 23. n. 5.*

5 Quod si verò transierit miles ipsius Domini territorii N. 130. cum hodie

hodie ubique ferè locorum onera hæc æque ut aliæ funĉtiones publicæ incolas gravent, emergit lis, an onera illa uni Provinciæ membro à transeunte milite injunĉta æquis humeris à reliquis ferenda sint? Posito casu, militem Domini territorii in transitu quid accepisse, vel auxiliaribus copiis quid tributum esse, æquitas suadet ut ordinarios sumptus quos sufferre cogebatur una pars, pro rata refundant reliquæ. Sicuti enim Princeps non præsumitur unum præ alio gravare, *Decius Conf. 380, n. 2. Menoch. L. 2, præsumpt. 10, n. 4. N. 8. pr.* Ita hunc ipsum transitum commune patriæ præsidium involventem communibus sumptibus concedendum credo, *Mastrill. Decis. Sicil. L. 2. Decis. 164. n. 14. Mund. de mun. & honor. c. 8. num. 37. Burg. Obs. Jur. pol. mil. Cent. 2. Obs. 54. Perez. in Cod. L. 12. t. 42 in f. Thesaur. quæst forens. L. 1. q. 93. n. 2.* De quo casu intelligo *Dn. Brunnem. ad l. un. C. de Salgam. hosp.* Quamvis latiores fines huic Decisioni figat *Klock. all. l. add. Horat. Carpan. ad statut. Mediolan. vol. 2. c. 375. n. 109.* Ubi tamen singulos quà singulos teneri vix putem, siquidem illa onera universitatem gravant. *arg. l. 7. ff. quodcujmque univers.* nec in frequens est hodie praxis, quod unius Provinciæ districtus dicto casu onera propter transitũ militum in unum vel alterum redundantia pro rata resarciant, daß sie subsidien Gelder schicken/ inprimis cum hodie ordinaria contributio levamen rarò sentiat propter extraordinarias funĉtiones. In dictis terminis loquuntur quoque Imperii Constitutiones, *R. J. de A. 1542.* §. doch soll dieser Durchzug auff gleiche Darlegung und Bezahlung gemeiner Stände geschehen. *R. J. de A. 1555. §. 121. 122. & de A. 1566.* §. und halten wir nicht unzimlich *Burg. Obs. Pol. mil. Cent. 2. Obs. 54. Maul. tr. de Homag. tit. 9. Dn. Myl. de Stat. Imp. c. 79. n. ult.* Quibus jungo luculentissimum textum *R. J. de A. 1641. §. 26. verb.* demnach vernünftig zuermessen/ daß die jenige Quartir (idem de transitu,) zu welchen des Feindes würcklicher Ein- oder Vorbruch Ursach giebt mit durchgehender Gleichheit nicht vorgenommen werden können: Also erklären wir uns dahin und wollen daß den beschwerten Kräysen von den andern/ so dergleichen Beschwerden nicht tragen/ eine erkleckliche Beyhülffe geschehen und wiederfahren solle. Ad quem textum tanquam sacram anchoram gravati hisce turbis confugere avent. Limitabis, id ipsum subsistere quoad liquidationem expensarum debitarum, quicquid enim vi majori extorquet miles, pro casu fortuito & culpa reputatur, 6 7

aliena *Mev. p. 2. Decis. 80. n. 10.* Ampliabis, exemptos hospitationi ad Contributionem harum communium expensarum adstringi, quos scil. privilegium à reali hospitatione immunes pronuntiavit: Cum transitus militis omnium cedat emolumento, nec statim à subsidiaria collatione immunis sit, qui ab actuali hospitatione tutus existit. *Dn. Brunnem. ad l. 11. ff. de vacat. & Excusat. mun. n. 2. vid. Theosaur. Decis. 235.* ejusq; filius *Anton. Thesaur. Quæst. for. L. 1. q. 93. n. 9.*

8 Revertentibus ad lares privatos conductor occurrit, repetiturus à locatore quod propter transitum militum impensum. Ut confusionem pro virili declinemus; quæ circa hoc quæsitum frequens, sequentibus inhærebimus distinctionibus. Nimirum omnium primò largiendum, damna à transeunte milite ipsi rei locatæ illata locatorem utpote Dominum rei sequi *l. 9. C. de pign. act. l. 1. C. depos. Mev. p. 2.*
9 *Decis. 90.* Modò Conductoris culpa non concurrat, quò spectat, si vano metu affugerit, & lascivia militum rem locatam frivolè exposuerit *l. 13. §. 7. ff Locat.* Sicuti enim aliàs conductoris culpa Locatori obesse nequit *Carpz. p. 2. Decis. 115. Mev. p. 2. Decis. 42.* Ita nec metus Panicus diligentiam locatæ rei præstandam annihilare debet. Proinde cautè mercari meminerit Conductor, & si transeuntis militis adventu justum metum senserit, denuntiet locatori, *Menoch. Consil. 246. n. 28. Ripa tr. de peste tit. de privileg. Contract. n. 23.* Vani metus patrocinium esset vanum. *Gylman. Symphor. tom. 2. p. 2. vel. 29. n. 11. Dn. Brunnem. ad d. l. 13. ff. locat. n. 122.* Hæc damna rei locatæ illata pensionis remissionem aliquam Conductori conciliant, *l. 15. § 2. ff locat. Pacian. Consil. 85.*
10 *n. 59.* Quod si verò miles transiens rebus Conductoris damni quid intulerit, Locatorem ea propter convenire non poterit, memor, hoc extra causam locationis esse. *arg. l. 55 ff Locat. l. 45. §. 1. eod. l. 60. §. ult. eod.* Si pro redimendo transitu hostili quid solutum, Locatorem cum Conductore pro rata inter se teneri autumo, dum hìc non de realitate oneris, sed de avertendis periculis sermo erat, ubi æquè de utriusque ludebatur corio.

11 Si amicus transierit miles, eique onera publicâ autoritate hodie imponi solita præstita, respondet *Dn. Mev. p. 2. Decis. 90.* illa ipsa onera Conductorem solùm gravare, utpote quæ non perpetuæ, sed transitoriæ hospitationis in censum veniant. Verum dixerim pace Dn. Mevii, eandem circa onera transeunti militi præstita, quàm commoranti exhibita,

hibita, pro Conductore pugnare rationem: Si enim hæc onera pro merè realibus agnoscit Mevius cum *Natta all. ibi l.* quare ex paritate causæ diversum elicit effectum, contra *l. 108. ff. de V. O.*? Subscribit equidem *Mev. Dn. Fritsch. de trans. mil. c. 12. n. ult.* & præjudicium suæ sententiæ subjungit; Quamvis insuper *Franzk. t. locat. Cond. n. 173. Bocer. tr. de Collect. c. 10. n. 3. Carpz. p. 2. C. 37. d. 15.* album calculum isti opinioni adjicientes deprehenderim, leve tamen judicium si non evertendis, saltem in dubium vocandis istis decisionibus postposuisse non pigebit. Nimirum, præstationes & functiones publicas, quæ 12
propter transitum miliarem incolas hodie gravare solent, pro merè patrimoniali onere habendas vix censeo. Quamvis enim hospitationem qua talem pro onere merè patrimoniali cum Klockio aliisque suprà agnoverimus, longè tamen aliam faciem induunt onera occasione transitus & hospitationis militum imposita, veluti nervose explicat *Dn. Tabor. de metat. p. 2. c. 3. n. 20.* per clarum textum *l. 27. §. 3. ff. d. usuf. ibique Fab. in rat. decid. add. l. 4. C. de agricol. l. 28. de usufr. leg.* Hoc ipso concesso ambabus largieris, ex *l. 1. & 2. C. de annon l. 7. ff. de publican. l. 13. C. de Act. Emt. Klock de Contrib. c. 11. n. 167. Dn. Myl. de Stat. Imp. c. 67. n. 17.* Onera & præstationes hujusmodi eum sequi qui fructus rei jure suo percipit, uti loquitur *Rol. à Valle. Cons. 79. n. 14. Octav. Cacheran Decis. 83. Hering. de Fidejuss. c 24. n. 272.* Et sic tutò dicimus, onera publica propter transeuntem militem præstita à Locatore Conductorii refundenda esse, siquidem Locator mercedem accipiens, in effectu fructus rei locatæ percepisse censetur. *l. 36. l. 19. ff. de usur.* Quod fatetur *Dn. Frantzk. all. l. n. 125.* Per quod explodo limitatio- 13
nem, quam Dd. multi circa Locationem ad longum tempus obtrudere conantur, cum istud dominium quod ex dicta locatione nasci volunt, cerebrinam fictionem non transcendat, & inter insignes errores practicos meritò computetur, propter *l. 39. loc. Cond. l. 60. §. 1. eod Frantzk. d. t. n. 29 Struv. Ex. 24. th. 18.* Et in specie quoad collectarum & functionum publicarum casum sentit *Bocer. de Collect. c. 10. n. 32.*

In eo verò Carpzovio adstipulari non sustineo *p. 2. C. 37. d. 15. n.* 14
2. onera transeuntis militis inter casus fortuitos referri, loquitur ibi de amico transitu. Per casum fortuitum alteri non præstandum intelligunt jura nostra damnum *Gadd. ad l. 72. §. 2. de V. S.* quod majori quadam & occulta vi contingit *Rittershus. ad l. 23. de R. J. in praebear. c. 6.*

Struv.

Struv. Exerc. XIX. th. 31. 32. Quis verò munus patrimoniale Domini scientia impositum inter violenta referret accidentia ? Nec officit, quod ex improviso ingruant hæc onera, idem enim circa hospitationem ordinariam usu venit, quam tamen casibus fortuitis nemo annumerare ausit. Multo minus juvabit ipsos *l. 25. §. 6. ff. loc. cond.* quasi modicum damnum Conductori ferendum sit: Istam enim legem de damno rei locatæ illato deprehendes, quæ ea propter pensioni nihil detrahendum pronunciat; Ex quo tamen nondum fluit, ergo onera propter rem locatam imposita Conductorem gravant. Pari facilitate explodes rationem, qua *Bocerus all. c. 10. n. 31.* sese munivit, quasi scil. collectæ & functiones in transitu militum moram non patiantur: Concedo, Conductorem quia in possessione est solvere teneri *l. 2. C. sine cens. vel reliq.* Sed quæso, num ideò regressum contra Locatorem ipsi denagabis? Annon *l. 21. pr. ff. de negot. gest.* & ipsa actio conducti ei patrocinio erunt? Nobiscum sentire visus, dum generaliter decidit *Struv. Ex. 24. th.*

15 *19.* Hoc tamen largior Domino Mevio, Conductorem plus à Locatore consequi non posse, quam ex indictione publica debuit, in dem Bedencken von *Pensionariis q. 4. n. 33.* Eatenus enim saltem habet fundatam intentionem quæ ulterius extorsa, conductorem gravant, uti supra ex *Mev. p. 2. Decis. 60.* adduximus *cui add. Odofr. in l. neminem C. de SS. Eccl.*

16 Quod de Conductore hactenus asserui, de Creditore pignus possidente enunciare non vereor, fretus paritate rationis. *Butrigar. ad L. cum Notissimi C. de præscr. 30. vel 40. ann. Klock. de Contribut. c. 1. n. 209. Carpz. L. 1. Resp. 105. n. 10.* non obstante *l. 42. ff. de pact.* Cum pignus in dominio & bonis Debitoris permaneat, *l. pignus C. de pign. act. l. 35. §. un. ff. eod. l. 12. pr. d. distrah. pig.* Et fructus emolumento Debitoris seu Domini cedant *l. 1. C. de pign. act. l. 2. §. 2. ff. de pign. Dn. Brunnem. ad l. 2. C. de partu pign. c. 1. & 2. X. de usur.* Quare ergo ad functiones rei impositas obstringeres eum, qui non jure proprio possidet *Carpz. p. 2. C. 49. d. 5. n. 8. Bartol. in l. 4. C. de agricol.* nec fructus suos facit, contra *l.*

17 *28. de usufr. leg.* De Creditore, qui antichreseos jure rem pignoratam possidet, gravior lis esse poterit, cum ipse fructus percipiat *l. 17. C. de usur. l. 14. eod.* eumque propterea his oneribus & functionibus subjicit *Klock. de Contrib. c. 11 n. 213.* A quo dissentientem reperi *Myl. de Stat. Imp. c. 97. n. 17.* in eo se fundantem, onera hæc proprietatis Dominum sequi,

qui, cui rationi quid reponi possit ex allatis deprehendes *l. 27. §. 3. de usufr.* Collisas inter sese has sententias ad amicam compositionem redigere tentârem, distinguendo an Creditor Antichreticus determinatam summam usurarum loco ex pignore percipiendam habeat, quo casu Debitorem ad onera militi transeunti præstanda convocarem, cum possessor ille revera nil præter usuras inde expectet. An verò indeterminatè loco usurarum fructuum perceptione gaudeat *l. 14. C. de usur.* quo casu, sicuti fructus non intelligimus, nisi deductis expensis oneribusque propter fructus impositis *l. 7. §. 16. ff. solut. matrim. Garf. de Expens. c. 1. n. 11. Cacheran. Decis. 13. n. 6. Carpz. p. 3. c. 32. d. 12. n. 5.* Ita talem possessorem non solum commodum sed & onera fructuum sequi par est. Quam conciliationem detrectare non videntur ea quæ habet *Dn. Myl. all. l. n. 19.*

Ex quo facilè palpabis, quid de Usufructuario sentiendum sit, quem *l. 27. §. 3. ff. de usufr.* ad Expensas & cibaria militi transeunti obstrictum pronunciant. *Hartm. Pistor. p. 1. q. 14. n. 33. Köppen. Decis. 43. n. 13. Treutl. vol. 1. D. 16. th. 13. L. B.* Modò scilicet Expensæ fructus non superent. *l. 13. ff. de impens. in rem. dot. fact. Castillo de usufr. c. 16. n. 15. Burg. Obs. Jur. Pol. Cent. 4. Obs. 33. Struv. Ex. XII. th. 24. Hahn. ad mil. VVesenb. t. de usufr. n. 5. in f. Dn. Myl. de Stat. Imp. c. 62. n. 13. Carpz. p. 3. c. 16. def. ult.* fusè *Klock. de Contribut. c. 11. à n. 111 usque 132. add. l. 28. ff. de usufr. leg. l. 7. §. 2. ff. de usufr.* Veluti de Vidua dotalitii fructus percipiente pronuntiat *Berl. p. 2. C. 50. n. 71.* quem sequitur *Carpz. d. l. n. 3.* Nec movet, quod Usufructuarius Dominus rei non sit; Dominum etenim pro causa remota præstationum talium agnoscimus, fructuum verò perceptionem proximam declaramus. *Hering. de Fidejuss. c. 24. n. 231. d. l. 28. de usufr. leg. Rol. à Valle vol. 4. Cons. 79. n. 12. Cacheranus Decis. 83. n. 4.* ubi se refert *ad Decium Consil. 288. col. 1.* Idem de Emphyteuta habet *Rol. à Valle all. l. n. 14.* Nolo me diffundere in similes casus, quibus dirimendis supra *d. reg. ex l. 27. de usufr.* par esse poterit. 18

De recentis denique agendum foret, quorum mentionem facit *N. 130. c. 1.* Et sunt species Apochæ, à Delegatoribus s. Commissariis iis dandæ, à quibus autoritate Principis vel consuetudine annonam acceperunt, de quarum derivatione *Matth. Steph. ad Nov. 134. n. 4.* Neque hodiernæ praxi incognita sunt, teste edicto Sereniss. Elector Brandenb. *ap. Heyer. p. 247.* Ea verò quæ de quintadecima portione *in d. c. 1. N. 130.* ha- 19

130. habentur, à praxi nostra aliena censeo, dum certa salaria constituisse præstitit. Verùm hæc omnia vela colligentem diutius non morabuntur.

Stiti Lectori militem transeuntem. Si onera inde redundantia bellumque minus bellum agnoscit, optabit mecum, ut transeat miles, & firmam sedem inter nos Pax aurea corroboret. Tibi vero, ÆTERNE DEUS, pro concessa gratia humillimas lito gratias, flexisque genibus veneror, ut studia mea in sempiternam nominis tui gloriam Clementer dirigas, quæ, ut nosti, laborum & pecum mearum FINIS.

EXERCITATIO SEPTIMA.

De Centena, *vulgò* Zent-Recht.

Prooemium.

ENcomium illud, quo Barthol. Cæpoll. Veronensis, JCtus haud incelebris, in Procem. tract. de Serv. Servitutum realium *materiam extollit*: Eandem quidem utilem, ac in foro quotidie occurrentem, ex adverso tamen admodum subtilem esse; Centenæ nostræ *optima sanè adscribi poterit ratione. Difficultas siquidem in aprico est, ut eandem nemo, qui Jurisdictionis spinosissimam materiam vel leviter solummodo inspexit, inficiari queat. Quapropter forsitan parum inepte, nullum in jure tam salebrosum locum, quàm hunc de jurisdictione esse, censet* Coras. lib 3. Miscell. c. 17. num. 1. in fin. *imò ad veritatem ipsius investigandam JCtos ex inferis revocandos esse arbitratur* Vigil. alleg. à Matth. Stephan. de Jurisd. lib. 1. c. 1. num. 2. *Difficultatem hanc plerumque subsequentes adaugent causa: Primò, quod nihil fermè frequentius in Germania occurrat, quàm quod provincia, castra ac villa ad varios spectent Dominos, sic & ut vulgo loquimur,* Zwey, Drey, oder mehr Herrig *sint, qua communio, ratione* der vermengten Unterthanen/ *tum quoad Jurisdictionem in genere, tum etiam quoad* Centenam *in specie, inextricabiles sapius fovet lites.* Secundò, *quod illa, qua juxta Juris Civilis principia late ac nonnunquam tadiose ab Interpre-*

terpretibus de Jurisdictione proponuntur, notissima Germania consuetudo ita immutaverit, ut, unanimi JCtorum modernorum suffragio, is, qui Imperii nostri & Jurisdictionis moderna complicatam notionem sola Juris Romani peritia, Bartoli ve Jason. ac aliorum sequacium traditionibus evolvere tentaverit, ab asino lanam quæreret. Hucq; faciunt illa, quæ Aut. Der Donawertischen Informat. tradit. Daß ipsa Reipubl. German. forma nicht aus denen Lateinischen Rechten oder Bartolo und Baldo, sondern vielmehr aus des Reichs löbl. Herkommen und daher rührenden alten Verfassungen ꝛc. zu nehmen. Tertiò denique, quod post immutationem de Jurisdictione & Centena tam variantes hinc inde receptæ sint consuetudines & observantiæ; ut vel maxime in his pragmaticam Sanctionem & Constitutionem Imperii necessariam esse ducat Wehner. in Observat. Pract. ad voc. Zent. Verum sicut in aliis rebus arduis difficultati utilitas utplurimum connexa esse solet; Ita quoque idipsum præcipue in Centena nostra cernimus. Quis enim est, qui nesciat, exulceratis hisce temporibus in tantum malitiam hominum excrevisse, ut deliquentium copia omnes ferme Respubl. abundent. Jam neq; Judex ad coërcitionem legitime progredi, neque etiam accusator reum delicti cum effectu insimulare poterit, nisi prius sciamus, cui Centenæ exercitium concessum, sicque competentia Judicis rite fundata sit, arg. l. 2. C. de Jurisd. omn. jud. Unde competentia Judicis ac Jurisdictionis materia totius quasi Juris Civilis obex & repagulum non incongrue dicitur à Matth. Steph. de Jurisd. lib. 1. c. 1. num. 1. ibique alleg. Anton. Govean. de Jurisdict. Hac proinde utilitate permoti, Centenam, Speciminis Academici loco, ita evolvendam esse duximus, ut quæ de ardua hac materia sparsim proponuntur, ea, quà fieri potest, brevitate ac perspicuitate exhiberentur. Quia tamen secundum antea deducta ac doctrinam Klock. vol. 1. Consf. 14. num. 27. in ea quoque, perinde ut in moderna Jurisdictione, Consuetudo pro cynosura ac norma decidendi unice habenda est; Ideoque illi, cui forsitan Centena non eo, quo deduximus, sed diverso, eoque largiori sive in proprio, sive etiam in alieno territorio competit modo, his nostris pagellis ne hilum quidem detractum, sed illam potius adjudicatam esse volumus potestatem, quam ipsi consuetudo recepta tribuit. Rectè namque Noë Meurer von Wasserrecht. p. 3. rubr. 9. Von Mühlen und andern Wassergebeuden. quæst. 33. dicit: Eine alte Gewohnheit/ wie es jederzeit gehalten worden/ ist stärcker denn Brief und Siegel. Cautela hac adhibita, rem ipsam in nomine SS. Trinitis aggredimur. Faxit summus Jehova, ut labor noster cedat feliciter, ac gratiosos experiamur Censores!

Caput I.
De
Origine, Denominatione, Definitione ac Divisione Centenæ.

§. 1.

Cum vix Principum aliquis tam lynceus vel sagax esse possit, ut quæ Rempubl. evertere ac pessundare solent, vel ipsi solus prævidere, vel iisdem tempestive occurrere queat; Ideo in quavis bene constituta Republica non solum sapientes viri, qui & domi & belli consiliis salutaribus Principem instruerent, lateri ejusdem semper admoti, sed & certi constituti sunt Magistratus, qui lites privatorum dirimerent, sicque jus suum cuique tribuerent. Ipsum enim Principem majoribus Reipubl. negotiis districtum levioribus hisce controversiis implicari, neque è re Imperii, neque etiam è dignitate Principis est. *Bernh. Sutholt. in Dissert. de Jurid. aph. 92.*

§. 2. Quia verò, ut *Cicero* ait, omnia judicia aut distrahendarum controversiarum, aut maleficiorum puniendorum causa reperta sunt, rem ab antiquo Romani ita temperarunt, ut Magistratui quidem dijudicationem causarum civilium concederent, Superioribus verò potestatem irrogandi pœnas & coërcendi delicta reservarent, qui eandem vel soli exercuerunt, vel etiam aliis nominatim & speciatim sub *meri Imperii* nomine concesserunt, *Vinn. de Jurid. c. 1. n. 3.* quod in *l. 3. ff. de Jurid.* à parte potiori describitur *per gladii potestatem, ad animadvertendum in facinorosos.* Per gladium verò, quo olim communiter vita adimini solebat *l. 8. §. 1. ff. de pœn.* præter ultimum supplicium quævis gravis coërcitio, qua reus pro delicto plecti solet, significatur, per *l. 70. ff. de R. I. & l. 6. pr. de Off. Proc.* Unde quot gradus sunt pœnarum, de quibus in *l. 28. ff. de pœn.* tot meri quoque Imperii sunt. *Zas. ad l. 3. ff. de Jurid. num. 25.* Imò nec pœnæ pecuniariæ ab eodem indistincte excludendæ veniunt, *per. L. 131. §. 1. ff. de Verb. Signif. & arg. l. 5. C. de mod. mulct. Duaren. ad l. 3. de Jurid. Coras. 3. Miscell. 17. num. 12. & seq. Vinn de Jurid. c. 1. n. 5. & seq. Thom. Michaël de Juridict. concl. 78. sub fin. Add. Scip. Gentil. lib. 3. de Jurid. c. 6. & seq.* ubi tres meri Imperii gradus recenset.

§. 3. Sic-

§. 3. Sicque ex historia Romana ulterius patet, ab initio Reipubl. Romanæ ipsos Reges cognitionem capitalium rerum sine Consiliis per se exercuisse, teste *Livio lib. 1. Histor.* Ejectis Regibus penes Consules quidem hæc potestas fuit, ut apud eundem *Liv. lib. 2. c. 1. & seq.* in persona Bruti primi Consulis videre est. Postquam tamen L. Valeria Jus eorundem imminui cœpit, insimul quoque cautum est, ne imposterum de capite Civis Romani in jussu populi cognoscerent, *l. 2. §. 16. ff. de Orig. Jur. Eberlin. de Orig. Jur. c. 19. n. 15.* Exinde Populus Romanus dijudicationem causarum criminalium sibi reservavit, atque pro re nata Quæstores, qui judicia publica exercerent, constituit, eosque quod rerum capitalium causa creati essent, Quæstores Parricidii appellavit. *l. 2. §. 23. ff. de Orig. Jur. Eberlin. d. c. 19. Thom. Michaël de Jurid. conclus. 79.* Fuerunt autem hi Quæstores à Pop. Roman. constituti plerumque ex privatorum numero ad hoc delecti, ut ipsis inquisitio criminum demandaretur; Quapropter *Cujac. 21. Observ. 30. & 5. Observ. 39.* merum Imperium etiam privatis concessum fuisse rectè asserit, quod egregie probat *Scip. Gentil. lib. 3. de Jurid. c. 19.* Factum denique Populi ipsi Principes in Statu Monarchico imitati sunt. *Dn. Struv. Ex. 4. th. 75.* Unde in quovis Reip. Roman. Statu exercitium meri Imperii nonnisi illis competiit, quibus specialiter vel lege vel SCto vel Constitutione tributum fuit, *l. 1. ff. de Off. ej. cui mand. Dn. Strauch. Diss. ad jus Justin. 20. aph. 7.* In rationem hujus rei ulterius inquirit *Scip. Gentil. de jurisdict. lib. 3. c. 27.*

§. 4. Quamvis enim procedente tempore Quæstiones perpetuæ factæ, atque Prætoribus commissæ sint, per *l. 2. §. 32. de Orig. jur. Rosin. lib. 7. Antiq. c. 43. Vinn. de jurid. c. 2. n. 1.* In Statu quoque Monarchico jus gladii & merum Imperium ferme Præfecto Urbi in ipsa urbe & usque ad centesimum lapidem. *l. 1. ff. de Off. Praf. Urb.* In Provinciis verò Pro-Consulibus eorundemque Præsidibus, *l. solent 6. l. 11 ff. de Off. Pro-Consul. l. un. C. eod. l. illicitas. 6. §. qui universas. 8. ff. de Off. Præf.* Super omnes denique & ubique Præfecto Prætorio tributum fuerit, qui propterea etiam gladium ipsius Imperatoris gerebat. *Scip. Gentil. 3. de jurid. c. 20. Thom. Michaël. d. concl. 79.* Propterea tamen merum Imperium neutiquam jure Magistratus competere cœpit, sed adhuc speciatim sub nomine Officii concessum est, ut ipse quoque hac in re dissentiens *Vinn. de jurid. c. 2.* agnoscit. Quando enim semel quid

lege, SCto aut Constitutione speciatim sub nomine offi ii tributum est, in singulis vel causis vel successoribus denuo iterari non debet, sed in creatione singulorum repetitum censetur. *Sutholt. de jurisd. aph. 385. Scip. Gentil. 3. de jurisd. c. 20. & 25. Add. Thom. Michaël cit. tract. conclus. 80.* Ut taceamus multas quæstiones, etiam postquam perpetuæ factæ sunt, extra ordinem vel Consulibus ac Magistratibus, vel etiam privatis hominibus demandatas fuisse, *teste Sutholt. d. l. aph 385.*

§. 5. Atque ex his jam fluit (1.) ratio, cur potestas adnimadvertendi in facinorosos ab initio Quæstio vocata, postmodum tempore Ulpiani *meri Imperii* nomine denotata sit; quod scil. Jurisdictioni nunquam permixta sicque mera fuerit, oppositive nimir. ad Imperium, quod nostri propterea *mixtum* vocant, quia jurisdictioni cohæret, eique subservit ac inest. *l. 1. §. ult. l. ult. §. 1. de Off. ej. cui &c. l. 3. de jurisd. Frantzk. ad ff. de jurisd. n. 53. & 54. ubi Hilliger.* hanc originationem impugnanti respondet. *Sutholt de jurisd. aph. 386. Vinn. de jurisd. c. 1. n. 4. Thom. Michaël d. l. concl. 73.* (2.) quod in usu Juris Civilis tam late non accipiatur Jurisdictio, ut comprehendat speciem sibi cognominem & imperium. Quamvis enim non infitiemur, potestatem cognoscendi & judicandi de causis criminalibus Jurisdictionem appellari posse, si vim verbi spectemus; Attamen hoc à Romani juris usu alienum esse remur, quippe quo Imperium, quod merum appellamus, ut species opposita à Jurisdictione separatur, id quod præter *text. jur. civilis Cicero in Orat. pro L. Muren.* comprobat, ubi potestatem juris dicendi quæstioni diserte opponit. Plura huc facientia testimonia adducit *Sutholt. de jurisd. aph. 103. & mult. seq. Add. Dn. Strauch. Dissert. ad jus justin. 20. aph. 1. Dn. Struv. Ex. 4. 51. & Vinn. de jurisd. cap. 1. n. 1.*

§. 6. Notandum autem, quod in Republ. Romana Populus, ac postmodum Principes, non tam ipsum merum Imperium concesserint, quàm ejusdem solummodo usum & exercitium, *l. 1. ff. de Off. ejus cui mand. l. 8. de Off. Proc. l. 4. de Off. Præf. Schnob. Disp. ad Pand. 2. th. 4.* non ut jure proprio haberent illi, quibus hoc Imperium obtigit, ad instar Jurisdictionis. *l. 5. de jurisdict.* Sed tanquam delegatum, quam ob causam nec aliis mandare poterant, *d. l. 1. pr. & §. 1. de Off. ejus cui mand. est jurisd.* quod sane licuisset, si id jure proprio habuissent, *arg. d. l. 5. de jurisd. Vinn. de jurisd. c. 4. n. 1. Sutholt. de jurisd. aph. 402.* Et hæc per plura secula usque ad tempora Carolingorum durarunt, quibus

alia Imperii nostri apparuit facies. Quondam enim Ducibus & Comitibus non dominium quoddam in provincias tributum, sed sola gubernatio Provinciarum & nudum Regalium exercitium concreditum est. *teste Lehmann. in Chron. Spirens. lib. 2. c. 16. tit. c. 21. & seq.* Progressu tamen temporis Duces Comitesque, potentiores facti, administratoria potestate non contenti fuerunt, sed liberius sibi sumsêre Imperium; Cumque Conradus Imper. ejusque Successores hanc Ducum potestatem nullo modo infringere possent, insimul tamen prudenter animadverterent ὑπεροχὴν illam Præfectorum Imperio valde periculosam esse, remedium hoc adhibuerunt, ut Ducibus & Comitibus præter dignitatem & administrationem dominium quodam in Provincias jure feudi concederent, eosque sibi hoc modo ad majorem devincirent fidem. *Dn. Conring. de Duc. & Comit. Imper. th. 19. & seq. Vultej. de feud. lib. 1. c. 1. n. 14. Dn. Struv. Synt. jur. Feud. c. 1. aph. 4. n. 4.*

§. 7. Hac itaque ratione Comitum Ducumque potestas, quæ olim temporalis & ministra erat, ita immutata est, ut Provinciis postmodum Duces & Comites, non ut Gubernatores, sed pene ut Reges præfuerint, collatis in eos Juribus, quæ solius erant Imperii, ac tributa analoga quadam Majestate, quæ Superioritas Territorialis vocata est, die Landes-Fürstl. Obrigkeit/ Landes Hoheit und Herrligkeit. *Dn. Conring. d. l. th. 23.* Hinc porro evenit, quod inter alia Regalia Jus quoque gladii sive merum Imperium, quod eo tempore, quo adhuc nudi Administratores & Gubernatores Provinciarum fuerunt, ad fiscum Regium pertinebat, αὐτοκρατορίας Jure in suis provinciis obtinuerint, ac, salva Imperatoria Superioritate, in feudum & Jure patrimonii acceperint, inque suis ditionibus Magistratus creaverint, quibus Jus illud vel solum, vel etiam cum prædio, puta castro ac territorio, in feudum dederunt. Vid. *Scip. Gentil. 3. de jurisd. c. 23.* Idem dicendum de Episcopis aliisque Ecclesiasticis personis, postquam Ottonis I. atque subsequentium Imperatorum temporibus secularem acquisiverunt potestatem, *qua de re Dn. Struv. Synt. Jur. Feud. c. 1. aph. 4. n. 8. & seq.*

§. 8. Tandem ergo post insignem hanc mutationem verba quoque Jurisdictionis atque Imperii aliter atque olim usurpari cœperunt, maxime in lingua nostra vernacula. Cum enim prius Jurisdictionis vox ad civilium solum causarum disceptationem restricta esset, postea ad criminalium quoque extensa, sicque communiter fermè in *superio-*

rem

rem atque *inferiorem* Jurisdictio divisa est, ita scil. ut superior merum denotaret Imperium *Dn. Carpzov. p. 3. Prax. Crim. q. 109. n. 10. Sutholt. de jurisd. aphor. 412.* quæ præcipue in Franconia aliisq; vicinis locis, *teste Webner. in observ. pract. sub voc.* Zent/ nomen der Zent oder Zentbarkeit promeruit, unde postmodum *Centena* sive *Centa*, de quo hic noster conceptus est Discursus, prodiit: quo verbo nihil aliud, quàm quorumvis criminum coërcitio sive merum Imperium denotatur, secundum doctrinam *Scip. Gentil. lib. 3. de jurisd. c. 23.* Hæcque immutatio monstrat, quod in nobilissima controversia Lotharium & Azonem de mero Imperio (*an id ipsum, an verò exercitium solùm ab Imperatore concedatur?*) mota, ob quam Azo equum, ex sponsione apud sequestrem depositum, per Imperatoris Henrici sententiam perdidit, Lotharii assertum, qui Magistratibus non nisi exercitium adjudicavit, Juris Civilis analogiæ quàm maxime consonum fuerit: Azonis verò sententia, qui id ipsum præter Imperatorem aliis quoque tribuit, quoad posteriora tempora, quibus & facies Imperii, & ea quæ in libris juris de mero mixtoque Imperio ac Jurisdictione habentur, immutata sunt, verissima extiterit. *Thom. Michaël. de jurisd. concl. 83.* Propterea solùm Azo duriorem sibi attraxit causam, quod hanc sententiam ex Jure Civili probare conatus fuerit: Sicut & in eo non minus erravit, quod Principes Imperii Magistratibus sublimioribus comparaverit, qui error tamen veteribus JCtis solennis ferme ac perpetuus fuit. *Vid. de hac Controversia Azo in Summ. Cod. de jurisd. n. 17. Alciat. 2. Parad. 6. Sutbold. de jurisd. aph. 400. & seq. Vinn. de jurisd. cap. 4. per tot.*

§. 9. *Origine rei* sic satis, ceu opinamur, indicata, ad *originem verborum*, quæ in proclivi haud est, melioris cognitionis gratia descendimus. Circa quam (1.) notandum: Penes Romanos quondam per plura secula splendidum atque illustre *Centumvirale judicium*, quasi populi Romani Concilium, floruisse, quod ex Equestri Ordine collatum est, atque tantam promeruit autoritatem, ut ab isto nulla data fuerit provocatio; *Ab eo* tamen *Centenam nostram*, uti quidem nonnulli autumant, derivatam esse, nulla solida demonstrari potest ratione. In hoc namque judicio noxarum capitalium pœnæ haud irrogatæ, sed causæ potius hæreditariæ, aliæve Juris gravissimi atque intricati, decisæ atque compositæ sunt. *Rosin. lib. 9. Antiq. Roman. c. 14. Knichen. de Superior. Territor. c. 4. n. 74. ibique alleg. Sibrand. Tetard. Sicama de judic. Centumvir.*

qui

qui originem & excellentiam ejusdem prolixe explicat. Nec ad rem facit, quod *Laz. de Republ. Roman.* typum quendam prædicti Judicii Centumviralis nobis exhibere velit in Judiciis Germanorum ruri celebratis, qui multorum constabant colonorum numero, ita tamen ut Schultetus, in nonnullis locis der Richter oder Panrichter vocatus, veluti Quæstor Romanus, cum hastula præsideret; Si namque magnificentiam ac splendorem Judicii Centumviralis causarumque gravitatem consideramus, oppido liquet, non sine gravi injuria Equestrem Romanorum Ordinem cum rusticanis Assessoribus, causasque maximæ disceptationis cum levioribus comparari. Quod ipsum sane argumento est, nostram Centenam judicio Centumvirali Romanorum sua nunquam debere incunabula. *Knichen. de Super. Territor. d. c. 4. num. 74. & seq.*

§. 10. Neque (2.) *Centena* nostra à *Centurionibus* Romanorum dicta est; Centuriones namque apud Romanos vocabantur, qui singulis Ordinibus in Legionibus præerant, atque rei solummodo militari, neutiquam verò judiciariæ præficiebantur. *Rosin. lib. 10. Antiq. Roman. c. 5. & 7. Hildebrand. de Antiq. Rom. sub voc. Centurio.* quod Centenæ nostræ, quæ dijudicationem causarum criminalium solummodo complectitur, plane contrariatur. *Schottel. de singul. quibusd. German. jur. c. 7. §. 1.* Complures (3.) eandem à *verbo Centum* deducunt, hancque derivationis rationem haud improbabilem reddunt, quod Francorum ætate Provinciæ omnes Comitatibus distinctæ, ditiones cujuscunque Comitatus centum pagis æstimatæ, sicque in Centenas distributæ, ac cum Comites omnibus non sufficerent negotiis, ex plebe Centeni Comites, seu Graviones, h. e. judices Comiti subjecti, assignatis pagis seu villis, constituti fuerint, qui propterea, quod Centenam curarent, Centenarii Cent-Grafen dicti sunt, unde ab hac Centena vel Centenariis nostrum vocabulum Zent dictum esse putant. Quam sententiam non solum *Knichen. de Super. Terr. d. c. 4. num. 79. & seq. & Freher. in Orig. Palat. Sed & Besold. in Thesaur. Pract. sub voc.* Cent hisce approbat verbis: *Regiones olim per Centenas distincta fuerunt, exinde nobis remansit* Cent. Unde quoque eidem *Besold. sub vocab.* Cent-Grafen/ Centgravii illi sunt, quos antiqua Lex Alemannorum Centenarios vocat. Ipsi suffragatur *Speidel. in Spec. ad voc.* Cent-Graff/ *Et Knichen. d. c. 4. num. 85. & seq.* ubi sequentia proponit: *Olim qui*

districtui, regioni, provinciæ, ditioni aut territorio præerat, Comes vocabatur à dignitate, qua præfulgebat &c. Cæterum quia Comites ipsimet omnibus præesse non poterant, constituebant ex plebe Centenos Comites seu Graviones Zent-Graffen/ *nimirum judices, assignatis villis & pagis, qui cuilibet Centenario subjiciebantur in omnibus causis: Inde Centena dicta pro collectione & cœtu, qui ad eam destinati erant.*

§. 11. Verùm, num huic derivationi indiscriminatim subscribendum sit, adhuc dubiæ fidei res est. Scimus equidem, quod Francorum temporibus præter bellicum Magistratum, ex notabilitate nonnulli, qui jura per pagos vicosque redderent, constituti fuerint, quos ab antiquis temporibus Grafen (quæ vox judicem significat, *Gloss. Spec. Saxon. lib. 3. art. 13.*) dictos, sequior ætas Comites, *Tacitus* verò Principes appellavit. Ita enim *de Mor. Germ. c. 12. Eliguntur,* inquit, *in iisdem Conciliis & Principes, qui jura per pagos, vicos reddunt.* Præterea nec hoc negari poterit, quod his Comitibus, respectu pagi cui præerant, competierit Jurisdictio, mixtum & merum Imperium, ita tamen, ut ex plebe delectos Centenarios ac Assessores habuerint, quos *Tacit. d. l.* Comites, Germani verò jam olim Schepen/ Schöpen/ Schöpfen vocarunt. Diserte hoc confirmant verba *Tacit. d. c. 12. Centenis singulis ex plebe Comites, Consilium simul & autoritas adsunt. Vid. Dn. Conring. in Dissert. de Duc. & Com. Imper. th. 6. & Lehmann. in Chron. Spirens. lib. 2. c. 17.* Exinde tamen non statim nostra Centena, quæ causas criminales respicit, deduci atque derivari potest. Ipsi namque, qui hanc derivationem probant, fatentur, Centenarios non de omnibus causis, sed de minoribus tantum judicasse; Id quod etiam *Acta Lindaviensia probant apud Besold. d. l.* Præterea *ex LL. Alemann, VVisigoth. aliisq;* patet, cum Præfectis suis Centurias potius per Hundredas, in vernac. nostr. Hunderten/ quàm Centenas designatas fuisse, ut probat *Schottel. d. c. 7. §. 1. ex quibus* B. Lector jam facile judicare poterit: Num vox Zent à Centum vel Centenario (cum hinc inde vox Hundreda occurrat) formata vel recepta sit?

§. 12. Quod verò nonnulli (4.) *vocem* Zent *à* Zehendt derivatam esse velint, quos cum ratione derivationis allegat *Knipschild. de Jur. Civit. Imp. lib. 2. c. 6. n. 153.* id tum rationi, tum naturæ nostræ Centenæ plane contrariatur, sicut & illud, quod alii confundant Zent cum Send. Prorsus enim esse distincta vocabula Zehnd/ Zent/ und Send/

Send/ ex accuratiori consideratione Juris Decimandi, Centenæ & Sendici, Zehnd/ Zent/ und Send-Rechts liquet. Fuit autem Jus Sendicum nihil aliud, quàm annale Judicium Ecclesiasticum, vigore cujus Archi-Diaconi per Officiales, in villis & pagis, mediante inquisitione, correctione & punitione cognoscebant de criminibus, qui in illo anno denunciata erant, & ad Jurisdictionem Synodalem pertinebant. Sächs. LandR. *lib. 1. art. 2. Schottel. de singul. Germ. jur. c. 6.* Probabilius (5.) Centena, Zent/ videtur vox primitiva Germanica, unde multa composita cum modis loquendi Germanicis orta sunt, v. g. Zent-Herr/ Dominus, cui Centena competit, Zent-Fall/ casus ad Centenam spectans, Zent-Verwandte/ ad jura Centenæ pertinentes, subditi, Zent-Folge/ sequela ad tuitionem Centenæ spectans, Zent-Pflicht/ Juramentum, quo subditi Domino Centenæ obstringuntur, Zentbar/ Centenæ subjectus, Zentfrey/ qui ad onera der Zent non tenetur, & similes, de quibus passim in hoc nostro Discursu. Et hanc radicem Centenæ Germanicam agnoscit quoque *Schottel. d. c. 7.* Si quis tamen à Centenariis veterum Germanorum Centenam derivare malit, non repugnabimus, neque etiam ipsi dicam hac in re scribemus, cum salutem Græciæ hæc derivatio non concernat.

§. 13. Vocatur aliàs *Centa*, prout hoc ipsum vocabulum *in privilegiis urbis Rotenburgi de anno 1274.* legitur *apud Knipschild. de Jur. Civ. Imp. lib. 3. c. 46. in verb. quod Centa judicium secundum antiquam consuetudinem in suo vigore permanere debeat, num. 32.* Rectius tamen & usitatius Centena dicitur ex mente *Knichen. de Super Territ. c. 4. num. 68. ac Schottel. cit. c. 7. §. 1. & 2.* Consimili modo ex hactenus dictis patet, quod meri Imperii, it. Jurisdictionis criminalis ac superioris promereatur nomen. *Vid. Wehner. in Observ. Pract. ad voc.* Zent *atque Dn. Carpzov. p. 3. Prax. Crimin. q. 109. num. 10. Teste Knichen. cit. loc. num. 90. Mallobergium* quoque nominatur: Attamen hoc iterum vel ex eo dubium redditur, quod per Mallobergium in *seq. L. Salic. 4. tit. 46. verbis: In singulis Mallobergiis, &c.* ipse *Knichen. plebem, quæ ad unum Mallum convenire solet*, intelligat, cœteroquin nullus occurrat locus, qui huic asserto calculum suum addat. Aliàs certum est, quod *Mallus* seu *Mallum* denotet tribunal, ubi judicium peragitur. Sic, teste *Spidel. in Spec. ad voc. Mallus, Chron. Laurishaim.* facit mentionem trium principalium *Mallorum*, qui vulgo ungebeten Ding

oder Gericht vocantur, *Meichsner. tom. 1. Dec. Camer. lib. 1. dec. 7. n. 11. fol. m. 92. sub fin.* propterea, quod certa & designata die absque ullius imploratione ordinarie peragantur. *Knichen. d. c. 4. n. 92.*

§. 14. *Stephan. quidem de Jurisdict. lib. 2. p. 1. c. 7. membr. 6. num. 7. & seq.* Judicium *Malli* sive *Manni* pro judicio criminali Nobilium, der Manne/ habet, idque à Mannis, von denen Männern / sive à Nobilibus deducit. Consentientem habet *Schottel. de tract. c. 4. §. 2. & 3.* Verùm sicut testimonia à *Stephan.* adducta ejusd. asserto, quoad *Mallum* parum suffragantur; Ita quoque *Gryphiand. de Weichbild. Saxon. cap. 65. & 66.* *Mallum* pro tribunali ejusdemque signo in genere habet, cujus rei gratia aliam plane eamque diversam denominationem proponit, dum consuetudinis fuisse dicit, ut publica judicia publice sub dio, unter den blauen Himmel/ ad omnem timoris metusque suspicionem removendam celebrarentur, insimul tamen certum locum, einen Plan oder Platz/ ad quem subditi sibi comparendum esse scirent, requisitum, ejusque rei gratia signum quoddam, ein Mahl/ adjectum fuisse tradit. Signum hoc fuit lapis, arbor, pertica, vel etiam crux lignea cum gladio aliisve insignibus, ad quod Judex & Scabini de justitia æqualiter distribuenda jurare coacti sunt. Unde locus ille judicii *Mallus* sive *Mallum* non solum dictus est, ein Mahl/ sed etiam evenit, quod *Mallus* & *Placitum* pro synonymis haberentur, quorsum *text. jur. Canonici in c. 2. X. de Cler. pugnant. cap. 33. dist. 63. & c. 1. X. de immun. Eccles. it. Juris Feudalis spectat in §. si quis Rusticus 2. F. 27.* Ubi pro palatio *Hotom. atque cum eo Gothofred. in Not.* rectius placitum legit, sicque forum judiciale intelligit, *Add. Schottel. cit. c. 4. §. 4. Goldast. quidem in not. ad tom. 1. rer. Alemann.* inter *Placitum* & *Mallum* hoc discrimen constituit, quod *Placitum* conventum publicum Procerum, einen Reichs-Tag/ *Mallus* autem Judicium generale denotet. Verum an hæc differentia universalis ac perpetua sit, meritò dubitat *Gryphiand. de Weichbild. Saxon. c. 65. n. 9.* Quicquid tandem hac de re statuendum sit, parum interest. Hoc sane ex prædictis fluit, quod inter *Centenam* & *Mallum* maxima intercedat differentia.

§. 15. Germanice *Centena* in quibusdam locis vocatur die Zent/ Zentbarkeit/ Zent-Gerechtigkeit/ Zent-Recht/ Zent-Gericht/ Alibi dicitur die Fraiß/ hohe Fraiß/ Fraißliche Obrigkeit. In jure Saxonico vocabula hæc der Zent und Fraiß non reperiuntur, sed Centena

nostra

nostra vocatur Bann / Blut-Bann / Acht / Blut-Gericht / Halßgericht zu Haut und Haar / uti passim ex *Speculo & Jure Vreichbild. Saxonico apparet*. Vocatur etiam *Bannus Regius*, unde bey Königs-Bann tingen / idem est, ac habere merum Imperium. *Schottel. cit. cap. 7. §. 3.* Sicque vox *Centena*, ut antea dictum, germanica quidem est, sed non æque apud Saxones, quàm in Franconia ac Palatinatu vicinisque locis nota. *Reinking. de R. S. & Eccles. lib. 2. class. 2. cap. 17. num. 50.* ubi testatur, quod in Palatinatu & Franconia vicinisque locis Jurisdictio in *Centenam* atque *Vogtheiam* distingvatur. Sumitur quandoque *objective*, pro districtu in quo Centena exercetur, & dicitur Zentbahrer Grund und Boden / perinde ut Jurisdictio, quæ interdum pro ipso territorio ac provincia accipitur, *l. 6. §. 10. de injust. rupt. irrit. &c. l. 3. de Off. Præf. l. 4. C. de Off. Magist. Milit. Coll. Argent. ad tit. de Jurisdict. thes. 3.* Ut plurimum tamen, perinde ut hoc loco, *effective* pro Jure Centenæ & Jurisdictione in causis criminalibus competente accipitur, sicque à *Knichen. de Super. Territor. cap 4. n. 69.* per *noxarum sive delictorum animadversionem & coërcitionem* describitur. Consentit *Carpzov. p. 3. Prax. Crim. q. 109. n. 10.*

§. 16. Dividitur *Centena* (1.) in *universalem* sive omnigenam, & *particularem*, sive limitatam. *Universalis* & omnigena, die sämtliche und allgemeine Zent / est, cum quis habet omnium omnino etiam leviorum delictorum animadversionem & coërcitionem indistinctam in Dorff und Felde / so weit sich der Zentbahre Boden erstrecket. *Specialis* & limitata est, cum quis in alieno territorio certorum criminum coërcitionem, pacto, consuetudine, vel præscriptione quæsitam habet. *Reinking. de R. S. & Eccles. lib. 2. class. 2. cap 17. num. 51. & 52.* Hæc Centena alias die Fraiß-Zent dicitur. *Vvehner. in Observat. Pract. ad voc.* Zent. *Schottel. d. c. 7. §. 6.* atque à mero Imperio in eo differt, quod merum Imperium omnium criminum ac delictorum coërcitionem complectatur: Centena verò specialis utplurimum ad certos casus restringatur. *utraque* iterum in *propriam* & *simultaneam* sive communem (gesamte Zent) propterea subdividitur, quia utramque iterum vel solus, vel etiam cum alio simultanee quis exercet. *Knichen. de Super. Territor. cap. 4. num. 330. Casp. Leopold. de Concurr. Jurisdict. apud Arum. vol. 1. discurs. 13. quæst. 12.* Imò multoties occurrit, ut alter in uno eodemque loco exerceat merum Imperium sive Centenam omnigenam, die hohe Malefi-

tische Obrigkeit/ & alter utatur Centena limitata, quæ mire tamen variant. *VVehn. in Observ. Pract. de loc. Besold. in Thesaur. Pract. sub voc.* Centbahrliche Obrigkeit. *Knipschild. de Jur. Civit. Imper. l. 2. c. 6. num. 155.* *Secundò Centena* ex consvetudine & usu recepto dividitur in hohe Zent/ Graisch-Zent/& Mittel-Zent/sive Unter-oder Nieder-Zent. Quinam casus ad quamlibet pertineant, ex seqq. patebit; quamvis uniforme assertum hac in re proponi nequeat. *Schottel. cit. c. 7. §. 11.*

Caput II.
De
Personis, Centenam conferentibus & acquirentibus, ut & de modis acquirendi.

§. 1.

Tractatum prioris Cap. merito excipit *Acquisitio Centenæ*, quæ tum *personis conferentibus & acquirentibus*, tum etiam *modis acquirendi* constat. Et quidem cum causa efficiens Jurisdictionis in genere sit quilibet, penes quem summa Reipublicæ potestas est. *Dn. Strauch. Dissert. ad Jus Justin. 20. aph. 10.* in hypothesi, quoad Imperium merum, quod *Centena*, præprimis omnimoda, repræsentat, ex antea dictis denuo repetendum, de Jure Civili post expulsos Reges merum Imperium penes Populum re sedisse, *l. 2. §. exactis. 3. de Orig. Jur.* qui, perinde ut aliarum rerum omnium arbitrium: Sic & Jus gladii ad solum Principem sive Imperatorem, tanquam ad legitimum Populi successorem, postmodum transtulit, *l. 1. ff. de Constit. Princ. d. l. 2. §. 11. de Orig. Jur.* Unde (1.) in Statu Monarchico solus Imperator merum Imperium concedere potuit; Extra eum verò nemini id aliis demandare licuit. *per super. tradita & l. 1. in pr. de Off. ej. cui. &c. Stephan. de Jurisdict. lib. 1. c. 11. n. 1. & seq.*

§. 2. Et quamvis notissima Germaniæ consvetudo, secundum antea dicta, hæc immutaverit; Attamen Centenæ concessio eminenter penes Imperatorem remansit. Omnis namque Jurisdictio, quæ in Romano Imperio existit, vel Imperatoris est, vel ab eo concessa præsumitur, notante *Anton. Fabr. lib. 3. C. tit. 12. def. 17. n. 1.* Quapropter ab eo, velut perenni fonte, omnis omnino Potestas, Superioritas, Dignitas ac Jurisdictio, quæ hodie cum mero Imperio Regalibus in *text. 2.*

F. 56.

F. 56. adſcribitur, *Stephan. de Jurid. lib. 1. c. 38. num. 20.* in reliquos promanare dicitur. *l. 1. ff. ad L. Jul. de ambit. Stephan. de Jurid. d. l. c. 38. num. 1. Reinking. de R. S. & Eccleſ. lib. 1. claſſ. 5. cap. 2. num. 1. & ſeq. Knichen. de Sublim. Territor. Jur. c. 1. num. 306. & ſeq. Petr. Heig. p. 1. q. 2. num. 7. Roſenthal. de Feud. cap. 5. concl. 4. num. 1. & ſeq.* Imo, nulla terra cum Regali Territorii Jure fieri vel poſſideri à quopiam poteſt, niſi quam Imperator conſtituit ac conceſſit, vel etiam per tempus hominis memoriam excedens poſſideri paſſus eſt, *Tob. Paurmeiſt. de Jurisd. lib. 2. c. 8. n. 31. & ſeq. Knichen. de Jur. Territ. c. 3. n. 53. Reinking. de R. S. & Eccleſ. lib. 1. claſſ. 5. c. 2. n. 4. & ſeq.*

§. 3. Præter Imperatorem (2.) Status quoque Imperii noſtri Romano-Germanici *Centenam* hodie concedunt atque conſtituunt. Olim quidem, prout antecedentia monſtrant, merum Imperium nemo, niſi vel ſola Lex vel Imperator in aliquem conferre potuit. *Rennem. in Jurisprud. Rom. Germ. membr. 1. de Jur. Perſon. diſp. 18. th. 16. lit. d. Stephan. d. lib. 1. c. 11. num. 9.* Sicque ſolius Cæſaris fuit, infeudare de Jurisdictione ſuperiori & jure gladii, ſuffragante *textu* des LandR. *lib. 3 art. 53. alleg. à Reinking. de R. S. & Eccleſ. lib. 2. cl. 2. c. 17. num. 47.* Diverſum tamen obtineri cœpit, poſtquam merum Imperium feudi & patrimonii jure Principes ac Status Imperii impetrârunt; Exinde namque transmiſſibile & hæreditarium redditum eſt, ut ob inveteratam hanc conſuetudinem Duces, Marchiones, Landgravii Comites aliive Status Imperii bene meritos de caſtris vel manſis, cum omnimoda Jurisdictione, ſicque etiam cum *Centena* ſubinfeudare poſſint. *Rennemann. cit. Diſp. 18. th. 16. lit. d. Reinking. d. l.* Hinc plerumque Nobilibus caſtra, pagos, vicos à Principibus cum Jurisdictione aliisque emolumentis, conceſſa videmus, & quidem variis adjectis clauſulis, quæ aliquando *Centenam* & ſuperiorem Jurisdictionem, aliquando verò *Vogtheiam* atque inferiorem Jurisdictionem denotant. *Zigler. ad aur. Prax. Calvoli. §. Nobiles. concl. 1. num. 1.* Tandem denique (3.) moribus hodiernis omnes illi, qui jure feudi *Centenam* obtinuerunt, intervenientibus requiſitis ad alienationem feudi ſpectantibus, de quibus in *text. 2. F. 52. & 55.* eandem in alios transferre ac alienare poſſunt, quæ alienatio, ſi fiat in conſortem, de plano procedit; Sed ſi fiat in extraneum, ita demum valet, ſi *Centena* loco cohæreat, & locus una cum univerſitate in extraneum transferatur.

Sola

Sola enim Jurisdictio, non privato sed ei demum vendi potest, qui eandem jam habet, ut hoc modo ampliores sibi acquirat terminos, ut post *Bartol. Consil. 189. n. 8. & Pacian. de Probat.* tradit *Stephan. de Jurisd. lib. 1. c. 38. n. 42. Dn. Strauch. Dissert. ad Jus Justin. 20. aph. 10.*

§. 4. *Personas conferentes acquirentes* excipiunt, qui nostro idiomate vocantur die Cent-Herren/ sive Domini, quibus *Centena* vel *Jus Centa* competit. *Knipschild. de Jur. Civ. Imper. lib. 2. c. 6. num. 154.* alias Frais Herren / Ober-Gerichts-Herren / Hoch-Gerichts-Herren/ Halß-Gerichts-Herren/ *Schottel. de Singul. Germ. Jur. c. 7. §. 6. Reinking. de R. S. & Eccl. lib. 2. class. 2. c. 17. n. 51.* Hic tamen iterum à Jure Civili hodierni mores separandi sunt. De Jure namque Civili merum Imperium & Magistratibus, & privatis concessum est, ut circa originem *Centenæ* in *Cap. præcedenti* monuimus, & latius deducit *Scip. Gentil. de Jurisd. lib. 3. cap. 19.* Quoad mores Germaniæ vero notandum, quod *Centena* cum Superioritate Territoriali (1.) omnibus *Statibus Imperii* competat, inter quos præcipui & maxime eminentes sunt Electores, tam Ecclesiastici, quàm Seculares. Eosdem excipiunt Principes tam Ecclesiastici, quàm Seculares, sub quibus præter Archi-Episcopos, Abbates, Præpositos & Abbatissas, Archi-Duces, Duces, Marggravii, Landgravii, Principes in specie sic dicti, Comites atque Barones continentur, quorum omnium originem si prolixius exhibere velimus, tempus potius & charta, quam materiæ deficerent, quocirca B. L. ad Publicistas pariter & Historicos remittimus. *Vid. Limn. Reinking. Speidel. Besold. Wehner. & præcipue Dn. Conring. de Republ. Rom. Germ.* Principes denique subsequuntur Civitates Imperiales, quæ, æque ac Principes, Status Imperii sunt, hujusque rei gratia non tantummodo voto deliberativo, sed & decisivo ac constitutivo, in Conventibus Imperii gaudent, juxta *Pacif. Osnabr. art. 8. §. 4.* insimulque Superioritatis, Territorialis, perinde ut alii Status participes sunt. *Vid. Limn. de J. P. lib. 7. c. 1. num. 49. & seq. Mag. de advoc. c. 6. num. 190. Hermes de Jur. Publ. c. 31. num. 20. Matth. Stephan. de Jurisd. 2. p. 1. c. 7. num. 15. & seq. it. lib. 2. p. 2. c. 1. num. 55. & seq.* Hinc testatur *Knipschild. de Jur. Civ. Imp. lib. 2. c. 6. num. 1. & 2.* quod omnimoda atque tali gaudeant Jurisdictione, qualem olim Imperatores per præfectos Imperiales exercuerunt.

§. 5. (2.) Præter Imperii Status, *Centena* nostra sine dubio quo-

que *Nobilibus Imperii immediatis*, non quidem Jure Superioritatis, sed specialis concessionis competit, quales sunt Nobiles Franconiæ, Sueviæ & superioris tractus Rheni, qui in varias dividuntur classes. *Vid. Limn. de J. Publ. l. 6. c. 3. Speidel. & Besold. sub verb.* Freye Reichs-Ritterschafft. His quidem multi Superioritatem Territorialem, cumque ea *Centenam* adjudicant, quales sunt *Bidenbach. & Nolden. alleg. apud Limn. d. c. 3. num. 364. & seq.* ut & *Mager. de advoc. arm. c. 6. n. 105. & seq.* Huic tamen asserto alii, nec sine rationum momento, contradicunt. Singulari quidem prærogativa præ reliquis Nobilibus gaudent, ac in Statu immediato inviolabiliter per *Instrum. Pac. Cæsar. Gall. §. 24.* relinquuntur: Beneficium quoque Constitutionis *de Pac. Religiosa* ad eosdem spectat. *Instrum. Pac. Cæs. Suec. art. 10. §. 27. R. J. de Anno 1555. §.* Und in solchen Frieden. *26.* Ut hoc modo majori libertate fruantur, quam Austriaci Comites & Barones; Inde tamen ad Superioritatem Territorialem iis asserendam nondum firmiter concludi potest. Multi namque inter eos, præter libertatis prærogativam, nulla habent Regalia, ac, si quædam possident, ea nonnisi peculiari sibi acquisiverunt concessione. Hinc *Besold. in Thesaur. Pract. verb.* Freye Reichs Ritterschafft/ *dicit:* Daß die von Adel in ihren Dörffern/ Städten und Schlössern allein Voigt-Herren seyn/ auch den Blutbann und Regalia anderst nicht/ dann per investituram & privilegia singularia, und gar nicht Territorii Jure haben können. Idem porro (3.) de *Nobilibus in genere*, quod *Centenam* per specialem Superioris concessionem acquirere possint, juxta doctrinam *Zigler. ad Aur. Prax. Calvol. §. Nobiles. concl. 1. num. 1. seq.* asserendum; Imo (4.) ad alios quoque *privatos* extendendum est. His namque, ut vel jure Magistratus tanquam Officiales exerceant, vel etiam jure feudi habeant, *Centenam* concedi posse, notoria confirmat Praxis.

§. 6. Consideratis personis acquirentibus, jam ad *Modos acquirendi* pergimus, quorum varios in materia Jurisdictionis excogitarunt Interpretes. *Vid. Wesenbec. in Parat. ff. tit. de Jurisdict. num 9.* Hic tamen congrue in eos, quibus *Centena* vel *de novo acquiritur*, vel etiam *acquisita* ad successores *devolvitur*, dispesci possunt, ad imitationem modorum, quibus feudum acquiritur vel devolvitur, de quibus in *text. 2. F. 33. 1. F. 8. 25. & passim. Dn. Struv. Synt. Jur. Feud. c. 7. aph. 1. & ult.* Noviter acquiritur *Centena* per *concessionem præscriptionem & consuetudinem.*

Concessio iterum vel per *investituram*, vel sine ea *simpliciter*, vel etiam per *conventionem* atque contractum peragitur. Quoad *investituram* ab Imperatore vel Rege Romanorum factam certum est, quod Statibus Imperii, qui de Territorio, Ducatu, Comitatu &c. investiti sunt, per investituram omnia jura Regia atque Imperialia cum *Centena* tribuantur, ut fundatam habeant intentionem in omni Superioritatis & Jurisdictionis Jure, in aller Obrigkeit und Folge/ & sic etiam in *Centena*. *Zigler. ad Aur. Prax. Ca'vol. §. Landsasii concl. 1.* Unde in Landschafts Canzley, Erb- und Amts-Büchern (in quibus descripta habentur, cujusque districtus, Amts und Zents/ oppida & pagi cum Juribus Superioritatis & Jurisdictionis, tributorum, censuum & canonum, quibus subditi Domino territoriali obstricti atque obligati sint) statim post nomen cujusque oppidi vel pagi sæpius scriptum videmus, alle Obrigkeit allda ist meines Gnädigsten Herrn und Obern/ quæ scil. intuitu superioris ac universalis dominii, per investituram concessi, in omnes subditos exerceri potest. *Caspar. Leopold. de Concurrent. Jurisd. in Imperio Romano-German. apud Arum. vol. 1. discurs. 13. q. 12.* Sicque ratione *Centenæ* Dominus territorii, cui regulariter *Centenica Jurisdictio* connexa est, mediante investitura, adversus omnes in territorio habitantes fundatam acquirit intentionem, licet utrumque *Jus Superioritatis* atque *Centenæ*, der Landes- und Zentbarlichen Obrigkeit/ distinctis curiis & officialibus exerceat. *Petr. Leopold. de Conflict. Pacif. Relig. apud. Arum. vol. 1. Discurs. Jur. Publ. 24. q. 4.* Hæc ipsa tamen investitura, juxta *Capitul. Leopold. art. 30.* quoad territorium ad Imperium devolutum, eique annexam *Centenam*, exceptis Electoratibus, ne numerus Electorum cum variis Imperii incommodis diminuatur, *Arum. discurs. 4. ad A. B. th. 16. Dn. Carpzov. de Leg. Reg. Germ. c. 7. sect. 3. num. 27.* de novo amplius ab Imperatore absque consensu Electorum suscipi nequit, cum feuda Imperio aperta in ejusdem usum servanda, neque aliis rursus concedenda sint. Id quod Capitulationibus quoque anterioribus provisum est. *Vid. Limn. in Annot. ad Capit. Carol. V. art. 9. voc.* Sämtlich.

§. 7. Specialibus porro Status Imperii *Centenam* in suos Subditos & Vasallos transferunt (1.) per *investituram*, tanquam modum acquirendi usitatissimum. Post Imperatorem namque Principes, aliosque Imperii Status, tam criminalem quam civilem Jurisdictionem alis

aliis concedere posse, tradunt *Coler. de Proc. Exec. p. 2. c. 1. num. 127. Reinking. de R. S. & Ecclef. lib. 1. class. 2. c. 17. num. 45. Berlich. p. 1. concl. 1. num. 13. Knipschild. de Jur. Civit. Imp. lib. 2. cap. 6. num. 10.* non quidem cumulative, uti multi opinantur, interque eos *Dn. Carpzov. lib. 2. Resp. 11. num. 9.* neque etiam privative, juxta communem Dd. sententiam, sed sub ordinate. Quamvis enim Princeps *Centenam* concedens, eandem simul non exerceat in pagis vel oppidis ejus, cui per investituram concessit; Quia tamen *Centena* jure feudi concessa, tanquam dominium utile, directum præsupponit: Ideoque nihil aliud, quam subordinata concessio admittenda est, quæ præcipue in casu negligentiæ, aut ubi Dominus *Centena* doli delictive patriceps est, vel etiam *Centena* abutitur, nimisque atrox & crudelis est, suis non destituitur effectibus. Vid. de hisce casibus *Petr. Anton. de Patra de Potest. Princ. c. 22. num. 2. & seq. Zigler. ad Aur. Prax. Galv. §. Nobiles, concl. 1. num. 16.* Unde porro fluit, quod Princepes, Duces, similesque potestates superiores, qui subfeudarunt alios cum mero & mixto Imperio, horum subditos etiam non requisito Vasallo ac Judice inferiore, in cujus territorio citati degunt, citare & ad sua tribunalia evocare possint, si scil. causa, pro ejusdem qualitate, rectà in Curia Principis introducatur, vel per appellationem eò devolvatur: dum enim Principi, ejusque Curiis superioribus, in prædictis causis solitaria cognitio competit, necesse est, ut ei insimul libera relinquantur, quæ ad illius expeditionem faciunt, prout non incongrue demonstrat *Georg. Herpser. de nobil. circ. Jurid. Controv. qu. 4.* (2.) Per *nudam concessionem* absq; investitura. Status namque Imperii, *αὐτοκρατορίας* vigore, Magistratus creant, iisque Jurisdictionem & merum Imperium sive *Centenam* concredunt. *Dn. Strauch. Dissert. ad Jus Justin. 20. aph. 7.* (3.) Per *conventionem* atque contractum. Quamvis enim merum Imperium sive *Centena*, nec emi nec vendi ac locari possit, cum sit publici Juris, ob quam causam æstimari nequit, ac exerceantur in personas, quarum nulla est æstimatio. *l. liber. homo. 13. ad ff. L. Aquil. l. ult. ff. de his, qui dejec. vel effud.* Contrarium tamen de consvetudine, quæ etiam leges tollit juxta *l. fin. ff. de Constit. Princ. c. un. 2. F. 1.* receptum est quia Jurisdictio hodie utplurimum & fere æstimabilis e[...]tione scil. alienantis & vendentis: licet in æstimabilis sit respectu Prin[...]is concedentis. *Stephan. de Jurid. lib. 1. c. 32. n. 40. & seq.*

Quapropter & *Pauermeister. qui lib. 1. de Jurisd. c. 20. per tot.* multis deducit, quod Jurisdictio extra commercium sit, *sub fin.* fatetur, usu & moribus Jus quoddam in Jurisdictione concedi, id quod sane alienabile est.

§. 8. Sed hac occasione non incongruè quæritur: Si in genere sit concessa Jurisdictio, num sub ea quoque *Centena omnigena* concessa videatur? Affirmativam sententiam tuentur *Matth. Coler. de Proc. Exec. p. 2. c. 1. num 156. Dn. Carpzov. part. 2. Constit. 40. def. 6. & in Proc. tit. 2. art. 1. n. 71. & seq.* ubi rationes hanc in rem adducit, *Thom. Michaël. de Jurisd. conclus. 68. & 69. Fachin. lib. 13. Controvers. c. 19.* atque Dd. communiter, teste *Bronchorst. Cent. 1. evavf. q. 17. sub fin.* Verùm quamvis concedamus, quod Jurisdictionis appellatio, secundum usum hodiernum, generalis esse videatur; Quia tamen singularis illa species Jurisdictionis, *Centena* scil. ob magis graves & arduas, quas continet causas, specialem requirit concessionem, mit ausgedrückten Worten/ juxta *l. 1 in fin. de Off. ejus cui mand.* Ideo Jurisdictionis appellatione in dubio solum videtur concessa Jurisdictio inferior absque *Centena*, præcipue cum nec hodie merum Imperium Jure Magistratus competat, teste *Dn. Strauch. Dissert. ad Jus Justin. 20. aph. 7.* Et hanc posteriorem sententiam probant varii Interpretes, interque eos *Knichen. de Sublim. Territor. Jur. cap. 1. num. 281. Matth. Stephan. de Jurisd. cap. 38. num. 10. Dn. Struv. Synt. Jur. Feud. cap. 6. aph. 18. num. 4.* & quos allegat *Sutholt. de Jurisd. aph. 414.* imo ipse quoque aliàs dissentiens *Dn. Carpzov. Disp. Feud. 4. th. 24.* Præcipuè verò ex mente *Webner. in Observ. Pract. verb.* Zent. procedit in *Centena limitata.* Nam, ut attestatur, quibusdam in locis hæc, ut eminentior, semper excipitur, & in quavis concessione, nisi nominatim sint addita majora crimina, Die hohe Rügen und Zent-Rügen/ reservata censentur Die Zentfälle. Sane quando ex adjunctis verbis liquet, Principem de omnimoda sive plenissima Jurisdictione concedenda cogitasse, etiam merum Imperium sive Centena transibit, *Gloss. in Clem. 1. de for. compet.* Plenissimæ siquidem & omnimodæ concessioni, ne otiosa sit, specialis expressionis vis tribuitur, *arg. l. 109. de leg. 1. Stephan. d. c. 38. n. 11. Schneidew. in Epit. Feud. p. 2. num. 91.* Sic concesso castro cum omnibus juribus ac pertinentiis, merum Imperium quod castro adhæret, concessum esse docet *Panormitan.* & [illegible] *Menoch. lib. 3. præsumt. 97. n. 38.*

§. 9. Al-

§. 9. Alter modus acquirendi *Centenam* est *præscriptio.* Quoad illam equidem res de Jure Civili dubia est, quia, ut subinde monitum, ei demum competiit merum Imperium, cui specialiter concessum fuit. *l. 1. ff. de Off. ejus cui.* Quare cum non esset in bonis *arg. l. 2. §. 16. de Orig. Jur. junct. l. 3. ad L. Jul. Majest.* neque etiam usucapi poterat. *arg. l. 1 C. de usuc. pro emt. c. dudum 31. X. de decim. Dn. Hahn. ad VVesenb. de Jurisd. num. 9. VVebner. in Observ. Pract. sub. voc.* Zent. *in fin.. Thom. Michaël. de Jurisd. concl. 81.* Sed postquam hodie merum Imperium sub Jurisdictione superiori veniens, æque ac Jurisdictio, patrimoniale redditum est, obtinuit quoque ut *Centena* præscriptione acquireretur, juxta *Jason. & Zas. ad l. more. 5. de Jurisd. Stephan. cit. lib. 1. cap. 38. num. 35. Sutholt. de Jurisd. aph. ult. VVebner. d. loc. & Thom. Michaël. cit. tract. conclus 85.* non quidem simpliciter, ut ex privato quis fieret Magistratus; hoc enim jura respuunt, quia qui Jurisdictionem sibi arrogat, in Majestatis crimen incidit. *l. 3. ad L. Jul. Majest.* Sed secundum quid, ut illi, qui *Centenam* jam habent, sibi ampliores acquirant terminos. *l. 8. C. de divers. Offic.* Qua ratione & moribus nostris, qui Dominus territorii est, Jurisdictionem ac *Centenam patrimonialem* sicque Jus perpetuum & transmissibile in alieno territorio sibi præscriptione acquirere potest, si actus ad *Centenam* vel Jurisdictionem spectantes in alieno territorio exerceat, alteriusve possessionem per prohibitionem suam intervertat. *Dn. Hahn. ad VVesenbec. de Jurisd. num. 9. Dn. Strauch. Dissert. ad Jus Justin. 20. aph. 10.* Optime hæc illustrant sequentia à *Stephan. d. c. 38. num. 43.* proposita verba: *Privatum ex sua persona incapacem esse Jurisdictionis, ut notat Luc. de Penna in l. viros. C. de divers. Offic. lib. 12. ubi tradit, privatum non habentem Jurisdictionem adversus habentem non præscribere &c. At qui habet Jurisdictionem aliquam seu Imperium, potest adversus alium habentem præscribere arg. c. cum olim c. auditis. c. audientiam de præscript. Petr. Greg. lib. 47. Synt. c. 12. num. 27.* At hanc præscriptionem verò longissimum tempus, tum ratione *qualitatis*, ut nempe sit continuum & non interpellatum, tum etiam ratione *quantitatis*, requiritur, quod juxta diversitatem casuum nobis sistunt *Pauermeist. 1. de Jurisdict. cap. 23. num. 35. Knipschild. de Jur. Civ. Imper. lib. 2. c. 6. num. 11. & Stephan. d. c. 38. num. 33.* Generaliter tamen concludit *VVebner. cit. loc.*

quod moribus nostris præscriptione longissimi temporis amittatur, sicque etiam acquiratur Jurisdictio superior, sive criminalis.

§. 10. Tertio quoque *Centenam* nostram, præcipue *limitatam*, *consvetudine* acquiri, statuunt *VVehner. in Observat. Pract. ad voc.* Zent/ & *Schottel. de Singul. German. Jur. c. 7. num. 6.* perinde ut consvetudinem ad modos acquirendæ Jurisdictionis referunt *Dd.* interque eos post *Gloss Bartol. ad l. more. 5. ff. de Jurid. num. 9. Gail. 1. Observat. 17. num. 14. VVesenbec. in Parat. D. de jurisdict. num. 9. Knipschild. d. c. 6. num. 12.* Quamobrem si longo tempore per decennium populus vel civitas quædam merum exercuit Imperium, ut quia in crimina inquisivit, & in facinorosos ultimo supplicio animadvertit, eo ipso merum Imperium acquisitum esse, tradit *Stephan. de jurisdict. lib. 1. cap. 38. num. 46.* Negat quidem *Dn. Hahn. ad VVesenbec. d. loc.* accurate loquendo consvetudine Jurisdictionem acquiri posse, quamobrem varias adducit differentias inter consvetudinem & præscriptionem, denique concludit, quod consvetudine acquiratur Jurisdictio nonnisi materialiter. Verùm licet ipsi omnia, quæ adducit, largiamur, exinde tamen nihil aliud, quàm hocce unicum evincit, quod præscriptio sit modus, per quem privato cuidam Jus quoddam singulare acquiritur; Ex consvetudine verò nascatur Jus publicum & universale: adeò, ut quia vim legis habet. *§. 9. Inst. de J. N. G. & C. l. 32. pr. & §. 1. l. 33. & l. 35. ff. de LL.* eo in loco, ubi legitime recepta est, omnibus omnino prosit, quem effectum in tribuenda quoque *Centena* habebit. Recte proinde *B. Dn. Ludvvell. in Not. ad VVesenbec. de jurisdict. num. 9.* consvetudinem Jurisdictionem tribuere docet. *Constitutæ* denique *Centenæ devolutionem* quod concernit, ex Jure nostro itidem patet, quod Jurisdictio morte exercentis finiatur. *c. 2. de Off. deleg. in 6.* Sed postquam patrimonialis facta est, ut eam habenti etiam fructus, emolumenta & mulctæ inde obveniant, *Suthol. de jurisdict. aph. ult.* transmitti quoque cœpit, sicque perinde ut alia jura cum patrimonio, cui adhæret, ad successores devolvitur, *arg. l. 1. ff. si ager. vectig. petat. Schnob. Disput. Pand. 2. thes. 4. Knipschild. de jurid. civ. Imper. lib. 2. c. 6. num. 10.*

Cap. III.

Cap. III.

De

Subjecto & Objecto Centenæ.

§. 1.

Missis acquirendi modis, nunc, ordine sic jubente, devolvimur ad *subjectum Centenæ*, sive personas, in quas *Centena* competit, quales sunt *subditi Centici*, Zentbahre Leute/ Zent-Verwandte/ in der Zentgesessene Unterthanen/ qui prædia *Centenæ* subjecta Zentbahren Grund und Boden/ Zentbahre Güter/ oder Zent-Höfe possident, *Knipschild. de jur. civ. Imper. lib. 2. c. 6. n. 154.* indeque Domino *Centenæ* ad varia adstricti sunt: Sic (1.) Eidem præstant *Centicam fidelitatem*, die Zent-Pflicht/ per juramentum quo Domino *Centenæ* ad paritionem obstringuntur. *Knichen. de Super. Territ. c. 4. num. 351. Schottel. de sing. Germ. jur. cap. 7. §. 7.* Hancque fidelitatem omnes juvenes, qui annum ætatis 17. attigerunt, priusquam ad nuptialia transeant fœdera, polliceri debent: Zent-Pflicht müssen alle Jungegesellen/ so ihr siebenzehendes Jahr erreichet/ auch ehe sie zur Ehe schreiten/ an der Zent leisten/ *Casp. Leopold. de concurrent. jurisdict. apud Arum. vol. 1. disc. 13. quæst. 12.* (2.) in recognitionem *Centenæ* solvunt avenam, Zent-habern/ Rug-habern/ it. panes, Land-Knechts/ Zent-Büttels/ Freyboten-Brodt/ oder Leebe *Knichen. d. l. n. 352. & 353. Wehner. in Observ. Pract. ad voc.* Zent. Aliud ergo est Zent-haber/ avena, quam Centenici subditi solvunt, aliud Zehends-Haber/ avena ex decimis proveniens. *Schottel. d. l.*

§. 2. (3.) Centenici subditi tenentur ad hoc, daß sie müssen die Gerichte helffen besetzen. Hique qui Assessores *Centenæ*, Scabini in *Centa* seu criminali judicio sunt, dicuntur Zent-Schöpfen/ Zent-Besitzer/ Blut-Schöpfen/ (4.) Ad sequelam adstricti sunt, müssen der Zent folgen/ unde Zent-Folge/ sequela ad tuitionem *Centenæ* pertinens. Quandoque etiam (5.) obligantur ad hoc, ut sumtus *Centenæ*, Zent-Kosten/ sive expensas, ob exercitium Jurisdictionis criminalis faciendas, exsolvant, müssen Hencker-Geld geben/ den Zent-Knaben alle Unkosten/ so auf das Richten gehen/ zahlen helffen/ it. die Justitz als Galgen/ Räder/ mit aufrichten helffen/ modo consuetudine legitima hoc onus introductum atque receptum sit. *Wehner. in Observ. Pract. sub voc.* Zent. Neque etiam hæc consuetudo sua destituitur ratione. Ad subditos nam-

namque, *ut ex Decian. docet VVehn. d.l.* redundat commodum per Justitiæ administrationem & provinciæ purgationem à malis hominibus. In casibus tamen, ex facto occurrentibus, diligenter investigandum est, quid quoque loco per usum longævum invaluerit, ne tanquam singulare & odiosum ulterius extendatur, quod in certis tantum causis receptum est. *Petr. Heig. p. 2. q. 23. n. 9. & seq.* Extra hunc casum specialioris consuetudinis, Dominus *Centenæ* sumtu publico judicium criminale regulariter exercere, eaque, quæ justitiæ conveniunt, subditis gratis exhibere, sicq; impensas criminales ipse sufferre debet, cum ad eas congruos accipiat reditus. *Heig. d. q. 23. n. 2.* Confirmat hoc disertis verbis *Nemes. Carolin art. 204. sub fin.* ubi plura proponit *Stephan. in Not.*

§. 3. (6.) Denique coram *Judicio Centenico* comparere, ibidemque delicta ad *Centenam* pertinentia denunciare, de commissis respondere, atque Domino *Centenæ* pœnam præstare coguntur, müssen die Bösen an der Zentrügen/ anzeigen/ verbüssen/ und sich straffen lassen. Quemadmodum enim Dominus territorii, cui regulariter omnigena Centenica Jurisdictio cohæret, quoad Landsassiatum & Jurisdictionem, fundatam habet intentionem adversus omnes in territorio habitantes, & res intra limites territorii sitas, *Gylm. Symphor. tom. 2. p. 1. vot. 1. num. 90. & 91. Zigler. ad Aur. Prax. Calvol. §. Landsassii Concl. 1. n. 22. & seq.* Ita quoque ratione der Zentbarlichen Ober-Botmässig- und Gerechtigkeit/ omnes in *Centena* constituti Centenici Domini Jurisdictionalem coërcitionem agnoscere coguntur. *Matth. Stephan. lib. 2. de jurisdict. p. 2. c. 9. membr. 1. n. 53.* Cum quilibet præsumatur Zentbar und Pflichtig/ nisi omnimodam, vel limitatam exemtionem doceat. *Petr. Leopold. apud Arum. vol. 1. Discurs. 24. q. 4.* Hinc si incolæ alicujus loci sämt der Gemeinde sind Zentbar/ licet alter in ea Vogtheia fruatur generali, causæ quoque & delicta, so nicht peinlich/ quocunque loco villæ contracta, ut sunt Marckungs-Sachen / Blutrunst/ Injurien und alle frevelhafftige Sachen ad Centenam pertinent, seynd an der Zent rügbar/ sicque incolæ coram Judicio Centenico respondere tenentur; Quod si verò subditi Unzentbar sint, quandoque ad collationem omnium sumtuum tenentur, leiden an allen Anlagen/ aliquando solummodo in peinlichen Fällen/ & hoc casu saltem crimina atrociora (de quibus in seq.) *Centenæ* adscribuntur. *Caspar. Leopold. apud Arum. vol. 1. Disc. 13. q. 12.* Dicuntur aliàs Zentfrey/ unde Zentfrey Häuser

sunt

sunt domus privilegiatæ atque exemtæ, da man nicht darf einfallen/ sondern der Thäter muß heraus geliefert werden/ *Knichen. de Super. Territ. c. 4. n. 3'4. VVehner. in Observ. Pract. ad voc.* Zent. Sicque maxima differentia inter Zentbahre und Zentfreye Unterthanen intercedit, prout ulterius demonstrant *VVehner. cit. loc. & Speidel. in Spec. sub voc.* Zent.

§. 4. *Objectum Centenæ* est districtus, inter quem ejusdem exercitium competit, usque ad limites, so weit sich der Zentbahre Grund und Boden erstrecket/ zu Dorff und Feld/ Strassen/ Gassen/ Engern/ Plätzen auch alle Güter/ so innerhalb der Zentgräntzen bekraist/ begriffen/ bezirckt/ gelegen. *Petr. Leopold. ap. Arum. vol. 1. disc. 24. q. 4.* adeoque omnes omnino agri, sylvæ, horti, aliave prædia intra limites *Centenæ* sita. *Knichen. d. c. 4. num. 240.* nisi sint exemta, quales sunt Zentfreye Häuser/ de quibus in antecedentibus. Sed hic non incongrue quæritur: An Dominus *Centenæ* ejusdem quoque exercitium in via vel flumine publico sibi vindicare possit? Multi, interque eos *Rosenthal. de feud. c. 5. concl. 21. Guido Papa, Decis. 577. Knichen. d. c. 4. n. 239.* affirmativam amplectuntur sententiam, propterea, quod ei, cui merum Imperium in universo territorio concessum est, in qualibet etiam territorii parte,& sic in viis publicis concessum esse intelligatur, *arg. l. 239 §. 1. de V. S.* Alii interque eos *Zanger. de Except. p. 2. c. 1. n. 142.* Domino *Centenæ* ejusdem exercitium in viis per pagos ac villas adjudicant; Extra pagos verò ei, qui Jus Regale in via habet, tribuunt, propterea, quod à continentibus solummodo ædificiis via publica mensurari debeat. *Capol. p. 2. de serv. R. P. c. 3. n. 15.*

§. 5. Rectius tamen (3.) cognitionem ac coërcitionem criminum in via publica commissorum soli Domino Regalium adscribunt *Schneidevv. de feud. p. 2. n. 102. Stephan. de jurisd. lib. 2. p. 1. c. 7. num. 400. Zas. de feud. p. 5. n. 11. & seq.* Possessor namque Regalium vias & flumina publica sarta tecta, atque ab obsidionibus latronum & piratarum vix tuta præstare, vectigalia colligere, eorumque defraudatores observare ac debito modo coërcere potest, nisi illi actus Jurisdictionales competant, ut in fluminibus ac viis stationarios dispositos habere possit, qui latrocinantes, ac fraudatores pedagii vel vectigalis inquirere possint. *arg. l. 1. §. summa. 1. ff. de his qui dejec. vel effud. l. congruit. 13. de Off. Præs. l. 2. de jurisd.* Quare cùm Dominus *Centenæ* Regalium non

sit capax, nec quicquam de iis virtute der Zentlichen Obrigkeit participare queat, cognitio quoque criminum in via publica commissorum solùm ad Regalia habentem spectabit, quorum connexum & *Centena* ac Jurisdictio pro tuitione viæ publicæ competens est, etiamsi alius juxta & prope viam generalem *Centenam*, Zent- und Fraischliche Obrigkeit/ exerceat. *Caspar. Leopold. apud Arum. vol. 1. disc. 13. q. 11.* Limitatur tamen hoc assertum illis in locis, in quibus peculiari constitutione Dominis Centenicis *Centena* exercitium etiam in viis publicis concessum est, qualis in Saxonia prodiit, cujus tenorem proponit *Zanger. de Except. p. 2. cap. 1. num. 244. Vid. Dn. Carpzov. p. 3. Prax. Crimin. q. 110. num. 44.*

§. 6. *Objectum* jam *causa* ad *Centenam* spectantes excipiunt, quæ demum nostram materiam spinosam ac intricatam reddunt. In eo namque omnis difficultas consistit, quæ causæ ad superiorem, quæ verò ad inferiorem Jurisdictionem, sive ad *Centenam* & *Vogthaiam* pertineant. Variæ sane, præcipue in Saxonia, hac de re extant Constitutiones speciales, quas, ne exscriptione nuda pagellæ Discursus nostri impleantur, allegasse sufficiat. Prima ergò, ut taceamus *Julii, Ducis Brunsvicensis & Lüneburg. Ordinat.* der Ober- oder Halß- und Nieder- oder Erb-Gerichte/ propositam *à Schottel. d. tract. cap. 7. §. 8.* ut & *Principum Anhaltinorum* à *Carpzov. p. 3. Prax. Crim. q. 109. n. 22.* allegatam, habetur in der Sächs. Coburgischen Landes-Ordn. *de A. 1556. tit. 21.* Von Ober- und Erb-Gerichten/ *rubr.* Was zum Ober- und Halß-Gerichten gehöhret/ rc. Secundam promulgârunt *Duces Saxo-Vinarienses* in der Policey- und Landes-Ordn. *de Anno 1589. tit. 26.* Ober- und Erb-Gerichte/ zu dem Ober- und Halß-Gerichten gehöret/ rc. Consimilem tertio proposuit *Serenissimus Princeps ac Dn. Dn. Ernestus, Dux Saxo-Gothan.* piissimæ memoriæ in der revidirten und vermehrten Landes-Ordn. *p. 2. c. 1. tit. 10.* Von denen in die Ober Zent und Erb-Gerichte gehörigen Fällen/ *in verbis*: Demnach zwischen unsern Aemtern/ Gerichts-Herren und Unterthanen leichtsam viel Zancks und Unwillen entstehen kan/ wenn nicht ein jeder zu unterscheiden weiß/ was zu Ober-Zent und Erb-Gerichten gehörig/ so haben wir/ zu Vorkommung solches Zwecks/ nochmals unterschiedliche anhero setzen lassen/ was für Fälle ungefährlich dazu gehörig/ nemlich zu dem Ober- und Halß-Gericht/ rc. Quarta edita est in *Electoratu Saxon. de An. 1543.*

&

& postea repetita *de Anno 1555. sub. tit.* Was zu Ober und Erb-Gericht gehöret.

§. 7. Verùm quamvis fateamur, has Constitutiones eo fine atque intentione promulgatas esse, ut sciamus, quæ ad *Centenam* & *Vogtheiam* pertineant, *Wehner. ad voc.* Zent. Atque ex casibus relatis de similibus judicium facile ferri queat; Quia tamen nihilominus ad consvetudinem se expressis verbis referunt, prout ex *Ordinat. Provinc. Saxo-Gothan. d. loc.* ejusdemque verbis sequentibus diserte patet: Da aber unsere Aemter oder sonsten ein Gerichtsherr/ der die Halßgerichte hat/ etliche Fälle in die Erbgerichte gehörig / über Rechts verwehrte Zeit auch hergebracht und geübet hätte/ demselben sollen sie/ ungeacht dieser unser Ordnung/ nochmahls bleiben. Consimilis limitatio, iisdem ferme verbis concepta, proponitur in der Weinmarischen Policey- und Landes-Ordn. de Anno 1589. *cit. tit. 26.* it. in der Sächs. Coburgischen Landes-Ordn. *d. l.* ut & à *Coler. p. 2. Proc. Exec. c. 1. num. 137. & seq.* qui, postquam *Constitutionis Electoralis Saxonicæ* tenorem recensuit, sub fin. addit: *Quod si Præfecti vel Vasalli alta Justitia præditi notionem ad inferiorem jurisdictionem pertinentem legitimo exercuerint interstitio, ei per d. Constit. non derogari & contra*; Ideoque iis quoque in locis, ubi tales Constitutiones vigent, omnis difficultas nondum sublata est, quæ extra casum specialium harum Constitutionum, in aliis Provinciis, præcipuè in Franconia, eo gravior atque major existit, quò, communi usu ac observantia edocente, certior est, sæpissime evenire, ut quæ uno in loco ad sublimem videntur pertinere Jurisdictionem ac ad Zent/ in alio ad inferiorem referantur atque ad *Vogtheiam*. Hinc dicitur: Die Rügen und Fälle werden an einer Zent anderst/ denn an der andern gehalten und hergebracht. *Wehner. in observ. pract. voc.* Zent. *Knipschild. de jur. civ. Imp. lib. 2. c. 6. n. 167. Dn. Carpz. p. 3. Prax. Crim. q. 109. n. 21.* Imo experimur, ante seculum & quod excurrit, in quibusdam locis nonnullos actus huic illive Jurisdictionis speciei à partibus controventibus adscriptos fuisse, quas ipsi hodie iterum abnegant. Sicque Jurisdictionis ac *Centenæ* materia hodiernis moribus non minus, quam jure veteri Civili Romanorum, in pelago versatur, ut cum *Knichen. de Super Territor. c. 4.* rectè loquitur *Casp. Leopold. apud Arum. vol. 1. disc. 13. quæst. 12. sub fin.* Hæcq; causa est, quod mire varient ac torqueant sese Practici, Camerales inprimis, circa distinctionem, restrictionem atque ex-

extensionem der Zentbarlichen Gerichtbarkeit/ *teste Petr. Leopold. apud Arum. vol. 1. disc. 24. q. 4. & Knipschild. d. l. lib. 2. c. 6. n. 154.* Conferantur, quæ in simili de Jurisdictione territoriali proponit *Reinking. de R. S. & Eccl. lib. 1 class. 5. c. 3. n. 1. & 2.*

§. 8. Proinde in hac diversitate præcipue notatu dignum est, quod (1.) in dijudicatione & decisione casuum dubiorum, utrum ad *Centenam* vel *Vogtheiam* causa quædam spectet, conventiones & transactiones, quibus hæc controversia inter litigantes sopita est, inspiciendæ veniant, qualis inter *Diæcesin Bambergensem & Domum Brandeburgicam* habetur apud *Meichsner. tom. 4. dec. 10. fol. 252.* Transactione deficiente (2.) consvetudo cujusque loci inveterata atque recepta probe attendenda, neque ab ea recedendum est. *Dn. Carpzov. d. q. 109. n. 38.* Ubi assertum hoc per responsum Scabinorum Lipsiens. ad Consultationem Senatus in C. T. M. Febr. 1620. latum confirmat. Usus namque observantia & longi temporis possessio optimam in hujusmodi controversiis interpretationem præbet. *Klock. vol. 1. consil. 28. n. 475.* & si Jura Jurisdictionis controversa sint: Wird das Herbringen und unverrückte Observantz attendirt. *Klock. d. vol. 1. consil. 14. n. 27.* Eleganter hoc confirmat *Ordin. Provinc. Saxo Gothan. p. 2. cit. tit. 10.* Von denen in die Ober-Zent und Erbgerichte gehörigen Fällen/ *ferme circa fin. in verbis*: Und weiln es mit denen Zent-Gerichten so in unsern Fränckischen Ländern in Ubung sind/ gegen denen andern Ober-und Erbgerichten fast insgemein eine sonderbare Bewandnüß hat/ indem deren Fälle/ sonsten an und vor sich selbst/ theils in die Ober- theils in die Erbgerichte lauffen/auch ohne das nach Gelegenheit der unterschiedenen Zenten unterschiedlich seyn; Als bleibt es billich bey iederzeit dißfalls habenden guten und rechtmässigen Herbringen. Add. illa, quæ *in proœm. huj. Discursu* proposita sunt.

§. 9. Præsupposito hoc principio, jam *causas*, ad quamcunque *Centenam* spectantes, ex fide *Knichen. Wehn. Leopoldi aliorumque*, recensebimus, ita tamen, ut B. L. insimul in patriæ mores accuratius inquirat, sicque quæ *Centenæ* in quolibet loco moribus adscribantur, vel non, ipse æstimet. Ad *Centenam* itaque *universalem* & omnigenam, quæ omnium omnino, etiam leviorum delictorum animadversionem & coërcitionem indistinctam complectitur, atque utplurimum die allgemeine Zent/ si verò conjunctim cum territorio exerceatur, die Ober-

Vogtey

Vogten dicitur, *Caspar. Leopold. cit. q. 12.* in genere ea pertinent, quæ in alleg. *Constit. Saxonicis* ad superiorem referuntur Jurisdictionem, *Knichen. de Superior. Territ. c. 4. n. 268. & 269.* vel etiam Jurisdictioni criminali & mero Imperio aliàs abscribuntur, ac latius atque per se sexaginta causas recensentur à *Knipschild. de Jur. Civ. Imper. lib. 2. c. 6. n. 20. & seq. usque ad n. 102. it. n. 141. & 155.* In specie huic *Centenæ* annumerat *Wehn. in Observ. Pract. voc. Zent. p. m. 422.* omnia maleficia, quæ vitæ vel corporis coërcitionem merentur, it. damnationem in metallum, abscissionem & mutilationem membri, manus, digiti, seu auriculæ, privationem libertatis, condemnationem ad perpetuos carceres, exilium, deportationem & relegationem, fustigationem & omnem coërcitionem corporalem, torturam sive ad pœnam, sive ad veritatem indagandam, lapidem loco scandali portare, & multitudini in columna exponi, perpetuam remotionem à dignitate & irrogationem infamiæ, excommunicationem, confiscationem bonorum, bannum, accusationem suspecti, mulctam pecuniariam & similia, absolutionem eorum, qui propter crimina accusari aut capti sunt, similesque causas, denique etiam ablationem & restitutionem armorum, quæ alias quidem ad Regalia spectat, tamen & certis casibus *Centenæ* adscribitur, præsertim quando executio contra delinquentes peragitur, vel aliàs persecutio facinorosorum instituitur, wann man einen richtet/ und der Zentstrich geschicht/ müssen die Zentbahren Bauren und Unterthanen mit Wehren erscheinen. Hæcque sunt, quæ ex mente *Webneri* ad *Centenam* pertinent. *Add. Knipschild. d. c. 6. n. 142. & 155.*

§. 10. *Petr. Leopold. apud Arum. d. disc. 24. q. 4.* subsequentes huic *Centenæ omnigenæ* accenset causas: Alle Fraiß-Malefitz-Fälle/ Hohe und Hauptrügen/ alle Fälle und Rügen/ so Leib und Leben/ Halß und Hand/ Haut und Haar und dergleichen betreffen/ alle Hohe- und Nieder-Geboht/ und Verboth/ auf der Gemein/ außerhalb und auf den Häußlichen Leben zu Dorf und Feld/ Strassen/ Gassen/ Engern/ Plätzen/ alle/ so innerhalb der Zent-Gräntzen gesessen/ auch alle Güter darinne begräntzt/ befraißt/ begriffen/ bezirckt/ gelegen/ alle Anlagen/ Auffsatzung/ welche in der Zent pro re nata für fallen/ Zent-Pflicht/ so alle Mündige an der Zent/ wircklich ablegen und leisten müssen/ Zentfrey/ Zentfolge/ der Hochzeit- und Kindtauff-Verlagen/ deren Schutz- und Fried-Gebote/ auf der Gemein und Voigtheybahren

Lehen/ gemeine Aemter in Dörffern zu besetzen/ enturlauben/ beeydigen/ deren Rechnung anhören und dispungiren/ rectificiren/ Abschiedung/ Einzug/ Niederlag/ Handwerckbüssen/ Meister-Geld/ Rein/ Stein/ Herd-oder Beysitzer und Schutz-Geld/ Rüg/ Zent und Voigthaber/ Futter/ Mahl und Atzung auf denen in der Zent gelegenen Gütern/ Lager- und Landwehr-Geld/ Hohe- und gemeine Land-Gericht besuchen/ & similes &c. quæ ad Landes-Obrigkeit und Erb-Gerichte proxime non accedunt, neque de ea aliquid participant. Eandem enumerationem exhibet quoque *Besold. in Thesaur. Pract. verb.* Zentbarliche Obrigkeit/ paulisper tamen, adjectione aliarum causarum, immutatam proponit *Caspar. Leopold. cit. disc. 13. q. 12. Add.* die W. oder *Reformation* oder Zent-Gerichts-Ordn. *de Anno 1447. apud Meichsner. tom. 4. Dec. Cam. 10. fol. 221.* in verbis: Darzu soll man an Zenten nicht ferner richten noch rügen/ dann um Mord/ Dieberey/ Nothzucht/ fliessenden Wunden/ und was Halß und Hand/ Stein und Rein antrifft/ darzu soll man an denen Zenten antworten/ und sonst anders nichts/ doch ob etliche Dörffer und Güter auf den Zenten um Stein/ Rein und fliessende Wunden nicht geantwortet oder gerüget hätten/ darbey und wie Sie von Alters herkommen/ Sie aber bleiben sollen.

§. 11. In quibusdam verò Provinciis hæc, quæ *omnigena Centena* annumeravimus, iterum subdividuntur, ut unus die Hohe-Zent/ alter verò die Fraiß-Zent possideat. Zur Hohen-Zent vulgo, juxta doctrinam *Wehn. in Observ. Pract. voc.* Zent. *p. 517. & Casp. Leopold. d. q. 12.* referuntur Zent-Pflicht/ Zent-Schöpffen halten/ und die Gerichte helffen besetzen/ Frevelbusen rügen/ und dieselbige straffen/ die Zent beschützen/ und derselben Folge leisten/ Rein/ Stein/ Marckstein ausgraben wollen/ sie auch heben/ Schelten/ Schweren/ Schmachwort/ fliessende Wunden verbüssen/ Hencker-Geld und Zent-Kosten/ so auf die Gerichte gehen/ Ehebruch/ falscher Eyd/ Maaß und Gewichte/ *Knipschild. de Jur. Civ. Imper. lib. 2. c. 6. n. 158.* Fraiß-Zent verò est specialis & *limitata Centena*, quam quis pacto, consuetudine, præscriptione aliove quocunque legitimo modo in alterius territorio nactus est, *Knipschild. d. c. 6. num. 156.* atque regulariter & plerumque in frembder & alterius Status Imperii Lands-Obrigkeit exercetur. *Caspar Leopold. apud Arum. vol. 1. disc. 13. q. 12.* Hæc *Centena* limitata quatuor solum grandiora delicta, die vier hohe Wände oder vier Haupt-Rügen/

gen/ sibi vindicat, als: Mord/ Brand/ beweisster Diebstahl und Nothzucht. *Knichen. de Superior. Territor. c. 4. n. 331. Knipschild. de c. 6. n. 156.* (Alii ita recensent: Mord oder Todschlag/ Diebstahl oder Raub/ Brand/ Nothzucht. *Schottel. de sing. Germ. Jur. c. 7. §. 6*) Reliqua verò, ad criminalem alioquin pertinentia Jurisdictionem, quæ *Centenæ omnigenæ* attribuimus, sequuntur die Landes-Obrigkeit/ licet aliqua eorum compe ant den Voigtey-Herrn/ maxime, si est immediatus Imperii nobilis, ei etiam leviorum delictorum coërcitio da ur. *Caspar. Leopold. d. q. 12.* Sicque Dominus loci, quem aliàs den Voigt-Herrn nominant, tanquam connexa der Voigtheiligkeit punit: Scheltwort/ Braun/ Blau/ Schlägerey/ Blutrunst/ Stossen/ Kratzen/ Werffen/ Haarrauffen/ Spielen/ verbothene Messer tragen/ qualia admissa in *Constitutionib. Saxonicis* plerumque inferiori acccensentur Jurisdictioni, denen Erb-Gerichten/ *Wehn. in Observ. Pract. verb.* Zent/ *p. 515. Knichen. d. l. n. 336. seq.*

§. 12. Ad hanc *limitatam Centenam Wehn. & Knichen. d. l.* porrò referunt: Rundbahre Malefitz- und Zent-Fälle/ so nicht auf Inquisition beruhen/ (was aber nicht Handhafft ist/ h. e. crimina non flagrantia, ad Dominum loci, als Voigthey-Herrn/ pertinent; quod si postmodum de delicto constet, *Centenæ* committuntur, (werden an die Zent geliefert) it. fliessende Wunden/ so dem Schultheissen geklaget werden/ sind an der Zent rugbar: Wann sie aber nicht geklaget/ und dergleichen geringe Fälle/ gehören dieselbe den Voigt-Herrn des Orts zu straffen/ denique salvum conductum, Leib- und Strossen-Glait/ *Add. Caspar. Leopold. d. q. 12.* ubi itidem præter quatuor delicta atrociora huic *Centenæ* alia addit. Verum licet fateamur, quod hæc limitata *Centena* in quibusdam locis, præter quatuor grandiora, etiam plura delicta complecti possit; Attamen de consuetudine Germaniæ, contra *Immediatos Voigtheiam* habentes, ultra quatuor ista delicta jam tum relata non extenditur, prout *Dn. Dietherr. in addit. ad Besold. Thesaur. Pract. verb.* Zentbarliche Obrigkeit ex Imper. Rudolphi confirmatione Privilegiorum Nobilitatis Franconiæ deducit, ubi inter alia hæc habentur verba: Da ein Stand auf deren von Adel Unterthanen und Zinßleuthen Zent unstreitig hergebracht/ so soll dieselbe über die gewöhnlichen Fürfälle wie von Alters herkommen/ als da sind Mord/ Brand/ Nothzucht und Diebstall in keinerley Weise noch Wege extendirt

tendirt

tendirt noch exerciret werden/ ꝛc. *Add. Georg. Herpfer. de nobil. circa Jurisdict. Controv. quæst. 12. sub fin.* An tenor hujus privilegii ubivis in viridi sit observantia? ipsa demonstrabit experientia.

§. 13. Ex dictis jam fluit, quod *Centena* limitata die Fraiß-Zent à *Centena omnigena* quam maxime differat. Nam, ut *cum Gyl..d. docet VVebner. verb.* Zent. *p. 516.* sæpe potest fieri, ut in uno eodemque loco unus exerceat merum Imperium, die hohe Malefitzische Obrigkeit/ alter autem fruatur *Centena:* Cum Zent-Gericht plerumque restringantur ad certos casus antea relatos; Reliqua autem delicta pertineant ad ordinarium loci Dominum, criminalem Jurisdictionem habentem. *Knipschild. de Jur. Civ. Imper. lib. 2 c. 6. n. 156. VVehn. d. l.* Hinc si actus aliquis (v. g. quod homicidium fuerit attentatum, vel quis de eo suspectus sit) concludat auf die hohe Malefitz-Obrigkeit/ tamen non statim concludit auf die Zent-Fälle: Igitur talis actus non aliter, nisi effectus realiter subsecutus sit, ad *Centenam* pertinet, aliàs ad Dominum loci, der die übrige Malefitz-Obrigkeit hat/ spectabit; Zent-Gericht enim respectu ordinariæ Jurisdictionis odiosa sunt. Præterea *Petr. Leopold. apud Arum. vol. 1. discurs. 24. q. 5.* tradit, quod nudam Fraißliche Obrigkeit/ (sicque *Centenam limitatam*) in alterius territorio habens, non possit quodam Jurisdictionis, ne quidem ipsius Fraißligkeit/ actu illud introire, insalutato Domino, darf unbesucht oder unbegrüßt des Landes Zent- oder Voigtey-Herrn auf denselben unzentbahren/ Voigteylichen/ Lehnbahren oder eigenthümlichen Grund und Boden nicht einfallen/ noch denselben mit Durchführung mißthätiger Personen berühren/ darauf arristiren/ inventiren/ angreiffen/ niederwerffen bestättigen/ behefften/ handfesten/ noch den entleibten Cörper gerichtlich mit Schöpfen besichtigen/ weder Leib-Zeichen/ noch Stich oder Wunden/ Maß/ noch einig Fraiß-Pfand/ Span/ aus des Thäters Thor noch Hauß abnehmen/ *Gylm. tom. 1. p. 1. fol. 336.* sondern der Thäter und Abgeleibte wird auf den Zentbahren Grund und Boden geliefert.

§. 14. Judex verò superior, qui *Centena omnigena* gaudet, in casibus ad criminalem Jurisdictionem spectantibus, subditos illius territorii, in quo alter bassam Jurisdictionem & *Vogtheiam* habet, eo etiam irrequisito, recta non solum verbaliter citare, sed & prehendere & captivos ducere potest. *Frantzk. lib. 1. var. Resol. q. 18. num. 20. Dn.*

Carp-

Capzov. p. 3. Prax. Crim. q. 119. n. 80. & 84. Sicque criminosus intra districtum des Vogtey-Herrn adhuc lateat, possunt judices criminales ejusque apparitores, jussu des Fraiß-Herrn/ und des/ dem der Angriff gehörig und zuständig/ mit den Satz und Zentfolgern absque ulla Justitiarii inferioris requisitione, einfallen/ inventiren/ arrestiren/ den Thäter befestigen/ und zur Hafft bringen. *Casp. Leopold. cit. q. 12.* Literis quidem requisitorialibus atque reversalibus in remissione delinquentium opus est, sed nonnisi in casu, ubi vel à pari, vel planè ex alterius Jurisdictione ac territorio alieno facienda est, so der Thäter auf frembder Bottmässigkeit bestättiget/ und zu Erhaltung guter Correspondentz und Nachbarschafft von einer Zent in die andere remittiret und gefolget wird. Minimè verò, si captura vel jam capti remissio sit facienda ab eo, qui constitutus est intra Zentbahren Grund und Boden illius, cui remittitur criminosus. Illa siquidem Domino Centenico neganda non sunt, sine quibus ejus Jurisdictio libere expediri nequit, *l. 2 ff. de Jurid. c. suspicionis. 39.* ✕. *de Off. & potest. Jud. de leg.* atque judex præparati, præparatorii quoque esse debet, *Decian. in tract Crim.* Hocque assertum in tantum à nonnullis extenditur, ut procedere dicant, etiamsi Judex inferior cum omni Jurisdictione investitus sit, modo Superior investiens sibi reservaverit die vier hohe und Haupt-Rügen; Illa siquidem reservatione, ac casuum criminalium exceptione, salvam esse putant investienti universalis territorii Jurisdictionem, ac omnem Fraißliche und Zentbarliche Obrigkeit/ propterea, quod præmissa criminum atrocium vel similium reservatione, ne pars quidem meri Imperii, quacunque etiam generali Jurisdictionis concessione tacite conferri præsumatur, *arg. l. 7. §. fin. de Off. Pro-Consf. Casp. Leop. d. l.*

§. 15. Neque verò captura tantum facinorosum, sed & in casu fugæ, quando delinquens evadit, *pignorationes* atque *erectiones* occisorum Superioribus hoc modo permissæ sunt. Sunt verò *pignorationes*, teste *Vlehner.* Einfälle/ nach dem Thäter entwircket / da / an statt der Fraischlichen und Zentbarlichen Obrigkeit / ein Fraißpfand oder Span von des Entleibten Cörper oder Missethäters Thor abgenommen wird/ sicque ad defendendam suam *Centenam* Dominus Territorii, in quo occisus prostratus jacet, de vestis parte sanguinolenta, in testimonium homicidii & criminalis Jurisdictionis tesseram, aliquid ab-

scindit, so Kraißpfand genennet wird/ *Wehn. in observ. verb.* Zent. *Knich. de super. territ. c. 3. n. 420.* Ubi verò *pignorationes* in usu non sunt, ibi cadaver occisi erigitur vel tollitur, wird aufgehoben & postmodum sepelitur, ut hoc modo edatur actus criminalis, sicque sciamus, ad quem *Centena* spectet. *Knichen. cit. c. 3. n. 422.* Idem obtinet in cadaveribus suffocatorum; Hominem namque suffocatum ex aquis extrahere ac super eo judicium ferre, praecipuam ac praeeminentem Jurisdictionis criminalis notam esse, dicit *Cothman. vol. 3. Resp. 47. n. 64.* Consimili modo, cadaverum occisorum subterrationes, der entleibten Cörper Begräbnüß/ ex generali Germaniae consuetudine actum meri Imperii importare, asserit *Merckelbach. apud Klock. vol. 1. consil. 10. n. 475.*

§. 16. Praedicta verò omnia, quorum exercitium Superiori, sine inferioris requisitione, adscribitur, à *Casp. Leopold. cit. q. 12.* aliisve ad hunc solummodo notabiliter restringuntur casum, ubi *Centena* cum Superioritate Territoriali, mit der Landes-Fürstl. Obrigkeit/ conjuncta est; Non verò, ubi aliquis nudam duntaxat *Centenam*, die Kraißlich- und Zentbarkeit/ in alterius ditione vel territorio exercet, und keine Landes- sondern allein Zents- oder aliquando auch Lehns-Obrigkeit und Folge hat. Sicque assertum *Mager. de Advoc. arm. c. 6. n 632.* quod Dominus meri Imperii armata manu in Domini civilis territorium ingredi nequeat, *Herpf. de nobil. circ. jurid. controv. q. 4. in fin.* rectè restringit ad casum, quo Dominus meri Imperii in loco die Ober-Botmässigkeit atque Superioritatem non habet. Unde porro fluit, quod Nobilium immediatorum subditi à Principibus ac Statibus confinibus, qui in horum Nobilium districtibus ac feudis *Centenam* exercent, nonnisi per literas mutui compassus ad *Judicium Centenicum* evocari possint, it. quod nec criminosus in eorum districtibus deprehensus aliter, quam ad requisitionem praemissam, *Centenae* exhibendus veniat. Nobiles siquidem immediati *Vogtheiam* sibi competentem à confinibus illis Statibus ac Episcopis rarissime recognoscunt: quare nec illi, quibus exercitium *Centenae* concessum, in eorundem ditionibus delinquentem absq; requisitione capere poterunt, dürffen nicht einfallen und angreiffen/ propterea, quod die Zent-Herren ibi non habeant Landes noch hohe Obrigkeit/ ut pluribus deducit *Casp. Leopold. apud Arum. cit. disc. 13. q. 12.* ubi addit, quod hac requisitione quoque fruantur die Zentfreyen Häuser.

§. 17.

§. 17. Gaudet ergò *Centena omnigena*, præ *limitata*, pluribus commoditatibus, sine dubio propterea, quod fomentum à Superioritate Territoriali capiat, eique regulariter connexa sit. *Petr. Leopold. ap. Arum. cit. Disc. 24. q. 4.* Neque tamen is statim, qui merum Imperium tantum in loco quodam exercet, Dominus territorii vocandus est, per notata *Rosenthal. de feud. c. 6. concl. 85. n. 10.* sed qui civilem Jurisdictionem habet, *Meichsner. tom. 2. lib. 1. dec. 6. n. 28. fol. 620. Mager. de Advoc. arm. c. 6. n. 628. Klock. de Contrib. c. 3. n. 156.* Unde *Georg. Herpf. de nob. circ. jurid. controv. in pr.* ex *Matth. Stephan. de jurid. lib. 2. p. 1. c. 7.* docet, quod Jus territorii & homagii præstatio, non criminalem Jurisdictionem, sed civilem sequantur, & *Thom. Merckelb. ap. Klock. vol. 1. cons. 10. n. 91. & seq.* adducit, quod ejus, qui criminalem Jurisdictionem habet, non sit absolutum dominium, sed secundum quid, & in casu delicti tantum, in reliquis autem non sit dominus hominum, nec dicere possit, quod sint sui homines; Und ob man wohl die Freißliche-Obrigkeit hiebevorn mehrentheils die hohe Obrigkeit genennt / so ist doch dieselbe nicht auf eine Universal Landes-Obrig- und Herrligkeit / und was derselben von Rechts und Gewonheit wegen anhängig / gezogen worden / *Merckelbach. d. l. n. 100.* Quapropter etiam subditi non illi, qui criminalem, sed qui civilem habet Jurisdictionem jurant, collectas solvunt, eumq; pro Domino agnoscunt. *VVehner. in observ. pract. ad voc.* Helm und Schild / *Mager. cit. cap. 6. num. 591. Thom. Merckelbach. apud* Klock. *vol. 1. Cons. 34. n. 18.*

§. 18. Mittel- und Nieder-Zent / si *Petro Leopold. apud Arum. vol. 1. Discurs. 24. q. 7.* ut & *Knipschild. de jur. civ. Imp. lib. 2. c. 6. n. 159.* credimus, nihil aliud est, quam immediata Imperii Vogtheia, cui sequentia accenset: Gotteshauß-Rechnung anhören / Heiligen-Meister setzen und entsetzen / Güld / Schuld / Schaden / Pfandung / alle Bussen und Frevel / Blutrunst / Gefängnüß / Stock / Halßeisen / Angriff / Glockenschlag / Gerichts-Schrey und Folge auf der Gemeinde und Gassen / maxime wenn die Gemeinde unzentbar / quod regulariter ita est in denen Adelichen unmittelbaren Vogtheylichen Dorffschafften / in quibus Nobiles immediati sunt Dorffsherrn: Vel etiam est mixtum imperium ad judicem inferiorem, cui *Vogtheia* competit, pertinens. *Vogtheia* enim continet omnem omnino Jurisdictionem, excepta *Centena*, illisve causis, quæ ad eandem spectant. *Knichen. de Super. Territ. c. 4. n. 409.*

n. 409. Consentit non solummodo *Knipschild. d. c. 6. n. 159.* qui Mittel- und Nieder-Zent pro iisdem habet; Sed & *Wehner. in observ. pract. ad verb.* Vogtey *pag. 484. & seq.* ubi primo den Mittel-Nieder Fraiß oder Vogtherrn: secundo die Niedere-Fraiß cum bassa Jurisdictione conjungit, pluraque refert, quæ in Franconia iisdem adjudicantur, inter quæ præcipue sequentia materiam nostram illustrant: Wo einer in des Mitteln/ Nieder-Fraiß oder Voigt-Herrn Flecken einen entleibt oder raubt/ treibet Nothzucht oder brennet/ und wird ergriffen/ so liefert Er den todten Cörper oder den Thäter den hohen Zent/ Halß-Gerichts- oder Fraiß-Herrn für seine Obrigkeit hinauß/will der Zent- oder Fraiß-Herr ein Leib-Zeichen oder Span aus des Todten oder Todtschlägers Thor nehmen/ mag er es auch thun/ doch den Mittel-Nieder-Fraiß- oder Voigt-Herrn an seiner Bassa oder Nieder-Fraiß-herrlichen Jurisdiction dadurch nichts begeben. Quæ omnia sane monstrant, quod Mittel- oder Nieder-Zent nihil aliud denotet, quam vel ipsam *Voigtheiam*, vel etiam *Imperium* ipsi cohærens, quod tamen itidem in Franconia propter multiplices ac diversas consuetudines ac præscriptiones in tantum variat, ut uno in loco ad *Vogtheiam* pertineat, quod alibi *Centena* adscribitur; Quare & hic sibi locum vindicabit regula: *Tantum concessum, quantum præscriptum.* Cæteroquin, hæc de *Vogtheia* saltim impræsens monuisse, sufficiat.

§. 19. Sed hac occasione dum *Leopold. cit. loc.* inter alia quoque ad *Vogtheiam* die Frevel refert, quæritur: Fraisch- & Frevel-Sachen quomodo differant? Pro faciliori resolutione quæstionis sciendum quidem, quod *fredi* vocabulum varie accipiatur, ut demonstrat *Georg. Herpser. de nobil. circ. Jurisd. Controv. q. 12.* Hic tamen nomine fredi, der Frevel-Sachen/ regulariter omnia delicta veniant, quibus ex præscriptione juris non pœna capitalis, sed tantum mulcta seu pœna pecuniaria, eaque non magna, fisco vel parti debita, ob vim injuriamque illatam ac legem violatam imponitur. Facit huc Transactio *Episcopi Bambergensis cum Marchione Brandeburg.* inita, apud *Meischner. tom. 4. dec. 10. fol. 252. in verbis*: Ist beredet und bewilliget/ daß diß der Unterscheid zwischen Fraißlich/ Malefitz-Sachen und Frevel-Sachen seyn solle/ nemlich daß hinführo Schelten/ Schmehen/ Injurien/ Rauffen/ Werffen/ Schlagen/ Hauen/ Stechen/ Verwunden/ Lähmen und darzu gemeiniglich alle Sachen/ darum einer an seinen Leib/

Leben

Leben oder Gliedern mit Billigkeit und ordentlichen Rechten nicht gestrafft werden möge/ für Frevel und nicht für Fraißfall geachtet und gehalten &c. Notanter verò dictum (1.) *regulariter*, quia quandoque propter levius delictum pœna pecuniaria, ob egestatem condemnati, in corporalem convertitur, & delinquenti infligitur, quæ tamen non facit, ut tale delictum à *fredis* separetur, & ad maleficia referatur, (2.) *non magna*, quia majori mulctæ in atrocioribus delictis, quæ ad ad merum Imperium pertinent, locus est. *Speidel. in Spec. ad voc.* Frevel. Nomine maleficii verò (Fraiß und Malefitz Sachen) veniunt omnes causæ, de quibus criminaliter agi potest, tam capitales, quam non capitales pœnæ, *l. 28. in pr. ff. de pœn.* summaque rei est, daß alle Sachen/ so in Rechten peinlich genennet werden/ für Fraischlich zu halten/ etiamsi judex loco pœnæ, mulctam irrogaverit. *Besold. in Thesaur. Pract. verb.* Malefitz-Sachen.

§. 20. Sunt denique quædam delicta, de quibus dubium est, num *Centenam*, num verò ad *Vogtheiam* spectent; inter quæ (1.) occurrunt delicta *circa limites* commissa, quæ *teste VVehner. in Observ. Pract. verb.* Zent. *p. m. 517.* in Saxonia ad *Centenam*, in Franconia verò ad *Vogtheiam* referuntur. Quamvis probabilius tradat *Knichen. de Super. Territor. c. 4. n. 270.* delictum circa limites commissum nonnisi per *Centenam* vindicari. *Vid.* die Reformation der Zent-Gerichts-Ordn. *apud Meichsner. tom. 4. Dec. 10. fol. 221.* Olim in *Ord. Centen.* contra violatores terminorum gravis constituta fuit pœna, ut scil. caput eorum aratro truncaretur, per tradita *Knichen. d. c. 4. n. 284.* Verùm, quamvis secundum ipsius testimonium prædicta pœna in singulis judiciis *Petrino Centenicis* adhuc publice prælegatur, eandem tamen in desuetudinem abiisse, imò nunquam executioni mandatam fuisse tradit; In *Ord. Crim. Carol. V. art. 114.* pœna arbitraria statuta est. Cui (2.) *Inspectio Molendinorum*, Mühlen-Besichtigung und Visitation adscribenda sit, an *Centena* an *Vogtheia*? nondum expeditum est: quemadmodum apparet ex iis, quæ post *Knichen. Schepliz. & alios retulit Hering. in tract. de molend. q. 45. VVehner. d. l.* itidem in Saxonia ad *Centenam*, in Franconia *ad Vogtheiam* refert. *Besold. verò in Thes. Pract. verb.* Mühlen/ multiplici utitur distinctione, denique concludit: Wann der Obergerichts-Herr nur die Criminal Jurisdiction hat/ auch der Orthen nicht Landes-Fürst ist/ hat er sich der Mühlen anders nicht zu beladen/ denn in casu delicti,

 wann

wann entweder die Müller/ oder andere in der Mühlen einen Diebstahl oder dergleichen Laster begehen. (3.) Quoque circa *columbariorum visitationum*, Besichtigung der Taubenschläge/ quæ Jurisdictionem propterea concernere videtur, ut certus numerus alendi columbas cuique assignetur, ne multitudo ipsarum nocumento sit. *Knichen. cit. c. n. 321.* quæritur, quorsum referenda? Resp. *Wehner in Observ. verb* Zent/ uno in loco ad *Centenam* alibi ad *Vogtheiam* spectare.

§. 21. (4.) Dubium est: Cui *inspectio ponderum, mensurarum & ulnarum, vulgo* Maaß/ Eln und Gewicht competat? *Guido Pap. Dec. 490. in fin. Matth. Steph. de Jurisdict. lib. 1. c. 12. n. 22. Merckelbach. apud Klock. vol. 1. Consf. 11. n. 46.* actibus mixti Imperii; Contra *Knichen. cit. c. 4. n. 287. Besold. Consf. 233. n. 31.* actibus meri Imperii accenset. *Wehner. ad voc.* Zent in Saxonia itidem ad *Centenam*, in Franconia verò ad *Vogtheiam* referri dicit. Alii denique teste *Knipschild. de Jur. Civit. Imper. lib. 1. c. 11. n. 77.* Superioritati Territoriali adscribunt. Pugnantes Doctorum opiniones distinctiones fœdere conciliat *Georg. Herpfer. de nob. circ. Jurisd. Controv. quæst 10.* discrimen faciendo *inter constitutionem ponderum, mensurarum &c. & constitutorum inspectionem. Constitutionem* Superioritati: *Inspectionem* verò mixto Imperio accenset; Sed quoad posteriorem ulterius distinguendum est: num contra violatores mensurarum agatur civiliter, quo casu sine dubio cognitio ad *Vogtheiam* spectabit; An verò *criminaliter* ad pœnam relegationis, aliamve, juxta *Ordin. Carol. V. art. 113. in verbis:* Welcher bößlicher und gefährlicher Weiß Maaß/ Waag/ Gewicht/ rc. fälschet rc. der soll zu peinlicher Straffe angenommen/ ihm das Land verbothen/ oder an seinem Leib als mit Ruthen ausgehauen oder dergleichen rc. gestraffet werden/ & tunc ad *Centenam* pertinebit *Knichen. c. 4. n. 304.*

§. 22. (5.) Controversum est: *Cui facultas leges & Statuta condendi*, Germanicè Geboth und Verboth thun/ *competat? Bartol. ad l. 9. ff. de Just. & Jur.* quem plerique Dd. sequuntur, ad Jurisdictionem simpliciter refert, easque tantum personas, quæ Jurisdictionem habent, statuta condere posse existimat. Alii autem, ut *Rutger. Ruland. de Commiss. p. 1. lib. 3. c. 10. n. 1. & Cothm. Resp. Acad. 31. n. 21.* propter erbum jubere, quod imperii est, *l. 4. de Jurisd.* Imperio mero, nonnulli Territoriali Jurisdictioni adscribunt: Alii denique nec Jurisdictionis neq; Imperii, sed permissionis esse dicunt, ut notat *Mynsing. ad §. 1. Inst. de J.*

N. G.

N G. & C. Sed quicquid etiam sit, consuetudine sane opinionem *Schneidevv.* (qui *ad cit.* §. *1. Inst. de J. N. G. & C. n. 14.* statuta ejus juris esse, existimat, cujus est casus, super quo statuta condenda sunt, ut si statuatur super his, quæ sunt mixti vel meri Imperii, hi statuendi potestatem habeant, quibus tale imperium competit) observari, quotidiana testatur experientia. (6.) Quæritur: Cui *protectio Encaniorum*, vulgò Kirchweih-Schutz competat? Resp. *Petr. Leopold. apud Arum. vol. 1. Discurs. 24. q. 4.* quem sequitur *Besold. in Thes. Pract. verb.* Zentbarliche Obrigkeit/ *Centenæ* adscribit, cui sententiæ, si consuetudo eandem approbaverit, non repugnamus. Quondam sane Superiores, in quibusdam locis hanc protectionem sibi vindicabant, idq; fortassis ea de causa, quia pœnarum mulctarumque compendia de jure communi ad Regalia referuntur. *Borcholt. ad c. un. quæ sint regal. n. 64. Dn. Ludvv. in synops. feud. c. 13.* Nostris moribus autem eo deventum est, ut pœnarum & mulctarum compendia inter Jurisdictionis fructus simpliciter numerentur, ita ut illis quoque Magistratibus, qui Regalia non habent, competant. Quare etiam *Protectioni Encaniorum*, ubi adhuc obtinent, Jurisdictioni inferiori utplurimum cohærent, & regulariter ad Dominum, *Vogtheiam* habentem, pertinent, cum commodum pecuniarium, quod ex quæstu venit, concernant. *Mager. de advoc. arm. c. 15. num. 108.* Add. *Klock. de Ærar. l. 2. c. 163. in verb.* Der Kirchweih-Schutz/ und was den anhängig/ mit Platz und Tantz halten/ mit Weinschencken/ mit dem Kugelplatz/ ist mixto Imperio und der Niedergerichtl. Obrigkeit anhängig. *Dn. Præses in tract. de Jur. Templor. c. 7. n. 15.*

Caput Ult.

Reliqua Centenam concernentia, utputa formam, effectum, remedia, quibus defenditur, modos probandi & contraria annectit.

§. 1.

Perlustratris causis, *Centenæ* hactenus à Dd. adscriptis, nunc quoq; *formam Centenæ* paucis considerabimus, quæ in jure pœnam delinquentibus inferendi, sicque in cognitione & executione simul consistit, ut recte monet *Thom. Michaël de jurid. concl. 75. Knipschild. de Jur. Civ. Imp.*

Imp. lib. 2. c. 6. n. 20. it. 31. & 32. Damnamus ergo opinionem Gilloti, qui cognitionem criminalium causarum meri Imperii esse negat, qui error etiam Obrecht. Sverin. aliosq; irretivit, eo ipso dum Jurisdictionem aliam efficiunt, civilem, aliam criminalem atque hanc à mero Imperio ita distingvunt: quod hoc in sola executione, illa verò in cognitione criminum consistat. Aperte namque hæc omnia convellit *l. 6. de Off. Pro-Consf. l. un. C. eod. Add. l. 15. §. 28. de injur.* Imò si *Centena* sive merum Imperium nil, nisi executio in Criminalibus esset, etiam lictoribus & carnificibus tribuenda esset, ut contra *Gillot.* disputans *Longoval. ad l. 3. de jurisd. p. 3. c. fin. ait. Conj. Sutholt. de jurisd. aph. 388. Vinn. de jurisd. cap. 1. n. ult.* ubi insimul dubia removent.

§. 2. Fatemur equidem, quod juxta principia Juris Civilis multi decriminibus cognoscere possint, neque tamen plene coërcendi jus habeant, ut Præfectus Vigilum, *l. 3. §. 1. de Offic. Praf. Vigil. l. un. C. eod.* aliive, porinde, ut *Civitati Spirensi* in Camerales executionem, quæ facti nudi est, *Camera* verò ipsum merum Imperium, quod in cognitione, processu & condemnatione versatur, adscribit *Denaif.* eumque laudans *Thom. Michaël de Jurisd. concl. 75.* quod præter *Ord. Cam. p. 1. tit. 50. sub fin. Concept. Renov. Ord. Cam. p. 1. tit. 64. §. 23. ibid. sub fin.* disertis comprobat verbis. *Add. Blum. in Proc. Cam. tit. 24. n. 41.* Consimili modo in quibusdam, sed paucissimis Romani Imperii locis, uni criminalium causarum cognitionem, alteri verò solam executionem competere, tradit *VVebner. in observ. verb.* Zent / quod latius per exempla illustrat *Knipschild. de Jur. Civ. Imp. lib. 2. c. 6. n. 33.* Ex adductis tamen nondum fluit, quod cognitio Criminum à mero Imperio separanda sit. Multa siquidem meri Imperii dantur capita, ut non sequatur: Penes hunc non sunt omnia meri Imperii capita, seu non omnes partes: Ergo nec merum Imperium habet; Penes quosdam namque Imperium plenum est, penes quosdam verò minus plenum, ut recte tradit *Sutholt. de Jurisd. aph. 390.* Præterea, quod executio pœna capitalis contra *Camerales* à Magistratu loci peragatur, singulare quid est, non statim vim *Centena* destruens, quæ in Processu criminali, causæ cognitione, sententia, ejusq; executione consistit, teste *Thom. Michaël. d. concl. 75.*

§. 3. Processus ille est vel *ordinarius* vel *inquisitorius.* *Ordinarius* est, quando accusator contra reum propter delictum commissum secundum ordinem & formam juris ac stylum Curiæ procedit, offerendo libel-

libellum, litem contestando solenni forma, & reliqua peragando, quæ ad substantiam Processus spectant, ubi judices officium saltim in cognoscendo ac judicando consistit. *Damboud. in Prax. rer. crimin. c. 5. Ægid. Boss. in tract. Crim. tit. de accusat.* *Inquisitorius* verò dicitur, quando, nullo existente accusatore, judex per viam inquisitionis summariè & sublatò velo, vel absque longo litis sufflamine procedit, & ex officio adversus delinquentem inquirit, eique pœnam promeritam imponit. *Damboud in Prax. rer. Crimin. d. c. 5. Wesenb. in Parat. ff. de accusat. n. 2. ibique Dn. Hahn. Gomez. tom. 3. var. Resol. c. 1. num. 49. & seq.* Utriusque formam latius deducit *Dn. Carpzov. p. 3. Prax. Crim. q. 106. & mult. seq.* quorsum B. L. remittimus. Ventilatur autem hic processus, in *judicio Centenico*, in Zent-Gericht / quod *Judice vel præside* Zent-Grafen Pan-Richter / aliàs Peinl. Richter (unde Acta Lindaviensia alleg. à *Besold. in Thes. Pract. verb.* Cent-Graf / dicunt: Cent-Graf ist hodie Peinl. Richter) & Scabinis sive Assessoribus, Germ. Zent-Schöpfen oder Blut-Schöpfen dictis, constat. Ejusdem constitutionem & modum procedendi, cum ubique uniformis non sit, quilibet ex patriæ suo moribus æstimabit. Quid de eo in Transactione des Stiffts W. mit seiner Landschafft cautum, videre est ap. *Meichsn. tom. 4. decis. 10. fol. 254.* Quandoque cum *Jurisdictione Vogtheica* idem recipit judicium, quod eo in casu, ubi *Centena* & *Vogtheia* simul exercentur, vocatur Zent-Peter-Gericht; quod inde nomen assumsit, quia quotannis, circa *Petri Cathedram*, non solum solenniter habetur, sed & innovatur, puta *Judice & Scabinis*, ac secundum Peter-Weisthum / vel simpliciter Weisthum / tractatur, quæ probatio ostendit, quænam causæ ad illud spectent, *Knich. d. c. 4. n. 417. Webn. in Obs. Pr. verb.* Peter-Gericht. Quandoque verò ex pactione inter duos pluresve Principes administratur simultanee & pro indiviso die Zent und Vogtey in gesamten Peter-Gericht / in quo communi judicio intercedit notio tam in criminalibus, quàm civilibus causis, excepto ære mulctatitio, vel si capitalis pœna in pecuniariam convertitur; Tunc namque mulcta cuilibet Domino, quoad suos subditos, quibus ea irrogatur, adjicitur. *Webner. d. l. Knichen. cit. c. 4 n. 566. & seq.* Quomodo denique processus in Executione, das endliche oder hochnothpeinliche Halß-Gericht / formandus sit, ex *Ord. Crim. Carol. V. art. 82. aliisve seq. artic.* ut & ex *Stephan. Rem. & Zieritz. ad eosd. ac Dn. Carpzov. p. 3. Prax.*

Crim. q. 136. num. 3. & seq. fusius liquet, quorsum itidem brevitatis gratia provocamus.

§. 4. Sed hac occasione quæritur: *An is, cui Centena competit, ejusdem exercitium alteri delegare possit?* De Jure Civili sane certum est, quod merum Imperium mandari nequeat, per *l. 1. de Off. ej. cui mand. est Jurisd. l. 6. de Off. Pro-Consf. & l. 70. de R. J.* uti pluribus deducit *Scip. Gentil. lib. 3. de Jurisd. c. 25. per tot.* Neque etiam Jure Canonico secus esse videtur; *Text. siquidem. in c. fin. X. ne Cler. vel Monach. secul. negot.* loquitur de casu speciali, cum Clerici causas sanguinis agitare nequeant, & Rex Siciliæ, de quo in *Clem. Pastoralis. 2. X. de sent. & re jud.* licet beneficiarius sedis Romanæ sit, merum Imperium, non ut nudus Magistratus, exercet, sed tanquam Rex & Princeps, suprema in Regno suo gaudens potestate, ut recte monet *Vinn. de Jurisd. c. 3. num. 4. & 5.* & solide monstrat *Scip. Gentil. cit. lib. 3. c. 29. per tot.* Hodiernis moribus merum Imperium itidem delegabile non est; Etsi enim non ipsi Principes de crimine cognoscant, tamen non magis concessio Imperii hujus mandatum dici potest, quam olim, cum Principes Præsidem creabant; Sed faciunt id jure Superioritatis. *Add. Ordin. Crim. Carol. V. art. 1.* Und dieweil sich etc. Excepto casu justæ & necessariæ absentiæ, *l. 1. de Off. ej. cui mand.* Cui *Ordin. Crim. art. 2.* casum ætatis inhabilis, infirmæ valetudinis, aliamque fonticam causam, quæ negotiis agendis obest, adjicit, ut tunc superioris Judicis autoritate interveniente, mit Wissen und Zulassen desselben Ober-Richters/ causæ criminales aliis personis idoneis delegari possint ac debeant: quibus casibus merum Imperium non solum quoad cognitionem, sed & quoad executionem mandatur. *Dn. Strauch. Diss. ad Jus Justin. 20. aph. 9.* Sicque hæc exceptio firmat regulam in casu non excepto, juxta vulgata Juris, adeoque monstrat, quod regulariter nostra *Centena*, quæ nihil aliud, quam merum Imperium est, præcipue ab iis, qui nudi Magistratus sunt, eandemque non Jure patrimoniali possident, sed exercitium solummodo à Superiore commissum habent, quales sunt Judices & Scabini, mandari nequeat, quod bene observavit *Vinn. d. c. 3. n. 6. & 7. Conj. Thom. Michaël. de Jurisd. conclus. 80. Sutholt. de Jurisd. aph. 106. Dn. Struv. Ex. 4. th. 61.*

§. 5. *Finis Centenæ* est, ut per vindictam Magistratus disciplina conservetur, mores corrigantur, licentia peccandi comprimatur, pœnarum

narum irrogatione peccata coërceantur, sicque tranquillitas publica ubivis custodiatur. Utimur siquidem, ut eleganter *Cic. 1. Off.* loquitur, pœnis contra delinquentes, ne quid posthac committant ipsi, cæteri verò sint ad delinquendum tardiores. Et ad hanc coërcitionem, etiam per summi Legislatoris præcepta, quilibet Magistratus adstringitur, uti contra Anabaptistas & Photinianos prolixe deducit *Dn. Carpzov. p. 3. Prax. Crim. q. 101. per tot.* Ex hoc fine fluunt etiam *effectus Centenæ* varii, quod scil. (1.) præcedente qualicunque informatione *Dominus Centenicus* facinorosos per apparitores prehendere; (2.) Carceribus eosdem mancipare: (3.) Bona delinquentium absentium annotare: (4.) Ad tormenta progredi, & denique sententiam criminalem per spiculatores & carnifices executioni dare possit. *Vid. Tob. Pauermeist. lib. 1. de Jurid. c. 29. n. 39. & 41.* ubi hos effectus latius recenset. Reliquos hactenus subinde enarravimus, quare ne tædiosa prolixitate semel proposita repetere cogamur, B. L. ad præcedentia remittimus, idque solum addimus quod criminalem Jurisdictionem ac *Centenam* juste quæsitam habens, reditus fructusque inde provenientes suos faciat. Pœnæ enim ac mulctæ Jurisdictionis fructus sunt, ut, post *Bart. ad l. fin. ff. sol. matrim. Tiraq. de retract. Convent. §. 5. Gloss. 4. n. 21.* aliosque plures, deducit *Thom: Michaël de Jurid. concl. 56. Peregr. de Jur. Fisc. lib. 4. tit. 8. n. 1. & seq. Knipschild. de Jur. Civ. Imp. lib. 2. c. 6. n. 79.* Qua ratione pœnas, mulctas & confiscationes, quæ itidem fructuum loco sunt, ad Vasallum de mero Imperio ac *Centena* investitum pertinere receptum est. *Thom. Michaël. d. tract. conclus. 88.* Licet vero fructus Jurisdictionis percipiat *Dominus Centenæ*, atque honos sit, judicia suprema exercere; Attamen plus oneris & honoris, quam commodi *Centena*, præcipue *limitata*, præ se ferre videtur. Sumtus enim, qui in judicia criminalia impenduntur, atque à *Domino Centenico* regulariter exsolvendi sunt, fructus Jurisdictionis sæpius exsuperant, *Boër. decis. 303. num. 10. Covarruv. Pract. Resol. cap. 35. num. 5. Jul. Clar. lib. 5. §. fin. quæst. 99. n. 5.* nisi vel judex delicti admissi remissionem petat, qui sumtus refundit, vel etiam accusator aut subditi expensas persolvant, quod posterius tamen, propter expressam in *Ordin. Criminal. Carol. V. art. 204.* propositam prohibitionem, extra casum receptæ consuetudinis haud asserendum est, ut jam antea *c. 3. huj. Discurs.* docuimus. Neutiquam verò ad *Centenæ* effectus *Jus Reformandi Religionem* referri debet; Illa

siquidem Superioritatem Territorialem, à qua Jus Reformandi dependet, haud importat. Hinc non solum Evangelici in Gravaminibus *Anno 1646. mens. April. Osnabrug.* propositis asseruerunt: Das Jus Reformandi wäre aus dem simplici und mero Jure gladii seu criminali Jurisdictione keines Weges zu erzwingen; Sed & in *Pacif. Osnabr. art. 5. § 14. sub fin.* expresse sancitum: *Solam Criminalem Jurisdictionem,* Zent-Gericht / *solumque Jus gladii & retentionis patronatus, filialitatis neque conjunctim neque divisim Jus reformandi tribuere. Vid. Burgold. in Not Imp. p. 2. disc. 16.*

§. 6. *Effectibus* denique *remedia*, pro tuenda *Centena* competentia, accensentur. Ex ratione quidem juris Civilis Magistratus, cujus vigore nil nisi exercitium habent, si turbentur, actione nulla fruuntur, sed, si ipsi se tueri nequeant, rem ad Principem referre debent; Postquam verò Jurisdictio ac Imperium in patrimonium cessit, *remedia* tam *possessoria*, quam *petitoria* recepta sunt. Et quidem pro retinenda *Centenæ* possessione vel quasi datur *Uti possidetis interdictum utile, c. licet causam 9. ✕ de probat. Gail. de Pignor. Observ. ult. n. 8. Menoch. remed. 3. retin. poss. num. 125.* Pro quasi possessione amissa recuperanda spoliatus interdictio *Unde vi* utili experitur. *Menoch. remed. recup. poss. 1. num. 81.* vel aliis locupletioribus remediis juris Canonici, *can. scil. redintegranda 3. c. 4. q. 1. c. sæpe. 18 ✕. de restit. spoliat. Menoch. remed recup. poss. 15.* Huc referuntur quoque *Mandata cum & sine clausula,* de quibus in simili *Klock. de Contrib. c. 19. n. 80. & seq.* imò cum mature turbatoribus obsistendum sit. *Besold. Cons. 238. n. 35.* cuilibet possessionis suæ manutenentia licita est, ut turbatorem in continenti expellere, atque in suo territorio propria autoritate sibi consulere possit. Dominus territorii mag sich contra turbatores & violatores suæ Jurisdictonis ohne vorgehende Proceß propria autoritate selbst schützen. *Consil. Altdorf. 79. fol. 523. Referens apud Gylm. tom. 4. Symphorem. p. 1. vot. 14. num. 334.* Defensio namque rerum & jurium non minus concessa est, ac corporum. *Fachin. lib. 1. Controv. c 31.* Hinc prodiit illud vulgatum: Wer nicht kan fechten (id est, sich bey seiner Posseß vel quasi manuteniren) der gewinnet nichts mit Rechten.

§. 7. *Petitoria* remedia vel *personalia*, vel *realia* sunt. *Personalia* iterum vel ex contractu fluunt, cum Jurisdictio pactionibus, vel stipulationibus, aut aliis contractibus constituta est, & tunc dantur illæ actio-

actiones, quæ aliàs ex pactis vel stipulationibus competunt, de quibus *Rutger. Rul. de Commissar. p. 3. lib. 7. c. 1. & 3.* vel etiam ex delicto, cum alterius *Centena* violatur & turbatur, quo casu etiam criminaliter ex *Constitutione Pac. Publ.* agitur. Nam & is pacem publicam fregisse dicitur, qui alterum possessione sua, utpote arce, oppido, pago, sacra æde, reditibus ac pensionibus, regalibus, jurisdictione, judiciis, mero ac mixto imperio, aliisque quibuscunque juribus armata manu factoque violento dolose privat. Keyserl. Land-Fried *de Anno 1548. in Præfat. §. 1.* Daß auch feiner den andern. *Blum. in Proc. Cam. tit. 29. n. 15. Regalia remedia* sunt vel *confessoria*, vel *negatoria actio utilis*, *Oldendorp. Class. 3. act. 4. & 5.* Quamvis enim *Vaud. lib. 2. q. 27.* utilem actionem confessoriam ac negatoriam non ad omnia jura persequenda, sed ad servitutes duntaxat, fructuariis, superficariis & creditoribus debitas, extendendas esse putet, *per l. 1. §. ult. de superfic. & l. 1. §. 4. de remiss.* Moribus tamen & consuetudine, quam Praxis Cameralis approbat, hæ actiones quoque ob Jurisdictionem aliaque jura, sicque etiam ob *Centenam* receptæ sunt, per tradita *Matth. Stephan. lib. 1. de Jurisd. c. 40. n. 10. Cothmann. vol. 4. Cons. 1. num. 17. & Ruland. de Commiss. p. 3. lib. 3. c. 18. n. 6.* His denique *Stephan. d. l. num. 13.* ex *Rutg. Ruland. cit. c. 18. num. 4. & seq.* remedia *in modum implorationis officii judicis* competentia annectit.

§. 8. Remedia hæc excipiunt *varii modi, quibus* merum Imperium sive *Centena probatur*, inter quos *primo* eminet concessio à Superiore facta, juxt. *l. 1. de Off. ejus cui mand. &c.* *Secundum est* investitura, sive vera sive abusiva, per traditionem ensis facta *Mascard. de probat. vol. 3. concl 1015. n. 3.* *Tertium* constituunt literæ delegationis, sed nonnisi eo in casu, in quibus *Centena*, juxta antea dicta, delegabilis est, *Mascard. d. concl. n. 4* *Stephan. de Jurisd. lib 1. c. 37. n. 12.* *Quartum* efficiunt actus criminales, hoher Obrigkeit Fälle in Malefiz oder Fraisch-Sachen/ de quibus *Knichen. de Super. Territor. c. 13. n. 401. & seq.* ubi refert capturam, punitionem & animadversionem, nec non condemnationem facinorosorum, torturam, fustigationem, relegationem, auris abscissionem, confiscationem bonorum, similesq; actus *Webner. in Observat. Pract. verb. Zent p. m. 517 & 518.* Huic subservit *Quintus*, testium depositio de exercitio libero & quieto meri imperii atque *Centenæ*, per differentias illativas, ut; quia in causis capitalibus judicatum, vel alii

actus meri imperii peracti sunt, qua in re *Mascard. cit. concl. n. 17. & seq.* præter testes cæcos, qui de auditu deponunt, etiam singulares admittit, v. gr. si unus viderit, quod delinquens fuerit suspensus, alter, quod fuerit gladio punitus, tertius verò, quod cum fustigatione in exilium ejectus sit, qui testes tamen propterea, quod pure in dicto concordent, licet in causis scientiæ non conveniant, pro singularibus nequaquam habendi sunt, juxta elegantem doctrinam *Lanfranc. de Orian. ad c. quoniam contra de Probat. c. 8. n. 22.* *Sexto* probatur *Centena* per furcæ seu patibuli erectionem, quæ signum meri imperii est. *Mascard. cit. loc. num. 16. Knpschild. de Jur. Civ. Imper. lib. 2. c. 6. n. 85.* item per columnas vel pilas ad combustionem destinatas, quæ etiam executione facta longo tempore erectæ remanent: porro per rotas, quibus cadavera punitorum imponuntur, per murum decollationi deputatum, vulgo Rabenstein/ per ligneas cruces, quibus imposita est manus cum gladio, in signum der Gericht über Halß und Hand/ it. per numellas versatiles, nec non palum numellarium, impositionem lapidis famosi, & id genus alia signa, Stöcke/ Halß-Eisen/ Geigen/ Pranger/ Lasterstein. *VVebn. d. l. Knipschild. d. l. n. 70. & seq.* *Septimo* per pignorationes, in memoriam perpetrati criminis, de quibus jam antea dictum. Vid. *Knichen. cit. c. 3. n. 420.* *Septimo* docent *Centenam* libri Processuum, inquisitionum, accusationum ac condemnationum per Officiales factarum, nec non Urphedarum, in quibus habentur elogia jurata, de non vindicando relegatorum, Fraiß-Bücher/ Urphede-Bücher/ Hader-Bücher/ Straf-Bücher. *VVebner. d. l. Knichen. cit. c. 3. n. 428. & seq.* *Ultimo* huc spectat concessio salvi conductus, de qua *Knichen. d. l. num. 456. & seq.* Plures modos, utputa instrumenta, scripturas antiquas, imo & famam adjicit *Mascard. de Probat. cit. concl. 1053. n. ult.* quos hac vice solummodo denominâsse sufficiat. Conjung. *Menoch. de retin. possess. rem. 2. num. 579.*

§. ult. Restat, ut tribus solummodo verbis, *modos,* quibus *Centena amittitur,* annectamus, inter quos comparet (1.) abusus per nimiam sævitiam in subditos, eorumque expilationem, *arg. l. 2. ff. de his, qui sui vel alien. §. ult. Inst. eod. l. 1. C. de emend. serv. Gail. 1. Obs. 17. Stephan. de Jurisd. lib. 1. c. 39. n. 48.* (2.) Præscriptio. Per eandem quidem apud Romanos merum Imperium neutiquam amittebatur, *arg. l. 1. pr. ff. de Off. ejus &c. l. 3. ad l. Jul. Majest. l. 1. C. pro empt.* Hodie tamen non modo sim-

simplex Jurisdictio, sed & mixtum, imò merum Imperium, sicque *Centena* nostra præscriptione finitur, *Stephan. d. c. 39, VVehn, ad. verb.* Zent/ *fol. 524.* si modo occasio puniendi facinorosos esse obtulerit, eaque neglecta fuerit. Si quis merum Imperium seu gladii potestatem, ex privilegio vel concessione Principis habens, longissimo tempore nullum actum criminalem exercuerit, propterea *Centenam*, præscriptione etiam longissimi temporis, imò centum annorum non amittit, si modo casus puniendi facinorosos defuerit. Consimili modo nec erectioni patibuli præscribitur, si vetus fuerit collapsum, quo minus eveniente occasione non tantum antiquæ furcæ restaurari, sed etiam loco collapsarum novæ erigi possint. *VVehner. verb.* Zent/ *fol. 524.* Reliquos modos B. L. ex traditis *Stephan. d. l.* facile colligere poterit.

Et hac quidem de Centena, *pro instituti ratione, sufficiant; Residua est* Vogtheia, *quæ equidem melioris cognitionis gratia necessario annectenda esset. Verùm cum & ipsius consideratio haud levioris momenti negotium sit; Ideoque eandem ab hoc nostro labore separavimus. Si Deus* Dn. Præsidi *vires & vitam clementissime concesserit, imposterum quoque* eandem *Academico enucleabit* Discursu. *Interim, ut gratiosus Lector hunc nostrum qualem qualem conatum æqui boniq; consulere velit, officiose atq; peramanter rogitamus, Deoque Triuno pro assistentia ineffabili, Nobis in hac elaboratione exhibita,* humillima *religioso cultu offerimus* vota.

Exercitatio Octava.

De

Metatis Palatinis.

Procemium.

Δύσκολα τὰ καλά; *Vetus apud* Platonem *extans, & jam dudum à* Luciano *ac* Plutarcho *proverbii loco allegatum adagium est, quod, nisi erraverim, instituto nostro non parum conducit; Pulchrum siquidem, insimul tamen arduum est, jura Principum rimari. Sicut enim quivis, qui eadem vel negligit, vel etiam ignorat,* Diogeni *in dolio versanti non incongruè æquiparari potest, ex mente* Burgold. in Not. Imper. p. 1. disc. 3. *Ita contrà pulchrum*

chrum eſt, accuratiori exploratione in Summa cujuslibet Poteſtatis autoritatem circa ſacra & profana inquirere, hocq́ modo altiorem Juris publici cognitionem appetere, quæ demum perfectum conſtituit JCtum, atque non rarò ſuprema dignitatum promeretur faſtigia. Inſimul tamen ob varia, eaq́ graviora rationum momenta arduum pariterq́ periculoſa alea plenum opus eſt, Principum ſecretiora, atq́ publici Juris adyta curioſius ſcrutari, deq́ illis ſcribere velle, quibus proſcribendi ſuppetit licentia. Rectè proinde incomparabili Dn. Forſtner. in Not. Polit. ad Tacit. l. 3. Annal. p. m. 427. nunquam placuit Philoſophia, quæ paucis ſyllogiſmis omnium Regum ſceptra laceſſere & periculoſâ curioſitate diſputare audet: An legibus ſit ſolutus Princeps? quatenus eis præceptis ſit parendum? quæ conditiones tyrannum faciant? an malus Princeps è medio jure tolli poſſit? & quæ conſimilis audaciæ quæſtiones ſunt. *Hac ipſa ratio eſt, quod* pro Metitatoribus Metata Palatina *loco exercitii Academici ſelegerim. Placuit equidem præ reliquis mihi argumentum de* Mediatoribus, *ſed in ipſo limine tractationis deprehendi, rem ut ſpecioſam ita difficillimam eſſe, & tot tantaq́ Imperii arcana continere, quæ ſine periculo à Privatis non enunciantur. Mutavi igitur animum, & ut in terminis modeſtiæ diſcuſſionis Juris publici ſubſiſterem, neq́ tamen à Juribus Principum longius recederem,* Metata Palatina (*materiam ſanè haud proletariam, ſed arduam*) *tractanda ſuſcepi, & quidem* Excellentiſſimi Dn. D. Geieri, *Viri de me optimi meriti, conſilio & ſuffragio ex voto accedente, cujus fidelis manus mihi in elaboratione egregia ſubminiſtravit adminicula, quare & hæc noſtra* Metata, *levi quidem penicillo adumbrata, ſub ejusdem moderamine ventilationi publicæ exhibenda eſſe duxi; Id ipſum tamen iniqua adverſæ valetudinis fata quibus hactenus per longioris temporis tractum colluctatus eſt, remorata ſunt, quod impedimentū legitimæ excuſationis vice jure meritoq́ exprimendum fuit. Interim ſi ubi ob humanam fragilitatem à recti tramite exorbitaverim, ut* Candidus Lector, *pro eâ quâ par eſt, comitate lapſum condonet, meq́ rectius informatum ad obſequendum ſibi facilè perſuadeat, peramanter rogito.*

THES. I.

MIra verborum elegantia & judicii gravitate præcipuum & pulcherrimum civilis prudentiæ argumentum expreſſit Ammianus Marcell: prudentiſſimus rerum geſtarum Scriptor *L. 29 & 30.* his verbis: *Præclara informatio doctrinarum munere cœleſti indulta felicibus imperantibus, per quam illis ſcire licet, nihil aliud eſſe imperium, ut ſapientes definiunt, niſi*

nisi curam salutis alienæ ac justorum imperiorum finem æstimari, utilitatem obedientium & salutem. Præclara sanè Eruditio, quam haud temerè certum Principalis scientiæ compendium dixeris, in quo omnes artes principiaque regendi mirâ brevitate continentur. Quâ instructi Imperantes sciunt, se Reges & Principes esse, sed quos aliena utilitas facit, intelliguntque Rempublicam non esse in patrimonio, sed extra illud, & nihil ex incrementis compendiisque publicis ad se pertinere, nisi curam illorum.

II. Et sane, si rem paulo accuratius intuemur, fateri cogimur, magnis imperiis magnas inesse curas, & infinitos labores circumstare sceptra & fastigia Majestatis, quibus maximi, mediocres & parvuli curantur, omniaque pertractantur, ut subjectis quies & utilitas inveniatur. *Nov. 15. in Epil. Nov. 46. in præfat.* Nec tamen tales curæ inanes, & mercede vacuæ sunt, sed iis maxima parata præmia, amor scilicet subditorum & obsequium, perpetuaque vota pro salute principum concepta: Imo magnus ille Rex & Servator noster Jesus Christus, pro magnitudine Clementiæ, suos in terris Vicarios incolumes & sospites præstat, qui & cæteros præstant, & per multis bonis remuneratur, qui benè Rempublicam & ex utilitate omnium regunt, velut Justinianus noster exemplo suo comprobat, & augustas mentes inter curarum onera & difficultates piissimâ consolatione demulcet in *Nov. 149. cap. 2. in fin.*

III. Inter cuncta curarum ad Principes rejecta maximum reputatur illud, non semper ad caput Imperii sedere, undè in omnia regimen, sed omnes partes quoque circumire, & videre, ne quid imperium vel ab irruptionibus hostium, vel avaritiâ procuratorum, vel injustitiâ præsidum detrimenti capiat. Quod benè intellexit Drusus Imperatorii laboris socius apud *Tacitum. l. 3. Annal. cap. 34.* dicens: *Principibus adeunda sæpius longinqua Imperii: Divum Augustum in Orientem atque Occidentem meavisse: se quoque in Illyricum profectum, & si ita conducat, alias ad gentes iturum. Vellej.* quoque *l. 2. c. 92.* hoc in Augusto deprædicavit: *Aberat in ordinandis Asiæ Orientisque rebus Cæsar, circumferens terrarum Orbi pacis sua bona;* Augustum imitatus est Adrianus, de quo *Spartianus in ejus vita cap. 13. Post hoc per Asiam & Insulas ad Achajam navigavit: Post in Siciliam, inde Romam venit, atque ex ea in Africam transiit, ac multum beneficiorum provinciis Africanis attribuit: Nec*

quicquam ferè Principum tantum terrarum tam celeriter peragravit. Undè Hercules Romanus, Hercules Servator sive Averruncus in nummis appellatur, notante *Casaubono ad Spartian. d. loc.*

IV. Non enim Principum solicitudo in omnia pariter intenta atque accincta uno vel altero angulo includenda, sed in universum gratiosa dispensatione diffundenda est, ut res urbanas, & provinciales temperet. Nec Principes ipsi, velut Vestale Secretum, in quodam sacrario repositi, intra domesticam Palatii umbram & solitudinem provisam jacere possunt, sed ab omnibus & ubique, prout salus Reipublicæ postulat, conspiciendi sunt, ad instar Diei & Solis, qui non uni vel alteri, sed omnibus in commune præfertur. *Plin. & Lat. Pac. in Panegyr.* Verum cum ipsi Reges & Principes, ubique locorum esse ac cuncta Imperii Negotia tractare non possint, habent Oculos, Manus, & Aures suas, quibus ad absentium salutem advigilare, eosque defendere, & illorum desideria audire possunt, *Magistratus & Officiales* dicere volui, quorum vicaria opera in administandis Reipubl. partibus Imperantes quam felicissimè utantur. Magna enim imperia magnis & multis adjutoribus egent; & raro Eminentes Viri non magnis adjutoribus ad gubernandam fortunam suam usi sunt. *Vellej. Lib. 2. histor. c. 127. num. 5.*

V. Dum autem Imperantes plus quam paterna cura omnes Imperii Partes amplectuntur, atque in omnium subditorum salute promovenda gloriosam operam ponunt, vel per semet ipsos, vel per officiales; Subditi quoque obligationis & subjectionis debitæ memores de referenda gratia iis, quorum beneficiis vitam felicem vivunt, cogitare, & hinc inde commeantes omni hospitiorum comitate & benignitate excipere debent, quo difficultates & incommoda itineris eo melius sustinere & superare queant. Tali quippe obsequii promtitudine, Imperiorum Soteres & Sospitatores ad majora curarum excitantur, & hac grata vicissitudine paratiores & promtiores redduntur ad invenienda subsidia, quibus subditorum munificum salus & utilitas augetur & amplificatur. Aula quippe amat obsequiosos vel ut *Tacit.* effert *3. A. 75. n. 4.* Capitonis obsequium dominantibus magis probatur. Et obsequio non solum mitigantur, sed & conservantur Imperia. *Curt. lib. 8. c. 8.*

VI. Ex his haud difficulter præcipuum justitiæ æquitatisque sun-

fundamentum cognoscitur, quo *Metata* hæc nostra *Palatina* nituntur & defenduntur. Subditi enim, qui tot & tanta emolumenta & compendia ex publicæ salutis tutelâ sentiunt, juxta subjectionis regulas gravamina & onera detractare non debent. Præsertim cum ipsa naturalis ratio commoda & incommoda individuo nexu conjungat, nec unum sine altero hominibus communicet. *l. 10. D. d. R. I. l. 75. D. d. Jur. Dot. l. 1. D. de Inst. act. l. unic. §. 4. C. d. Cad. toll.* In subsidium probationis adducere etiam quis posset, non solum ea, quæ magni nominis JCtus *Klockius*, in genere de contributionem publicarum obligatione & necessitate, magno apparatu proposuit *cap. 1. d. Contribut. n. 11. & seqq.* sed, & illa quæ *Dn. Tabor in tractatu elegantissimo de Metatis & Epidem. p. 1. cap. 4. §. 4.* attulit, pro justitia Metatorum Militarium, cui volupe esset actum agere, & in re perspicuâ & non dubia testimoniis non necessariis uti.

VII. Originem autem & principium hujus *Juris Metatorii* non temerè adsignamus tempori, quo Regna & Imperia inter mortales cœpta, & aucta fuêre, regioque juri tribuimus, in quo omnia continentur ea, quorum auxilio magnarum Rerumpublicarum administrationes commodiores fieri possunt. In historiâ Romanâ *Lucius Post Consul* primus habetur, qui, prius quam Roma proficisceretur, literas Præneste misit, ut sibi Magistratus obviam iret, locum publicè pararet ubi diverteretur, jumentaque, cum exiret, indè præsto essent. *Liv. lib. 42. in pr.* Quod factum propter silentium nimis modestum aut timidum Prænestinorum, jus, velut probato exemplo reliquis Magistratibus fecit, & Successores deindè idem usurparunt, donec legibus & jure scripto confirmatum fuit. Hinc *Metata nostra* ex illorum numero recte habentur, quæ consuetudine initium, leges verò sanctione robur accepêre, ad exemplum Fideicommissorum & Codicillorum, de quorum natalibus similia leguntur *in §. 1. J. d. fideicom. hæredit. & princ. J. d. Codic.*

VIII. Ante hunc Posthumium autem, teste *Livio d. l.* nemo unquam sociis in ulla re oneri aut sumtui fuit, ideò magistratus mulis, tabernaculisque & omni alio instrumento ornabantur, ne quid tale imperarent Sociis; privata hospitia habebant, ea benignè comiterque colebant, domusque Romæ hospitibus patebant, apud quos ipsis diverti mos esset. Cui assensum præbet *Celsus in l. 7. pr. D. d. supp. leg.* ex La-

beone adſtruens originem ſuppellectilis, quod olim his, qui in legationem proficiſcerentur, locari ſolerent, quæ ſub pellibus uſui forent. Intelliguntur autem Pelles tentoriæ, quarum mentionem facit *Trebellius Pollio in D. Claudio c. 14.* ſub quibus, ceu tabernaculis, milites Romani hiemabant.

IX. Origine rei indicatâ, ad origines verborum, in Rubricâ ſeu inſcriptione hujus Diſſertationis poſitorum, devenio. Dicuntur *Metata* à metari, quod metas ponere & locum certis finibus terminiſque circumſcribere ſignificat, & metantur non ſolum caſtra, ſed etiam in urbibus ædes privatorum, dum ſcilicet certa pars illarum eligitur, & advenientibus hoſpitalitatis gratiâ adſignatur. *l. 2. C. de Met. & Epid. Voſſius in Etymolog. verbo Met.* Denotant *Metata* non hoſpitia tantum, ſed & Jus ipſum Metatorum, cujus fit mentio *in l. 35. C. de Epiſc. & Cler.* atque in legibus noſtris exponuntur per hoſpitia, & jus ſeu munus recipiendi hoſpites. *l. 3. §. 13. & ſeq. D. d. mun. & hon. l. 10. §. 2. D. d. vac. & exc. mun. l. 1. C. d. Epiſcop. & Cler. l. 3 C. de muner. patrim.* Præterea Manſiones. *l. 18. §. 10. d. muner. & hon.* ibique *Gothofr. l. 8. C. de annon. & tribut. l. 11. C. d. re militari. l. 2. C. d. cond. in publ. horr. l. 2. C. d. lucris Advoc. Briſſ. d. V. S. lib. 11. in voce Manſio.* Nunc Epidemetica. *tit. C. de Met. & Epidem. Nov. 134. cap. 1. l. 4. §. 5. D. de off. Proconſ. Dn. Tabor. d. tr. p. 1. c. 2. ſect. 2.* Nonnunquam Stativa *l. un. C. d. tract. & ſtativ.* interdum Paratæ vel Adparatæ, quarum in legibus Francicis & Allemanicis ſæpè fit mentio; denique Albergariæ, Hoſpitaturæ & Hoſpitationes appellantur. *Beſold. in Theſ. Pract. verb.* Einquartirung. *in f. Mager. d. Adv. armat. c. 2. n. 271. 275. & c. 10 n. 227. & ſeqq. Klock d. Contribut. c. 1. n. 186. & ſeqq. & c. 17. n. 242. & ſeqq.*

X. *Metatorum* vox in Latio nata, apud Græcos quoque Civitate donata eſt, ut μετάτον ſ. μετάτ:ν appellatur. *Meurſius in Gloſſar. Græc. barbar.* Germanis dicuntur: Ablager/Herberge/Nachtfeld/Wehnerus in voce Azung/ *Beſold. p. 3. conſ. 118. n. 51. Mager. d. Adv. arm. c. 10. n. 32.* Gallis, le quartier, logis à la ſuite de la Cour. Italis, Albergo, la commodità d' allogiamenti. Ab his denominantur *Metatores*, quibus deſignandorum diverſoriorum cura & procuratio incumbit, & à Principibus miſſi præparandi hoſpitii cauſa, ad poſſeſſiones veniunt. *l. 1. l. 2. & 5. C. d. Met. & Epidem. Briſſon. d. V. S. lib. 11. in voce Metator. Panciroll. lib. 3. var. lect. c. 31. Petr. Greg. Tholoſ. in Syntagm. Jur. Univ. L. 19. c. 8. num. 2. & ſeqq.*

seqq. qui & Mensores dicuntur. *l. un. C. de Mensor. & ibid. Perez. n* 1. Gallis sunt Fourirs & Mareschaux des logis. Germanis Hof-Quartirmeister/ Hof-Fourier.

XI. Palationorum nomen à Palatio est, cujus Etymon varium ab Autoribus traditum videre licet apud *Rosin. L. 1. Antiq. Rom. c. 4. & Voss. in Etymol. voc. Palat.* Ejusque appellatio sub Romulo cœpta, ob præeminentiam Imperii Romani ad omnium Regum sacraria & Principum Aulas illustriumque personarum habitationes deducta fuit. *Pancirol. L. 2. var. c. 191.* Nominavimus autem hæc *Metata Palatina*, non quidem eo sensu, quasi illa in Palatiis exhibeantur, quæ usibus privatorum plane non inserviunt, *Lun. C. d. Palat. & Dom.* sed quod Magistratibus & Officialibus Palatinis præstenter. Palatini enim appellantur non solum ii, qui in Palatiis obsequiis aulicis ministeriisque domesticis funguntur, & in partem Curarum adsciti Principibus domi inserviunt. *l. 1. & 2. C. d. Privil. eor. qui in Sacr. Palat. milit.* Sed etiam ii, qui in Provincias mittuntur, (unde fortè *Mittendarii* dicti *in l. 3. & 8. C. d. Palat. sacr. largit.*) & in locis remotis partem Reipublicæ administrant. *l. un. C. d. Castrens. omn. Palat. pecul. & l. 5. C. d. Privileg. eorum, qui in Sacr. Palat. milit. Conan. lib. 4. Comm. J C. c. 15. Gudel. de Jur Noviss. lib. 5. cap 4. & seqq. Peretz. ad C. de Palat. sacrar. largit. n. 1. & seq.* Qua ratione etiam differunt à *militaribus*, quæ militibus armatis præstantur.

XII. Nominibus ita explicatis *Metata nostra*, quibus munus recipiendi hospites significatur, describi possunt per *munus publicum patrimoniale ordinarium, quo subditi Principes suos eorumque Palatinos, hospitio excipere tenentur. l. 3. §. 14. l. ult. §. ult. & pen. D. d. muner. & honor. l. 10. §. 3. d. Vac. & excus. muner. l. 2. C. princ. de Met. & Epidem. l. un. C. d. Salgam. hospit. non præst.* Cujus descriptionis singula verba in subsequenti tractatione explicantes, eadem opera universam Metatorum nostrorum naturam & qualitatem indicabimus.

XIII. Imponuntur hæc *Metata Palatina*, ut reliqua munera, ab iis solummodo, qui summam in Civitate habent potestatem *l. 214. D. de V. S. l. 2. C. d. Metat. & Epidem. Klock. de Contribut. c. 17. num. 240. & de Ærar. L. 2. c. 91. num. 8. & 9. Mager. de Advocat. Armat. c. 10. n. 283. Besold. p. 3. cons. 118. n. 54. & seq. Mund. à Rodach. tract. d. Mun. & honor. c. 5. n. 1. & 2.* Superioritati namque cohærent, & imperium aliquod important, ut soli Principi hospitia gratis designare liceat. *Knichen. de Jur. Terr.*

Terr. cap 4. n. 493. Quare illorum Miniſtris & Magiſtratibus denegata ſunt. *Nov. 134. c. 1. l. fin. C. d. Met. & Epidem.* qui Miniſterium hâc in re ſolum præſtant, & ex mandatis Principum obſervant, ne in hoſpitiis præbendis onerentur Provinciales, *l. 4. princ. d. off. Pro-Conſul.* providentque, ne tenuis vitæ homines, ſub prætextu adventus officiorum lumine unico vel brevi ſuppellectili ad aliorum uſum translatis, injuriis vexentur. *l. 6. §. 5. d. Off. Præſ.* quem textum contra aliorum emendationes eleganter defendit *Dn. Tabor. in tract. d. Met. & Epidem. p. 3. c. 4. art. 5. th. 14.* Negandum tamen non eſt, nonnunquam etiam à Magiſtratibus ipſi indici poſſe munera, ſine certo ordine & ex improviſo, quæ extraordinaria dicuntur. *l. 8. §. 3. D. de Vac. & Excuſ. mun. Mund. à Rodach. de mun. & honor. in præloq. num. 36.*

XIV. Proinde in imperio noſtro *Metata Palatina* partim Imperatori, partim etiam, tanquam jura ad Superioritatem aliaque Regalia ſpectantia. *Klock. p. 1. Conſil. 9. num. 20. & ſeq. Beſold. d. Conſil. 118. num. 55.* Principibus ac Statibus Imperii, vi Superioritatis Territorialis, competunt. Non verò iis, qui Jus Advocatiæ ſeu Protectionis, & Jus Feudalitatis, ut ita loquar, ſive Dominum directum feudi in loco quodam habent. Non temerè igitur *Beſold. c. Conſ. 118. num. 51.* autumat, nunquam fando auditum fuiſſe, quod hoſpitatura baſſam Jurisdictionem, addere liceat & altam, ſequatur. Nec ſine ratione *Mager. de Advocat. Armat. cap. 10. n. 28.* concludit, ex defectu Imperii & Superioritatis Advocatos, Patronos, ſeu Defenſores, Schutz- und Schirm-Herren/ ſuis clientibus hoſpitationis moleſtiam imponere non poſſe propter rationem *in c. 23 extr. d. Jur. Patron.* adductem; quod tales Advocati à gravaminibus Eccleſiarum ceſſare, nihilque, præter antiquos & moderatos reditus, à locorum Epiſcopis inſtitutos, exigere debeant, ne alias id, quod ad defenſionis ſubſidium inventum, ad depreſſionis diſpendium detorqueatur, & Clientes duplici onere graventur, contra *c. 12. extr. de pœn. & l. 4. §. 2. D. d. Leg. Reb. de Jact. l. 9. C. d. Met. & Epidem.* Supervacaneæ quoque videntur quæſtiones de Dominis Rerum Feudalium & Emphyteuticarum, qui Superioritatis jure deſtituuntur. Quamvis in nonnullis Germaniæ locis præſtentur illis & hoſpitia & eſculenta & potulenta; quæ tamen ex conſuetudine magis, quàm impoſitione propria habent. *Klock. de Ærar. lib. 2. cap. 91. n. 13.*

XV. Cauſa Miniſterialis hujus impoſitionis à Superiore factæ eſt Magi-

Magistratus, *Metata Palatina* assignans, atque distribuens, quæ cura non solum Episcoporum. *l. 16. §. fin. C. de Episcop. Audient.* Præfectorum Prætorio. *l. 2. C. quib. mun. vel præstat. nem. se lic. excus.* Præsidum Provinciarum. *l. 3. §. 15. D de Mun. & Hon.* & Magistratuum Municipalium est. *l. 4 & 5. C. de defens. Civ.* quo totum hoc negotium sine querela urbanæ multitudinis peragatur; Sed etiam Metatoribus ipsis tam superioribus quam inferioribus competit, qui Palatinis hospitia sua manu adsignant, & hospitaturi nomen postibus adscribunt. *l. 1. C. de Metat. & Epidem.* Ne aliàs inter Palatinos in occupandis hospitii confusio & perturbatio exoriatur. Quamvis horum opera apud Romanos novi Magistratus in Provincias venientes, non semper usi fuerint, sed ad antiqua & solita migrarint, ut colligere possumus ex *Cicer. in lib. 3. Accus. in Verr.* ubi Philodamus, Rubrium Comitem Verris in domum suam recipere nolens, ostendit, munus suum illud non esse: se, cum suæ partes essent hospitum recipiendorum, tunc ipsos tantùm Prætores & Consules, non Legatorum asseclas recipere solere. Hodiè extra Comitia in *Aulica Metatione*, sive Imperatoris, sive Principum, destinatio & assignatio *Metatorum nostrorum* à Supremo Aulæ Mareschallo (Germ. Hof-Marschall) dependet, cujus officii inter alia est, ut cuique *Metata* pro discretione assignet, quoties Imperator vel Princeps aulam suam ad alium transfert locum. Huic adjuncti sunt alii, qui Metatores Aulici, Germ. Hof-Fourirer/vocantur. *Dn. Tabor. de Met. p. 2, c. 2. th. 17.* Per quos hanc assignationem peragit, atque commodioris provisionis gratia antè Principis accessum Magistratui cujuscunque loci denunciat. Nemo enim, ceu opinor, ignorabit, Principibus adhuc hodie in more positum esse, ut si peregre proficiscantur, Metatoribus Aulicis maturè imponatur præcursus, eum in finem, ut in loco, ubi commorari satagunt, præparetur hospitium. Quæ res autoritati & splendori ipsorum non minimum affert momentum, *Bertram de Comit. ap. Arum. vol. 1. discurs 9 th. 57.*

XVI. In Comitiis verò hæc cura ad Vice-Marschallum, Comitem de Pappenheim/ spectat. Quanto enim numerosior ac illustrior Principum aliorumque maximo honore præfulgentium solet esse confluxus in Comitiis, tanto magis necessarium quoque est, ut iisdem ante accessum de congruis prospiciatur hospitiis. Quæ cura dicto Mareschallo, Comiti de Pappenheim/ commissa est, ut hoc officio nomine Electoris Saxoniæ, à quo in feudum accipit *Arum. de Comit. c. 6. n. 49.*

fun-

fungatur. *Bertram. de Comit. ap. Arum. d. loc.* Quare postquam maturius ad locum Comitiorum pervenit, Statibus Imperii, eorumque Legatis hospitia assignat, foribusque nomina inscribit, unde jus Adscriptionis sive Adscribendi, Das Anschreiben/ vocatur, inque tribus, *Electione* scil. *Assignatione* & *Inscriptione* consistit, de quibus infrà. Vid. *Bertram. d. l. Limn. lib. 9. Jur. Publ. c. 1. num. 66.* Aut. der Grundfeste des Heil. Röm. Reichs. *p. 1. c. 6.* §. Welche nun entschlossen. De hoc jure gravissima quondam inter Vice-Mareschallum & Civitates exorta est controversia: An ipsi etiam invito in assignatione hospitiorum Civitas, in qua Comitia celebrantur, quendam ex Senatoribus adjungere possit? Pro Civitatibus quidem præclare pugnat. *Vit. Braitsvert. in Consil. Manuscr. vol. 1. à Dn. Myler. in addit. ad Rumelin. Dissert. ad A. B. p. 2. Dissert. 3. th. 14.* allegatus, qui Civitatum jura latissimè defendendo in controversia, quæ inter Vice-Mareschallum & Civitates Imperii, ratione Jurisdictionis durantibus Comitiis, mota est, integrum volumen conscripsit. Hodie tamen Vice Mareschallus solus *Jus Metationis*, per singularem transactionem inter ipsum & Civitates Imperiales *Augustæ d. 26. Octobr. Ann. 1614.* hac de re initam, exercet, verba huc facientia in *d. Transact.* §. Und erstlich, ita se habent: So viel das obbemeldten Partheyen bißhero strittig gewesene Einfurieren/ deren bey ieden Reichs-Versammlungen in den Freyen- und Reichs-Städten erscheinenden Reichs-Ständen/ oder derselben/ wie auch frembder ausser Reichs gesessenen Potentaten/ Botschafften und Gesandten belangen thut/ ist verabschiedet/ daß solches Recht einzuführen/ gleichwol dem Reichs-Marschalln/ als dessen Amt es anhängig/ allein verbleiben sol ꝛc. *Bertram. d. l. Arum. de Comit. c. 6. n. 61. Dn. Myler. ad Rumelin. c. loc.*

XVII. Imponitur autem hoc munus *Metatorum*, ceu patrimoniale, omnibus *l. 3. §. 4. d. mun. & honor. l. 11. d. exc. & vac. mun.* & ab omnibus merito sustinetur. *l. 2. & seqq. C. de muner. patrim.* qui modo in territorio Indicentis ædes possident. Domus enim & ædificia habitationis causa comparata adæquatum sunt subjectum Metationis *l. 2. l. 3. l. 9. l. 11. C. d. Met. & Epidem.* proinde non solum domini ædium, sed etiam inquilini ad hæc Metata tenentur, sine detractione mercedis promissæ: quoniam illa nec sumtus requirunt, neque commoditatem omnem conductæ habitationis excludunt, & ab omnibus conductoribus, veluti illis locis consueta, provideri possunt. *l. 1. C. de Met. & Epid.*

arg.

arg. l. 9. §. 1. l. 13. §. 7. D. locat. Anton. Faber. in C. L. 4. t. 42. definit. 30. Forenses quoque, qui domum in urbe quadam non verò domicilium habent, hoc munus agnoscere coguntur. *l. 6. §. fin. l. 18. §. 21. & seq. D. d. mun. & hon. l. 4. §. 2. D. de Censibus.* Nam onus metatorum merè est reale, & rebus imponitur sine contemplatione personæ, possessionibusque ita indicitur de eo quod faciendum est in ipsis. Quod autem in re ipsa præstatur, & pro quo res ipsa est obligata, de eo est actio & exactio in loco, ubi res est, quamvis persona absit. *l. 1. & seq. C. ubi in rem act.* & quod pro communi utilitate impositum est, ab omnibus etiam, qui commodum exindè sentiunt, præstandum erit. *Bart. ad d. l. 6. §. fin. D. d. muner. & honor. n. 3. & ad l. unic. C. d. mulier. in quo loco &c. n. 34. Klock. d. Contrib. cap. 2. n. 11 & seqq. & cap. 9. n. 74. & seqq. Mund. à Rodach. d. mun. & honor. n. 108. & seqq. Dn. Mev. part. 2. decis. 322. Dn. Tabor. tr. de Met. & Epidem. part. 3. c. 4. art. 6. th. 1. & seq.*

XVIII. Proinde de his *Metatis* nemini excusationem tribuunt sexus, ætas, numerus liberorum, merita militiæ, aliæque prærogativæ. *l. un. C de Mulier. in quo loc. l. 2. C. de mun. patrim. l. 6. §. 4. D. de mun. & hon. l. 11. D. de Vac. & Excus. mun.* Nam ad expeditionem Principis pro salute Imperii susceptam omnes omnino subsidium præstare tenentur. *l. 1. C. de quib. mun. vel præstat. nem. lic. lib. 10.* Nec habetur ratio idoneitatis personæ, sed à summis ad imos, à nobilibus ad ultimos decurrit sarcina *d. l. 1. ibique Dn. Brunnem. cum alleg.* Dd. Imò ne quidem Ecclesiastica prædia ulla exemtione gaudent; Quamvis enim Ecclesiæ immunitate non minima fruantur, per *l. 5. C. de SS. Eccles.* exceptus tamen est necessitatis & expeditionis Principalis casus, quo possessiones earundem etiam onera sufferre tenentur. *l. 2. C. de quib. mun. vel præst. l. 11. C. de SS. Eccles. ibique Dn. Brunnem.* Denique nec generalis immunitas sufficit, sed specialis necessaria est, qua hospitis recipiendi necessitas nominatim à Principe remittitur. *l. 3. & f. C. de mun. patrim. l. 11. D. de Vac. & Excus. l. f. §. fin. D. de mun. & hon.* Quali indulgentia & speciali privilegio jure nostro Civili gaudent Consules, Patricii, & alii dignitatum & officiorum splendore conspicui, de quibus *in l. 10. & 11. C. de Metat. & Epidem.* (2.) Clerici. *l. 1. C. de Episc. & Cler. cap. 1. extr. de immun. Eccles.* (3.) Omnium Facultatum Professores. *l. 6. & 11. C. de Prof. & Med. l. f. §. f. D. de mun. & hon.* (4.) Advocati Fisci, etiam deposito officio, *l. 3. §. 2. l. 5. §. 2. C. de Advoc. diverſ. judic.* (5.) Picturæ

Professoros, *l. 8. C. de Met. & Epidem.* (6.) Milites actum merentes *l. 10. §. 2. D. de Vac. & Excus. Mun. l. 3. §. 1. de D. Mun.* & Veterani *l. 5. §. pen. de Mun. & Honor. l. 1. C. quib. Mun. excus. ii, qui post. implet. Milit. &c.* (7.) Fabricenses *l. 4. C. de Met. & Epidem.* (8.) Agrorum possessores *l. 5. Cod. eod. Ant. Faber. in Cod. lib. 9. tit. de Mun. Patrim. 29 def. 26. Christin. Vol. 5. decis. 41. n. 1. Brunnem. ad l. 3. C. de Mun. Patrim. & ad f. C. de Met. Epidem. num. 19. & seqq. Peretz. d. t. num. 10. Mev. part. 9. decis 23.* & omnium latissimè *Dn. Tabor. in tr. de Met. & Epidem. part. 3. sect. 2. cap. 2. art. 1. & seqq.* Conjung. *Limn. l. 9. Jur. Publ. cap. 1. n. 68. & seq.* ubi & hasce à Metatis exemtas personas prolixius recenset; Tandem tamen *num. 74.* sequentia addit verba: *Caeterum, ut maxime hae omnes hactenus ex civili jure à me adductae leges, aequitate suae nitantur: non ausim tamen adseverare, earum observantiam adhuc nobiscum, praesertim in Comitiis, vigere, cum & olim, Imperatore in expeditione agente, vel praesente sacro Comitatu, jugiter non fuerint observata. l. 2. & l. 3. C. de quib. num. vel praest. se non lic. excus. lib. 10. d. t. 2. C. de Metat. lib. 12.* Hactenus Limnaeus.

XIX. Personae, quibus *Metata Palatina* praestanda sunt, vel *quoad Comitia Imperii*, vel etiam *citra illa* considerari possunt. Ex numero eorum, quibus etiam extra Comitia *Metata* praestanda, sunt Reges & Principes ipsi, sive in expeditione bellica, sive etiam in togata versentur, sicque ad provincias cum regendas, cum defendendas digrediantur. *l. 2. C. d. Met. & Epid.* Utrumque enim tempus & belli & pacis quandoque praesentiam Principis & excursionem requirit, praecipue ad loca limitanea, aut ubi fides hominum suspecta redditur. *Nov. 24. c. 1. in fin. pr. Const. de Justin. Cod. confirm.* Nihil quoque interest, an, in itu, an verò in reditu versentur: Sua namque domicilia circumferre nequeunt. Vid. *l. 2. in pr. C. de Met.* In regiis tamen urbibus iis non indigent, sed palatia propria, quae soli Augustali habitationi consecrata sunt, habent. *l. un. C. d. Pal. & Dom. Domin.* Neque solum Principibus suis subditi hoc officium debent, sed & aliis, sive in comitatu Principis constituti sint, sive extra eum. In Comitatu sunt tum aulici, tum milites stipatores *l. un. C. de Salg. hosp. non praest.* de quibus in genere loquitur *l. 2. C. de Metat.* quod ubique locorum commoditates hospitiorum ipsis exhibendae sint. Plerumque enim proprias domus non habent, sed Palatiis inhaerent, & Principibus ministrant, imò, si habeant, eas circumferre in itinere non possunt. *d. l. 2. C. de Met.*

&

& l. un. C. de Salg. hosp. non præst. Verum hoc de Officialium *Metatis* propositum jus hodie Principes benigna temperatione exercent, diligenterq; prospiciunt, ne subditi nimis graventur; unde in Regiis urbibus, in Denen Residentzen/ in quibus ordinarie Principes commorantur, sicque Palatinis continua assignantur *Metata*, pecunia ferè pensantur atque in locationem degenerant.

XX. Extra Principis Comitatum qui constituti sunt, & tamen hospitio excipiendi veniunt, sunt juxtà *l. ult. C. de Prof. & Med.* milites ac judices, vel juxta. *l. 6. §. 5. de off. Præsid. Officia.* De militibus alibi satis actum est. Judicum appellatione judices Majores, *l. 32. §. de liberal. 7. de recept. qui arbitr.* qui & tribunali præsunt *l. 1. de Jud.* desingantur. Et quamvis Imper. *in Nov. 134. cap. 1.* caveat, ne judices sine causa necessaria Provincias circumeant &, si necessitas hoc flagitaverit, expensis propriis id faciant; Tamen hæc prohibitio ad *Metata* & hospitalitatem non pertinet, per *l. 4. pr. de Off. Pro-Conf.* Cum enim juri & judiciis præsint Magistratus, meritò etiam observantia quidam à Civibus excipi atque haberi debent. *d. l. 4. §. 5. de Off. Pro-Conf. ibiq; Coras.* Magistratus itaque Provinciales omnes hospitalitatis beneficio, excipiendi & fovendi sunt, exceptis duobus casibus, quorum alter *in l. fin. C. d off. Rect. Provinc.* ubi nulli Judicum, qui Provincias regit, in Civitatibus, in quibus sacra Palatia aut Prætoria sunt, licet his relictis privatorum sibi domus ad habitandum, velut prætoria, vindicare, sed sacratissima modis omnibus inhabitare Palatia seu Prætoria cogitur, ex ratione ibidem subjecta; Alter casus *in l. 9 C. de Met. & Epidem.* habetur, in quo Imperatores volunt, neminem, cujuslibet loci vel ordinis in florentissimâ urbe & in provinciis domum propriam excusantem, Metatum sibi in alienis ædibus privilegio militiæ vindicare posse: Quoniam jura malitiis non indulgent, nec permittunt, ut in alienis ædibus molestus sit, & proprias non inhabitet.

XXI. Possunt autem Præsides & Rectores Provinciales secum ducere Uxores. Quod post acrem disputationem in Senatu Romano habitam, teste *Tacit. in l. 3. Ann. c. 33. & seqq.* obtinuit Valerius Messalinus, adstipulante Druso, cum non viris sint eripienda consortia conjugum, nec in omnibus fæminis lateant impedimenta pacis, corruptelæ maritorum, & provinciarum; Sed sint in hoc sexu, quæ titulum Charitum Aulicarum, & Sospitatricum exornare possunt. Huic ta-

men levamento uxorio non leve gravamen additum est *in l. 4. §. 2. de Off. Pro-Consul.* ubi à maritis ratio & vindicta exigitur, si uxores eorum quid deliquerint, damnumve dederint; cujus rei ratio ponitur in culpâ virorum, quam committunt, si fœminæ modum excedant; atque hoc casu maritus pro uxore tenetur, contra regulam *in Cod. ne uxor. pro mar. vel mar. pr. ux. &c. Zas. in Parat. D. d. Off. Pro-Conf. num. 12. Bachov. & Brunnem. ad d. l. 4.* Magistratibus denique adjungendi sunt ii, quibus speciali Principum jussu hæc *Metata* præbentur, quales sunt Principes exteri eorumque Legati, atque Ministri, qui per territorium alienum euntes vel in eodem commorantes à Dominis hâc hospitalitatis comitate, velut egregio amoris & benevolentiæ indicio, excipiuntur. Quod officium humanitatis lubenter admittunt, & mutuo amore prosequuntur. Privati quoque ex aula amice discedentes, nonnunquam hoc beneficio per sacras formas honorantur, ut habeant singularis gratiæ specimen, & præclara merita illustri præmio pensentur. Solent tamen utplurimum literis, ceu loquimur, Sistaticis instrui, *arg. l. 22. §. ult. C. de Episc. & Cler. & l. 9. C. de divers. Offic. & Appar.* Quæ olim εἰρηνικαὶ & in Concilio Antiocheno *formatæ* dicebantur. *cap. ult. dist. 71.* Et, si ab aula emanarunt, *sacra forma l. ult. circa fin. C. de discuss. lib. 10.* quarum beneficio commendati undecunque & ad quoscunque venirent, ceu gratissimi hospites excipiebantur, benignè curabantur & tractabantur. *Dn. Tabor. de Metat. part. 2. cap. 4. th. 6.*

XXII. In Comitiis *Metata Palatina* non omnibus, sed Statibus solummodo ac exterorum Regum ac Principum Legatis assignanda sunt. Quare ut Vice-Mareschallus præter eosdem cæteris quoque peregrinis, quorum infinitus sæpe concurrit numerus, maximè Principum subditis de hospitio prospiciat, nec muneris sui est, nec officii quod administrat, dignitati congruum. Hinc cum in Comitiis Ratisb. *Anno 1603.* celebratis, Civit. Brunsuicensis Nuntius de assignatione Metatorum Mareschallum compellasset, Heinrici Julii, Ducis Brunsuicensis, Legatus verò contradiceret, Mareschallus rem ad Electoris Saxoniæ, ut Archi-Mareschalli Imperii, Legatos detulit, qui putârunt, daß ob gleich die Stadt Braunschweig kein Stand sey/ dennoch aber/ weil man sonsten in wehrenden Reichs-Tagen andere frembde Leuthe/ so sich bey dem Reichs-Marschall angeben müssen/ einlogiret/ daß man es mit berührter Stadt Bottschaft/ als eines Adventurirs

gleicher

gleicher Gestalt halten solle/ prout acta Comitiorum docet. Verùm Rudolphus Imperator hanc adscriptionem improbavit, ceu ex Rescripto Cæsareo ad Alexandrum Dn. de Pappenheim/ Mareschallum hæreditarium, *sub dato Prag. ult. d. Octobr. A. 1607. apud Goldast. tom. 2.* Der Reichs Satzungen perspicuè colligitur. *Bertram. de Comit. th. 57. Arum. de Comit. cap. 6. num. 62. Limn. lib. 9. Jur. Publ. c. 1. num. 77.* Aus der Grundfeste des H. Röm. Reichs. *p. 1. c. 6.* in verbis: Wiewohl aber diese Anschreibung an einigen anderen Quartier / als derer Reichs-Stände/ Ihrer/ auch wohl hohen auswertigen Gesandten/ und derer vornehmsten Keyserl. Bedienten/ sich nicht geziemet/ so hat man doch unterschiedlich mahl erfahren/ daß auch dergleichen an denen Häusern/ darinn etwa nur Land-Stände und Städtische Abgeordnete sich befunden/geschehen/ worwieder dann Chur-Fürsten und Stände zumahlen die hierbey interessiret ꝛc. sich zum höchsten beschweret/ auch wohl gar die Tafeln wieder abreissen/ oder die Schrift auswischen lassen.

XXIII. Continentur autem *hisce Metatis* nudæ habitationes, non quidem precariæ & momentaneæ, sed legales, & quæ tractum temporis aliqualem habent, *l. 15. §. 1. D. d. precar. l. 9. D. d. acq. poss.* sine ullis impendiis aliisque sumtibus. *l. 5. §. 1. C. de Met. & Epidem. l. un. C. d. Salg. hospit. non præst.* Habent enim Palatini omnesque in administratione publicâ constituti, in præmium laboris & industriæ, de publico Salaria, quondam annonas: veluti panem, vinum, oleum, frumentum, & similes res victui necessarias, & *capita* seu *capitationes:* velut pabulum jumentorum *ex Constit. Alexand. Imperat. apud Lamprid. in ejus vitâ*, pro quibus tamen Constitutio posterior jubet solvi certam pecuniæ summam, in singulorum officiorum delegationibus seu descriptionibus aut notitiis definitam. *l. un. C. d. Annon. & Capit. l. 1. §. 8. & seqq. l. 2. §. 18. & seqq. C. de Off. Præf. Prat. Afric. Panciroll. l. 2. var. cap. 189. Perez. Brunnem. & VVissenbach. ad d. l. unic.* unde etiam in *Nov. 134. c. 1.* nulli civili aut militari Judici circumire licet provinciam sine necessariâ causâ. Si verò aliqua necessitas exegerit tale aliquid fieri, expensis propriis hoc facere debent tam Judices, quam competens ejus officium. Semper enim, qui de publicis stipendiis vivunt, subditos ordinariis tributis & collectis gravatos ulterius sub specie Metatorum onerare non debent. *l. 3. C. d. erog. ann. mil. l. 2. C. d. lucr. advocat. Perez. ibid. n. 1.*

XXIV. Nec verò omni utilitate & commoditate hæc habitatio careat, certa pars ædium Palatinis nostris pro *Metatis* distribuenda est, ex *Const.* prudentissimâ & justissimâ *in l. 2. C. d. Met. & Epid.* Nam Palatini *vel Illustres* sunt, & superioris ordinis: tunc dimidia domus pars, hospitalitatis gratia, illis deputatur, dimidia verò Domino relinquitur hâc conditione, ut alter ex his divisionem faciat arbitrariâ æquitate, & alter eligendi habeat optionem; Vel *minoris dignitatis* ac inferioris ordinis existunt: tunc quælibet domus in tres partes distribuitur, quarum primam dominus ædium, secundam verò hospes eligit, tertia iterum domino relinquitur; Ita tamen, ut hospes authenticas habitationes sive Principaliores ædium partes Germ. die fürnehmsten Gemächer/ non occupet, sed aliis diætis contentus vivat. *Nov. 130. c. 9. Rittersbus. ad Nov. p. 14. c. ult. n. 11.* quod quidem æquitate congruit; Justum namque est, ut qui aut successione fruitur aut emtione, vel extructione sibi ædes comparavit, electam præcipuè judicio suam partem teneat & relictam. *Klock. l. 2. d. ar. c. 91. n. 10. Peretz. ad C. d. Met. & Epidem. n. 7. Brunnem. ibid. n. 11.* Attamen, an temporibus nostris obtineat, *cum Bertram. de Comit. th. 57. inf.* in medio relinquimus. Videmus sane quod Officialibus Principum, *Metatorum* loco ut plurimum commodiora ædium cœnacula hodie assignentur, quod & in Comitiis Imperii observatur. Vid. Aut. der Grundfeste. *p. 1. c. 6.* in verbis: Einem jeden nach seiner Gelegenheit 2c. Deinde etiam animalibus Palatinorum stabula paranda, aliisque deficientibus locis ergasteria ipsa, quæ præter tabernas mercatorum, officinas quoque opificum denotant, evacuanda sunt; Si modo id sine magno Domini incommodo fieri poterit. *d. l. 2. C. d. Met. & Epid. Petr. Greg. Thol. l. 19. Syntagm. Jur. Univ c. 8. n. 4. Christin. vol. 5. dec. 149. n. 12.* Neque enim domus ejusmodi hospitibus deputandæ sunt, da die Pferde zum Stubenfenster heraus lugen müssen/ quæ spectacula tamen in *Metatis Militaribus* nimis frequentia sunt. An autem ædium domini pecuniâ certâ redimere queant Metata, & hospiti assignato alio modo satisfacere? quæstionis est; quod affirm. arbitror per *l. 9. C. d. Met. & Epidem.* quo tamen casu is, qui accepit pecuniam, non ad alium Civem, sed ad hopitium publicum digredi debet. *Peretz. d. l. C. n. 8. Tabor. d. Met. & Epid. p. 2. c. 5. th. 8.*

XXV. Præter habitationem nudam, *Metata nostra* nec salgamum conti-

continent, *l. un. C. d. Salg. hospit. non praest.* quod Dd. communiter explicant per oleas, capperes & alias herbas conditas & ad victum asservatas. *Alciat Gothofred. Perez. ad d. l. un. Panciroll. l. 2. variar. cap. 261. Christ. vol. 5. d. 144. num. 1.* Praetereà nec nomine Salgami-culcitrae, lignum, oleum ab hospitibus extorqueri, imò nec à sponte dantibus talia accipi possunt. *d. l. un. l. 5. C. d. Met. & Epid.* quia metus concussionis hic subest, & exactiones tales non sufistunt, ubi caeperunt, sed quamlibet latissime vagantem viam arripiunt. *Perez. ad C. d. l. n. 1. & 2. Brunnem. ibid.* ex quibus non absurdè concludimus, Palatinum nulla esculenta & poculenta ab habitatoribus deposcere posse, nec coenatica nec balnea, nec pabulum suis animalibus, nec utensilia & suppellectilia *l. 5. l. 6. C. d. Met. & Epid l. 3. C. d. erog. mil. annon. l. un. C. ne rei milit. Com. vel Tribun. lavac. praest. Christin. vol. 5. d. 143. n. 13. Brunnem. ad t. C. d. Met. & Epid. n. 15. & seqq.* Quod nec hodiè immutatum est. Quamvis enim *Metata Militaria Provisionis onus* ut plurimum annexum habeant, *Metata* tamen *Palatina* in sola hospitatura subsistunt, sive Principes exteri eorumque Legati & Officiales, ad salutandum Principem, urbes Regias accesserint, qua occasione *Metata nostra* frequentissime penes Nos occurrunt, sive etiam ipsi Superiores ad dirigendas & gubernandas Provincias in expeditione constituti sint.

XXVI. In modo distribuendi Palatinorum dignitas & praerogativa, aediumque qualitas & commoditas observanda venit, ut scilicet domus amplae & magnificae illustribus Hospitibus pareant, illorumque Comitibus minores, nec singulis domibus singuli, vel ex aequo numero Palatini, sed juxta magnitudinem & capacitatem nunc plures, nunc pauciores assignentur, ad exemplum reliquorum munerum, in quibus aequalitas juxta proportionem Geometricam observanda est, ne unus prae alio gravetur, *arg. l. 1. C. de mun. patrim. l. 2. C. de Met.* Praeterea in hoc distributionis genere, extra casum necessitatis, Metatores personis immunitate gaudentibus hospites non obtrudere *l. 5. C. d. Metat.* Nec per vim alterius domum ingredi, *l. fin. C. eod.* Sed officio suo summa cum disciplina, sine omni fraude & insolentia, fungi. *l. 9. C. de Met. l. 2. C. de coll. fund. fisc.* Denique etiam singulis Aulicis atque Comitibus Principis hospitia per nominis legitimam adscriptionem assignare debent. *l. 1. Cod. de Metat.* Secus si fecerint, poenam non evitabunt. *Nov. 130. cap. 6.* Perinde ut illi, qui nomen hospitis inscripti debent, quod

quod factum pœna falſi arbitraria coërcetur. *d. l. 1. C. de Metat. & Epidemet.*

XXVII. Quoad Comitia Imperii diſtributio *Metatorum* præcipuè ædium *electionem*, earundem *aſſignationem* & *inſcriptionem* ejusdem, cui aſſignata ſunt, complectitur. *Electio* quidem à diſcretione Vice-Mareſchalli dependet; Omnium tamen ædes perſpicere & cuique Statuum pro conditione & qualitate, qua conſpicuus eſt, quantum fieri poteſt, commodum eligere debet hoſpitium. *Limn. lib. 9. Jur. Publ. c. 1. num. 75.* Hanc electionem *aſſignatio* excipit. Nemo enim Statuum proprio ductu, absque ſcientia Mareſchalli, ullum ſibi aſſignare poteſt hoſpitium. Unde cum in Comitiis Ratisbonenſibus, Anno 1603. habitis, magni cujusdam Principis Legatus, inſcio Mareſchallo, hoſpitium ſibi eligiſſet, juſſus ad aliud tranſiit. *Arum. de Comit. cap. 6. n. 63.* *Inſcriptio* denique non omnium hoſpitiis debetur, ſed illis ſolummodo, quæ à Mareſchallo hæreditario aſſignata ſunt, qualia ſunt Statuum aliorumque Magnatum. *Inſcriptionem* hanc, à Pappenheimii Miniſtris factam, ſi quis deleverit, itidem juxtà *l. 1. C. de Metat.* falſi crimine notatur, quod ex mente *Limn. d. c. 1. num. 78.* tunc obtinet, quando, ut decet & moris eſt, inſcriptio legitimè facta fuit: Contra enim, ſi ædes hoſpitum immunitate liberas inſcriptione notaverint, dominus eandem licitè delere poterit. *arg. l. 5. C. de Met. Limn. d. loc.* Sed hic non leve exoritur dubium: An proprium Palatium, quod Princeps Imperii in loco Comitiorum habet, ab inſcriptione Vice-Mareſchalli liberum ſit? Negativam ſententiam *Bertram. de Comit. th. 57. Rumel. p. 2. Diſſert. 3. ad A. B. th. 14. Speidel. in Spec. voc.* Marſchalck/ *in add.* aliive probant, propterea, quod Mareſchallus intentionem *Metandi* fundatam teneat in omnes Ordines eorumque Legatos, qui in Comitiis comparent, quæ ſine facto ipſi interverti nequit. Affirmativam tamen *Dn. Myler. ad Rumel. alleg. loc.* tuetur, cujus opinionem exempla confirmant, teſte *Nobiliſſimo & Conſultiſſimo* Dn. Hieronymo Scheurl, *JCto celebratiſſimo, ac incluta Reip. Noricæ Conſiliario graviſſimo, Dn. Affine & Fautore meo ſingulariter colendo, in ſuo Inaugurali eoque aureo de Hoſpitiis Diſcurſ. §. 92. ſub fin.*

XXVIII. Aſſignatione & adſcriptione legitimè peracta, Cives, quorum ædes *Metatis Palatinis* deſtinatæ ſunt, hoſpites omnino recipere tenentur. *Bertram. d. Comit. d. loc.* & quidem in *Metatis Aulicis* gratis, Principi namque hoſpitia gratis deſignare licet, juxtà *l. 2. C. de Metat. &*

arg.

arg. l. 4. ff. de off. Pro-Conf. ibiq. Bald. quem *text. Gloff.* notare jubet contra Prælatos, requirentes Procurationes à Clericis in Civitatibus, ad quas veniunt. *Knichen. de Super. Territ. cap. 4. num. 484. & 494. Klock. de Contribut. cap. 17. num. 244.* Quamvis usum hospitiorum quandoque in signum singularis clementiæ honorariis compensare soleant. In *Comitialibus* verò *Metatis* non, nisi soluta certa pensione. Cùm enim hucusque Comitia extra Civitates Imperiales celebrata haud fuerint, *Aut.* der Grundfeste. *part. 1. cap. 4. Bertram. de Comit. thef. 22. Limn. lib. 9. Jur. Publ. cap. 1. num. 47.* ubi tradit, non facilè à communi hac tot annorum observantia recedendum esse; Illæ verò æque ac alii comparentes Ordines Statum Imp. constituant, gratuita quoque Metatorum impositio cessat, quod eleganter confirmat *Aut.* der Grundfeste *part. 1. cap. 6. in verbis seqq.* Welche nun entschlossen/ den ausgeschriebenen Reichstag entweder in Person/ oder durch Gesandschafft zu besuchen/ inmassen solches gleichfalls in ihrer Willkühr/ ꝛc. Die lassen sich in Zeiten bey dem Reichs-Erb-Marschall den Grafen von Pappenheim/ welcher/ nebst dem Reichs-Quartiermeister/ sich zu solchem Ende am ersten daselbst einzufinden / üm bequeme Quartier und Wohnungen auf einen oder andern Fall bewerben/ wormit einem jeden nach seiner Gelegenheit von gedachtem Reichs-Quartiermeister Anweisung gethan/ auch mit dem Haußwirth selbsten/ so gut und genau er kan/ zu handeln frey gestellet/ und alsdann des Standes oder Gesandens Nahme/ deme das Haus assigniret, auf einer Tafel geschrieben an den Eingang desselben (gemeiniglich durch den Reichs-Profoß) angehefftet wird.

XXIX. Cæteroquin inhabitatorum est, ut Officiales & Hospites advenientes omni humanitate & civilitate tractent, nihilq; faciant vel suscipiant, quo vel personæ, vel res illorum lædantur. Palatinis contra incumbit, ut assignatis Metatis contenti vivant, nec ad habitationes non assignatas convolare audeant, *arg. Nov. 130. c. 9.* in hospitiis verò occupatis innocenter & modeste versentur, *l. 2. C. de collat. fund. fiscal.* sicq; semper nominis sui & hospitalitatis memores sint, nec inhabitatoribus, illorumq; familiæ molestias creent, vel etiam injurias inferant. Sed an iisdem, rerum interversarum vel ablatarum nomine, inhabitatores, exemplo nautarum, cauponum & stabulariorum, ad restitutionem teneantur? hac vice non incommode disquiritur. Ita quidem

dem *Colero* videtur, cui periculosissimum est exemplum: Hospitantes vel hospitio recipientes non teneri periculo bonorum, quæ receperunt. Quia tamen ratio Edicti hîc deficit, tales siquidem hospites in sua ædium parte divisas res servant, neq; inhibitatorum fidei ac custodiæ committunt, ideoque probabilius dicendum erit, quod de illatis ac invectis ex Edicto de receptis inhabitatores neutiquam teneantur. Comprobat hoc assertum *l.9.C.de Metat.* in qua præter hospitaturam ab omni alia molestia & discussione Domini ædium liberantur. *Dn. Tab. de Met. p.2.c.6.th.6.sub fin.*

XXX. Hactenus dicta effectum *Metatorum*, tum *Aulicorum*, tum *Comitialium*, subinde monstrant, cui meritò accensenda sunt remedia quibus hodie *jus Metatorum Palatinorum*, rite acquisitum, vel adversus Superiorum aut æqualium turbationem, val adversus inferiorum detrectationem defenditur. Hæc verò partim ex *Klock. de Contrib. c. 19.* ubi actiones Collectarum nomine competentes proponit, partim etiam ex *Mager. de Advoc. armat. qui c. 17.* actiones Protectori propter Advocatiam datas exhibet, optime colligi possunt. Add. *Dn. Tab. de Metat p. 1. c. ult.* cui vel remedia possessoria *arg. l. 2. §. 3. si serv. vind. l. 8. §. 5. l. 6. §. 1. eod.* vel etiam petitoria sunt, *arg. d. l. 8. §. 5. & l. 6. §. ult. comm. præd.* Ad possessoria pertinent interdicta, Mandata cum & sine clausula, aliaque de quibus in simili *Klock. d. c. 19. n. 80. & seq.* Petitoria iterum vel personalia, vel etiam realia sunt. Ad realia præcipue utilis confessoria actio refertur, quæ toties competit, quoties quis in receptione Collectarum, Tributorum, Pædagiorum, Vectigalium, Decimarum, aliorumve redituum ac jurium incorporalium, sive per investituram, sive per privilegium, sive per præscriptionem acquisitorum, impeditur. *Klock. dict. c. 19. n. 411. & seq.* Dissentit quidem *Vaud.* qui *lib. 2. quæst. 27.* hanc sententiam Juri Civili repugnare asserit, insimulque docet, utilem actionem Confessoriam ac Negatoriam non ad omnia jura persequenda, sed ad servitutes duntaxat, fructuariis, superficiariis & creditoribus debitas, extendendam esse, *per l. 1. §. ult. ff. de superfic. l. 1. §. idem Julian. 4. de remiss.* Verùm praxi Camerali dissensus ipsius reprobatus, hæque actiones ob prædicta jura receptæ & institutæ sunt, per tradita *Matth. Steph. lib. 1. de Jurisd. c. 40. num. 10. Cothm. vol. 4. cons. 1. num. 17. & Ruland. tr. de Commiss. p. 3. lib. 3. c. 18. num. 6.* qui Negatoriam hoc casu in Camera approbatam tribus præjudiciis confirmat

XXXI.

XXXI. Cum de immunitatibus à *Metatu Palatinis*, quibusdam personis singulariter concessit, jam antea dictum sit; Ideoque brevitatis gratia, contrariis planè omissis ad affinia progredimur, inter quæ (1.) *Jus Albergariæ*, ab albergare, quod Italis idem est ac hospitari, dictum, in tantum eminet, ut quandoque etiam nomine Hospitaturæ veniat. Continet enim & hoc jus hospitium, sicque eatenus cum *Metatu* convenit, sed non solum, verum etiam victualia, ita scil. ut vel subditi, vel etiam quandoque Monasteria Principibus & Dominis, cum satellitio & Comitibus suis adventantibus, præter hospitationem, ad esculenta quoque & potulenta adstringantur. Unde quoque German. Atz/ Atzungs-Gerechtigkeit/ it. Gastung & Nachtseld vocatur. Vid. *Dn. Fritsch. in Man. Jur. Publ. sub voc. Albergaria.* Dividitur Albergaria in *Ecclesiasticam* & *Secularem. Dn. Fritsch. d. l.* Prior, quæ ratione visitationis à Diœcesanis Episcopis Diœcesin visitantibus, intuitu cujusdam subjectionis, debetur *c. 1. de Censib. in 6.* in Jure Canonico *Procuratio* vocantur *in Rubr. & c. 6. 17. & 23. extr. de Cens.* ad cujus similitudinem Laici, ne hac in re deterioris essent conditionis, sine dubio secularem receperunt, ut scil. subditi Principem, ad administrandam justitiam, & percipiendas querimonias subditorum adventantem, ejusque Legatos ac Missos, item Vasalli dominos feudi transeuntes excipiant, iisq; & famulitio esculenta & potulenta subministrent, vulgò Ablager/ Futter und Mahl. Atque huic receptioni sine dubio majorem ansam dedit, quod, juxta nonnullorum tradita, jam olim & antiquitus obtinuerit, ut Comiti Provinciæ ad castra eunti, vel etiam Provincias ad querelas subditorum audiendas visitanti, ejusmodi *Albergariam* subditi exhiberent. Vid. *Webner. in Observ. Pract. sub voc.* Atzung. & *Dn. Scheurl. cit. discurs. de Hospit. §. 97. ibid. alleg. Anton. Sola in Constit. Sabaud.*

XXXII. Si Superioritatis *Jus Albergariæ* non tantum Imperatori; Sed & Principibus ac Statibus Imperii competit. *Dn. Fritsch. & Dn. Scheurl. d. l.* Dominorum tamen est, ut juxta proportionem æquabilem & observantiæ limites cum modestia sine noxa subditorum eodem utantur, qua ratione etiam in limitatum & illimitatum dividitur, gemessene und ungemessene Atz/ *Dn. Fritsch. d. loc.* Ex Conventione verò seu pacto aliis quoque datur. Hinc videntur ortæ præstationes, *in c. 23. X. de jur. Patronat.* fodrum appellatæ, quæ Protectoribus & Advoca-

tis exhibentur in Monasteriis, quorum: Advocati Casten-Voigte/ Schutz- und Schirm-Herren sunt, ut scil. possint das Gejägt daselbst einlogiren / auch Sie und die Ihrigen im Durchziehen ausspannen. Eas quidem in desuetudinem abiisse scribit *Mager. de Advoc. c. 10. n. 281.* Hæc sententia tamen in casu, ubi jus Albergariæ speciali conventione, legitima præscriptione vel antiqua consuetudine Protectoribus acquisitum est, non improbabiliter limitationem recipit. Extra hunc casum specialiorem nec illis, qui jurisdictionem exercent, nec Dominis feudi & Emphyteuseos, propter dominium directum, neque etiam Protectoribus & Advocatis Monasteriorum competit, quia jus Albergariæ imperium quoddam infert, Protectionis autem jus Patrono & Protectori nullam in Clientes tribuit Jurisdictionem, Schutz und Schirm gibt keine Obrigkeit / quæ sententia verissima & creberrimo tam veterum, quàm recentiorum Interpretum calculo approbata est. Vid. *c. recepimus. 8. extr. de privil. & excess. priv.* Quapropter omnino sequitur, quod illis jus Albergariæ competere nequeat. Præterea Monasteria, quæ curæ Advocatorum commissa sunt, ad cultum divinum sunt instituta, neutiquam ad canes seu equos alendos, aut famulitii aulici voracitatem explendam. *Mag. de Advoc. c. 10. n. 300.* Deniq; hoc hospitaturæ jus ex civilitate & hospitalitate potius Monasteriorum, quàm obligatione originem duxisse videtur, utpote quæ peregrinantibus sponte cibum & potum præstare consueverunt, unde non statim necessitas imposterum solvendi inducitur. Plura de hoc Albergariæ jure proponunt *Mager. de Advoc. c. 10. n. 222. Klock. de Contrib. c. 1. n. 190. & seq. & c. 17. n. 243. Besold. Speidel. & Webner. sub voc.* Atzung. *& Bindet. de jur. Alberg ap. Dn. Fritsch. p. 3. Exerc. Jur. Publ. 3.*

XXXIII. Præter *Albergariam* Metatis nostris veterum Hospitalitas, Ethice & extra legalem necessitatem considerata, quàm maximè correspondet. Differunt quidem *Metata nostra* ab hospitalitate in eo, quod *Metata* proficiscantur ex legis necessitate. *l. 10. § 2. d. vacat. & excus. muner.* Hæc verò ex officio & liberalitate fluat, adeoque intra arbitrium humanitatis consistat; A venerandâ tamen Antiquitate hæc Hospitalitas tam sanctè exculta est, ut sine dubio receptioni *Metatorum* nostrorum occasionem dederit. Quam religiosè sancti Patriarchæ in V. T. eandem coluerint, sacræ paginæ satis superque testantur. Reliquarum Gentium hospitalitatem passim historici exhibent, inter

inter quas liberalitas Germanorum præcipuum meretur encomium, quàm optimè extollit *Tacitus de mor. German. c. 21.* in verbis: *Convictibus & hospitiis non alia Gens effusius indulget, quemcunque arcere tecto nefas habetur, pro fortuna quisque apparatis epulis excipit, cumque defecere, qui modo hospes fuerat, monstrator hospitii & Comes, proximam domum non invitati adeunt. Nec interest, pari humanitate excipiuntur. Notum ignotumque, quantum ad jus hospitii, nemo discernit. Abeunti si quid poposceris, concedere moris & poscendi invicem eadem felicitas.* Consimilia *Jul. Cæsar. 6. de Bell. Gall.* tradit, in verbis: *Germani hospites violare fas non putant, qui quâque de causa ad eos venerunt, ab injuriâ probibent, sanctosque habent. Iis omnium domus patent, victusq; communicatur.* Add. *Seb. Franck. in Chron. Germ.* Modus contrahendi hospitium antiquitus talis fuit: Hospites contracturi accedebant ostium, quo dextris datis, tanquam fidei, amicitiæ, & hospitii symbolo, pedem ponebant, sicq; hospitium intrabant. Abeuntibus tessera dimidiata dabatur eo fine, ut quicunque illam attulisset, continuò agnosci & hospitio, tanquam vetus amicus & hospes, excipi posset. Tessera hæc religiosè asservata est, quare nemini eandem impunè frangere, sicq; jus hospitii violare licuit, id quod, adductis variis memorabilibus, egregiè deducit *præ-laudatus Dn. Scheurl. de Hospit. §. 13. & seqq.* Occasione hospitalitatis hujus, ad pauperum miseriam sublevandam, & peregrinos recipiendos, successivè à piis hominibus loca quædam extructa, pariterque reditibus & censibus dotata sunt, quæ communiter *Hospitalia* vocantur, atque vel certis tantùm nationibus, & populis, vel etiam omnibus omninò peregrinis patent, cujus posterioris generis duo, à Nobilissimâ *Hallerorum* & *Waldstromerorum* familiâ sat splendidè ædificata, *Hospitalia* Noribergæ inveniuntur. *Hallerorum*, S. Crucis, non procul ab urbe *Bertoldus Haller ab Hallerstein* extruxit, cujus administratio penes antiquam familiam *Hallerorum* permansit; *Waldstromerorum* verò, Sanct. Marthæ, in urbe à *Conrado Waldstromero* fundatum est, cujus administratio tractu temporis incluto Senatui Norico ita cessit, ut è Senatorio Ordine huc usq; semper electus fuerit, qui eidem Xenodochio præesset, in utroque *Hospitali* omnes pauperes ac peregrini, undequaque venerint, *per biduum cibo & potu sustentantur.* Et hæc de arduâ *Metatorum Palatinorum* materiâ sufficiant. SS. Trinitati pro gratiosa assistentia laudes per-solvo humillimas.

EXERCITATIO NONA.

De

Metatis militaribus, *vulgò* Einquartirungen.

Proœmium.

SI ulla unquam res, sane agminum militarium per territoria deductio, eique connexa Metata, cujusvis Imperii Statum in tantum afficiunt, ut salus Reipublicæ primaria ferme ab iisdem dependeat. Milites equidem, eorumque Præfecti, si non planè ignorant, certè non credunt, tàm inæstimabile bonum ipsorum manui expositum esse, ut eversio quoque Reipublicæ totalis transitum Provincialibus noxium ac lamentabilem comitetur; Hoc ipsum tamen, præter alia rationum momenta *à Perez. ad C. tit. de Metat. & Epidemet. n. 9.* proposita, variarum Rerumpublicarum ex hâc causâ animam agentium, atque ad incitas jam redactarum exempla affatim demonstrant. Memorabilia proinde sunt verba Justiniani, quibus laudatissimus Imperator *Nov. 130.* orditur, ubi *primum & maximum Reipublicæ Statum esse arbitratur, ut inculpabiliter exercitus in itineribus conversetur, & innoxietas atq; indemnitas collatoribus* (id est: subditis tributariis) *custodiatur.* Fatemur quidem omnes illos, qui in expeditione bellicâ constituti sunt, sive sint Duces, sive etiam milites, hospitiis indigere: Homines namque domicilia sua, ad instar testudinum, circumferre nequeunt, unde Germanicum illud prodiit: Herbergen kan niemand mit sich führen. Interim, ad Reipublicæ quoque conservationem, cum inhospitatione transitus ita moderandus est, ut innoxius, juxta ac benè ordinatus & custoditus sit, sicque miles *sine maleficio* (quemadmodum Historici loqui consueverunt) proficiscatur, incolæ denique omni ex parte illæsi atque indemnes custodiantur; Ne arma, quæ ad præsidium & solatium Reipublicæ adinventa sunt, ad ejus excidium atque desolationem convertantur, sive, ut Pontifex *in c. 12. X. de pœn.* loquitur, *quod ad defensionis subsidium est inventum ad depressionis dispendium retorqueatur*, id quod hodiernis præsertim temporibus, quibus alias in hybernis diutius subsistunt belligerantes, atque *cum Metatû Jure Provisionis* fruuntur, facilli-

facillimô contingeret modô, nisi certis repugnaculis coercerentur manus armatorum. Quare, ut Provincialium indemnitati plenariè consuleret, Justinianus jam dudum, adjectâ pœnâ, *in d. Nov. 130.* saluberrimè constituit, ne Principes militiæ vel Diasostæ, h. e. qui exercitum ducunt, cum militibus, à Provincialibus ac Civitatibus occasione transitus vel introitus aliquid exigerent, *d. Nov. c. 4.* nec prætextu transitus, fingentes quasi transituri, cùm tamen aliâ viâ incedant, ad redimendam, ut vulgò loquimur, vexam pecuniam ab incolis extorquerent. *cit. Nov. c. 6.* neve etiam Metatorum nomine *anthenticas habitationes*, ut loquitur Imperator, h. e. principaliores ædium partes occuparent, sed aliis diætis ac cœnaculis, eaque annonæ militaris specie contenti viverent, quæ in unoquoque locô invenitur, *d. Nov. c. 2. & 9.* Neque enim audiendus est miles adeò delicatus, qui postulat sibi præberi exotica in provinciâ aliàs non reperta, per quas exactiones subditis non nisi grave infertur damnum. Add. *Perez. ad Cod. tit. loc. n. 12. & seq. Rittershusius noster ad Novell. part. 14. c. 6. per tot.* qui plura huc facientia proponit, denique *n. 13.* operæ pretium esse ducit, *hanc constitutionem hodienum ubivis locorum observare, cum constet, sæpissimè modernos milites non sine maleficio per regiones transitum facere.* Huic salutari Imperatoris nostri sanctioni, præcipuè quoad Metata, elegantissimæ suffragantur Constitutiones *in Codice sub titul. de Metatis & Epidemeticis* propositæ, quæ cum aliis de re militari conceptis L. L. etiam temporibus modernis adversus Reipublicæ laborantis incommoda, post pias preces, optimam quandoque suppeditare videntur medelam; Cum illorum seculorum Principes ut in bellis gerendis strenui, ita quoque in pace constituendâ exercitatissimi fuerint. Quam ob rem utilissimam *Metatorum Militarium* materiam præ reliquis exercitiô quodam Academicô dignam esse duxi. Integrum quidem, eumque accuratissimum Commentarium *ad tit. C. de Metat. & Epidemet.* exhibuit *B. Dn. Tabor*, celeberrimi Nominis JCtus; Quia tamen cum Metatis Militaribus & Palatina conjunxit, cæteroquin ita versatus est, ut prolixiorem nobis sisteret tractatum, cujus perlustrationem sæpius varia impedimenta remorantur, in hâc materiâ forsitan ad elaborationem Speciminis Academici Nobis non omnem præclusit viam. Paucas proinde conscripsi theses, quibus, partim, quid jure veteri *circa Metata* obtinuerit, partim etiam quid moribus nostris circa eadem observetur, eâ, quâ fieri

potuit,

potuit, brevitate adduxi. Tu verò, Benevole Lector! hoc, quicquid est, serenâ fronte accipe, & errores, quos forte reperies, ingenii mei tenuitati, materiæ gravitati & festinanti calamo adscribe. Scias enim abitum meum ex inclutâ Altdorffinâ hunc laborem in tantùm coangustâsse, ut Excellentiss. Dn. Præses non nisi fugitivis eundem inspicere potuerit oculis. Quod si ergò palato Tuo quicquam accommodatum invenies, habebo de quô mihi gratuler Deoq; pro clementissimô auxiliô gratias agam. In cujus sanctissimo Nomine ad rem ipsam me jam accingo.

§. I.

Ut solennis Dissertationes conscribentium mos etiam sub frontispiciô nostri laboris observetur, termini Metatorum Militarium brevissimè evolvendi erunt. Dicuntur autem Metata, juxta *Luc. de Penna ad tit. C. de Metat. & Epidem.* à metâ, id est, à fine vel terminô; *Juxta Fabrum verò in Lexic. Philolog.* à metiendo. Hinc *Isidorus Lib. 10 Etymol. c. 2. alleg. à Brisson. lib. 11. de V. S. Metatores,* inquit, *appellantur, qui castra designant, à metiendô scil. &c.* Utraque derivatio convenit, eandemque originem habet. Nam & à metâ metiri vel metari deducitur, quod in genere nihil aliud denotat, quam metas limitesque ponere, secund. Lexicographos.

II. Ad castra verò translatum, teste Festô, idem notat, ac metis castra dirigere. Veteres namque, ut ex historiis patet, castra sua primò lineis designare & metiri, posteà verò fossis aggeribusque cingere solebant. *vid. Alex. ab Alex. 1. Genial. dier. c. 12.* adeoque quoad primam originem Metatorum nomen tantùm competiit castris propriè sic dictis, quæ fiebant in campis, sicque designavit spatium loci in castris assignatum, intra quod miles se continere, atque hospitari debuit *Petr. Gregor. Tholos. 19. Synt. jur. univers. c. 8. num. 2. Paul. Christin. Vol. 5. Decis. Belgic. 143. n. 6.* Huc spectat, quòd *Calvin. in Lexic. jurid. ad voc. Metari* tradit, *Metari propriè esse locum figendis militum tentoriis designare.* Sed cum posteà in urbibus etiam militibus hospitia adsignarentur, *vox illa Metatorum* (sunt verba *Lipsii lib. 5. de militia Romanâ Dialog. 12.*) *à castris in urbem quoque transiit.* Unde metata posteà vocata sunt hospitia, quæ militibus provinciales præbent. *Draco de orig. & jur. Patric. c. 4. n. 26. Gothofred. ad l. 26. §. 8. C. de Episcop. audient.* & metari idem significavit, ac futurum hospitium, notâ postibus januisque adscripta, designare. *Calvin. in Lex. Jurid. d. l.*

III. Qua-

III. Quare non sine ratione *Petr. Greg. Tholos. cit. l.* atque *Christin. d. Decis. 143. n. 5.* asserunt, hospitiorum militarium duas fuisse species, *in castris* videlicet *& in urbibus*, in quibus domus assignari solent, ut in castris tabernacula, tentoria, vel loca solùm. De priori hâc vice non erimus soliciti, sed de posteriori solummodò, præcipuè quia JCti nostri, missâ priori significatione, Metata pro hospitiis habent, quibus milites, veluti hospites, recipiendi sunt, per *l. 3. §. 13. in verb. eos milites, quibus supervenientibus hospitia praberi in Civitatibus oportet &c. ff. de mun. & honor. l. 10. §. 2. ff. de vacat. & excus. mun. l. 1. C. de Episc. & Cler. l. 3. C. de muner. patrim. Lib. 10. l. ult. §. 5 fin. ff. de muner. & honor. l. 2. C. de Metat. & Epidem. Lib. 12. Colleg. Argent. ad tit. de Re milit. thes. 9. sub fin.* Ab his Metatis denominationem suam sortiuntur Metatores, quorum in *l. 1. l. 2. l 9. C. de Metat. & Epidem.* fit mentio, aliàs quoque Mensores dicti, in *l. un. C. de Mensor. lib. 12.* de quibus in seqq.

IV. Alias *Metata Synonymicè (1.) vocantur Mansiones*, in quas milites divertebant. *l. 11. C. de re milit, Lib. 12.* ibidemque annonis & pabulis instruebantur, ut tùm ex *Cassiodori*, tùm etiam *ex Lampridii Alex.* verbis: *Milites in expeditionis tempore sic disposuisti, ut in mansionibus annonas acciperent*, demonstrat *Brisson. de V. S. Lib. 11. voc. Mansiones.* (2.) *Parata.* Unde *Bignon. in Not. ad Marculphi Monach. formul. alleg. à Besold. in Thes. Pract. voc.* Einquartirung/ *Mansiones*, ait, *& Paratas rectè conjungi: Nam in antiquis literis Paratas perpetuò Mansiones consequi, adeò, ut quibusdam in locis unum pro alterô usurpetur. Quanquam diversa nomina sint, & diversa etiam Jura. Mansionem quidem prabere Mansionaticum vocabatur: Paratarum verò nomine veniebant, qua pro viatico & alimentis prabebantur.* Hæc *Bignon* (3.) quoque nomine *Hospitiorum* veniunt per *l. 3. §. 13. ff. de muner. & honor.* à subjecto scil. occupante, quod milites advenientes recipiendi sint. *l. 10. §. 2. ff. de vacat. & excus. muner.* Vid. *Dn. Tabor de Metat. p. 1. c. 2. sect. 1. th. 10. & 14.*

V. (4.) Denique ex mente *Dn. Taboris d. l. sect. 2. th. 4. Epidemeticorum* nomen sortiuntur. Hactenus quidem communiter receptum est, Epidemetica esse pretia, quibus se Provinciales ab onere suscipiendorum hospitum redimunt, per *l. ult. C. de Metat. & Epidem. ut & per Nov. 134. c. 1.* sublata, cui sententiæ omnes fermè Dd. interq; eos post *Hotom.* & *Cujac. Gothofr. in Rubr. de Metat. & Epidemet. Calvin. in Lex. Jurid. Drac. de orig. Patric. d. c. 4. n. 26. Besold. in Dissert. de Regal. c. 9. th. 9.*

ac *Dn. Brunnem. ad C. tit. de Metat.* calculum suum addunt. Eidem tamen *Dn. Tabor* varia objicit argumenta, interque ea *verba d. Nov. 134. c. 1. Neque verò Angariis, aut iis, quæ vocantur, Epidemeticis, aut aliô quolibet dispendiô gravare nostros subjectos &c.* ex quibus deducit, quòd *Epidemetica* sint potius hospitia, quam pretia, quæ pro iis injustè exiguntur. Sicut enim *Angaria in d. Nov.* ipsum munus præstandi plaustra & jumenta significant, non pretia, ita etiam *Epidematica* ipsum hospitationis munus denotare videntur, adeoq; *Epidematica* eadem significatione, quâ *Metata*, pro hospitiis in urbe designatis *sub tit. C. de Metat. & Epid.* accipi videntur. Atque hanc Dn. Taboris, sibi ipsi tamen hac in re non constantis, explicationem *Colleg.* quoque *Argentorat. ex recentiori editione ad tit. de Re milit. th. 9. sub fin.* approbat.

VI. Plura ad Synonymiam *Metatorum* spectantia proponit *Dn. Tabor d. c. 2. sect. 1. th. 10. & seq.* Germanicè vocantur Das Einlager/ Das Einlogiren/ item Quartir oder Einquartirungen/ quæ posteriora vocabula quidem origine suâ Gallica sunt, usû tamen in tantùm invaluerunt, ut *Metata* penes Nos non nisi iisdem indigitentur, atque ab his Neoterici quidam *Jus Inquartandi* deduxerunt. Quia verò *Metata in genere considerata ab adjuncto in bellica & togata,* sive in *armata & palatina* commodè distingvuntur *Dn. Tabor. de Metat. p. 1. c. 3. th. 4.* Ideoque in Dissertationis Rubricâ vocabulô *Metatorum Militarium* notanter usi sumus, ad differentiam *Metatorum Palatinorum,* quæ Principibus, eorumque Officialibus à subditis præstabantur in itineribus propter publicam utilitatem susceptis, de quibus Sympatriota atque Commilito meus æstumatissimus, Dn. Fridericus Guilielmus Ebner publicum impræsens exhibebit Discursum.

VII. *Accipiuntur* autem *Metata* nostra *militaria,* modò *objectivè,* pro ipsis hospitiis, modò *effectivè* pro jure Metatorum; uti appellatur *in l. 35. C. de Episcop. & Cleric.* eòque tùm *activô,* h. e. potestate hospites immittendi, tùm *passivô,* pro onere hospitis recipiendi. *Dn. Tabor de Met. p. 1. c. 3. th. 1. & p. 2. c. 1. th. 12.* Neutra significatio ab hôc nostrô Discursu excludenda est, quamvis posterior frequentius forsitan occurrat. *Objectivè* accepta sunt hospitia, quæ supervenientibus militibus à Provincialibus præbentur. *Drac. d. c. 4. n. 26. Besold. in Dissert. de Regal. c. 9. th. 9. Gothofred. in Rubr. C. de Metat. & Epidem. Pro jure activô* sumta nihil aliud sunt, quam Jus Superiori competens, quô subjecti, ut milites ad

belli-

bellicas expeditiones proficiſcentes hoſpitiô excipiant, adiguntur. Confer. *l. 3. §. 14. it. l. ult. §. penult. & ult. ff. de mun. & honor. l. 10. §. 2. ff. de vacat. & excuſ. mun.* ex quibus text. etiam juris paſſivi delineatio colligi poteſt, ratione cujus noſtra *Metata Militaria* deſcribuntur, quod *ſint munus patrimoniale, quo Provinciales tenentur milites ab illis, qui imponendi Meta poteſtatem habent, aſſignatos hoſpitiis excipere.* In quâ deſcriptione, cum *genere differentia ſpecifica* ulteriorem meretur evolutionem.

VIII. *Differentia ſpecifica* deſumta eſt partim à perſonis, quæ gaudent Jure Metandi activô, ſive qui Metata imponere poſſunt, partim à ſubjectô recipiente, ſive qui Metata tenentur ſuſtinere, partim denique à ſubjectô occupante, ſive militibus, quæ omnia ordine legitimô pertractabimus, modo prius Genus cum diviſione Metatorum inde profluente, eorundemq; origine, conſideratum fuerit. *Generis* verò locô *munus patrimoniale* haud incongruè conſtituimus. Rectè namq; hoſpitatio, ſeu onus recipiendi milites in domo ſuâ, ad munera realia (aliàs *in l. 7. C. de omn. agr. deſert.* patrimonialia dicta) refertur, tùm propter *l. 3. § 14. l. ult. §. 29. & 30. ff. de muner. & honor. l. 11. de vacat. & excuſ. muner. l. 1. C. de Metat. & Epidem. l. 3. C. de muner. patrim.* tùm quod non perſonæ ſed patrimonio imponatur, ut à poſſeſſoribus quibuslibet ædium præſtandum ſit, niſi nominatim excipiantur. *l. 3. §. 13. ff. de muner. & honor.* atque hanc ſententiam meritò tuentur *Petrus Gregor. Tholoſ. lib. 18. Syntag. jur. univerſ. c. 20. n. 2. Anton. Faber. in C. Lib. 9. tit. 29. def. 26.* Martin. Mager. *de Advoc. armat. c. 10. n. 225. Dn. Brunnem. ad tit. C. de Metat. & Epid. Klock. de Contrib. c. 17. n. 206.* aliive plures.

IX. Quia verò munera patrimonialia teſte *Ulpianô in l. 6. §. fin. ff. de mun. & honor.* in duplici differentiâ ſunt: quædam enim perſonis principaliter rerum tamen à perſonis poſſeſſarum intuitu, & propter res imponuntur, in quibus quidem obligatio in perſonam dirigitur, ſed cauſa finalis & movens eſt ipſa res: quædam verò ſimpliciter rebus & poſſeſſionibus indicuntur. *Dn. Eckolt ad Pandect. de mun. & honor. §. 6.* Non incommodè quæritur, ad quænam munera Metata noſtra recenſeantur? Eorundem ſi reſpiciamus naturam, ſat apertè patet, quod indicantur ipſi rei de eô, quod faciendum in ipsâ re, ſive quod non imponantur ſuper eô, quod ex rebus patrimonii percipitur, ſed quod ſine reſpectu perſonæ ipſi rei propter rem inhæreant; Unde meritò ad munera patrimonialia poſterioris generis referuntur, id quod L.L. noſtræ

in l. 1. §. 14. ff. de muner. & honor. ut & in l. 2. C. de muner. partim. insimul confirmant. *Vid. Dn. Hahn. ad VVesenbe. de muner. & honor. n. 2. Mand in tract. de muner. & honor. c. 2. n. 58.* ubi plures consentientes adducit Dd. Eadem ratione muneribus patrimonialibus, quibus usus rei nostræ Reipublicæ commodo concedendus est, Metatorum onus accenset *Dn. Struv. Exercit. ult. thes. 66.*

X. Lapsus itaque est *Jacobi Bornitii*, aliorumve, qui hospitaturam collationem personalem vocant, sicque *Metata nostra* ad munera personalia referunt, contra *expressos text.* anteà citatos. Quamvis enim hoc onus personalem quandam inferat vexationem, ut hospitalis quoque molestia *in l. 8. C. de Metat.* nominetur, id tamen ex accidenti fit, atque militum adscribendum est malitiæ. Ipsa tamen Metata, quatenus in re præstanda sunt, munus patrimoniale manent, tùm secundum jus Civile, de quo amplius nullum superest dubium, tùm etiam de moribus hodiernis, quibus ut plurimum præter habitationem cum sumtuum erogatione in cibaria conjuncta esse solent, quâ ratione hospitatura multò magis oneribus realibus accensenda est, teste *Dn. Hahn ad VVesenbec. de muner. & honor. num. 3. Dn. Struv. d. Exerc. ult. th. 66.*

XI. Ex his jam porrò profluit, quod quoad tempora moderna *Metata Militaria* haud incongruè *in simplicia*, atque *cum alimentorum sive Provisionis onere*, (German. Verpflegung oder Atzung/) *connexa* distingui possint; Ita ut priora dicantur, quæ in nudâ hospitii præstatione consistunt, posteriora verò, quæ cum sumtuum erogatione in cibum, sive cum *fodro* conjuncta sunt, per quod vocabulum, Germanicam agnoscens originem, aliàs pabulum equorum, hîc verò annona militaris designatur. *Vid. Sixtin. de Regal. c. 16. n. 2. & seq. p. m. 139. Hotomann. in Commentar. de Verb. feud. ad vocab. fodrum.* Unde quoque *Besoldus in Differt. de Regal. c. 9. th. 9.* cum Metatis conjungit. Addi *Mag. de Advoc. c. 10. num. 232. & seq.* ubi plura ad hoc voc. facientia proponit. De jure quidem Civili simplicia fuerunt, sicque habitatores militibus illa solummodò præstarunt, quæ habitationes causâ necessaria erant; Ipsorum verò esui ac potui *l. 1. & l. 12. C. de erog. milit. annon. Lib. 12.* ut & animalium cibariis per fœnum & pabulum *l. 2. & l. 8. C. eod. l. 1. C. de fund. limitr. Lib. 11.* ex publicô prospectum fuit, ex quô etiam stipendia *l. 16. §. super his. 2. C. de erog. milit. annon.* & vestes acce-

acceperunt. *l. 1. & l. 3. C. de veſt. milit. Lib. 12.* Quare Provinciales Superioribus tributa in hunc uſum pendentes, præter annonæ advehendæ onus, ad quod proximiores quandoque obſtricti fuerunt, *l. 4. C. de erog. milit. annon. ibiq; Dn. Brunnemann.* ulterius nullatenus gravari potuerunt, *l. 3 C. eod.* Hodiè tamen, militibus ſtipendia raro præbeantur, vel exinde, vel etiam ex ſummâ eorum inſolentiâ cum Proviſionis onere connexa eſſe cœperunt, ſicque hoſpitio quoque cibaria pro equis & famulis utplurimùm adhærent. *Dn Habn. ad Weſenbec. de mun. & honor. n. 3. Dn. Struv. cit. loc. & theſ.* ibique allegatus *Carolus à Mansfeld.*

XII. Quamvis itaque inter *Metata ac Proviſionem*, Einquartierung und Verpflegung/ magna intercedat differentia, quàm præcipuè in Militibus præſidiariis adhuc valere cernimus: Iis namque Superior menſtruum ſolvit ſalarium, ſubditi verò ſolam habitationem Metatorum loco præſtant; Unde quoque hinc inde in Receſſ. Imper. ſeparantur, prout *ex R. I. de Anno 1641.* §. Da auf die erſchienene Stände 19. ejusdemque verbis ſequentibus; patet: über dieſen Puncten mit ſonderbahrem Fleiß und Angelegenheit reiffliche Berathſchlagung gepflogen/ auch in vier Nebenpuncten/ nemlich erſtlich die Einquartierung/ zum andern Vermehr- und Verſtärckung des Reichs-Armaden. Drittens/ Verpflegung derſelben. Viertens/ Wiederaufrichtung der verfallenen Kriegs-Diſciplin, abgetheilet. Item §. und demnach 24. in verbis: bey dem gantzen Quartier- und Verpflegungs-Werck/ ut & ex §. Demnach aber 26. in verbis, mit der Einquartierung und Verpflegung. Communiter tamen, & ut plurimum ferè in tranſitu integri exercitus, aut hybernorum aſſignatione cum Metatis cibaria quoque conjuncta eſſe ſolent, ut illi, qui Metata ſufferre coguntur, militibus quoque de victu, aliisq; rebus ad alimoniam neceſſariis proſpicere teneantur. Exinde fit, quod hodie longè gravius Metatorum ſit onus, quàm olim, prout hoc aſſertum querelæ Ruricolarum non tantum ſuperioribus annis exauditæ, ſed & hodienum propter flagrantes belli flammas exortæ, abunde comprobant. Addantur illa, quæ circa *objectum Metatorum* fuſius notanda erunt.

XIII. *Diviſionem Metatorum Militarium* nunc excipit illorum *origo*, quæ procul dubiô antiquiſſima eſt, ex vetuſtiſſimô Hoſpitiorum

jure, de quô *Homer. lib. 6. Iliad.* deducta. Quamvis enim olim ne ipsi quidem Romani Populi Magistratus hospitia aliter, quam jure familiaritatis exegerint; Illi quoque, qui in legationem abierunt, teste JCtô *in l. 7. ff. de suppell. leg.* necessaria sub pellibus habuerint. *Vid. Revard. 4. varior. 3.* Milites denique, magnâ severitate in castris sub pellibus suis, aut tentoriis constricti, cibaria etiam plus dimidiati mensis secum ferre consueverint, teste *Cicerone Lib. 2. Tusculan. quaestion.* sicque Metatio adeò innoxia fuerit, ut memoriæ proditum sit, pomiferam arborem, quam in pede castrorum complexa fuerat metatio, abeunte exercitu in tactis fructibus relictam fuisse, ut *ex Frontinô* tradit *Dn. Tabor de Metat. p. 1. c. 4. n. 3. Add. Rosin. Lib. 10. Antiq. Roman. c. 11, 12. & 13.* Attamen milites postmodum remissius haberi atque agere cœperunt, id quod ex consuetudine suæ ætatis satis probat Ulpianus in casu *l. 13 §. 7. ff. locat.* ubi proponitur: Exercitu veniente conductorem migrasse, deinde hospitio milites fenestras, & cætera, (quæ scil. portatilia fuerunt) abstulisse. Promotis quoque Imperii finibus & fortunâ Reipublicæ Romanæ ad fastigium quasi perductâ, cùm ob amplitudinem Imperii Romani maximè longinqua itinera exercitui emetienda essent, commoditas suasisse videtur, ut hospitia militibus nonnunquam ad capessendam quietem in oppidis assignarentur, sicque hospitalitas, quæ non tantùm cum privatis, sed & cum Urbibus, imò cum Gentibus ipsis Romanis olim intercedebat, *Petr. Gregor. Tholos. Lib. 15. Synt. c. 28. n. 35.* in hospitia & Metata conversa, indeque Jus Metatorum, LL. poster. approbatum, deductum est. *Add. Besold. in Thesaur. Pract. ad vocab.* Einquartierungen/ qui originem Metatorum L. Posthumio Albin. Consuli adscribit, de quô *Livius lib. 42. sub init.* narrat, quod primus literas miserit, *ut sibi Magistratus obviam exiret, locum publicè pararet, in quô diverteretur, jumentaq; cùm exiret, inde prestô essent. Add. Dn. Tabor de Metat. d. c. 4.* ubi hunc Livii locum plenius proposuit.

XIV. Atque hæc prima *Metatorum Militarium* incunabula jam monstrant, quod eorundem consuetudinem vel necessitas, vel ad minimum commoditas Imperii Romani promoverit, ut æquitati, si à Superioribus indicantur, (nam si hostibus jure belli præstanda sint, quilibet, tanquam infortunium ferre debet, quod mutare nequit) neutiquam contrarientur, modò abusus, qui demum durissimum Metatorum onus efficit, tollatur. Cùm enim teste *Lipsiô 5. Polit. c. 1.* noxium

atque

atque periculosum sit, exercitum, per longinqua præcipuè itinera ducendum, perpetuô sub diô subsistere; Ideoque æquitas quàm maximè suadet, ut illis, qui pro salute omnium excubant, quique aras, focos, tecta domusque subditorum conservant, juxta *l 31. C. locat.* hospitium præbeatur, quò corpora ex itinere languida refocillare, atque ad expeditionem alacriora efficere queant. Accedit ratio humanitatis penes Gentes moratiores approbata, quæ peregrinis quoque viatoribus hospitii benignitatem præstandam esse suasit, ut præter multiplicia hospitalitatis exempla in sacris occurrentia prolixè demonstrat *Mager. c. 10. de Advoc. n. 244.* Addantur ea, quæ in Disputatione suâ Inaugurali de hospitiorum jure *§. 27. & seqq.* Vir Nobilissimus atque Consultissimus Dn. Hieronymus Scheurl, JCtus & Reipublicæ Patriæ Consiliarius celeberrimus, hanc in rem eruditè proposuit. Denique consentiunt omnes ferè Moralistæ, qui Majestati in Republicâ jus adscribunt, adhibendi bona privata ad usum publicum, vigore eminentis Dominii, quæ assertio justitiam quoque Metatorum à Superiori impositorum comprobat. *Horn. Lib. 2. de Civit. c. 4. §. 1. n. 9.*

XV. Quamvis verò hodie plures inveniantur, qui hocce Dominum Eminens inficiantur; Attamen & ipsi concedunt, quod vi Imperii Majestas subjectos cogere possit, ut bonis suis laboranti Reipublicæ succurrant, ceu ex *Feld. Notis ad Lib. 1. Grotii de J. B. & P.* patet. Formulam namque jurisjurandi, quô subjectionis fidelitatem sanctissimè pollicentur, ac spondent inaugurato Principi subditi, hocce vinculum complectitur, ut tum vitam & sanguinem, tùm etiam omnium fortunarum substantiam Reipublicæ usibus ac necessitatibus consecrent ac offerant. *Harn. d. l. n. 11.* Hinc sicut ille, qui Κύριον habet, propter necessitatem Reipublicæ tributa, & collationes, etiam cum maximô patrimoniorum dispendio, imponere potest, ceu post innumeros Theologos atque JCtos deducit *Klock. de Contrib. c. 1. n. 13. & seq.* Ita quoque Metata, tanquam onera, si non leviora, nequaquam tamen graviora subditis injungere potest. Concessô siquidem belli pacisque arbitriô omnia Superiori indulta videntur, sine quibus saltem ex institutô posteriorum seculorum militia commodè administrari nequit. *Dn. Tabor de Metat. part. 1. c. 4. th. 6.*

XVI. *Metatorum Militarium* æquitate sic confirmatâ, ratio ordinis suadet, ut eorundem quoque paulò altius intueamur *causam efficientem*, quæ

quæ *partim ex jure Belli, partim etiam ex Imperii & Superioritatis* dependet *jure*. Ex priori causâ victor hostibus devictis Metata imponit. Quod si enim, teste *Polyb. Lib. 5. Histor.* alleg. *à Grot. Lib. 3 de J. B. & P. c. 5. §. 1. jure belli comprehenditur, ut munitiones hostium, urbes, portus, viri, naves, fructus & si qua sunt similia alia, aut eripiantur, aut corrumpantur*, imò, *contra naturam haud est, eum spoliare, quem honestum est occidere juxta Cicer. 3. offic.* Multò magis jus Metatorum, utpote multò tolerabilius, in agrum quoque hostilem competet. Nec interest, utrum hostes devicti spontè se submiserint, an pertinaciter resistentes in bellô superati fuerint. Nam in utrosque jus Metationis quadrat. *Dn. Tabor. de Metat. p. 1. c. 7. n. 11.* Ea tamen adhibenda sunt temperamenta, quæ æquitas suggerit. Victores namque benè perpendere debent illud *Cassiodori: Defensorum maximam laudem esse, si cum illi videantur regiones subactas protegere, subacti populi non desinant patrioticas possessiones possidere*, ad exemplum Totilæ, qui cùm Romam obsideret, ruricolas interim in totâ Italiâ ab omni inquietudine liberavit, eosque labori suo securè incumbere jussit, modo ipsi tributa persolverent. *Dn. Tabor. d. p. 1. c. 6. thes. 18.* Præterea inter bellum justum & injustum, interque subditos armatos, ut & inermes atque innocentes distinguendum erit, quam separationem suppeditat *Dn. Osiand. ad Grot. Lib. 3. de J B. & P. c. 5. §. 1.* Denique medii, quos vulgò Neutrales vocamus ab hostibus segregandi sunt. Ab illis enim nihil sumendum, nisi ex summâ necessitate, cum refusione pretii. *Grot. de J. B. & P. Lib. 3. c. 17. n. 1.*

XVII. Si verò Jure Imperii à Superioribus Metata nostra imponantur, ad Majestatem spectant, quod vel exinde patet, quia jura Majestatica, quæ ossibus & personæ Principis ac supremæ Potestati adeò inhærent, ut ab illâ nullatenus separari possint, in tribus: *Armis* scilicet, *Legibus, & Magistratibus* consistunt. *Arnisæus Lib. 2. de jur. Majest. c. 1. & 2.* Armis verò non potest non *Jus Inquartandi*, tanquam connexum, adscribi. *Dn. Tabor de Metat. p. 1. c. 6. thes. 2. & 8.* Hinc in Statu Romanorum Monarchicô soli competiit Imperatori, juxta *l. 2. C. de Metat.* ut ne Præsidi quidem permissum fuerit, propriâ authoritate Metata subditis imponere *l. ult C. eod.* nisi ex causâ magnâ & fortuitò emergente, adeòque extra ordinem *arg. l. 3. §. 15. de muner. & honor. Dn. Tabor. p. 2. c. 2. thes. 8.* Eodem modô jus Belli summô Principi ac Majestati ita adhæsit, ut *qui injussu ejusdem bellum gesserit, delectum habuerit,*

rit, aut exercitum comparaverit, læsa Majestatis reus factus fuerit, respondente JCtô *in l. 3. ff. ad L. Jul. Majest.* quam sententiam rescriptô suô comprobant Imperatores *in l. un. C. ut armor. us. Lib. 11. Vide Reinking. de R. S. & E. Lib. 1. class. 5. c. 6. num. 13.* Ex quibus juribus Dd. colligunt: Jus hospitandi milites esse de Reservatis Principis. *Knichen de sublim. territ. jur. c. 3. n. 364. & seq. it. c. 4. n. 493.* & quos allegat *Dn. Brunnemann. ad C. de Met. & Epidem.* sive quod eodem recidit ad supremam Majestatem ac Regalia spectare, atque soli Principi competere. *Besold. 3. Consil. 118. num. 54. & 55. Myler. de Princ. & Stat. Imper. Roman. Germ. p. 2. c. 80. n. 2. Dn. Mev. p. 3. Dec. 62. n. 4.* Atque hæc quidem in Statu absolutè Monarchicô obtinent circa quem tamen adhuc notandum venit, quod jura Majestatica in omnibus fermè legitimis Regnis Legibus quibusdam temperata & definita sint, quibus inprimis jus belli dirigitur. *Reinking. de R. S. & E. Lib. 1. Class. 2. c. 2. n. 138. & seq.*

XIIX. Quia verò sequioribus temporibus in nostrâ Germaniâ summæ Imperii potestatis atque Superioritatis Territorialis participes redditi sunt Principes, aliique Imperii Status. Occasionem proponit *Vultej. de feud. lib. 1. cap. 1. n. 14. Dn. Struv. Syntag. jur. feud. cap. 1. aphor. 4. n. 5.* Ideòque præter Imperatorem & iisdem potestas belligerandi ac conscribendi milites, in propriam, Imperii, aliorumve salutem, observatis hôc in passu Imperii Legibus, quas recenset *Limn. Lib. 4. Jur. Publ. c. 8. n. 246.* it. Collectatio subditorum ac Provincialium pro sustinendis fortalitiis, juxta *novissimum Imper. Recess. de Anno 1654.* §. und gleichwie dieses hochangelegene 180. in verbis: sonderlich aber sollen eines jedes Churfürsten und Standes Landsassen/ Unterthanen und Bürger / zu Besetz- und Erhaltung der einem oder dem andern Reichsstande zugehörigen nöthigen Vestungen/ Plätzen und Quartnisonen/ ihren Landsfürsten/ Herrschafften und Obern mit hülfflichen Beytrag an die Hand zu gehen schuldig seyn. Denique etiam (5.) jus Metata imponendi competere cœpit. Quibus enim belligerandi facultas data, illi quoque Jus inquartandi in suo districtu absque omni dubio habebunt: Nam cum jure belligerandi etiam annexa & comitantia concessa intelliguntur. *Add. Limn. Lib. 4. J. P. c. 8. num. 207. & mult. seqq. Reink. de R. S. & E. Lib. 1. Class. 5. c. 6. n. 14. & seq. Dn. Struv. Syntagm. Jur. Feud. c. 6. aph. 19.*

XIX. Testatur quidem *Dn. Tabor de Metat. p. 1. c. 6. num. 3. & seq.*

potuit, brevitate adduxi. Tu verò, Benevole Lector! hoc, quicquid est, serenâ fronte accipe, & errores, quos forte reperies, ingenii mei tenuitati, materiæ gravitati & festinanti calamo adscribe. Scias enim abitum meum ex inclutâ Altdorffinâ hunc laborem in tantùm coangustâsse, ut Excellentiss. Dn. Præses non nisi fugitivis eundem inspicere potuerit oculis. Quod si ergò palato Tuo quicquam accommodatum invenies, habebo de quô mihi gratuler Deoq; pro clementissimô auxiliô gratias agam. In cujus sanctissimo Nomine ad rem ipsam me jam accingo.

§. I.

Ut solennis Dissertationes conscribentium mos etiam sub frontispiciô nostri laboris observetur, termini Metatorum Militarium brevissimè evolvendi erunt. Dicuntur autem Metata, juxta *Luc. de Penna ad tit. C. de Metat. & Epidem.* à metâ, id est, à fine vel terminô; *Juxta Fabrum verò in Lexic. Philolog.* à metiendo. Hinc *Isidorus Lib. 10 Etymol. c. 2. alleg. à Brisson. lib. 11. de V. S. Metatores*, inquit, *appellantur, qui castra designant, à metiendô scil. &c.* Utraque derivatio convenit, eandemque originem habet. Nam & à metâ metiri vel metari deducitur, quod in genere nihil aliud denotat, quam metas limitesque ponere, secund. Lexicographos.

II. Ad castra verò translatum, teste Festô, idem notat, ac metis castra dirigere. Veteres namque, ut ex historiis patet, castra sua primò lineis designare & metiri, posteà verò fossis aggeribusque cingere solebant. *vid. Alex. ab Alex. 1. Genial. dier. c. 12.* adeoque quoad primam originem Metatorum nomen tantùm competiit castris propriè sic dictis, quæ fiebant in campis, sicque designavit spatium loci in castris assignatum, intra quod miles se continere, atque hospitari debuit *Petr. Gregor. Tholos. 19. Synt. jur. univers. c. 8. num. 2. Paul. Christin. Vol. 5. Decis. Belgic. 143. n. 6.* Huc spectat, quòd *Calvin. in Lexic. jurid. ad voc. Metari tradit, Metari propriè esse locum figendis militum tentoriis designare.* Sed cum posteà in urbibus etiam militibus hospitia adsignarentur, *vox illa Metatorum* (sunt verba *Lipsii lib. 5. de militia Romanâ Dialog. 12.*) *à castris in urbem quoque transiit.* Unde metata posteà vocata sunt hospitia, quæ militibus provinciales præbent. *Draco de orig. & jur. Patric. c. 4. n. 26. Gothofred. ad l. 26. §. 8. C. de Episcop. Audient.* & metari idem significavit, ac futurum hospitium, notâ postibus januisque adscripta, designare. *Calvin. in Lex. Jurid. d. l.*

III. Qua-

III. Quare non sine ratione *Petr. Greg. Tholos. cit. l.* atque *Christin. d. Decis. 143. n. 5.* asserunt, hospitiorum militarium duas fuisse species, *in castris* videlicet *& in urbibus*, in quibus domus assignari solent, ut in castris tabernacula, tentoria, vel loca solùm. De priori hâc vice non erimus soliciti, sed de posteriori solummodò, præcipuè quia JCti nostri, missâ priori significatione, Metata pro hospitiis habent, quibus milites, veluti hospites, recipiendi sunt, per *l. 3. §. 13. in verb. eos milites, quibus supervenientibus hospitia praberi in Civitatibus oportet &c. ff. de mun. & honor. l. 10. §. 2. ff. de vacat. & excus. mun. l. 1. C. de Episc. & Cler. l. 3. C. de muner. patrim. Lib. 10. l. ult. §. 5 fin. ff. de muner. & honor. l. 2. C. de Metat. & Epidem. Lib. 12. Colleg. Argent. ad tit. de Re milit. thes. 9. sub fin.* Ab his Metatis denominationem suam sortiuntur Metatores, quorum in *l. 1. l. 2. l 9. C. de Metat. & Epidem.* fit mentio, aliàs quoque Mensores dicti, *in l. un. C. de Mensor. lib. 12.* de quibus in seqq.

IV. Alias *Metata Synonymicè (1.) vocantur Mansiones,* in quas milites divertebant. *l. 11. C. de re milit, Lib. 12.* ibidemque annonis & pabulis instruebantur, ut tùm ex *Cassiodori*, tùm etiam *ex Lampridii Alex.* verbis: *Milites in expeditionis tempore sic disposuisti, ut in mansionibus annones acciperent,* demonstrat *Brisson. de V. S. Lib. 11. voc. Mansiones. (2.) Parata.* Unde *Bignon. in Not. ad Marculphi Monach. formul. alleg. à Besold. in Thes. Pract. voc.* Einquartirung/ *Mansiones,* ait, *& Paratas rectè conjungi : Nam in antiquis literis Paratas perpetuò Mansiones consequi, adeò, ut quibusdam in locis unum pro alterô usurpetur. Quanquam diversa nomina sint, & diversa etiam Jura. Mansionem quidem prabere Mansionaticum vocabatur : Paratarum verò nomine veniebant, qua pro viatico & alimentis prabebantur.* Hæc *Bignon (3.)* quoque nomine *Hospitiorum* veniunt *per l. 3. §. 13. ff. de muner. & honor.* à subjecto scil. occupante, quod milites advenientes recipiendi sint. *l. 10. §. 2. ff. de vacat. & excus. muner.* Vid. *Dn. Tabor de Metat. p. 1. c. 2. sect 1. th. 10. & 14.*

V. (4.) Denique ex mente *Dn. Taboris d. l. sect. 2. th. 4. Epidemeticorum* nomen sortiuntur. Hactenus quidem communiter receptum est, Epidemetica esse pretia, quibus se Provinciales ab onere suscipiendorum hospitum redimunt, per *l. ult. C. de Metat. & Epidem. ut & per Nov. 134. c. 1.* sublata, cui sententiæ omnes fermè Dd. interq; eos post *Hotom. & Cujac. Gothofr. in Rubr. de Metat. & Epidemet. Calvin. in Lex. Jurid, Drac, de orig. Patric, d. c. 4. n. 26. Besold. in Dissert. de Regal. c. 9. th. 9.*

ac *Dn. Brunnem. ad C. tit. de Metat.* calculum suum addunt. Eidem tamen *Dn. Tabor* varia objicit argumenta, interque ea *verba d. Nov. 134. c. 1. Neque verò Angariis, aut iis, quæ vocantur, Epidemeticis, aut aliô quolibet dispendiô gravare nostros subjectos &c.* ex quibus deducit, quòd *Epidemetica* sint potius hospitia, quam pretia, quæ pro iis injustè exiguntur. Sicut enim *Angaria in d. Nov.* ipsum munus præstandi plaustra & jumenta significant, non pretia, ita etiam *Epidematica* ipsum hospitationis munus denotare videntur, adeoq; *Epidematica* eadem significatione, quâ *Metata*, pro hospitiis in urbe designatis *sub tit. C. de Metat. & Epid.* accipi videntur. Atque hanc Dn. Taboris, sibi ipsi tamen hac in re non constantis, explicationem *Colleg.* quoque *Argentorat. ex recentiori editione ad tit. de Re milit. th. 9. sub fin.* approbat.

VI. Plura ad Synonymiam *Metatorum* spectantia proponit *Dn. Tabor d. c. 2. sect. 1. th. 10. & seq.* Germanicè vocantur Das Einlager/ Das Einlogiren/ item Quartir oder Einquartirungen/ quæ posteriora vocabula quidem origine suâ Gallica sunt, usu tamen in tantùm invaluerunt, ut *Metata* penes Nos non nisi iisdem indigitentur, atque ab his Neoterici quidam *Jus Inquartandi* deduxerunt. Quia verò *Metata in genere considerata ab adjunctio in bellica & togata*, sive in *armata & palatina* commodè distingvuntur *Dn. Tabor. de Metat. p. 1. c. 3. th. 4.* Ideoque in Dissertationis Rubricâ vocabulô *Metatorum Militarium* notanter usi sumus, ad differentiam *Metatorum Palatinorum*, quæ Principibus, eorumque Officialibus à subditis præstabantur in itineribus propter publicam utilitatem susceptis, de quibus Sympatriota atque Commilito meus æstumatissimus, Dn. Fridericus Guilielmus Ebner publicum impræsens exhibebit Discursum.

VII. *Accipiuntur* autem Metata nostra *militaria*, modò *objectivè*, pro ipsis hospitiis, modò *effectivè* pro jure Metatorum, uti appellatur *in l. 35. C. de Episcop. & Cleric.* eoque tùm *activô*, h. e. potestate hospites immittendi, tùm *passivô*, pro onere hospitis recipiendi. *Dn. Tabor de Met. p. 1. c. 3. th. 1. & p. 2. c. 1. th. 12.* Neutra significatio ab hôc nostrô Discursu excludenda est, quamvis posterior frequentius forsitan occurrat. *Objectivè* accepta sunt hospitia, quæ supervenientibus militibus à Provincialibus præbentur. *Drac. d. c. 4. n. 26. Besold. in Differt. de Regal. c. 9. th. 9. Gothofred. in Rubr. C. de Metat. & Epidem. Pro jure activô* sumta nihil aliud sunt, quam Jus Superiori competens, quô subjecti, ut milites ad belli-

bellicas expeditiones proficiscentes hospitiô excipiant, adiguntur. Confer. *l. 3. §. 14. it. l. ult. §. penult. & ult. ff. de mun. & honor. l. 10. §. 2. ff. de vacat. & excus. mun.* ex quibus text. etiam juris passivi delineatio colligi potest, ratione cujus nostra *Metata Militaria* describuntur, quod *sint munus patrimoniale, quo Provinciales tenentur milites ab illis, qui imponendi Meta potestatem habent, assignatos hospitiis excipere.* In quâ descriptione cum *genere differentia specifica* ulteriorem meretur evolutionem.

VIII. *Differentia specifica* desumta est partim à personis, quæ gaudent Jure Metandi activô, sive qui Metata imponere possunt, partim à subjectô recipiente, sive qui Metata tenentur sustinere, partim denique à subjectô occupante, sive militibus, quæ omnia ordine legitimô pertractabimus, modo prius Genus cum divisione Metatorum inde profluente, eorundemq; origine, consideratum fuerit. *Generis* verò locô *munus patrimoniale* haud incongruè constituimus. Rectè namq; hospitatio, seu onus recipiendi milites in domo suâ, ad munera realia (aliàs *in l. 7. C. de omn. agr. desert.* patrimonialia dicta) refertur, tùm propter *l. 3. § 14. l. ult. §. 29. & 30. ff. de muner. & honor. l. 11. de vacat. & excus. muner. l. 1. C. de Metat. & Epidem. l. 3. C. de muner. patrim.* tùm quod non personæ sed patrimonio imponatur, ut à possessoribus quibuslibet ædium præstandum sit, nisi nominatim excipiantur. *l. 3. §. 13. ff. de muner. & honor.* atque hanc sententiam meritò tuentur *Petrus Gregor. Tholos. lib. 18. Syntag. jur. univers. c. 20. n. 2. Anton. Faber. in C. Lib. 9. tit. 29. def. 26.* Martin. *Mager. de Advoc. armat. c. 10. n. 225. Dn. Brunnem. ad tit. C. de Metat. & Epid. Klock. de Contrib. c. 17. n. 206.* aliive plures.

IX. Quia verò munera patrimonialia teste *Ulpianô in l. 6. §. fin. ff. de mun. & honor.* in duplici differentiâ sunt: quædam enim personis principaliter, rerum tamen à personis possessarum intuitu, & propter res imponuntur, in quibus quidem obligatioin personam dirigitur, sed causa finalis & movens est ipsa res: quædam verò simpliciter rebus & possessionibus indicuntur. *Dn. Eckolt ad Pandect. de mun. & honor. §. 6.* Non incommodè quæritur, ad quænam munera Metata nostra recenseantur? Eorundem si respiciamus naturam, sat apertè patet, quod indicantur ipsi rei de eô, quod faciendum in ipsâ re, sive quod non imponantur super eô, quod ex rebus patrimonii percipitur, sed quod sine respectu personæ ipsi rei propter rem inhæreant; Unde meritò ad munera patrimonialia posterioris generis referuntur, id quod L.L. nostræ

in l. 1. §. 14. ff. de muner. & honor. ut & in l. 2. C. de muner. partim, insimul confirmant. *Vid. Dn. Hahn. ad VVesenbe. de muner. & honor. n. 2. Mund in tract. de muner. & honor. c. 2. n. 58.* ubi plures consentientes adducit Dd. Eadem ratione muneribus patrimonialibus, quibus usus rei nostræ Reipublicæ commodo concedendus est, Metatorum onus accenset *Dn. Struv. Exercit. ult. thes. 66.*

X. Lapsus itaque est *Jacobi Bornitii*, aliorumve, qui hospitaturam collationem personalem vocant, sicque *Metata nostra* ad munera personalia referunt, contra *expressos text.* anteà citatos. Quamvis enim hoc onus personalem quandam inferat vexationem, ut hospitalis quoque molestia *in l. 8. C. de Metat.* nominetur, id tamen ex accidenti fit, atque militum adscribendum est malitiæ. Ipsa tamen Metata, quatenus in re præstanda sunt, munus patrimoniale manent, tùm secundum jus Civile, de quo amplius nullum superest dubium, tùm etiam de moribus hodiernis, quibus ut plurimum præter habitationem cum sumtuum erogatione in cibaria conjuncta esse solent, quâ ratione hospitatura multò magis oneribus realibus accensenda est, teste *Dn. Hahn ad VVesenbec. de muner. & honor. num. 3. Dn. Struv. d. Exerc. ult. th. 66.*

XI. Ex his jam porrò profluit, quod quoad tempora moderna *Metata Militaria* haud incongruè *in simplicia*, atque *cum alimentorum sive Provisionis onere*, (German. Verpflegung oder Atzung/) *connexa* distingui possint; Ita ut priora dicantur, quæ in nudâ hospitii præstatione consistunt, posteriora verò, quæ cum sumtuum erogatione in cibum, sive cum *fodro* conjuncta sunt, per quod vocabulum, Germanicam agnoscens originem, aliàs pabulum equorum, hîc verò annona militaris designatur. *Vid. Sixtin. de Regal. c. 16. n. 2. & seq. p. m. 139. Hotomann. in Commentar. de Verb. feud. ad vocab. fodrum.* Unde quoque *Besoldus in Differt. de Regal. c 9. th. 9.* cum Metatis conjungit. Add *Mag. de Advoc. c. 10. num. 232. & seq.* ubi plura ad hoc voc. facientia proponit De jure quidem Civili simplicia fuerunt, sicque habitatores militibus illa solummodò præstarunt, quæ habitationes causâ necessaria erant; Ipsorum verò esui ac potui *l. 1. & l. 12. C. de erog. milit. annon. Lib. 12.* ut & animalium cibariis per fœnum & pabulum *l. 2. & l. 8. C. eod. l. 1. C. de fund. limitr. Lib. 11.* ex publicô prospectum fuit, ex quô etiam stipendia *l. 16. §. super hn. 2. C. de erog. milit. annon.* & vestes

acce-

acceperunt. *l. 1. & l. 3. C. de vest. milit. Lib. 12.* Quare Provinciales Superioribus tributa in hunc usum pendentes, præter annonæ advehendæ onus, ad quod proximiores quandoque obstricti fuerunt, *l. 4. C. de erog. milit. annon. ibiq; Dn. Brunnemann.* ulterius nullatenus gravari potuerunt, *l. 3 C. eod.* Hodiè tamen, militibus stipendia raro præbeantur, vel exinde, vel etiam ex summâ eorum insolentiâ cum Provisionis onere connexa esse cœperunt, sicque hospitio quoque cibaria pro equis & famulis utplurimùm adhærent. *Dn. Habn. ad Wesenbec. de mun. & honor. n. 3. Dn. Struv. cit. loc. & thes.* ibique allegatus *Carolus à Mansfeld.*

XII. Quamvis itaque inter *Metata ac Provisionem*, Einquartierung und Verpflegung/ magna intercedat differentia, quàm præcipuè in Militibus præsidiariis adhuc valere cernimus: Iis namque Superior menstruum solvit salarium, subditi verò solam habitationem Metatorum loco præstant; Unde quoque hinc inde in Recess. Imper. separantur, prout *ex R. I. de Anno 1641.* §. Darauf die erschienene Stände 19. ejusdemque verbis sequentibus; patet: über diesen Puncten mit sonderbahrem Fleiß und Angelegenheit reiffliche Berathschlagung gepflogen/ auch in vier Nebenpuncten/ nemlich erstlich die Einquartierung/zum andern Vermehr- und Verstärckung des Reichs-Armaden. Drittens/ Verpflegung derselben. Viertens/ Wiederaufrichtung der verfallenen Kriegs-Disciplin, abgetheilet. Item §. und demnach 24. in verbis: bey dem gantzen Quartier- und Verpflegungs-Werck/ ut & ex §. Demnach aber 26. in verbis, mit der Einquartierung und Verpflegung. Communiter tamen, & ut plurimum ferè in transitu integri exercitus, aut hybernorum assignatione cum Metatis cibaria quoque conjuncta esse solent, ut illi, qui Metata sufferre coguntur, militibus quoque de victu, aliisq; rebus ad alimoniam necessariis prospicere teneantur. Exinde fit, quod hodie longè gravius Metatorum sit onus, quàm olim, prout hoc assertum querelæ Ruricolarum non tantum superioribus annis exauditæ, sed & hodienum propter flagrantes belli flammas exortæ, abunde comprobant. Addantur illa, quæ circa *objectum Metatorum* fusius notanta erunt.

XIII. *Divisionem Metatorum Militarium* nunc excipit illorum *origo*, quæ procul dubiò antiquissima est, ex vetustissimô Hospitiorum

jure, de quô *Homer. lib. 6. Iliad.* deducta. Quamvis enim olim ne ipsi quidem Romani Populi Magistratus hospitia aliter, quam jure familiaritatis exegerint; Illi quoque, qui in legationem abierunt, teste JCtô *in l. 7. ff. de suppell. leg.* necessaria sub pellibus habuerint. *Vid. Revard. 4. varior. 3.* Milites denique, magnâ severitate in castris sub pellibus suis, aut tentoriis constricti, cibaria etiam plus dimidiati mensis secum ferre consueverint, teste *Cicerone Lib. 2. Tusculan. quæsti. n.* sicque Metatio adeò innoxia fuerit, ut memoriæ proditum sit, pomiferam arborem, quam in pede castrorum complexa fuerat metatio, abeunte exercitu intactis fructibus relictam fuisse, ut ex *Frontinô* tradit *Dn. Tabor de Metat. p. 1. c. 4. n. 3. Add. Rosin. Lib. 10. Antiq. Roman. c. 11, 12. & 13.* Attamen milites postmodum remissius haberi atque agere cœperunt, id quod ex consuetudine suæ ætatis satis probat Ulpianus in casu *l. 13* §. 7. *ff. locat.* ubi proponitur: Exercitu veniente conductorem migrasse, deinde hospitio milites fenestras, & cætera, (quæ scil. portatilia fuerunt) abstulisse. Promotis quoque Imperii finibus & fortunâ Reipublicæ Romanæ ad fastigium quasi perductâ, cùm ob amplitudinem Imperii Romani maximè longinqua itinera exercitui emetienda essent, commoditas suasisse videtur, ut hospitia militibus nonnunquam ad capessendam quietem in oppidis assignarentur, sicque hospitalitas, quæ non tantùm cum privatis, sed & cum Urbibus, imò cum Gentibus ipsis Romanis olim intercedebat, *Petr. Gregor. Tholos. Lib. 15. Synt. c. 28. n. 35.* in hospitia & Metata conversa, indeque Jus Metatorum, LL. poster. approbatum, deductum est. *Add. Besold. in Thesaur. Pract. ad vocab.* Einquartierungen/ qui originem Metatorum L. Posthumio Albin. Consuli adscribit, de quô *Livius lib. 42. sub init.* narrat, quod primus literas miserit, *ut sibi Magistratus obviam exiret, locum publicè pararet, in quô diverteretur, jumentaq́; cùm exiret, inde præstô essent. Add. Dn. Tabor de Metat. d. c. 4.* ubi hunc Livii locum plenius proposuit.

XIV. Atque hæc prima *Metatorum Militarium* incunabula jam monstrant, quod eorundem consuetudinem vel necessitas, vel ad minimum commoditas Imperii Romani promoverit, ut æquitati, si à Superioribus indicantur, (nam si hostibus jure belli præstanda sint, quilibet, tanquam infortunium ferre debet, quod mutare nequit) neutiquam contrarientur, modò abusus, qui demum durissimum Metatorum onus efficit, tollatur. Cùm enim teste *Lipsiô 5. Polit. c. 1.* noxium atque

atque periculosum sit, exercitum, per longinqua præcipuè itinera ducendum, perpetuò sub diô subsistere; Ideoque æquitas quàm maximè suadet, ut illis, qui pro salute omnium excubant, quique aras, focos, tecta domusque subditorum conservant, juxta *l 31. C. locat.* hospitium præbeatur, quò corpora ex itinere languida refocillare, atque ad expeditionem alacriora efficere queant. Accedit ratio humanitatis penes Gentes moratiores approbata, quæ peregrinis quoque viatoribus hospitii benignitatem præstandam esse suasit, ut præter multiplicia hospitalitatis exempla in sacris occurrentia prolixè demonstrat *Mager. c. 10. de Advoc. n. 244.* Addantur ea, quæ in Disputatione suâ Inaugurali de hospitiorum jure *§. 27. & seqq.* Vir Nobilissimus atque Consultissimus Dn. Hieronymus Scheurl, JCtus & Reipublicæ Patriæ Consiliarius celeberrimus, hanc in rem eruditè proposuit. Denique consentiunt omnes ferè Moralistæ, qui Majestati in Republicâ jus adscribunt, adhibendi bona privata ad usum publicum, vigore eminentis Dominii, quæ assertio justitiam quoque Metatorum à Superiori impositorum comprobat. *Horn. Lib. 2. de Civit. c. 4. §. 1. n. 9.*

XV. Quamvis verò hodie plures inveniantur, qui hocce Dominum Eminens inficiantur; Attamen & ipsi concedunt, quod vi Imperii Majestas subjectos cogere possit, ut bonis suis laboranti Reipublicæ succurrant, ceu ex *Feld. Notis ad Lib. 1. Grotii de J. B. & P.* patet. Formulamque jurisjurandi, quô subjectionis fidelitatem sanctissimè pollicentur, ac spondent inaugurato Principi subditi, hocce vinculum complectitur, ut tùm vitam & sanguinem, tùm etiam omnium fortunarum substantiam Reipublicæ usibus ac necessitatibus consecrent ac offerant. *Horn. d. l. n. 11.* Hinc sicut ille, qui Κύριον habet, propter necessitatem Reipublicæ tributa, & collationes, etiam cum maximô patrimoniorum dispendio, imponere potest, ceu post innumeros Theologos atque JCtos deducit *Klock. de Contrib. c. 1. n. 13. & seq.* Ita quoque Metata, tanquam onera, si non leviora, nequaquam tamen graviora subditis injungere potest. Concessô siquidem belli pacisque arbitriô omnia Superiori indulta videntur, sine quibus saltem ex institutô posteriorum seculorum militia commodè administrari nequit. *Dn. Tabor de Metat. part. 1. c. 4. th. 6.*

XVI. *Metatorum Militarium* æquitate sic confirmatâ, ratio ordinis suadet, ut eorundem quoque paulò altius intueamur *causam efficientem*, quæ

quæ *partim ex jure Belli, partim etiam ex Imperii & Superioritatis* dependet *jure*. Ex priori causâ victor hostibus devictis Metata imponit. Quod si enim, teste *Polyb. Lib. 5. Histor.* alleg. *à Grot. Lib. 3 de J. B. & P. c. 5. §. 1. jure belli comprehenditur, ut munitiones hostium, urbes, portus, viri, naves, fructus & si qua sunt similia alia, aut eripiantur, aut corrumpantur*, imò, *contra naturam haud est, eum spoliare, quem honestum est occidere juxta Cicer. 3. offic.* Multò magis jus Metatorum, utpote multò tolerabilius, in agrum quoque hostilem competet. Nec interest, utrum hostes devicti sponte se submiserint, an pertinaciter resistentes in bellô superati fuerint. Nam in utrosque jus Metationis quadrat. *Dn. Tabor. de Metat. p. 1. c. 7. n. 11.* Ea tamen adhibenda sunt temperamenta, quæ æquitas suggerit. Victores namque benè perpendere debent illud *Cassiodori: Defensorum maximam laudem esse, si cùm illi videantur regiones subactas protegere, subacti populi non desinant patrioticas possessiones possidere*, ad exemplum Totilæ, qui cùm Romam obsideret, ruricolas interim in totâ Italiâ ab omni inquietudine liberavit, eosque labori suo securè incumbere jussit, modo ipsi tributa persolverent. *Dn. Tabor. d. p. 1. c. 6. thes. 18.* Prætereà inter bellum justum & injustum, interque subditos armatos, ut & inermes atque innocentes distinguendum erit, quam separationem suppeditat *Dn. Osiand. ad Grot. Lib. 3. de J B. & P. c. 5. §. 1.* Denique medii, quos vulgò Neutrales vocamus ab hostibus segregandi sunt. Ab illis enim nihil sumendum, nisi ex summâ necessitate, cum refusione pretii. *Grot. de J. B. & P. Lib. 3. c. 17. n. 1.*

XVII. Si verò Jure Imperii à Superioribus Metata nostra imponantur, ad Majestatem spectant, quod vel exinde patet, quia jura Majestatica, quæ ossibus & personæ Principis ac supremæ Potestati adeò inhærent, ut ab illâ nullatenus separari possint, in tribus: *Armis* scilicet, *Legibus, & Magistratibus* consistunt. *Arnisæus Lib. 2. de jur. Majest. c. 1. & 2.* Armis verò non potest non *Jus Inquartandi*, tanquam connexum, adscribi. *Dn. Tabor de Metat. p. 1. c. 6. thes. 2. & 8.* Hinc in Statu Romanorum Monarchicô soli competiit Imperatori, juxta *l. 2. C. de Metat.* ut ne Præsidi quidem permissum fuerit, propriâ authoritate Metata subditis imponere *l. ult C. eod.* nisi ex causâ magnâ & fortuitò emergente, adeòque extra ordinem *arg. l. 3. §. 15. de muner. & honor. Dn. Tabor. p. 2. c. 2. thes. 8.* Eodem modô jus Belli summô Principi ac Majestati ita adhæsit, ut *qui injussu ejusdem bellum gesserit, delectum habuerit,*

rit, aut exercitum comparaverit, læsæ Majestatis reus factus fuerit, respondente JCtô in l. 3. ff. ad L. Jul. Majest. quam sententiam rescriptô suô comprobant Imperatores in l. un. C. ut armor. uf. Lib. 11. Vide Reinking. de R. S. & E. Lib. 1. class. 5. c. 6. num. 13. Ex quibus juribus Dd. colligunt: Jus hospitandi milites esse de Reservatis Principis. Knichen de sublim. territ. jur. c. 3. n. 364. & seq. it. c. 4. n. 493. & quos allegat Dn. Brunnemann. ad C. de Met. & Epidem. sive quod eodem recidit ad supremam Majestatem ac Regalia spectare, atque soli Principi competere. Besold. 3. Consil. 118. num. 54. & 55. Myler. de Princ. & Stat. Imper. Roman. Germ. p. 2. c. 80. n. 2. Dn. Mev. p. 3. Dec. 62. n. 4. Atque hæc quidem in Statu absolutè Monarchicô obtinent circa quem tamen adhuc notandum venit, quod jura Majestatica in omnibus fermè legitimis Regnis Legibus quibusdam temperata & definita sint, quibus inprimis jus belli dirigitur. Reinking. de R. S. & E. Lib. 1. Class. 2. c. 2. n. 138. & seq.

XIIX. Quia verò sequioribus temporibus in nostrâ Germaniâ summæ Imperii potestatis atque Superioritatis Territorialis participes redditi sunt Principes, aliique Imperii Status. Occasionem proponit Vultej. de feud. lib. 1. cap. 1. n. 14. Dn. Struv. Syntag. jur. feud. cap. 1. aphor. 4. n. 5. Ideòque præter Imperatorem & iisdem potestas belligerandi ac conscribendi milites, in propriam, Imperii, aliorumve salutem, observatis hôc in passu Imperii Legibus, quas recenset Limn. Lib. 4. Jur. Publ. c. 8. n. 246. it. Collectatio subditorum ac Provincialium pro sustinendis fortalitiis, juxta novissimum Imper. Recess. de Anno 1654. §. und gleichwie dieses hochangelegene 180. in verbis: sonderlich aber sollen eines jedes Churfürsten und Standes Landsassen/ Unterthanen und Bürger / zu Besetz- und Erhaltung der einem oder dem andern Reichsstande zugehörigen nöthigen Vestungen/ Plätzen und Quarnisonen/ ihren Landsfürsten/ Herrschafften und Obern mit hülfflichen Beytrag an die Hand zu gehen schuldig seyn. Denique etiam (5.) jus Metata imponendi competere cœpit. Quibus enim belligerandi facultas data, illi quoque Jus inquartandi in suo districtu absque omni dubio habebunt: Nam cum jure belligerandi etiam annexa & comitantia concessa intelliguntur. Add. Limn. Lib. 4. J. P. c. 8. num. 207. & mult. seqq. Reink. de R. S. & E. Lib. 1. Class. 5. c. 6. n. 14. & seq. Dn. Struv. Syntagm. Jur. Feud. c. 6. aph. 19.

XIX. Testatur quidem Dn. Tabor de Metat. p. 1. c. 6. num. 3. & seq.

quod nonnulli *Jus Metatorum Militarium* sive *Inquartandi* ad Territorialia Jura referant. Unde *à Besold. in Thesaur. Pract. sub vocab.* Einquartierung *p. m. 216.* vocetur eine hohe Gerechtigkeit welche die hohe Regalische oder Landesfürstl. Obrigkeit an sich ziehet; Alii verò Regalibus accenseant, indeque porrò concludant, ad minimum Regalia eum habere debere, qui jure inquartandi gaudet. *Vid. Kloek. de Contrib. c. 17. n. 243. & seq. ibiq. Bald. & alii Mev. p. 3. dec. 62. n. 4.* Hæ tamen sententiæ sibi invicem in effectu non contrariantur, quia Regalia sunt ejusmodi jura ac potestates, quibus Superioritas Territorialis constat, atque in certa Provincia cum Superioritate Territoriali per investituram feudalem Statibus Imperii conferuntur. *Dn. Struv. Synt. Jur. Feud. c. 6. aph. 13. n. 1. & 2.* πρώτως quidem & eminenter Regalia dicuntur jura, quæ Imperatori, in jure Feudali per Regem designato, *Rosenthal. de feud. c. 5. Conclus. 1. n. 3. Vultej. de feud. lib. 1. c. 5. num. 6. ibique alleg. Isern. Afflict. & Alvar.* competunt; δευτέρως tamen & per analogiam Regalia dicuntur illa jura, quæ vel expressè vel etiam tacitè Statibus communicata sunt cum territoriô & analoga Majestate, à Dd. Superioritatis verbô insignita, sicque à Majestate, cujus nomen convenienter non recepit, distincta, *quod vocabulum utpote Regalium nomine haud dubiè posterius à Dd. nostris è Transalpinis Scholis cum multis aliis haustum, atque in forum nostrum translatum est.* sunt verba *Dn. Tabor de Metat. d. c. 6. thes. 5. Add. Dn. Bacler. in Notit. Imper. Lib. 5. c. 2.* ubi tradit, quod Regalia juxta nonnullos idem sint cum Jure Superioritatis: nonnulli verò eadem Jure Superioritatis competere asserant, denique concludit, quod vocabulum Superioritatis Territorialis, aliave cum eô concurrentia recentioris & quidem variantis styli sint.

XX. Quod itaque S. R. I. attinet, *in Pacif. Osnabrug. art. 8. §. 2.* satis apertè cautum, quod præter delectum nullæ Hospitationes militum sine consensu Statuum instituendæ sint; unde jam fluit, *Metatorum Militarium* impositionem in Imperio soli Imperatori non competere, sed rem Comitialem factam esse. Add. *Burgoldens. in Notit. Imper. p. 3. discurs. 2. pag. 19.* Sicut enim sine suffragiô, vel Statuum omnium, vel etiam ad minimum Electorum bellum suscipere nequit Imperator, id quod, præter *Capitul. Carol. V. Ferdin. II. & III.* invictissimi nostri *Leopoldi* (cui Deus vitam longævam, victoriamque contra Imperii hostes

Cle-

Clementissimè concedat,) *Capitul. art. XIII.* probat *in verb.* Wir sollen und wollen auch uns darzu/ in Zeit bemeldter unserer Regierung/ gegen den Benachbarten/ und anstossenden Christlichen Gewalten friedlich halten/ kein Gezänck/ Vehde/ noch Krieg/ inn- oder ausserhalb des Reichs/ von desselben wegen unter keinerley Vorwand/ wie der auch seye/ ohne der Chur-Fürsten/ Fürsten und Stände/ oder zum wenigsten der sämtlichen Chur-Fürsten Vorwissen/ Rath und Einwilligung anfangen/ oder vornehmen/ noch ohne letztgedachtem Consens einiges Kriegs-Volck ins Reich führen/ oder führen lassen. Ita quoque nec *Jus Inquartandi Militare*, quod belli sequela est, absque Statuum consensu & suffragiô exercere poterit. *Dn. Tabor de Metat. p. 1. c. 6. thes. 8.* Ac licet nonnulli inter temerariam belli susceptionem, & necessariam illati propulsionem distinguendum esse censeant, ita quidem, ut de priori *dict. Capit.* verba sint intelligenda, quibus imperator promittit, quod sine consiliô, & consensu Statuum bellum suscipere, aut cuipiam inferre nolit, hæc verò arbitrio ipsius relicta sit, juxta verba *Capitul. cit. art. XIII. circ. fin.* proposita: Wo wir aber von des Reichs wegen oder das Heil. Reich angegriffen/ und bekriegt würden/ alsdann mögen wir uns aller Hülff gebrauchen. Attamen etiam in casu belli defensivi satis abunde *Metatorum* ratione prospectum est S. R. I. Statibus *dict. art. XIII. circ. fin.* in verbis: auch keinen Stand mit Einquartierungen wieder die Reichs-Constitutiones belegen: quæ verba inter alia quoque ad Instrument. Pac. referenda sunt.

XXI. In quibuslibet verò Statuum Provinciis *Jus Metatorum Militarium* Statibus, tàm Secularibus, quàm Ecclesiasticis, vigore Territorialis Superioritatis, competit. Quare nec Liberis Imperii Civitatibus denegandum est, cùm hodie *per Instrum. Pac. Cæs. Suec. art. 8. §. item in universalibus 4.* indubitanter possideant Superioritatem Territorialem, die hohe Lands-Obrigkeit/ quam si à Superioritate Territoriali Principum, von der hohen Landsfürstlichen Obrigkeit/ distinxeris, facilè apparebit error *Andreæ Knichenii*, qui omnibus viribus id intendit, ut Jus Territoriale Civitatibus Imperii Liberis adimat, unde ad hanc suam sententiam stabiliendam, teste *Reinking. de R. S. & Eccles. lib. 1. Class. 5. c. 5. n. 2. & 3.* duplici potissimum utitur ratione (1.) quod illis ditionibus tantùm competat Territorii Jus, quæ in Ducatum, Marchionatum erectæ sunt, vel aliam Regalem dignitatem annexam

bent (2.) quod Superioritas Territorialis non, nisi quondam jure Principatus, exerceri possit. Verùm in priori argumentô *Knichen* insignem committit petitionem principii; Alterum verò solidè refellit *Reink. d. c. 5.* ubi rationibus optimis Territorialem Superioritatem Liberarum Imperii Civitatum adstruit: Quare & *Knichenii* error à cordatioribus quibusvis reprobatus, denique sanctione publicâ *in Pacif. Osnabrug. d. l.* planè explosus est. Add. *Limn. de J. P. Lib. 7. c. 1. n. 49. & 50. Mag. de advoc. c. 6. n. 187. Hermes de Jur. publ. c. 31. n. 20.*

XXII. Illa tamen, quæ dicta sunt de Statibus Imperii Ecclesiasticis, ita declaranda erunt, ut potestas imponendi *Metata* competat quoque Capitulo, sede vacante. Constat enim ex Jure Canonicô, quod Episcopô defunctô Collegio Capitulari administratio jurisdictionis, rerumque tàm Spiritualium quàm temporalium incumbat, ut à sententia quoque excommunicationis absolvat, *c. 3. de suppl. negl. Prælat. in 6. c. un. de major. & obed. in 6 Limn. Lib 3. de Jur. Publ. c. 3. n. 53. Add. c. 14. X. de major. & obed. ibid. Canonist.* Cùm ergò defensio territorii Capitulo sede vacante permittatur, certe haudquaquam eidem impositio *Metatorum*, tanquam connexum, denegari poterit, præprimis, quia aliàs Capitulum sede vacante Imperii Statum, h. e. Episcopum, Prælatum &c. repræsentat, ut eô nomine non solùm ad Comitia vocetur, verùm etiam Austregarum fruatur jure, teste *Limn. Lib. 9. J. P. c. 5. n. 30.* Præterea hùc facit, quod inter casus exceptos, qui sede vacante Capitulo haud competunt, Metatorum impositio non inveniatur, ut tradit *Dn. Tabor de Metat. p. 1. c. 6. thes. 11.* Status Imperii denique excipiunt Nobiles immediatè Imperio subjecti. Quia enim Regalium capaces sunt, modò acquisitionem doceant. *Limn. de Jur. Publ. Lib. 6. c. 3. n. 39.* ac ex mente *Bidenbachii & Nolden.* alleg. apud *Limn. d. l. n. 38.* Territorialem Jurisdictionem qualitate & specie parem habent, cum eâ, quam cæteri sortiuntur Status, licet non desint contradicentes, omninò sequitur, quod & ipsis Jus Inquartandi adscribendum sit, quod perinde, ut impositio armorum atque delectus Militum Superioritatem concernit. *Knich de jur. territ. c. 3. num. 364. & seq. Matth. Stephan. de jurisd. Lib. 2. p. 1. c. 7. n. 470.*

XXIII. Sed hâc occasione non immeritò disquiritur, quid eô in casu obtineat, quando territorium inter plures Dominos divisum est, wann es zwey oder mehr Herren hat/ quod in Germaniâ sæpe observare

vare licet, cuinam ex illis competat *jus imponendi Metata*? Nos illi attribuendum putamus, qui habet sequelam, lustrationem, aliaque similia jura, Folge/ Reiß/ und Musterung/ ut cum *Pruckmann. in Consil.* tradit *Dn. Tabor de Metat. d. c. 6. th. 16.* Porrò in casu, ubi alter Superioritatem Territorialem, die hohe Lands Obrigkeit/ alter jurisdictionem criminalem, den Blutbann/ possidet. dubitatur, cuinam adjudicandum sit *Jus Metandi?* Resp. priori, quia jurisdictio criminalis in imponendis muneribus, & oneribus nullum habet effectum. *Vid. Besold. in Thesaur. Pract. voc.* Einquartirung/ ubi insimul addit, eum, qui jurisdictionem cum Contributionum indicendarum, & lustrandorum Militum potestate habet. (collectis enim plerumque annexa est lustratio & sequela, Musterung und Folge. *Stephan. de Jurisd. Lib. 2. p. 1. c. 7. n. 470.*) etiam Metandi jure uti posse; Verùm hæc assertio meritò dubia redditur eô in casu, quô alter, præter jura ista singularia, omnimodâ gaudet Superioritate Territoriali, vel Regalia cœtera omnia possidet: tunc namque Jus Inquartandi non tàm ad possessorem jurium horum singularium, sed ad eum potius spectabit, qui Jure Superioritatis Terrirorialis fruitur, ut rectè monet *Dn. Tabor de Met. d. c. 6. th. 17.* Tandem ex dictis jam facilè colligendum est, quod extranei Reges ac Principes Subditis ac Circulis Imperii nostri neque jure Superioritatis neque jure familiaritatis Metata indicere possint, ut pluribus demonstrat *Dn. Tabor d. c. 6. th. 18.*

XXIV. Et hæc de personis, quæ *jure Metatorum Militarium activo* gaudent, dixisse sufficiat. Quia verò *Metata* ista imponi nequeunt, nisi sint, qui eadem præstent, hinc necessariò *ad Subjectum Metatorum recipiens*, sive ad eos, quibus Metata imponuntur, se noster flectit Discursus. Circa quos melioris doctrinæ gratia à *non subditis subditi* distinguendi sunt. *Non subditi* sunt vel *hostes*, vel *Socii*, vel etiam *Clientes*. *Hostes* quomodò ad Metata obstricti sint, jam tùm superius §. 16. monuimus. *Sociis* verò jure Imperii nulla Metata imponi possunt, sed si quæ præstant, precariò, & ex familiaritate præbent; unde inposterùm ad illa cogi nequeunt: cùm & ex mille actibus hospitationis non acquiratur hospitandi jus. *Dec. cons. 8. n. 4. Besold. p. 3. Consil. 118. n. 81. Mager. de Advocat. c. 10. n. 307.* nisi causa quædam concurrat, ex quâ colligi possit, non jure familiaritatis, sed jure Servitutis hospitatum fuisse. *Mager. d. l. n. 308. ibiq; alleg. Cravett.* Unde quoque prudentiores suadent, pro-

vidam cautamque attentionem hoc in casu esse adhibendam. Add. *Besold. p. 3. consil. 118. n. 91. & seq. Menoch. Arbitr. jud. quæst. Cent. 2. cas. 160. n. 12. & seq. Klock. de Contrib. c. 17. n. 244. Clientibus* denique an & quatenus Metata imponi possint, ex ipsô Clientelari jure æstimandum est. Sanè, qui cum certâ determinatione alterius protectioni se submiserunt, salvis privilegiis atque exemptionibus, contra pacta non sunt gravandi, *l. 1. ff. de pact.* Plerumque tamen Protectores belli tempore *Guardias militares* in Civitates clientelares securitatis gratiâ collocâre solent. Quare Clientibus in id incumbendum esse dicit *Mager. de Advocat. c. 9. n. 351.* ut statim bellô compositô conducti milites honestè dimittantur, ne sublatô belli motu subditos molestandi, vel eosdem ad res novas solicitandi occasionem quærant, nec etiam Protectores, oppida vel arces clientelares præsidio militari onerantes, ex ipsô, quòd dicitur, bove lora sumant. *Mager. d. l. n. 352. ibiq. alleg. Majol. Chockier, aliive. Add. Otto de Jur. publ. c. 11. p. 400*

XXV. *Subditi* verò vel ut *universi*, vel ut *singuli* considerari possunt. Ut universi, sive collectivè sumti, Provincias, territoria, diœceses, districtus, castra, ut & pagos constituunt, atque de his, etiam quoad nostra tempora, modò mediatè Imponenti Superiori subjecti sint, vix dubitandum est, quin ad Metata teneantur, præprimis cum illa, juxta antea dicta, munus patrimoniale, ab omnibus subeundum, constituant. *l. 3. §. 14. ff. de muner. & honor. l. 3. C. de muner. patrim. Mejer in Coll. Agent. ad tit. de muner. & honor. th. 5.* Inprimis verò *Metata* affligere solent subditos inhabitantes loca sita in viâ regiâ, die an der Heer- oder Landstrasse liegen/ *Klock. de contrib. c. 17. n. 240. sub fin.* De subditis verò Imperii moderni immediatis, h. e. Statibus ipsis gravior exoritur dubitatio, an & hi Metata assignata recipere cogantur? quod primò intuitu omninò negandum videtur, præcipuè quia in documentis publicis hinc inde vocantur S. R. I. Status liberi, Germ. freye Reichsstände/ quibus, ut Regale, Jus Metatorum in Subditos competit. Unde cum in negotiô Metatorum activè, dispositivè, & imperativè se habeant, absurdum videtur, si eosdem in hoc actu passivè & subjectivè considerare velimus. *Vid. Dn. Tabor de Metat. p. 1. c. 7. thes 3. & 4.*

XXVI. Verum quia & Status publicis Imperii nostri oneribus, quæ communi consensu ad salutem Reipubl. indicuntur subjacent, seynd in des Rechs-Hülffe gehörig/ *R. J. Spirens. de Anno 1544. §.* und

nem-

nemlich 27. Ideoque Metata legitimè imposita neutiquam recusare poterunt, cum omnium securitas per arma, eiq; connexa Metata quæratur, sicque ad minimum æquitas suadeat, cmmunicanda esse onera inter illos, qui communem utilitatem desiderant arg. l. 1. & 2. ff. ad L. Rhod. de jact. R. J. August. de Anno 1530. §. und dieweil 118. Notanter verò nostram assertionem ad Metata legitima restrinximus: rectè namq; Dn. Tabor d. c. 7. th. 6. inter Metata ordinata & inordinata distinguit, ita quidem, ut Status Imperii ad ordinata solummodò teneantur, quæ sc. communi consensu propter utilitatem publicam imposita, Instrum. Pac. Osnabrug. art. 8 §. 2. atque per Præfectos Circulares sive Duces designata sunt. R. J. de Anno 1641. §. setzen solchem nach 22. Capitul. Ferdin. 3. art. 29. Secus si res habet in Metatis inordinatis, h. e. quæ non secundum præscriptum modum imponuntur, neque ad communem Imperii defensionem collimant, ad quæ Status Imperii non obstrictos esse, constat ex Capitul. Leopold. artic. wir gereden/ und versprechen auch 16. verb. Da auch von uns 2c. usque ad finem.

XXVII. Consideravimus hactenus subditos, ut universos, nunc eosdem, ut singulos, contemplabimur, quatenus nimirum domus cujusvis Metatorum præstationi obnoxiæ sunt. Et quidem quod à quocunque patrimonium habente Metatorum Militarium onus patienter subeundum sit, jubet Christiana charitas, manifestaque jura evincunt. Illa enim vult, ut proportionalis & exacta æqualitas, eine billichmässige durchgehende Gleichheit ab omnibus servetur, ne quis propter alium gravetur, damnoq; afficiatur. l. 2. §. 16. ff. ne quid in loc. publ. l. 5. C. de annon & tribut. Lib. 10. t. 4. C. quem. civil. mun. indic. lib. 10. ubi ex eadem ratione & Officiales & Consiliarii muneribus subjiciuntur. Hinc non sustinemus, inquit Imperator Nov. 43. c. 1. aliorum onus ad alios deferri, quod sanè contingeret, si nonnulli eximerentur, quidam verò, iique humiliores, onerarentur, contra l. 12. ff. ad SCt. Trebell. & l. 6. §. 2. ff. de jur. dot. Hæc verò expressè volunt, ut patrimonialibus, in specie verò hospitis recipiendi oneri, nemo, cujuscunque etiam privilegii, aut exemptioris prætextu, se subducat: l. 1. C. de indict. l. 10. C. de annon & tribut. l. 8. C. de fund. patrim. l. 2. C. de muner. patrim. l. 10. in pr. ff. de vacat. & excus. muner. ibiq; Dd. communiter, Gail. 2. obs. 52. n. 12. & si quis contra has sanctiones onus sibi impositum ad vicini ædes devolvat, exemptione tali excidat, aliâque etiam pœnâ afficiatur. l. 9. C. de

Metat.

Metat. & Epidem. Mund. de muner. & honor. c. 2. n. 47 & seq. ibique *alleg. Antibol. de Muner. Jul. Ferrett. de gabell. & vectig. Thom. de collect. Carol. Tapia* aliive plures.

XXVIII. Unde vulgares hîc cessant excusationes, adeò, ut nec senectus, nec numerus liberorum *l. 6. §. 1. ff. de muner. & honor. l. 5. C. de muner. patr.* nec minorennis ætas, aut sexus *l. 7. & l. 9. C. eod.* nec aliud privilegium excuset, propter text. express. *in l. 3. C. eod.* Præterea *Metatis* quandoque (1.) subjacent prædia Ecclesiastica, per text. clariss. *in l. 11. C. de SS. Eccles. ibiq. Dn. Brunnem.* qui exinde colligit, quod Ecclesia immunis non sit ab his, quæ respiciant publicam utilitatem, sicque etiam contribuere debeat ad excubias Civitatum. Multa quidem hîc ex Jure Civil. & Canon. obstant, quæ *Dn. Tabor p. 2. c. 3. th. 8.* proponit; Verùm illa facilè dissolvi poterunt, si distinctio inter Personas & res Ecclesiasticas adhibeatur. De Personis in seq. acturi sumus. Res iterùm sunt vel ædes Divino cultui sacratæ, ut templa, monasteria, aliave pia loca atque hæ ab omni onere liberantur. *l. 35. C. de Episc. & Cler.* vel etiam Ecclesiasticæ, sive ad Ecclesiarum possessiones pertinentes *l. 11. C. de SS. Eccles.* Hæ licet generaliori exemptione aliàs gaudeant. *l. 1. & l. 2. C. de Episc. & Cler.* tamen exceptus est casus necessitatis, quô etiam Metatorum onera sufferre debent *Gilken. ad d. l 11. C de SS. Eccles. Laur. Ohm de jur. Episc. thes. 17. Lit. S. Hostiens. de immun Eccles. n. 7. Dn. Brunnem. ad l. 5. C. de SS. Eccles.* ubi addit, quòd in casu necessitatis, etiam Clerici hospites recipere teneantur.

XXIX. Consimili modô (2.) *Metatorum* munus per *l. 10. C. de Met. & Epid.* subire coguntur, qui, ut loquitur *d. l. 10. illustres dignitates honorarias quascunque sine actu impetrarunt*, h. e. sine functione reali, ut nudô titulô absque functione fruerentur. Hoc assertum, si quis ad moderni temporis usum referre velit, dicere poterit, neque Consiliariis, Secretariis, Archiatris, aut Camerariis codicillaribus hanc immunitatem competere, nisi actuali officio Principi inservierint, & honestam dimissionem obtinuerint, ut tradit *Dn. Tabor. p. 2 c. 3. n. 11.* Honorariis quoque Militibus (3.) excusandi licentia adimitur. vid. *l. 9. C. de Metat. & Epid.* cujus rei ratio colligi potest ex *l 4. C. de Legation. Lib. 10.* Neque etiam (4.) Nobilium ædes, quas in Civitatibus hæreditatis, emtionis aut alio titulô possident, ab hisce Metatis immunitatem merentur, quod ex *Nov. 15. c. 6.* manifestè patet, in quâ dicit Imperator: *convenire unum-*

unumquemque Nobilium, semper functionem agere Civitatum, quas inhabitat. Quæ verba Imperatoris de oneribus personalibus, quæ tamen longè graviora sunt, loquentia multo magis ad onera patrimonialia referri possunt. *Tiraquell. de Nobil. c. 20. n. 165.*

XXX. Denique (5.) nihil interest, an in Civitate domicilium constituerint, an verò forenses sint, ædes tamen in Civitate acquisiverint. Negat quidem *Anton. Fab. in Cod. Lib. 9. Tit. 29. def. 9.* forenses Metatorum oneri obstrictos esse; Rectius tamen eorundem præstationi propter res in territoriô quodam sitas, & illos subjacere, asseri posse putamus per *l. 6. §. 4. ff. de muner. & honor. l. 2. & 5. C. de mun. patrim.* perinde, ut ad pensitationes annuas, aliaque onera, ratione loci & territorii præstanda adstringuntur. Quamvis enim anceps controversia sit, an forenses collectari possint? quam, utpote à scopô nostrô alienam hâc vice non discutiemus: attamen hoc certissimum est, quod & forenses collectas declinare nequeant, si nominis soli, sive possessionis imponantur, atque tuitionem Reipublicæ aliaque ingruentia pericula avertenda, sicque defensionem quoque bonorum forensium concernant. *Rosenthal. de feud. c. 5. conclus. 51. n. 2. Petr. Gilken. ad Authent. Quas actiones C. de S. S. Eccles. c. 10. n. 15. Grev. ad Gail. Lib. 2. concl. 52. n. 15. ibiq; alleg. Bocer. atq; Sixtin. de Regal.* quod sanè ad nostra commodè spectabit Metata. Consentit. *Dn. Tabor de Metat. p. 2. c. 3. n. 15.* Hisce ampliationibus jam regula nostra, quemlibet Civem hoc patrimoniale Metatorum Militarium onus subire debere, nisallor, sufficienter confirmata est.

XXXI. Et hæc quidem in personis absolutè consideratis obtinent. Quia tamen inter locatorem & conductorom de onere militaris hospitationis sustinendo sæpius controversiæ exoriuntur, ideoque in comparatione nunc quæritur: An locator, an verò conductor *Metata nostra Militaria* ferre cogatur? Primò omnium in hâc controversiâ inspiciendum, quid conventum fuerit: conventio siquidem legem contractibus dat, *l. 23. l. 34. ff. de R. I.* Si hoc non appareat, quid in regione constitutum, vel alias consuetum est, spectandum venit: ubi & hoc deficit, demum secundum jus commune facienda erit decisio, *d. l. 34. ff. de R. I.* Circa quam refert, utrum miles, dum transit loca, in iis pro quiete temporariâ, veluti in diversoriô hospitium ad unum vel alterum diem capiat, an verò publicâ impositione Metata indicantur. Priori casu, si scilicet transeunte exercitu vel copiis particularibus inopina-

opinatò hospitium militibus præstandum, atque nonnihil sumtuum faciendum sit, onus conductoris est, qui hoc damnum, modò sumtus immoderati non sint, tanquam infortunium æquô animô ferre debet, *per l. 15. § 2. & l. 25. §. 6. ff. locat. ibique Dn. Brunnemann. Vid. Frantzk. ad ff. Tit. locat. thes. 173.* Transitus enim Militis & inde orta damna casibus fortuitis annumerantur, *Anton. Fab. in Cod. Lib. 9. tit. 29. def. 9. Dn. Mev. p. 2. Dec 90. n. 4.*

XXXII. Posteriori casu, si scil. publicâ authoritate, & ordinariâ ratione *Metata* distribuantur, quod fit, cum Stativa aliquem tractum temporis habent, communiter quidem Dd. hospitaturæ onus locatori adscribunt; Hæc assertio tamen indistinctè probanda non est. Nudam siquidem hospitaturam, seu præbitionem domus, solus conductor, nisi in elocatione vel inhabitatione plane impediatur, præstabit, arg. *l. 2. C. de Metat. & Epidem.* Unde & *Dn. Tabor de Metat. p. 2. c. 3. th. 18. Metata*, quæ Jure publicô, sine sumtu præstanda veniunt, ad onus conductoris refert. Atque hanc sententiam *Dn. Hahn. ad Wesenbec. tit. loc. cond. n. 16. sub fin. per Responsum Facult. Jurid. Helmstad.* confirmat. Sumtus verò Metatorios sine dubiô præstabit locator, ut conductor eorundem refusionem actione conducti repetere, vel eosdem de mercede deducere possit, quia locator mercedem accipiens in effectu fructus rei locatæ percipere censetur, *l. 36. & l. 19. ff. de usur.* ut vel ideò detractionem pensionis meritò patiatur. Atque hanc sententiam, tanquam æquitati conformem, tuentur *Dn. Carpz. p. 2. Const. 37. def. 15. Frantzk. ad Pand. tit. locat. num. 174. Dn. Tabor de Metat. d. c. 3. thes. 19. Dn. Lauterbach. ad part. 3. Pandect. tit. loc. cond. §. 2. th. 20.* aliive plures, Ab eadem tamen, propter varias rationes pro locatore adductas recedit *Dn. Mev. in tract. de Pensionariis* (von Grundherren) *quæst. 4. n. 38. & seq.* præcipuè *n. 62. & seq.* Unde *p. 2. Decis. 90.* concludit, quod Metata fundis, vel illorum intuitu imposita, fundi quidem Dominum, ut onus reale onerent: sin verò, ut inhabitatoribus terræ indicantur, conductorem, ut incolam, sequantur: denique si non appareat, quô intuitu facta sit indictio, commune utriusque onus esse debeant; in cujus asserti veritatem B. L. perlustrando rationes, *à Dn. Mev. cit. tract. alleg.* ipse inquirere poterit.

XXXIII. Sed quæritur porrò: Si alicui ususfructus in ædibus aliisve rebus sit relictus, ad quem onus *Metatorum* spectet? Sanè quia

ad

ad usufructuarium omnia commoda & emolumenta fructuum pertinent. *l. 66. §. 6. de Legat. 2.* oneri quoque Metatorum se haud subtrahere poterit, partim quia hospitium ab hospitante, prout ex thes. antecedenti patet debetur, partim etiam, quia usufructuarius ad solutionem omnium tributorum, aliorumve onerum præstationem obstrictus est, *per l. 7. §. 2. ff. de usufr. l. 13. ff. de impens. in rem dot fact. l. 28. ff. de us. & usufr. legat.* partim denique, quia expressa juris dispositio ipsum ad Metata obstringit *in l. 27. §. 3. ff. de usufr. Vid. Dn. Brunnemann. ad d. l. 27. Dn. Struv. Exerc. 12. thes. 24. & Klock de Contrib. c. 11. n. 119.* Idem quoque ad viduam, dotalitium tanquam fructuaria possidentem, extendi potest *per l. 28. de us. & usufr. legat.* & tradita *Berlich. p. 2. Conclus. 50. n. 71.* Quanquam hæc assertio limitationem recipiat in sumtibus immodicis, ipsos fructus exuberantibus. *Klock. de Contrib. c. 11. n. 115. & seq. Dn. Struv. d. l.*

XXXIV. Personæ, quibus hæc nostra *Metata* debentur, sunt *Milites*, eorumque Præfecti ac Duces per *l. 6. §. 5. ff. de Offic. Præsid. l. ult. C. de Profess. & Med.* Nec tamen omnes exigere possunt, excluduntur namque vagi, dimissi, atque à militiâ abeuntes *Petr. Gregor. Tholosan. 19. Syntagm. jur. univers. c. 8. circ. fin.* Neque etiam omnibus Militibus, ipso licet actu servientibus, debentur, sed illis tantum, quibus à Superioribus adsignata sunt; Quapropter & supernumerariis, andern zugeschlagenen Gesindlich/ licitè denegari possunt. Habent quoque equites quoad *Metata* non exiguam prærogativam præ peditibus, tàm in urbe, quam in provinciis, ut commodiore pabuli fruantur ratione, prout hoc ex LL. Militaribus passim, & nominatim ex Constitutione *Maxim. II.* patet, quæ vocatur Articuls-Brieff/ *art. 51. in verb.* Wo Reysige und Fußknecht bey einander in einem Lager liegen würden/ sollen die Knecht ziemlicher massen weichen/ damit die Reysige ihre Pferd unterbringen mögen. *Vid. Dn. Tabor de Metat. p. 2. c. 4. n. 4.*

XXXV. Consideratis personis, ordo nos ad *objectum Metatorum Militarium* discutiendum deducit. Extremò igitur, quod ajunt, digitò demonstrabimus, quid eorundem nomine præstandum veniat; Id autem, paucis, ut omnia comprehendamus, *sunt nuda hospitia* sive ædificia, circa quæ ulterius præsupponendum est, quod Metata in urbibus potius, quàm ruri constiuenda sint. Quamvis enim posterius suadere videatur commoditas annonæ: non desunt tamen rationes

prægnantiores pro priori sententiâ. Facilius enim Milites intra muros urbium contineri eorumque insolentia coerceri poterit, quàm si in pagis *Metata* constituantur, quæ licet non diuturna sint, rusticis tamen infausta existunt, qui à Militum petulantiâ minus tuti sunt, atque per eorum insolentiam in culturâ agrorum suorum, non sine communis salutis dispendiô, impediuntur. Accedit ipsa securitas Militum, quæ tempore belli per *Metata urbica* magis promovetur quando enim per pagos distributi sunt, gravius ipsis semper imminet periculum ab excursionibus hostilibus. *Vid. l. 2. verb. in qualibet vel nos ipsi urbe fuerimus, vel in quâ hi, qui nobis militant, commorentur & d. l. 5. pr. C de Metat. Perez. ad Cod. eod. tit. n. 4.* Sed cum hospitatione in urbibus institutâ inhabitatores pagorum non exiguam sentiant commoditatem, æquitas sanè suadet, ut adjuvent cives, & procurent commeatum, aliaque necessaria, id quod apud Romanos quoque obtinuit, prout colligi potest *ex l. 27. §. 3. ff. de usufr.* Patitur tamen hæc assertio, de *Metata* in urbibus recipiendis, limitationem in illis Imperii Civitatibus Liberis, quas, die ausschreibende Reichs-Städte vocamus, ut & in Residentiis Principum: Has namque Constitutiones Imperii ab onere recipiendi milites liberas pronunciant, modo *Metata* in pagis recipiant, vel etiam pro ratâ sumtus Metatorios refundant, id quod videre licet *ex R. I Ratisbon. de Anno 1641.* §. Hierinn lassen wir es / 28. Imò hodie Metata tùm in urbibus, tùm etiam in pagis pro necessitatis ratione equitibus præcipuè adsignari, experientia luculenta quidem, sed luctuosa demonstrat.

XXXVI. Non indistinctè tamen in omnibus urbis locis militibus hospitia concedenda sunt, sed prius loca publica, e. gr. turres in muris, non quidem in superioribus contignationibus, metu forsan proditionis, sed juxta solum in pedeplanis, ut loquuntur *Imperator. in l. 7. C. de Metat.* Germ. in denen Rondelen und Basteyen / huic rei destinanda veniunt. *Paul. Christin. Vol. 5. Decis. 143. n. 12.* Quem morem Wallensteinium quandoque observâsse, testatur *Dn. Tabor. de Metat. p. 1. c. 8. th. 11.* Porrò in suburbia potius sunt collocandi milites, quam intra pomœria, neque ibidem in omnes domus, sed si sufficiant diversoria publica, illa præ privatorum ædibus *Metatis* sunt gravanda, quâ de re infra. In ipsis denique ædibus privatorum moderatio hæc adhibenda est, ut domus in tres distribuatur partes, & prima, quam elegerit,

gerit, Domino ædium relinquatur, cujus rei æquitatem deducit *Dn. Tabor de Metat. p. 2. c. 5. §. 5.* Secunda, quam elegerit, militi, nisi illustris sit persona, quæ dimidiam domus partem occupat, & tertia Domino serviat per *l. 2. C. de Metat.* quæ tamen per *Nov. 130. c. 9.* certô modô est restricta; Ibi namque principaliores ædium partes, Germ. die vornemsten Gemächer / Dominis, vel inquilinis reservantur. *Vid. Ritterh. ad Novell. p. 14. c. ult. n. 11. Matth. de Afflict. ad c. 1. verb. & extraordinaria, quæ sint Regalia. n. 10. Petr. Gregor. Tholos. 19. Syntagm. c. 8. n. 4. Paul. Christin. Vol. 5. Decis. 143. n. 12. Dn. Brunnem. ad tit. C. de Metat.* Excipiuntur in d. l. 2. Ergasteria, quæ quieta & liberia esse debent. Per ea non tabernæ solum Mercatorum, sed & officinæ opificum denotantur. *Christin. d. Dec. 143. Calvin. in Lexic. Jurid. advoc. Ergasterium Gothofr. ad l. 26. §. 1. C. de usur.* Inde tamen *Marant. in Spec. aur. p. 4. dist. 9. n. 123.* malè concludit, domus mercatorum ab hospitaturâ Militum exemtas esse, cum *d. l. 2.* non dotas Mercatorum ædes, sed tabernas solummodo extra casum necessitatis excipiat. Quod si tamen hospiti stabulum deficiat, etiam in hujusmodi ergasteria militi equos introducere permittitur, si modò sine magno Domini incommodô id fieri possit, & domus qualitas id patiatur. *Petr. Greg. Tholos. 19. Syntagm. c. 8. n. 4.*

XXXVII. Milites itaque præter hospitaturam, de Jure Civili, (1.) Salgami gratiâ, sive in locum Salgami, ut explicat *Dn. Tabor p. 2. c. 5. th. 9.* culcitras, lignum aut oleum hospitibus suis nec extorquere, nec etiam à volentibus accipere possunt. *l. un. C. de Salg. hospit. non præstand. ibiq. Perez. n. 1. & Dn. Brunnem. Christin. vol. 5. dec. 144. n. 2.* Hujus vocabuli appellatio unde nata sit, nec Grammatici, nec JCti satis explicarunt. Ejusdem nomine *Cujac.* herbas conditas; *Pancirol.* verò herbas, quæ sale condiuntur, ut olea, cappares, ac similia significari existimant. Plerique vocis hujus vim explicant, quod à veteribus Salgama appellata sint, quæcunque in vasis condita ad victum servantur, ut oleum, sal, butyrum, piper, esculenta & condimenta; Addunt ea, quæ quotidiano usui inserviunt, veluti ligna. *Petr. Gregor. Tholos. Lib. 15. Syntagm. c. 23. n. 2. Gothofr. in Not. ad Rubr. C. de Salgam. hospit. non præst. Calvin. in Lex. ad voc. Salgam. Christin. cit. dec. n. 1. Perez. ac Dn. Brunnemann. ad C. eod. tit.* aliive plures.

XXXVIII. Non desunt quidem Dd. qui nonnihil Militibus permittunt, ipsisque viliores nonnullas res, & salgama rustica, ut rapas,

poma aliaque à Provincialibus exigere atque accipere conceduntur, proptereà, quòd minimi pretii sint, quæ nullum vel exiguum gravamen afferunt. *Petr. Gregor. Tholos. 19. Synt. c. 8. num. 6. & Christin. Vol. 5. Decis. 144.* Verùm, præter rationes adductas, apertè generalitas *l. un. C. de Salgam. hospit. non præst.* reclamat, ne levi occasione arrepta milites exactionis illius usum in abusum convertant. *Vid. Perez. ad C. tit. de Salgam. &c. n. 2.* (2) Prohibentur exigere cœnatica per *l. 3. C. de erog. milit. annon.* Invenit namque Militum avaritia novum genus annonæ, à cœnâ cœnaticum dictum, quod prohibitum in *d. l. 3. Vid. Dn. Brunnemann. ad tit. C. de erog. milit. annon.* qui asserit, Dd. ex hoc text. colligere, quod præbitiones cœnarum, prandiorumque, quas Domini à subditis postulant in itineribus, nisi eadem propter commodum subditorum suscipiantur, contrarientur juri communi. *Dn. Brunnemann. ibid. alleg. Klock.* Per cœnatica *Cujac.* intelligit pecuniam, à Militibus pro cœnâ exactam, Germ. Eine Abend-Zehr oder Reuter-Zehrung. *Dn. Tabor* verò *de Metat. p. 2. c. 6. th. 10.* res minusculas, quæ ad cœnam instruendam spectant, ut acetum, oleum, mel &c. propter *l. 3. §. 1. ff. de pen. legat.* (3.) vetatur *in l. 6. C. de Metat.* infausta hospitalitatis præbitio, quæ verba juxta *Gothofred.* quidem *in Not. ad d. l.* exhibitionem meretricum innuunt: rectius tamen *à Dn. Tabor l. c. atque Dn. Brunnem. ad C. de Met.* ad omnia turpia atque illicita extenduntur.

XXXIX. (4.) Quoque militibus est interdictum ab hospite balneum exigere. *d. l. 6.* quia non tantùm sumtus requirit, eosque non exiguos; sed etiam servitia non adeò honesta postulat in congerenda & calefacienda aqua, succendendis ambulis, fricando corpore. *Rosin. 1. Antiq. Roman. cap. 14.* Publica verò expensis publicis constructa, iisdem, perinde ut aliis omnibus, patent, adeò ut in casu quoque exclusionis actionem injuriarum habeant, *per l. 2. §. 9. ne quid in loc. public.* Quod verò balneorum fiat mentio in specie, sine dubio ex rationibus, quas adducit *Dn. Tabor de Metat. p. 2. c. 6. thes. 11.* profluxit *Jung. Rosin. d. cap. 14. Pancirol. 1. var. lect. 52.* Aliàs Romani tribus lavacrororum generibus utebantur: (1.) in fluminibus publicis quæ procul à hominum aspectu in inferioribus partibus fluviorum peragebantur. (2.) in balneis publicis, & (3.) in privatis, de quibus vid. *Perez. ad C. n. rei militaris comit. &c. & Rosin. d. l.* Quod verò de prohibitione balneorum *in d. l. 6.* generaliter proponitur, *in l. un. C. ne rei militar.*

litar. Comit. vel tribun. lavacr. &c. certô modô restringitur. Perez. d. l. Dn. Brunnem. ad eund. tit. Ne rei milit. &c. Denique etiam (5.) milites species exoticas in regione non inventas exigere nequeunt, sed iis contenti esse jubentur, quæ in unoquoque regionis loco comparari possunt. Nov. 130. cap. 2. quas regulariter propriis sumtibus comparare debent. c. militares. caus. 23. q. 1. Vid. Petr. Gregor. Thol. 19. Synt. c. 12. num. 16.

XL. Atque hæc quidem de Jure Civili obtinent. Quod si tamen militi, qui pro Principis & Patriæ salute sanguinem profundit, stipendia ex publico solvi, aut agmina militaria aliunde sustentari nequeant, Provinciales quoque, quorum causa bellum geritur, ad victum suppeditandum tenentur, teste Perez. ad C. de erog. milit. annon. num. 12. ubi ex Moralistis restrictionem addit. Consimili modô miles victum licitè à Provincialibus exigere potest, si talis vigeat consuetudo, arg. l. 32. §. 6. ff. de administ. atque peric. tut. Perez. ad C. tit. de Salg. hospit. non præstand. n. 3. atque hæc consuetudo hodiè præprimis recepta atque approbata est. Hinc & cum simplici hospitatione mores hodierni militibus præter habitationem (Germanicè Obdach) exigere permittunt servitia nonnulla, vocata Gallis Les services. quò nomine, ligna, candelæ, sal, acetum & lectus comprehenduntur, Holtz/ Liecht/ Saltz/ Essig und Lägerstätt. Perez. ad C. d. l. n. 3. Imò Metata cum Provisione hodiè ut plurimum connexa sunt, ut præter hospitationem erogationem quoque in cibum, ac pabulum equorum, sicque juxta Germanicum idioma: Obdach/ Mund-Portion, Servicè, Stroh/glatt- und rauh Futter contineant. Quantitas hujus Provisionis pro diverso tempore diversa est. Quænam quoad moderna Metata in Circulo Franconico inter Commissarium Cæsareum & Circuli Franconici Status determinata sit, exhibet die Käiserliche Verpflegungs-Ordinantz/ quæ nuperrimè typis promulgata est, atque sine dubio in omnium manibus extat. Sicque Militia Veterum Romanorum multis modis nostrâ modernâ subditis tolerabilior extitit.

XLI. Objectum jam excipit modus in distributione Metatorum Militarium observandus, circa quem notandum, quod Magistratus Metata distribuens sit vel civilis, vel militaris. Ad priorem præcipuè pertinet Episcopus, cui pristinis temporibus hujus rei cura commissa fuit, ut dissertis verbis innuit l. 26. §. fin. C. de Episcop. audient. Quamvis enim

enim hoc officium non adeò videatur convenire cum functione episcopali, quæ nequaquam secularibus negotiis implicanda est *cap. sed ne procurationes 4. & t. t. X. ne Cleric. vel Monach. secular. negot. &c.* Videmus tamen *in d. l. 26. §. fin.* Episcopis hoc munus expresse imponi, fortè ex eô fundamento, quod adducit *Dn. Tabor de Metat. p. 2. c. 2. §. 6. Vid. eundem cit. loc. §. 4. 5. 6. & 7.* ubi allegatam *l. 26. §. ult. C. de Episcop. Audient.* egregiè explicat. Prætereà officium distribuendi *Metata* apud Romanos spectabat ad Præfectum Prætorio, Præsidem Provinciæ, Magistratusque Municipales. Et quidem quod Præfectum Prætorio attinet, res clara est ex inscriptione *l. 1. C. de quibus muner. vel præstat. nem. se lic. excus.* similiter de Præside Provinciæ habemus textum satis manifestum *in l. 3. §. 15. ff. de muner. & honor.* ubi Præsidis officio adscribitur providere in Provinciis, ut munera in civitatibus æqualiter distribuantur. In municipiis verò cura hæc Defensoribus civitatum, Curatoribus Reipublicæ, Decurionibus & Duumviris erat demandata, quod per varios textus confirmat *Dn. Tabor de Metat. d. part. 2. cap. 2. thes. 9.*

XLII. Militares Magistratus, ad quos officium hoc spectat, generali nomine vocantur *Metatores. l. C. de Met.* hodiè dicuntur Mareschalli hospitiorum atque Forreri sive Fourrerii. *Brisson. de V. S. lib. 11.* In quorum nominum originem inquirunt *Petr. Greg. Tholos. 19. Synt. cap. 8. n. 2. Et Besold. in Thesaur. Pract. ad vocabulum* Marschall / aliàs Quartiermeister appellantur. Hique vel sunt *supremi Metatores*, die General Quartiermeister / quorum officium est destinare *Metata* toti exercitui. *l. 5. C. h. t.* Vel *etiam ab his delegati.* Cum enim supremus Metator omnia solus peragere nequeat, habet sub se alios *Metatores*, qui ipsi in actuali distributione & assignatione *Metatorum* inserviunt. Hique sunt vel *Metatores singulorum regiminum*, vulgò Regiments-Quartiermeister vel etiam *singularum cohortium*, Germ. Quartiermeister von einer jeden Compagnie sive Fourrirer. Hi magistratus in *Metatis* distribuendis ita concurrunt, ut ad Magistratus Civiles destinatio & deputatio cujuscunque loci *l. 1. C. de Metat.* ad Magistratus autem Militares, distributio actualis & assignatio spectet. Prius enim Magistratus cujuscunque loci ad Superioris impositionem *Metata* inter subditos distribuit: postmodum adveniente milite Metator receptas à Magistratu loci vel etiam à supremis hospitiorum præfectis, von denen Quartier-

tierherren/ *schedulas metatorias*, quas vulgò Fourrier-Zettul/ oder Pollettten vocamus, de quibus *Besold. in Thesaur. Pract. sub vocabulum* Bollet/ delegatis suis tradit, ut singulis militibus hospitia adsignent, quod Jure Civili per adscriptionem nominis in foribus domus peragebatur. Hanc si quis delevit, pœnâ falsi tenebatur, per *l. 1. C. de Met. ibique Dn. Brunnem.* Cavendum autem omninò, ne Metatores in peragendo officio insolentius se gerant, aut res quasdam ædium contrectent. *l. 9. C. de Metat.* Neve etiam ad extorquendam pecuniam concussione utantur, *d. l. 9.* hoc enim si fecerint, præstatione dupli cum exilio mulctantur. *Nov. 130. cap. 6.* In Gallia verò furcâ suspenduntur, teste *Pet. Gregor. Tholos. 19. Synt. c. 8. n. 11. Christin. vol. 5. dec. 143. n. 9. & 19.*

XLIII. Modus imponendi *Metata* in nostro Romano-Germanico Imperio generalis ex *Capitul. Leopold. art. 13. & art. 16. sub fin.* patet, per quæ verba Gloriosissimus noster Imperator *ad Constit. Imperii, Instrum. Pac. & R. I. de Anno 1570.* se obstringit. Unde si miles ad alterius utilitatem in Imperio conscribatur, Statuum incolumitati in *R. I. Spirens. de Anno 1570.* satis prospectum, cautionisq; formula proposita est, secundum quam conquisitores militum, Germ. die Werber/ Duci Circuli ejusque Adjunctis indemnitatem promittere debent. *cit. R. I.* §. Dieweil dann 7. usque ad §. im Fall dann 14. quorsum B. L. remittimus, Quod si verò miles in utilitatem Imperii alatur, præter omnium Statuum consensum, quem *Pacif. Osnabrug. art. 8.* §. 2. præsupponit, ad impositionem *Metatorum* (1.) requiritur, ut eandem salus atque necessitas Reipubl. exigat. *Ord. Cam. p. 2. tit. 15. in verb.* oder wissenden und betrangten redlichen Ursachen einen Zug zuführen habe. *Capitul. Ferdinand III. art. 29.* (2.) res maturè Præfectis Circulorum, inprimis verò Statibus, quos necessitas præcipuè Metatis gravat, communicanda est, ut scire possint, quot copiæ in Circulô vel in territoriô per Metata distribuendæ, ac sustentandæ sint. *R. I. Ratisb. de Anno 1641.* §. Setzen solchem nach 22. & §. Demnach aber 26. (3.) quoque in ipsâ distributione *Metatorum* æqualitas servanda est per *d. R. I.* §. Wollen wir 25. & quidem *respectu Statuum inter se*, ne scil. Evangelici præ Pontificiis *Metatis* onerentur, partim *respectu hostium & periculorum*, ne quis ex Ordinibus majori militum numerô gravetur, quàm ratio belli hostisque præsentis vel appropinquantis periculum requirit, partim etiam *respectu onerum reliquorum* ut Status *Metatis* præ cæteris onerati in contributio-

Yyy nibus

ultra id, quod debuit quicquam non præstitit, licet recepti præter ordinaria *Metata* aliquid exigant, neque refundant, eô nomine tamen contra Civitatem ejusque Magistratum actionem non habet, quia nullum subest debitum. *l. 5. C. de Pac. convent.* Posteriori casu, ubi Magistratus assignans ulterius quid injunxit, id quod præstitum est, *arg. l. 1. quod juss.* repeti potest, modo impendia (1.) non sint immodica, in quibus voluntas obligandi cessat, *l 30 ff. de oper. libert.* & (2.) hospes tale factum Magistratus, allegans id probet. In dubiô enim Superior non præsumitur voluisse injungere, unde obligetur, propter *l. 99. ff. de V. O. ibiq; Bart. & Dd. Dn. Mev. d. l. Metata* quoque & salgama, sive onera iis annexa non tàm Civitatis, quàm Civium onus sunt, ut solidè deducit *Dn. Mev. d. p. 3. Dec. 162.* Unde jam fluit, quod arg. celeberrimæ L. Rhodiæ de jactu, quæ ad varios extenditur casus. *Vid. Dn. Lauterbach. ad part. 3. Pand. tit. de L. Rhod. de jact. thes. 11. & seq. Dn. Bechmann. ad ff. eod. tit. n. 71.* ii, qui ad sumtus inhospitationis evitandos aufugiunt ex oppidis, aut pagis, aliis ibidem permanentibus ad refusionem, impensarum obstricti sint. *Dn. Hahn ad VVesenbec. tit. de L. Rhod. de jact.* Consimili modo æquitati consentaneum esse videtur, ut subditis, qui ea, inhabitant loca, per quæ vulgò Exercitus duci solet, sicque præ cæteris onus *Metatorum* sentiunt, damna per *Metata* illata ab omnibus ejus ditionis incolis pro ratâ resarciantur, quod cum resolutione dubiorum rectissimè confirmat *Klock. de Contrib. c. 17. n. 260. & multis seqq.* atque ex naturâ Societatis & *arg. d. L. Rhod. cum Perez. ad C. tit. de Metat.* affirmandum esse ducit *Dn. Brunnemann. ad l. un. C. de Salgam. hospit. non præstand.* Facit huc *R. I. de Anno 1555.* §. Und demnach solcher Erkündigung 121. & *R. I. de Anno 1566.* §. So halten wir nit. 70. *Conf. Gail. 2. O. 22. n. 5. & Mynsing. Centur. 3. Observ. 34.*

XLVII. Denique ad modum *Metatorum Militarium* æquabilis hospitiorum usus spectat, qui tùm Domini recipientis, tùm etiam hospitis advenientis officium complectitur. Sicut itaque Dominus ædium, juxta *l. 2. C. de Metat.* militem recipere, insimulque, ne nomen ædibus suis legitimè inscriptum deleatur, prospicere debet: *arg. l. 1. C. eod.* Ita quoque milites in ingressu moderatos se gerere, atque hospitio & partibus à *Metatoribus* sibi assignatis contenti vivere. *Nov. 130. c. 9. Rittershus. ad Nov. p. 14. c. ult. n. 11.* In occupati verò hospitii detentione ita versari debent, ut partim ab omni maleficiô, furto, rapina,

ſtupro, & ſimili; partim etiam ab exactione illicita ſibi temperent, ſive ſint ſuperiores, ſive etiam inferiores. Id quod ſcitè ſane ac belle Imperator Aurelianus, ad Vicarium ſuum reſcribens, hunc in modum expreſſit: *Si vis ſecurus eſſe, imò ſi vis vivere, manus militum contine: Nemo alienã rapiat, ſegetem nemo atterat, nemo pullum rapiat, uvam nemo decerpat, annonâ ſuâ miles ſit contentus, & de prædâ hoſtis, non de lacbrymis provincialium vivat: ſtipendium in baltheo non in popina habeat. Vid. Perez. ad C. de Metat. n. ult.* ubi hæcce egregia Aureliani verba proponit. Plura huc facientia adducit *Dn. Tabor de Met. part. 2. cap. 6. theſ. 14. & 15.* Præcipuè Officialium bellicorum cura eſſe debet, *ut innoxietas atque indemnitas Collatoribus cuſtodiatur. Nov. 130. in præf.* hoc eſt ſevere in crimina militum peccantium animadvertere, & rigoroſi diſciplinæ militaris cuſtodes exiſtere debent; Cujus encomium *vid. apud Valer. Maxim. lib. 2. c. 7. princ.* Et cùm communiter illorum mores imitentur Milites, quorum imperio ſubjecti ſunt, idcircò Magiſtratus militaris id, quod aliis faciendum eſſe præcipit, ipſe quoque obſervabit, illudque, quod in aliis pœnam meretur, omni ſtudiô evitabit, ut hôc laudabili exemplô ad ſimilia facienda invitentur milites; Quare non ſolùm ab omnia exactione, juxta *Nov. 130. c. 4.* ſibi temperare, ſed & à turbatione juriſdictionis, tùm civilis, tùm criminalis, ut & uſu aliorum jurium abſtinere debent. Id namque expreſſis textibus juris *in l. 42. C. de Decur. & l 1. C. de Offic. Magiſtr. milit.* prohibetur. *Conſ. Dn. Tabor de Metat. p. 2. c. 6. th. 7. & ſeq.*

XLVIII. Hactenus deducta effectus *Metatorum Militarium*, quos tum ratione imponentium Superiorum, tum ratione *Metatorum* diſtribuentium, tum etiam ratione hoſpitum & recipientium & receptorum producunt, ſufficienter indicant: Quare ne tædioſa prolixitate ſemel propoſita repetere cogamur, B. L. ad præcedentia *atq; Dn. Tabor de Metat. p 2 c. 7. per tot.* remittimus. Hoc unicum ſummo quaſi digito demonſtrantes, quod Superiores ac Status Imperii noſtri, pro aſſerendo *Metatorum* jure habeant vel remedia petitoria, *arg. l. 8. §. 4. Si ſerv. vindic. l. 6. § ult. Commun. prædior.* Vel etiam poſſeſſoria, *arg. l. 6. § 1. l. 2. §. 2. & 3. ſi ſerv. vind. l. 8. §. 5. eod.* Quibus Jus Inquartandi ritè acquiſitum, vel adverſus ſummorum aut æqualium turbationem, vel etiam adverſus inferiorum detrectationem defendere poſſunt. *Add. in ſimili materia Mag. de Advoc. arm. c. 17.* & in hypotheſi Contributionum *Klock. de Contrib.*

trib. c. 19. Quoad Superioritatem verò ejusque probationem *Knich. de subl. Territ. jur. c. 3.* Consimili modo inferioribus ac subditis *Metatorum* iniquitate gravatis varia dantur remedia juris, tum criminalia, ut judicium Legis Juliæ de vi publicâ. *l. 3. §. 2. l. 10. l. 11. pr. ad L. Jul. de vi publ.* tum civilia, eaque vel petitoria, *arg. l. 8. §. 5. si serv. vindic.* vel possessoria, *arg. l. 2. ne quid in loc. publ. l. 6. §. 1. l. 8. §. 5. si serv. vind.* Nec non mandata de non offendendo, *Gail. 1. de Pac. Publ. c. 2.* In defectu horum contra militem, prædiorum aggressorem, itemque contra *Metatorem*, injuste alicujus prædium accedentem, privatæ ultionis arbitrium & expellendi facultatem habent, quod favore agrorum constitutum esse dicit *Finckelthus. Obs. Pract. 37. n. 48. Vid. Petr. Greg. Tholos. l. 19. Syntagm. c. 8. n. 6. Dn. Struv. de priv. vind. c. 6. aph. 11.* Si quis verò proprio marte milites à se avertere nequeat, juxta præscriptum *Ord. Cam. part. 2. tit. 15.* ad expulsionem auxilium Ducis Circuli des Kreiß-Obristen implorare potest. *Add. Consf. Ren Ord. Cam. part. 2. tit. 16. sub fin. Dn. in summ. Jur. Cam. tit. 7. Rod. 1. P. Cam. tit 7. §. 45.*

XLIX. Progredimur nunc ad Contraria, quæ iterum dupliciter considerari possunt, tùm *ratione imponentium Superiorum*, tùm etiam *ratione recipientium subditorum*. Ratione imponentium, *Metatorum* sive Inquartandi Jus potissimùm per amissionem territorii, proscriptionem sive bannum, Regalium privationem, aliosque modos, quibus Superioritas territorialis tollitur, amittitur, de quibus alibi. Add. in simili *Mager. de advoc. arm. c. 16.* Ex parte Recipientium *Metata Militaria* præcipuè propter duplicem causam, adærationem scil. sive reluitionem pecuniâ factam (Germ. Soldaten- und Quartier-Geld) & immunitatem cessant. Quod *adærationem* concernit, text. quidem *l. ult. C. de Metat.* prohibere videtur, necessitatem hospitis recipiendi pecuniâ redimere; Verùm cum opposita lex extorsionem solùm, non moderatam pretii oblationem, in compensationem *Metatorum* factam, inhibeat, nulla obstabit ratio, quo minus hospes cum eô, cui *Metata* legitimè adsignata sunt, pacisci, sicque datâ pecuniâ se liberare queat, tum propter *l. 9. C. de Metat.* tùm etiam, quod adærationes ejusmodi in aliis quoque Muneribus receptæ *l. 13. & l. 15. C. de erog. milit. annon. Perez. ad C. de Met. n. 8.* atque usu in tantùm approbatæ sunt, ut hôc modô non privati tantum, sed & integra quandoque territoria ab onere *Metatorum* se liberent. Miles tamen, qui pecuniam seu æstimationem pro commoditate diver-

tendi accepit, alium concivem prægravare nequit, sed vel in diversoriô publicô commorari, vel etiam datô pretiô sibi de *Metatis* prospicere debet. *Perez. ad. C. d. t. n. 9.*

L. Altera causa *Metatis Militaribus* contrarians est *immunitas*, per quam provinciæ, urbes, ac habitationes singulorum à necessitate militis recipiendi liberantur. Hæc vel *universalis* est, vel etiam *particularis*, certorum in urbibus ædificiorum. *Universalis* ruris in genere est, propter *l. 5 C. de Metat.* ut & rationes jam supra adductas. *Add. Dn. Brunnemann. ad C. de Metat. Perez. ad C. eod. tit. n. 11.* Immunitas hæc, à Prudentibus rerum moderatoribus recepta, hactenus quidem nonnunquam repetita, & velut ab orco reproducta est, hodiernis tamen temporibus parum attenditur, vel ipsa experientia teste. *Particularis*, aliàs urbica dicta, est certorum in urbibus non exemtis ædificiorum, vel *propter favorem religionis*, vel *propter publicam utilitatem*, vel etiam *propter prærogativam ac dignitatem personæ*. *Religionis* favore excipiuntur *à Metatis Militaribus* loca, in quibus vel pietatis, vel misericordiæ opera exercentur, ut templa, scholæ, aliave asceteria, orphanotrophia, similiaque ædificia. *c. 1. X. de immun. Eccles.* Rationes *ex can. 7. dist. 42. & Clem. 1. de Stat. Monach.* patent, quas fusius deducit *Petr. Greg. de Republ. Add. eundem lib. 15. Syntag. c. 28. n. 39.* Quamvis etiam, perinde ut hæretici, Judæi quoque *Metatis nostris* subjiciantur, attamen ipsorum Synagogæ, quæ vel ex mente Judeorum religionem continent, hospitationi Militum exemtæ sunt, *per l. 4. C. de Jud. & Cælic. ibiq; Dn. Brunnem. Add. Christin. vol. 2. Dec. Bel. 42. n. 6.*

LI. *Utilitatis publicæ* causa immunia sunt (1.) loca judiciis exercendis destinata, ut Prætoria: Præsidum ac Magistratuum, *per l. 3. C. de Metat. ibiq; Dn. Brunnemann.* ut sine tumultu negotia justitiæ peragantur. *Add. text. 2. F. 27. §. si quis 5. sub fin.* (2.) Palatia Principum, *l. un. C. de Palat. & dom. lib. 11.* unde & ejusmodi Palatinis ædibus vela regia præfiguntur, *l. 1. C. ut nem privat tit. præd. suis vel alien.* (3.) Domus Fabricensium, (hoc est, hominum armificatoriis deputatorum uti describuntur *in Nov. 85. c. 1.*) *per l. 4. C. de Metat. ibique Dn. Brunnemann.* Exinde nonnulli fabris quoque, denen Büchsenschäfftern und Hufschmieden/ immunitatem à *Metatis* tribuendam esse censent, quam sententiam tamen *l. 5. §. 12. ff. de jur immun.* coarguit. Imò hodiè nec ipsæ officinæ ferrariæ, ut sunt Schmeltz- und Hammerhütten/ Drath-

und

und Stahlschmieden, quippe quæ privatis plerumque conceduntur, ab oneribus Contributionum indistinctè eximuntur; sed tunc demum, si bonis Cameræ accenseantur. Ex eadem ratione (4.) Molendina publica immunia sunt, *Hering. de jur. mol. q. 27.* Huc referuntur (5.) Balnea publica, quæ adædificia publica spectant, *Vid. Speidel. in voc.* Bader & *Schönborn. 1. Polit. c. 14.* (6.) quoque Salinæ. Licet enim ratione contributionum onera sustineant, propterea tamen horrea sali coquendo & præparando destinata, ut & tuguriola salis coctorum, der Hall-Bursch, *Metatu* propriè subjecta non sunt, cum & hisce ædiculis ratio *l. 6. §. 5. de Offic. Præf.* conveniat. (7.) Quandoque diversoria publica, si scil. eo fine specialiter eximantur, ut advenæ liberiorem commorandi copiam habeant, *Dn. Mev. p. Dec. 63. num. 5.* Ultimo denique & typographiis, Buchdruckereyen, & officinis Medicamentariis, Apothecken, immunitas hæc congruere videtur, ne salus publica in his impediatur. Verùm an hoc ad exemtionem totarum ædium privatarum, in quibus hæ officinæ habentur, extra casum specialis privilegii extendi possit, valdè dubitamus. *Vid. Dn. Tabor de Metat. p. 3. c. 3. art. 2. thes. 8.*

LII. Personæ, quibus ob dignitatem immunitas à *Metatu* debetur, sunt partim *Ecclesiastica*, partim *Scholastica*, partim *Palatina* ac *Militares*. *Ecclesiastica* sunt Clerici, qui exemptione à *Metatu* gaudent, per *l. 1. C. de Episc. & Cler. & c. 1. de immun. Eccles. in 6.* sive sint Clerici Pontificiæ, sive Evangelicæ ac Reformatæ Religionis, per *art. 7. Pacif. Osnabr.* sive ædes Parochiales, die Pfarrhäuser, sive etiam proprias inhabitent, modo defectus commodioris habitationis publicæ eosdem excuset. *Christin. vol. 1. Dec. Belg. 230. n. 1.* *Scholastica* sunt (1.) omnium Facultatum Professores, sive Theologi, sive JCti, sive etiam Medici atque Philosophi sint. *l. 8. C. de Metat. ibiq. Dn. Brunnemann. l. 6. & l. fin. C. de Prof. & Med. Klock. de contrib. c. 17. num. 239.* Poëtæ quidem, juxta *l. 3. C. de Prof. & Med.* ut & Geometræ *arg. l. 22. pr. de Excus.* hac immunitate destituuntur. *Klock. de Contrib. c. 16. num. 64. & seq.* id ipsum tamen non nisi ad eos, qui extra Professionem constituti sunt, pertinet: Reliqui enim, qui in numero eorundem inveniuntur, propter antea *cit. text.* meritò quoque Professorum prærogativis gaudent. (2.) Omnium Facultatum Doctores & Licentiati legitimè promoti. *d. l. 6. C. de Prof. & Med.* Quapropter etiam Dd. actu non legentibus, sed advocando & consulendo Reipubl. inservientibus *Christin. vol. 5.*

Dec.

Dec. 49. n. 21. Mund. *de muner. c. 1. n. 87. & seq.* Advocatis fisci. *l. 5. §. 2. C. de adv. div. jud.* ut & Archiatris *l. 6. l. 11. C. de Prof. & Med.* competit. His denique (3.) annumerantur liberalium artium Magistri & pictores *in l. 8. C. de Metat. Dn. Struv. Ex. ult. th. 74.*

LIII. *Palatinorum nomine* immunitatem merentur illi, qui illustrem dignitatem gerunt per *l. 9. C. de Metat.* In specie verò Consulari & Patritia dignitate præfulgentes *Dn. Brunnem. ad C. de Met. Christin. vol. 5. Dec. 143. n. 16.* Huc pertinent Consiliarii Principum, etiamsi resignarint officia sua, prout judicatum refert *Papon. de Arrest. alleg. à Christin. Vol. 5. Dec. Belg. 46. n. 7. Militiæ* denique gratia præter Militum Præfectos, quibus etiam ob dignitatem immunitas competit. *l. 1. C quib. muner. excus. hi, qui post &c. lib. 10.* à molestia inhospitationis liberantur milites gregarii, sive sint adhuc merentes *l. 3. §. 1 de muner. & honor.* sive etiam veterani, per *l. ult. §. 19. eod.* non obstante *l. 11 ff. de vac. & excus.* Atque hæc immunitas non solum uxoribus, liberis, atque ministris privilegiatarum personarum prodest, sed etiam post mortem earundem ad viduas, imò ad liberos pertinent, ut pluribus argumentis deducunt ac probant *Mund. de muner. & honor. c. 6. num. 597. & seq. Cothman. Respons. Acad. 15. n. 2. & seq.*

LIV. Et hæc quidem de *immunitate* sufficiant, cui coronidis loco hoc unicum addendum erit, quod in nuda antiquis præstari solita hospitatura prædicta absque omni dubio procedant; Quia tamen hodiè *Metatu* quoque adhærent cibaria, ab incolis Militibus transeuntibus præstanda pro quibus ut plurimum Collectæ imponuntur, ideoque an & ab his privilegiatæ personæ, ædes ac bona privata possidentes exemtæ sint? non incommodè disquiritur; Negativam cum *Thessaur.* probat *Klock. de Contrib. c. 17. n. 240. cui Walther. quidem de Metat. alleg. à Dn. Myl. de Princ. & Stat. Imper p. 2. c. 80. n. 4.* in casu extremæ necessitatis; Praxis autem moderna simpliciter adstipulatur. Consimilia tradit *Dn. Brunnem. ad l. 11. ff. de vac. & excus.* ubi exemtas personas sæpius ad præstanda subsidia, Hülff-Quartir/ adstrictas esse dicit.

Tantum! Plura equidem de elegantissimâ hâc *Metatorum* materiâ, præprimis verò de immunitatibus ab iisdem dicenda fuissent, sed ne prolixitatis reus fiam, hic terminus esto; Tuo interim Candori B. L. hoc leve Studiorum meorum specimen commendo, Deoq; ob præstitum auxilium gratias ago, cujus Sanctissimum Nomen, sicuti omnium actionum mearum principium est, & erit, ita & præsentis Discursus sit.

EXER-

EXERCITATIO DECIMA.

De

Aerario militari, von der Krieges Casse.

PARTIS PRIMÆ

SECTIO PRIMA

§. I.

NEque licere Principi, neque Reipubl. conducere, locuples instituere ærarium, sunt qui SS. Scripturæ ut arbitrantur nixi autoritate summopere tueri allaborarunt. Inter Regi præscripta enim, *Deuteron. cap. 17. v. 17. neque argentum aut aurum sibi multiplicabit*, haud infimum dum obtineat locum, re tanquam evidenti, pecuniæ studium, ærariumque abundans cane pejus & angve fugiendum esse inculcant. Cui sententiæ non minus Propheta Zacharias favere creditur, qui inter Rempubl. Tyrum evertendi causas, *quod coacervaverit argentum tanquam pulverem, & aurum ut lutum platearum*, quoque connumerat *Zachariæ 9. v. 3.* Et sane si salus præprimis publica spectanda veniat, ærarii vero augmentum reliquorum sit membrorum diminutio, quæ nimia illa argenti extorsione protinus collabuntur, vel salutis publicæ cura omnino abjicienda vel ærarium remotissime eliminandum, ne dum parti consulimus exitium totius approperemus, præstat siquidem omnium potius, quam unius duntaxat partis habere rationem.

§. II. Verum enim vero, allata hactenus haud valent antevertere, quo minus in contrariam descendam sententiam, cum quotidianæ non placeat sententiæ repugnare, sed ingentibus potius damnis, ob ærarii pecuniam emergentibus, contrarium omnino contestantibus sine mora annuere. In quantum eorum venerer autoritatem, qui subditorum marsupia ærarium decrevere, non est, ut nunc expediam, cum hujus omissa disquisitio institutum nostrum minus sufflaminet. Profecto uno quasi momento, qua in Republ. conservanda exiguntur, cogere & coacervare qui conantur, oleum & operam se perdere, infelicissimo sæpe effectu discere compelluntur, redactis persæpe ad incitas Rebuspubl. ubi vacuo alias ærario cives celeri ejusmodi exactioni resistere, & tributa persolvere recusarunt. In Orientale oculos converte regnum, quod teste *Laonico, Chalcocondyla lib. 8. de rebus Turcicis* non

aliam ob causam pessumiveit, ipse hac de re sequentia, *Cum Albani & Peloponnesiaci, tributum quod imperatum erat pernumerare abnuerent nec Asanes* (Asanes vir erat maxumæ autoritatis) *id ad regem perferre potuit. Tributum autem annuum pendebant duodecim millia aureorum staterum. Quapropter in hunc modum mutuis discordiis attriti Græci paulatim peribant: Nam propalam jactabant Albani & Peloponnesiaci se tributum non exoluturos, nisi inter ipsos regio universa divisa fuisset. Oportebat sane hac cum parum propitia fierent fortuna ipsis exitium afferre & planissime ad nihilum redigere.* Ita Græcorum statum atque vices non injuria plangit, quod in excidium maluerint ruere, quam in publicum conferre necessarium, cum tamen tributis deficientibus Reipubl. nervis *l. 2. §. in causa Pand. de quæstionibus* & ipsa necessario succubuerit, & præda Turcis facta.

§. III. Plus quam par est sunt solliciti, qui Thesaurorum abundantiam, exteros in suam internecionem excitaturam metuunt. Ut egere metuant quam necem sibi consciscere, quo Ægyptii reges eo deducti, ut omnem pecuniam extruendis pyramidibus, oppidis & Nili ripis muniendis decreverint referente *Bodino lib. 6. de Republ. cap. 2. num. 675.* Ut ut vero non omnino sit negligendum, quod obiter tetigisse sufficiat, quod muniendis & ripis & locis impenditur. Manet tamen certissimum, tam facile opibus ærarii exteros propulsari, quam adversus se quidquam moliendum rapi. Quod posterius facile accideret, si tantum divitiæ divitiis cumularentur, si vero debito adhibeantur modo, omnium sine molestia conatui antevertunt, & parum juvat aggredi quem vincere nequimus, cum consultius in ejusmodi arma non convertamus.

§. IV. Et quoniam abusus, ipsius rei usum non tollat, ideo SS. scriptura non videtur huic sententiæ obniti, cum enim Tyrus luxu thesauros perderet, & eorum finem non respiceret, Deus ob luxum, & non ob compositum ærarium minatur ruinam, Et cum argenti coacervatio regis officium neutiquam absolvat, recte Regi præscribitur, ne in colligendis nummis sit totus, ex quo tamen vix licet deducere, Principem prorsus à multiplicandis nummis debere esse alienum. Maxime cum id quod Deus Davidi & Salamoni, cum aliis & promisit & abunde concessit, non videtur improbare, sed ut necessitate urgente, eo tanquam fulcro annitantur, & Rempublicam, ruinam minitantem, fulciant. Hannibale in mœnia tela vibrante, nummos congerere,

rere, est nihil aliud, quam post vulneratam causam remedium quærere, quam vero illud negocium sit periculi plenum maxime si cum fortiori tibi res, irreparabile illatum damnum edocet. Vix necesse est, ut adjiciamus plurimos conatus pessumire, qui præsente ærario succederent felicissimè, de quo & *Aristoteles 2, Polit. cap. 7.* in fine jam suo tempore conquestus est, ideoque arguit Spartanorum Rempublicam. Eademque de causa *licet Maximiliani I. eximiam bonitatem, cum liberalitate conjunctam, Historici passim celebrent, tamen hoc in eo plerique reprehendendum duxerunt, quod sæpe ob penuriam rei pecuniariæ res magnas prosperere incboatas deserere coactus fuerit, ut recenset Herm. Latherus de censu cap. 2. lib. 1. §. 14.*

§. V. Bellum, ut proh dolor multo sanguine, ita & maximis indies crescentibus constat impensis. Non poterit enim Princeps provincias suas & subditos tueri, nisi militum præsidio sit munitus. Quo etiam Justinianus Imperator *princip. præm. Instit.* respexit, dum ait, *Imperatoriam Majestatem non solum armis decoratam sed etiam legibus oportet esse armatam*, ut utrumque tempus & bellorum & pacis recte possit gubernari. Ex quo dicendi genere, dum armis quod legibus tribuendum, & vice versa assignat, necessitatem armorum inferunt. Et addunt vires verba *Taciti, Historiar. 4. cap. 74. num. 2. Neque quies gentium sine armis, neque arma sine stipendiis, neque stipendia sine tributis haberi queunt.* Qui tamen altius forte exclamaret, si in modernum belligerandi genus oculos intenderet: tum enim militiam lectam considerabat, quæ nunc in mercenariam transformata, eo tempore civium quivis cogebatur castra sequi, hodie mercede ad militaria munia obeunda quendam sine ferme discrimine alliciunt, nisi forte urgentissima necessitate in civitatibus obsessis fortean contrarium observetur. Hodie idcirco plurimi, menstrui stipendii potius, quam patriæ amore, arma sumunt, & non tam publicam quam loculorum salutem propugnare videntur.

§. VI. Belligerandi modus quoque longissime à veterum institutis recessit. Arcuum enim, sagittarum, hastarum & ensium usus, de quibus vide *Jul. Cæsarem lib. 8. de bello Gall. Pancirollum & ad eum Salmutium in tractatu de noviter repertis cap. 18. Flavium Vegetium de re militari, una cum Gud. Stevvechii Commentario, Onosandri Strategicum cum notis Nicolai Rigaltii,* non tantos ac immanes, quantos bombardæ, tormenta minora & majora, ut & infinitæ aliæ ignivomæ machinæ sumtus & pe-

cuniæ vim requirunt. Et ne quis obstupescat hodiernam muniendi artem, profundas fossas, duplicatos adversus insultus hostium aggeres & innumera alia silentio involvo. Quæ tamen cuncta, sumtus requisitos maxime augent, eosq; & pacis quoq; tempore necessarios. Primus inter Germanos Carolus Burgundiæ Dux stipendia militibus exsolvit, qui insolenni provinciarum conventu summum demonstravit detrimentũ, *quod in promptu non habeat & in omnem eventum expeditas copias, quod si quingentos tantum habuisset cataphractos ad tuitionem finium, non fuisse regem (Galliæ) denuo facturum bellum, & nisi provideat, imminere sibi suisq; provinciis multa majora incommoda. Quamobrem hortatur & instat, ut stipendia conferant quibus alat octingentos cataphractos. Assenserunt tandem id temporis, eiq; centum & viginti aureorum millia dependebant. Movebat eos exemplum Galliæ, quæ perpetuum alebat equitatum.* Et paulo post. *Hæc de qua diximus contributa pecunia summa crevit deinde ad quingenta millia, crevit etiam numerus equitum,* quemadmodum habet *Philipp. Cominæus* non inelegans scriptor Gallicus in *Commentar. lib. 4.* Hunc Carolum secuti alii Principes, ut demum in consuetudinem abierit, & Principes copias suas subditorum tributis tanquam stipendiis alant.

§. VII. Inveteratam & maxime diuturnam tributorum & ærariorum consuetudinem affirmaverim, vid. *Klock. de contributionib. cap. 1. n. 11. Heigium part. prior. q. 17. n. 2.* In *Genesi* legimus Abrahamum multum auri & argenti possedisse, & ibidem *c. 47. v. 24.* Regibus Ægypti quinta fructum pars ab eorum subditis est præstita. *E. frugibus dabitis quintam partem ipsi Pharao, quatuor autem partes erunt vobis pro semente agri, & pro cibo vestro.* Nec non *Exod. 1. vers. 11. Ædificavit urbes Thesaurorum Pharao Pithon & Raemses.* Haud paulo post penes ipsum Dei populum collectas cepisse cernimus. Samuel enim Judex & Propheta, cum Jus regium Israelitis explicat, inter alia refert, *ipsorum opes decimis subjectas fore 1. Sam. 8. v. 11. & seqq.* Et sapientissimus regum Salomon, tantas opes & auri atque argenti copiam collegit, ut *argentum tanquam lapides æstimatum fuerit, 1. Reg. 10. v. 27.* Nec minus Hiskias ingentem possedit thesaurum. *2. Chron. 32. v. 27.*

§. VIII. Quemadmodum vero ærarii consuetudo primis ferme temporibus cepit, sic quoque illa non tanta in una quadam Republ. sed si profana spectemus exempla in qualibet observata, cum sane mihi persvaserim, nullam Rempubl. extitisse nec vigere posse, sine ejusmodi

ærario

ærario. Si enim belli tempora, de quibus & in ocio est cogitandum, reliquis omnibus posthabitis consideremus accuratius, nihil magis ad Rempubl. necessarium esse reperimus. Rem placet uno vel altero exemplo illustrare. Et quidem Persas Regibus suis dona semper obtulisse adeo largiter, ut & belli tempore exhauriri non poterint, confirmant quæ de Alexandro Magno refert *Q. Curtius lib. 5. c. 2. quod incredibilem ex thesauris Persarum summam pecuniæ gesserit, quinquaginta millia talentum argenti non signati forma sed rudi pondere. Multi Reges tantas opes longa ætate cumulaverant, liberis posterisq́, ut arbitrabantur, quas una hora in externi regis manus intulit.* Ut & *Justinus lib. 11. cap. 14.* quod idem Alexander in urbe Susa *quadraginta millia talentum invenerit*, & paulo post *lib. 12. cap. 1.* scribitur quod *pecunia omnis centum nonaginta millia talentum Ecbatana congesta, eique Parmenio præpositus.* Et hoc modo ex collectis Persarum thesauris locuples ærarium militare Alexander Macedo laudabiliter constituit.

§. IX. Græcas non minus Respubl. æraria possedisse, constat non minus ex memorati autoris *lib. 3. cap. 6.* ubi inquit: *Athenienses pecuniam, quæ erat in stipendium Persici belli ab universa Græcia collata, à Delo Athenas transtulisse.*

§. X. Præ cœteris Rebusp. maximam ærarii curam instituit Resp. Romana, illudque & pacis & belli tempore auxit, quod egregie confirmat *Florus lib. 3. c. 9.* dum ita loquitur, *Portius Cato Cyprias opes liburnis per Tyberi num ostium invexit, quæ res latius ærarium populi Romani quam ullus triumphus implevit.* Idem quoque *lib. 4. c. 2.* Romanorum *ærarii sancti* mentionem facit, quod *censum & patrimonium populi Romani* appellat. Exemplum quoque præbet *Livius Decade 3. lib. 7. n. 260.* Quod nimirum *cætera expedientibus, quæ ad bellum opus erant Consulibus, aurum vicesimarium quod in sanctiore ærario ad ultimos casus reservaretur, promi placuit.* Et hac ratione quod scilicet pecuniam in promtu haberent in ærario tum temporis magnam & periculosam seditionem Romani sedaverunt, quemadmodum dictus autor citato loco prolixius hac de re disseritt. Tanto etiam ærarii ditandi studio flagrarunt Romani, ut necessitate exigente non dubitarint *pecunias pupillares primo, deinde quoque viduarum conferre, nusquam eas tutius sanctiusque deponere credentes, qui deferebant, quam in publica fide Livius Decad. 3. lib. 4. num. 142.* Qui autem ærario imprimis militari bene prospexerunt, fuerunt & Imperatores Romani, quod varia edicta leges & constitutiones corpori juris nostro

civili insertæ testantur, ut *de Erogatione militaris annonæ, de excoctione & translatione militarium annonarum, de Militari veste, de Metatis & Epidemeticis,* de his *Tabor* integrum conscripsit tractatum *de Commeatu, de Apparitoribus Præfecti annonæ &c. &c.* Nec Orientales hoc in casu sibi defuere Imperatores, quod abunde constat ex diversis librorum βασιλικῶν titulis, præprimis *lib. 57.* ubi reperiuntur tit. *de militibus & eorum privilegiis, de re militari, de annonis & earum erogationibus, de armis & Fabricensibus, de metatis seu hospitiis* &c. &c. Vide sis etiam *Joh. Leunclavii Synopsin lib.* βασιλικῶν, lib. & titulis iisdem. Jungatur ejusdem *Joh. Leunclav. Jus Græco Romanum,* editum cura *Marquardi Freheri tom. 2. pag. 249. & seqq.* ubi militares leges recensentur. Quæ consvetudo etiam à Carolo observata, ut ex ejusdem gestis est perspicuum.

§. XI. Sed cum hactenus sufficienter constet, ærarium & in specie militare apud omnes observatum, lis hac occasione movetur utrum etiam recte bellum geratur. Negat Anabaptistarum secta & *Tertullianus. tractat: de Idololatria* & *Lactantius lib. 5. Institut. cap. 2. & 29.* sequentibus ducti argumentis. (1.) *Quod Christianorum Regum & Principum mores potius ad lenitatem quam truculentiam & Tyrannidem debeant esse compositi.* (2.) *Quod bellum varias peccandi illecebras suppeditet, dum omnia rapinis, cædibus, stupris committantur, & laxatis pudoris & reverentiæ vinculis & sanctitas morum & castitas profligentur.* Vide sis *Liebenthals Colleg. Polit. Exercit. 14. qu. 5.* Quibus tamen nequidquam obstantibus, bellum neque juri divino neque naturali neque moribus gentium adversari, asserimus, uti eleganter approbat *Grotius lib. 2. de J. B. & P. cap. 2.* per tot. qui quoque contrariis respondet. Addatur *Joh. Gerhardi Centuria quæstion. Polit. Decade septima. Jacob. Martini. Politi. lib. 3. cap. 9.*

§. XII. Quod jus divinum attinet, ei bellum juste à Principe susceptum non videtur obluctari. *Quodcunq; enim neq; in veteri aut novo testamento prohibitum est, illud non potest repugnare juri divino, sed bellum neque in veteri neq; in novo testamento est prohibitum.* Ergo. *D. Classenius Polit. lib. 3. c. 6. §. 4.*

§. XIII. Ut ut *D. Johannes à Felde in Comment. ad Grotium* & quidem in notatis ad prooemium, bellum naturale aliquod medium decidendi lites esse neget ex hac ratione, *quod Deus dedit Hominibus rationem, qua adhibita, justum longe meliori via consequi posse putat, quam si ferarum in modum,*

modum, rabie plusquam bestiali accensi concurrant, & manu quærant, quod ratione investigandum, ejusq; ductu præstandum erat, re tamen accuratius considerata & examinata bellum inter & jus naturæ nullam deprehendimus contrarietatem, quod uno argumento à laudato D. *Classenio cit. loc.* surrogato evincitur, *Quodcunq; enim non resistit principiis rectæ rationis, ad se conservandum propria authoritate, in casu non existentium judiciorum, illud non est contra jus naturæ, sed bellum non resistit principiis rectæ rationis.* Ergo. Major constat, quod jus naturæ commendat unicuique sui ipsius defensionem.

§ XIV. Ultimo quod attinet consuetudines gentium, non putemus bello illas adversari *l. 5. Pand. de justit. & jur.* cum propter autoritatem Imperatoris Sacratissimi *§. 2. Instit. de jure naturæ gent. & civil.* ubi dicitur *jure gentium orta sunt bella, captivitates secuta, & servitutes quæ jure naturali sunt contrariæ*, tum etiam propter rationem, quod bellum ejusmodi gentium consensui introductum & probatum, qui quod justum vel injustum, secundum rectam rationem, bene & infeliciter distinxerunt. Et hucusque satis ni fallor probavimus, bellum non esse principibus Christianis interdictum, multo minus injustum conscribere militem, & consequenter habere ærarium militare.

PARTIS PRIMÆ
SECTIO SECUNDA
§. I.

PErmissum & conducere Reipubl. ærarium habere militare sufficientibus est hactenus probatum argumentis. Nunc ad causam finalem, & antequam hoc fiat, ad causam efficientem progredimur, quam illi absolvunt, qui ærarium constituendi jus habent. Est autem penes quem τὸ κύριον est. Neque enim jura Majestatis ab alio exerceri possunt. Itaque quæcunque denunciatio à præfectis vel aliis magistratibus intercedit, jussum & autoritatem superioris suspicit, & ut basi innitur, quo si destituatur, per se nunquam valida erit, nec subditi ad obsequium cogi possunt.

§. II. Atqui hoc adeo verum est, ut quamvis in Republ. Rom. Præfecti Prætorio tanta autoritas & gratia erat, ut ab ejus sententia appellari non liceret *l. unica C. de sententiis Præfecti Prætorio*, ipsi tamen non concessum fuerit indicere neque superindicere vel augere præstationes ærarii

ærarii civilis, multo magis militaris *l. unica C. de superindicto*, ubi hæc verba, *nihil superindictorum nomine, ad solas præfecturæ literas, quisquam provincialis exsolvat*, sed si Princeps emittebat delegationem, tum ea insinuebatur apud acta, deinde mittebatur præsidibus ut exigerent, uti apparet ex *Novell. 128*.

§. III. Ut vero melius appareat, Principi competere hanc ærarii militaris instituendi curam & facultatem, recurrendum est ad officium boni Principis & subditi subditorum est, in ærarium militare aliquid conferre, si velint securi esse, securitatem autem Princeps non potest præstare civibus, nisi adsint sumtus, quibus uti potest ad habendam custodiam publicæ securitatis causa. Quod vero attinet officium principis ut de eo simus certiores, duo hic erunt examinanda, 1. an Princeps semper teneatur civibus suis causas impositi tributi militaris communicare, & 2. si teneatur, an id semper utile sit & consultum.

§. IV. Quod prius attinet negativam amplectimur. In mere enim civilibus & de quibus neque naturali, gentium moribus vel divino jure aliquid determinatum est, firma tanquam regula ponitur, subditum non posse repugnare ordinationi imperantis. Imperium enim in personam adeo validum est, ut ad alterius arbitrium examinari recuset. Omnis enim observantia & obsequium in his debetur principi, neq; subditus ullo modo suo dissensu potest superioris actiones reddere irritas, ne omne Imperium frustraneum & quasi precarium efficiamus. Etenim si Princeps teneretur suarum actionum, legum, rescriptorum atque edictorum rationes reddere, omnino subditorum causa hoc fieri necesse foret, in quorum deinde placitis positum esset, assensu suo vel confirmare, vel dissensu rejicere. Hoc modo plane contra Imperiorum naturam superior subjaceret inferiori, quoniam absque hujus nutu nihil firmiter statuere valeret. Ratio vero negati in civilibus judicii est, quoniam subditus hic se passive & instar instrumenti quando in agendo concurrit. Nunquam autem instrumentum suæ principalis causæ finem rimari debet, unde nec potest expendere indolem præcepti, cum agentis primarii intentionem nesciat. Bene sentiunt qui inter obsequii requisita cæcitatem numerant, & quod obedientia perfecta duabus de causis cœca esse debeat, (1.) ne vitia & imperfectiones Principis cernat, (2.) ne mandatorum rationes diu perscrutetur aut eorum causas scire discupiat. Unde non ince-

lebrem

lebrem quendam virum dixisse perhibent. *Nescire Judicare, quisquis perfecte didicit obedire.*

§. V. Non desunt tamen quidam, qui sequentibus ex causis subditos recte recusare contributionem militarem opinentur. (1.) si subditus putet contributionem militarem ad bellum magis offensivum vel stabiliendam tyrannidem, vel in rem aliam illicitam impendendam esse. (2.) Si dubitet de necessitate præsentis temporis (3.) si dubitet de legitimo Principis titulo. Sed abominanda hæc & ambitiosa ad seditionem effata, ob manifestam impietatem, prolixa responsione non sunt digna. Quemadmodum enim opinatio subditi non est fundamentum negandi tributi, ita nec contributionis militaris, quia in his nulla cognoscendi facultas illi competit, multo minus ex temporum necessitate recusare potest, quid enim si opinaretur, erectionem vel auctionem ærarii militaris nullo tempore fore necessariam. Avaritia profecto & amor retinendi argenti, extingvet penes talem communis rei curam, aliosque satis necessitatibus occursuros esse falso putabit. Imperans etiam illegitimus imperium possidet, quo præsente necessarium subditus obsequium debet. Sicuti enim alias tributa non semper fundantur in tituli justitia, sed eminenti dominio, quod sub imperio comprehenditur, ita quoque collectæ seu contributiones militares. Addi poterit hic elegans de hac re disputatio, apud *Barclajum in sua Argenide lib. IV. cap. XVIII.* Hyanisbes (*Elisabetha Angliæ regina*) cum Poliarcho (*persona eorum, in quos belli civilis furor, aut Gvisianorum ac ligæ sacræ rabies de sæviit*) ubi & alias objectiones invenies.

§. VI. Alteram quæstionem quod attinet, de ista jam rigide pronunciare non licet, neque tamen semper utile aut necessum, causas indicendi aut augendi ærarii militaris cum subditis communicare. Celeritas plerumque belli, defensionisque oportunissimæ, precarium civium consensum expectare absque magno Reipubl. periculo non permittit, & efficacia res bene & prospere gerendi, frequenter eum sua occasione & intentione intercideret. Evanescerent profecto cuncta consilia, hostisque in civitatem perrumperet, priusquam convocata & edocta multitudo de necessitate temporis foret. In paulo majoribus regnis & principatibus aliquot mensium labor est, donec omnium ordines congregari possint, interim autem bene gerendæ rei tempus effluit, illaq; pestis subito ingruit, quam paratis stipendiis potuisses profligare.

§. VII. *Tacitus de moribus Germanorum cap. 11. verſ. 4.* ait, *illud eſſe ex libertate vitium, quod non ſimul nec juſte conveniant, ſed & alter & tertius dies cunctatione coeuntium abſumatur.* Quod etiam *Severinus de Monzambano* in tractatu *de ſtatu Imperii Germanici* non ſemel de Comitiis Germanorum taxare non veretur.

§. IIX. Verum enimvero in univerſum ſtatuendum eſt, graviſſima mala & turbulentiſſimas confuſiones afflicturas publicam rem, ubi omnium actuum ratio civibus & plebi ſit reddenda. Belle hoc expreſſit *Didacus Saavedra in idea principis Chriſtiano Politici, Symb. 67.* dum ita fatur, *quod minimè ad privatos pertineat, tributorum juſtitiam examinare, uam ſape impenſarum cauſas capere nequeunt, neque etiam abſque eviденti ſecretorum periculo iis iſta communicare poſſunt.* Et paulo poſt. *Tributorum imponendi facultas penes ſupremam eſt poteſtatem, cui ratio naturalis & divina ſuffragantur, nec ſi alias aqua ſint aut neceſſaria, ſubditorum conſenſu ad ea opus.* Cui reſpondet locus. *Taciti Annal. lib. 6. 8. Tibi ſummum rerum judicium Dii dedere, nobis obſequii gloria relicta eſt.*

§. IX. Adhæc non ſecreto ſolum, ſed & ſubito interdum res ſunt agendæ. Solers enim vicinorum exterorumque vigilantia molitiones Tuas oppido ſciet, ſi convocando & congregando ſubditorum ordines, mentem cogitationesque tuas exponis. Quid autem populo cauſæ afferres rogandi contributionis militaris, ſi tua conſilia tegere volueris. Et fac aſſenſurum ſine ſcrupuloſa finis intentionisque inquiſitione, annon ipſe conventus illiusque tumumultuoſa coactio & convocatio, æmulas adverſariorum mentes, quarum intereſt, te eſſe quietum, in ſuſpiciones & ſui providam curam eriget. Eſt igitur ut dictum, fundamentum potiſſimum, quod juſtitiam contributionis militaris tuetur, nobis dominium eminens, quæ eſt ſumma in civitate poteſtas, diſponendi de rebus privatorum. An verò hocce Epitheton dominii à *Grotio* primum inventum ſit, nunc non executio. Videatur *Bœclerus in diſquiſitione de dominio Eminenti. Arniſæus in ſua doctr. polit. cap. 9. p. m. 352.* etiam inter jura per quæ Majeſtas cognoſcitur, & quæ ad ſummam poteſtatem ſolum pertinent, refert *jus exigendi tributa & vectigalia.*

§. X. Cauſam finalem quod concernit, quæ Principi hanc ærarii & contributionem militarium indictionem ſvadet eſt ſalus Reipublicæ. Eleganter *Grotius de J. B. & P. 1, 2. 7.* circa finem ita dicit. *Tribu-*

torum

torum finis est, ut potestates publicæ habeant unde sumtum faciant ad bonos tuendos aut coercendos malos Rom. 13. 3. 4. 6. Ingentes illæ & splendidæ quandoque impensæ, quas unaquæque civitas & status ob tutelam Reipublicæ profundit, unde resarciri possunt, nisi in quorum usum redundavere. Et quodnam imperium sine hoc mutuo adjutorio florere aut diu durare potuit? Unde recte autor *Historia de ministerio Cardinalis Richelii & Mazarini, lib. 2. cap. 33. in politica sua reminiscentia* concludit: *Frustra regem meditari ardua, nisi ærarium constituat ad ea consequenda. Politicorum Principes divitias faciunt belli nervum ex similitudine corporis humani, quod nervorum usu movetur & sustentatur, nullo exercitu valido aut milite obsequente, nisi stipendium numeretur, necessaria præstentur. Unus Machiavellus Dioni, Q. Curtio, Vegetio, Ciceroni, Plutarcho obloquitur, pecuniis vicem nervorum derogans. Cum vero laudata antiquitatis genius bona cum pace ipsi conferatur, non video, quibus rationibus fidem communem evertat.* Præsertim cum innumerabilia exempla in contrarium produci possunt. Vide *Jacob. le Bleu in lilieto ad ministerium Cardinalis de Richlieu dicto loco.* Hæc omnia bene intellexit JCtus *Ulpianus in l. 1. §. 20. Pand. de quæstio.* quando dixit *in tributis esse Reipub. nervos nemini dubium esse*, jun. *l. 22. §. huic accedit C. de administ. tutor.* quod confirmat *Gail. 2. observation. 52. n. 9.*

§. XI. Et sane omnia munia publica, quibus communis res stat atque movetur, in duas quasi classes dividuntur, ut quædam in pacis quietisque civilis felicitate exerceantur, alia bellicis motibus & classico clamore gaudeant, neutra sine contributionum quæ ut *Cicero* scribit, *ornamentum pacis sunt & subsidia belli*, collatione recte procedunt.

§. XII. Ad pacis opera v. g. referimus regales illos sumtus, qui ad sustentandam principis familiam & aulicam magnificentiam requiruntur, *quorum usus ad conservationem status adhibetur & dici solent Germanice* Cammer-Güter Magnif. *Dn. Struvius in Jurisprud. Rom. Germ. Forens. lib. 2. tit. 1. §. V.* Hos profecto non mediocri onera ærarium gravare illi sciunt, qui Regum & Principum palatiis innutriti, annuas expensarum & necessitatum rationes colligunt atque ordinant, vide sis Generosissimi Dni. Veit Ludwigs von Seckendorff aureum opus des teutschen Fürsten Stats.

§. XIII. Sed hæc omnia utcunque tolerari possunt, ast quale

ærarium, quamque auri argentique copiam, belli armorumque usus veluti deglutiunt, conversa in usum militum omni pecunia, incredibile dictu est. Neque tamen hanc de militia curam & sollicitudinem Princeps ut indifferentem insuper habere potest, quin imo adeo ipsi necessaria, ut sine ea vix Princeps. Et hoc unico adminiculo Resp. Roman. à levissimis initiis ad tantam surrexit magnitudinem, ut unum etiam è quatuor summis Imperiis audire cœperit.

§. XIV. Quamobrem utcunque gravis Reipubl. militia incumbat, ferendum id erit, & ab omnibus in hanc rem, & ad ærarium militare contribuendum. Universis enim tutelam & vitam civilem militia publica præstare solet. Equidem vulgus hoc ægre capit, interim tamen opera est danda, ut omnes intelligant, si salvi esse velint, necessitati esse parendum. Hoc *Cicero* Græcis respondet *lib. 1. ad Quint. frat. Epist. 1.* Hoc etiam Cerialis apud *Tacitum lib. 4. Histor. cap. 74. num. 2.* Gallis objicit, quando inquit. *Nos quanquam toties lacessiti, jure victoria id solum vobis addidimus, quo pacem tueremur &c.* Conferant itaque cives libenter, si securi vivere velint, ad ærarium militare, stipendiorum enim militarium nervos in promto nummorum subsidio subsistit & requiescit. Non autem sufficit collectio una, sed requiritur iterata, apparente namque nummorum defectu, ne detrimentum capiat Respublica. Decet enim privatos optimum erga Rempubl. & semet ipsos affectum testari, & absque murmure contributionum iterata subire onera. Commodis publicis cedant commoda privatorum, sciantque cives, incolumi Republica, ipsorum quoque res salvas tectasque fore, publica quippe perdendo, privata nequidquam servari.

§. XV. Si itaque ærarium principis militare, per voluntariam collationem civium satis est auctum & locupletatum, non tenetur magno cum patriæ damno, extraneorum auxilia defensoria (periculosa ut plurimum) petere, sed potest, mediante ærario, ex proprio milite exercitum parare, & sic Rempubl. patriamque quam optume defendere & securam reddere. Exinde *Th. Campanella de Monarchia Hispanica cap. 15.* ferme in fine non male ita scribit. *Quod si paucis vincere cupis, necesse est, ut plures proprios milites quam auxiliares habeas.* Ex peregrinis quippe copiis vix aliquid boni sperandum, ex proprio autem milite major virtus certiorque victoriæ spes atque fiducia idque ob

quan-

quandam inclinationem ingenitam, qua impulsus patriæ incrementum desiderat, cunctaque obstacula, difficilia quamvis & molesta, superare & removere studet. Peregrinus contra & auxiliatrices turmæ atque cohortes', non tam status, quam proprium quærunt emolumentum, quibus plerumque nihil nisi remuneratio cordi & pro objecto est.

§. XVI. Horum usu & auxilio carere qui potest, felix merito censendus: non raro enim ejusmodi suppetiis, non tam juvantur victoriæ, quam fructuum ex iis nascentium sperata communicatio, sæpe omnia acquisita commodo auxiliantis adscribantur, de voluto status rerumque ab eo, cui subsidia sunt lata in opitulantem dominio. *Machiavellus* in suo *Principe cap. 13. auxiliaria arma inter inutilia recenset, cum prapotentem aliquem, ut suis armis nobis succurrat, nosque tueatur, accimus*, & toto illo capite variis exemplis probat hanc suam sententiam auxiliaria nempe arma plerumque exitiosa extitisse illis qui illa expetierunt. & tandem, ferme in fine dicti capitis, asserit, *nullum unquam principatum propriis armis destitutum unquam fore securum*, idque ex sententia sapientissimorum virorum, qui nihil levius nihil infirmius ducunt, quam quæ non propria sint suffulta virtute.

§. XVII. Ex Neotericis clarum nobis suppeditat exemplum Carolus Lotharingiæ Dux, qui ante quadriennium & quod excurrit, tandem etiam à suo auxiliatore, Rege Galliæ hodierno, omnibus suis ditionibus & provinciis est exutus. Quævis igitur Princeps aut Respubl. potius experiatur remedia, quam ut magnam militum auxiliarium vim appetat, maxime si necesse habuerit ab illorum depenpere arbitrio. Unde videmus sapientes principes, si necessitas exigat auxiliares admittere copias, eo intentos esse, ne à nimium potente auxilium petant, vel si petant id agunt, ne exuberans sit illorum multitudo, quo ipsorum ferociam per proprios milites arcere queant. Plura vide apud *Nicolaum Bellermontanum in suis differtat. Politicis, differt. 43.*

§. XIIX. Potest insuper finis usus que ærarii militaris esse, ne scilicet in promtu semper parata pecunia adsit, qua corrumpi possunt adversæ partis socii.

§. XIX. Et hic modus non tantum apud veteres, sed & hodie

 pluri-

plurimum inter magnates militantes æstimatur, majoris quippe momenti sunt res magnæ, exiguis acquisitæ impensis, quam mediocres, quarum sumtus utilitatem superant. *Cicero* in Verrem dicit, *nihil tam munitum quod non oppugnari pecunia possit*. Vide *Florum. lib. 3. cap. 1.* qui de Jugurtha testatur, ipsum multoties legatos populi Romani, ut & ipsum Senatum pecunia corrupisse, & in suam pertraxisse sententiam. Hic Jugurtha dixit, *fortius adversus Romanos aurum quam ferrum esse*. unde etiam Philippo Macedonum Regi *opes maxuma erant optuma instrumenta bellorum*, teste *Curtio lib. 1.* circa finem. Cicero proprium hoc esse prudentiæ statuit, conciliare sibi animos hominum & ad usus suos adjungere.

§. XX. Recentiores si respicimus, historias, deprehendimus non rario ejusmdi exempla, quod possit *aurum per medios ire satellites*, præsertim vero Hispanis & Gallis hunce modum devinciendi sibi animos, adversæ partis sociorum, non infrequentem esse legimus, verumque esse cernimus, quod fides pecunia comparari, pecunia quoque rursus vendi possit, de qua re notabile nobis exemplum præbet. *Thom. Campanella de Monarchia Hispanica cap. 16.* quod nempe in Gallia *Philippus, Duces Meduanium Jojeusam, Mercurianum & Gvisum contra regem Navarra pecunia sua sustinuerit, & quod Navarram eosdem illos recuperaverit, & ad se pertraxerit, postquam Philippus tenacior factus, manum clausit Philipp. Cominæus lib. 8. Commentar. p. m. 433.* Dictum hunc modum, sibi conciliandi animos hominum, prudentem vocat, & laudat, quod Ludovicus XI. Gall. Rex omnibus modis laboraverit, ut Anglos in amicitia retineret, eos præsertim, qui videbantur ad pacem inclinare & oblata munera non recusaturi. Hac arte factum, ut ab ea regni parte eo securius regnum suum reddiderit, quo majori impetu & resistentia hostes reliquos repellere & fatigare posset. Nec hodie desunt Galli suis commodis, siquidem his in rebus nullis sumtibus parcunt, quemadmodum videre est (si alias recentissimis scriptoribus fides habenda) in nuperrimis motibus Belgicis, ubi non semel, parva manu, hostium munitissima, per intelligentiam, ut loqui amant, cœperunt fortalitia.

§. XXI. Præbet denique non exiguum usum nostrum militare ærarium legationibus, quas non solum dissidii componendi, vide *Epistol. Augerii Gislenii Busbequii*, sed vel induciarum & amicitiæ faciendæ vel confirmandæ, aut variorum negotiorum militarium causa mitti videmus,

demus. Reichs Abscheid de Anno 1576. §. 107. 108. 109. Anno 1598. §. 27. & 50. Anno 1630. §. 30. 32. Quo propius enim personam mittentis induunt, eo uberiori solennitate & impensis instrui debent, de qua re nuperum habemus exemplum in splendidissima legatione (qualem Oriens nunquam viderat, ut Turcæ ipsi fatentur) Sacratissimi nostri Imperatoris, post conclusam cum Turca pacem, Anno 1665. per comimitem de Lesle confectam, de hac agunt prolixius *Pauli* Taferners *Cæsarea legatio, Constantini Germanici Itinerarium German. Politicum p. 86.*

§. XXII. Est denique in hodiernis bellis non mediocris usus ærarii nostri militaris, qui singulari cum emolumento belligerantis principis est conjunctus, & veteribus non ita usitatus neque cognitus quam hodie. Non enim Princeps aut Respubl. qui bellum hodie moliuntur, id solum agunt, ut fœderibus statim suum firment, aut eo adigant vicinos exterosque, ut neutrius addicti sint partibus, seu *Neutrales* sint, quemadmodum jam loquuntur, sed hanc curam in se maxime suscipiunt, quo mediante locuplete suo ærario, hostis sui vicinum, aut alium qui ipsi male cupit, excitent & irritent, illique sufficientem pecuniam per singulos menses aut annos, prout conveniunt, subsidien Gelder/ suppeditant, ad arma comparanda, milites conscribendos & consequenter hostem invadendum, quo hoc modo vires adversarii distrahant & enervent, dum tenetur diversis locis vim hostilem avertere, quod plerumque vocant dem Feinde eine Diversion zu machen / de hoc Politicorum non postremus *Christoph. Forstnerus, in suis ad Tacit. Annal. notis Politicis p. m. 143.* ita scribere non dubitat. *Hæc est illa nostris moribus tantopere laudata virium hostilium divisio, quam satis apto vocabulo diversionem appellant, cum ne una mole bellum ingruat, nos quoq; nostris & fœderatorum viribus distributis, plurimis [illegible] is hostem lacessimus, eiq; qui nobis bellum intulerat, domi suæ negotium facessimus.* Quod comprobat autor *ministerii Cardin. Richelii & Mazarini in Politica reminiscentia cap. 10. lib. 3.* dum ita scribit. *Prudentiæ columen, hostem per alium quemvis lacessere, & fœdere fatigare, ubi pecuniam & copias saltem submittas, ut ad scopum fine summis expensis periculi vacuus pertingas. Hinc aliquando hostis cum tanto emolumento vincitur, ac si vires universa Reipubl. pugnassent, ea saltem conditione, ut viret tutandis rebus occupet, ne aliena concupiscat, nullo professo diffidio. pace domi certa, sic ærario consulitur, & miles omnis calamitatis in regione aliena expers servatur.* Non infeliciter hoc uni alterique Principi

aut

aut Reipubl. cessit, cujus status alias magnum detrimentum cepisset, nisi hoc modo hostilem vim distraxisset. Recentissima si respicimus bella, non raro nobis hujusmodi exempla occurrunt, de quibus vide *Theatrum Europaum & Diarium Europaum* passim.

§. XXIII. Inservit etiam non male pecunia nostri ærarii militaris conatibus Principis, qui ortam rebellionem subditorum fovere cupit adversus Imperantes, dum palam aut clanculum ipsos pecunia aut armis adjuvat. Hoc Hispani non semel tanquam artifices in bellis Galliæ civilibus observarunt, sicuti eleganter hoc describit in relatione 3. des Politischen Probiersteins acutus Italus *Trajanus Baccalini*. Nec Galli contra defuerunt invigilare suis commodis, ut videre licet in principio motuum Belgicorum superiori & moderno seculo, Elisabethæ quoque Angliæ Regina eandem hanc artem calluit dum pecunia & militibus adjuvit refractarios Hispan. Regis subditos. Angliæ Rex Jacobus, sub Duce Buckinggham auxilium misit urbe Rochellæ rebellanti adversus Regem Galliæ, vide *Metteranum Novum*, Galli autem præ aliis student sustentare & fovere ea, quæ die Rebellen/ ut communiter appellantur, moliuntur. Testatur hoc Catalonia, Neapolis, de hac vide Denckmahl der Neapolitanischen Unruhe & hodie Messina in regno Siciliæ, quam adeo Galli obstinatam reddiderunt, ut non tantum contenta jugum Regis Hispaniæ excutere, sed etiam Regis Galliæ tutelæ & defensioni se exposuit, qui eam non tantum lubentissime excepit, sed manibus pedibusque operam dat, illam tutam reddere ab invasione & insultibus Siciliæ Pro-Regis. Optimum profecto consilium est & remedium per vires hostis proprias, ipsius vires enervare atque destruere.

§. XXIV. Plures quidem sunt fines usus que ærarii nostri militaris, quos tamen omnes delineare, nec temporis ratio nec ipsa dissertatio permittit, ne in volumen excrescat, qui tamen plures videre desiderat, adeat *Klockium de Contributionibus & Maximil. Faust ab Ascbaffenburg consilia pro ærario*. Quamvis non placeat nunc summopere laborare, utrum etiam omnia, quæ expediuntur pecunia, licita sint & honesta, sed obiter tantummodo hujus efficaciam delineo.

PAR-

PARTIS PRIMÆ
SECTIO TERTIA
§. I.

CONtemplati sumus hactenus gentes antiquiores, tam sacras quam profanas, qui gavisi sunt ærario militari, probavimus ea non tantum valde necessaria, sed & maxime utilia esse. Ostendimus quoque exempla quorundam Principum & Rerumpubl. qui ærarii curam susque deque habuerunt, & contra eorum, qui, magno cum suo & populi emolumento instructi locuplete ærario, res magnas gesserunt, examinavimus etiam causam efficientem hujus ærarii, causam impulsivam, finalem & objectum. Nunc bono cum Deo videbimus, quidnam igitur proprie sit militare ærarium, & quantum à reliquis ærariis civilibus, fisco aut thesauris differat.

§. II. Extra controversiæ aleam positum esse autumo, ærarium ab ære derivari. *Varro lib. 4. ling. lat. Bechmann. de origine lat. ling. in voce æs.* Refert *Calvinus, ærarium locum fuisse ubi poplica, id est publica pecunia reponebantur. Pet. Greg. Tholosanus* nomine ærarii intelligit *omnem locum in quo reponitur cujuslibet generis pecunia, sive aurea sive argentea vel ærea.* D. *Classenius* Antecessor in Academ. Julia *in sua Polit. cap. 7. lib. 3. §. 1.* in notis dicit, quod *ærarium constet pecunia, ad publicos usus, pacis & belli tempore destinata & reservata,* quin imo, sumitur *pro ipsa pecunia quæ Principis autoritate tam publice quam privatim legitime colligitur & acquiritur.*

§. III. Plures quidem adducere possem acceptiones, si instituti mei ratio hoc pateretur. Saltem ego jam conabor delineare quid sit ærarium militare. Est autem ærarium militare Camera militaris Principis seu Reipubl. complectens quidquid ad illius pecuniarium defensionis bellique commodum spectat, seu est fiscus aut thesaurus militaris supremæ in Reipubl. potestatis, ex variis reditibus constans aut collectus.

§. IV. Dicitur Camera, ubi notandum, verbum Cameræ hic accipi pro loco ubi est domus, quæ vocatur alias Camera fisci, in qua reponuntur nervi militares bellici & scripturæ fiscales militares, cui respondet vox Germanica Krieges Casse. Uti eodem modo non raro in jure civili sumitur jus pro loco in quo jus redditur, vide rubricam Tituli, *si quis in jus vocatus non ierit, add. l. 11. Pand. de justit. & jure.* Additur

tur quod sit principis aut Reipubl. quia in sectione antecedenti dictum is solus potest habere Cameram aut ærarium, penes quem est τὸ κύριον, exinde licet domini terrarum sint; ut Comites & Barones nonnulli, ut communitates civitatum municipalium, & collegia, licet habeant arcam communem, de jure tamen ærarium militare non habent, unde nec jus Armandiarum, nec jus confiscandi nec alia privilegia fisci militaris. Ex his judicium potest fieri de illis civitatibus, quas vulgo appellant Hanseaticas, quoniam ipsis non liberum, neque proprio jure illis competit jus tale ærarium habendi, nisi sit ex concessione speciali Imperatoris, quod & asserendum de reliquis civitatibus, quas nonnulli appellant mixtas, quemadmodum se habent quædam civitates Italiæ ac Longobardiæ, quibus tale jus ab Imperatore Friderico & Henrico VI. concessum est in *in lib. de Pace Constant, vers. Nos Romanorum Imperator.*

§. V. Et hæc de definitione. Æraria autem militaria potissimum in Imperio Romano antiquo, erant in Saturnino monte, ubi olim pecuniæ & sumtus militares recondebantur. Nominabantur quoque à monte Saturnino, quod in æde Saturni illius montis collocarentur & asservarentur. Cur autem in æde Saturni æraria sua militaria esse voluerunt veteres Romani, licet varia opinio dissentiat illorum tamen sententiæ accedo magis, qui id censuerunt quod nonnulli tradunt, & ad fidem pronius est, Valerium Publicolam loci vel montis oportunitate ductum, cum omni aditu præseptus undique præruptus & ab accessu munitus locus foret, Saturni ædem æris publici militaris & civilis, legumque & Senatus Consultorum, tabularumque publicarum & signorum militarium receptaculum esse voluisse quemadmodum refert ex *Macrobii lib. 1. Saturn. cap. 6. Thom. Demsterus in antiquitat. Rom. Joh. Rosini, lib. 7. cap. 21.* Duplex vero ærarium fuisse constat ex *l. unica C. de quæstor. & Magist. offic.* dictus *Demsterus* loco citato in vulgare & sacrum seu sanctius distingvit. In vulgari autem ex illius opinione communes Reipubl. census & ordinaria tributa sunt recondita, in sanctiori ærario vero aurum vicesimarium, ad ultimos casus & in extrema populi Romani fortuna servabatur, quod ab aliis quoque Cimiliarchium dictum est, de sanctiore hoc vide *Livium Decad. 3. lib. 7. num 260. Florum cap. 4. lib. 2.* hujus etiam meminit *Cæsar. lib. 1. de bello civili, quod nempe Lentulus aperto sanctiore ærario ex urbe profugerit.* Idem

Jul.

Jul. Cæsar tempore belli civilis Romam ingressus sanctum hoc ærarium spoliavit, & non spernendam auri argentique copiam exinde retulit, & ita *censum & patrimonium populi Romani prius rapuit quam Imperium, Florus lib. 4. cap. 2.*

§. VI. Post quoque legimus ærarium militare cum vectigalibus novis ab Augusto editum, unde promta pecunia stipendiis sufficeret. Quia ergo talismodi pecunia in locis sacris fuit asservata, non immerito postmodum dicta est sacra & publica ut in *tit. Pand. ad leg. Jul. pecula. & C. de crimine peculatus*, inde sacratissimum ærarium *l. 2. C. de quadrien. præscript. §. fin. Instit. de Usucapione.*

§. VII. Deprehendimus apud JCtos differentiam quandam inter ærarium & fiscum, quid vero sit fiscus & in quantum ab ærario differat aut cum eo conveniat clare monstrant *Magnif. Dn. Præses. in Syntagm. Juris civil. Exercit. 50. §. 32. Hahnius in observat. theoret. pract. part. poster. dissert. 14 ad tit. de jure fisci. Colleg. Argentorat. de jure fisci n. 5.*

§. IIX. Dividimus nostrum ærarium in publicum & privatum, alterum nempe Imperii publicum in quo reponebantur pecuniæ ad salutem & necessitatem Imperii pertinentes, alterum Imperatoris privatum. *D. Brunneman. in Comment. in Cod. ad tit. de jure fisci §. 1.* Quamvis enim Augustus post adeptum principatum, inter alia quoque ordinavit, ut ærarium populi & fiscus conjungerentur, cum ærarium oneribus Reipubl. non sufficeret, teste *Svetonio in Augusto cap. 47.* attamen quia sequentes Imperatores veterem modum iterum superinducentes duo æraria constituerunt, publicum nempe & privatum, ideo & nos retinemus. Est autem ærarium militare publicum, quod *Lampridius in Anton. Diadumeno majus* vocat, in quo reponebantur pecuniæ principaliter pertinentes ad necessitates publicas bellicas, qui cogebantur ex provinciarum tributis aliisque publicis speciebus & vectigalibus *l. 17. Pand. de verb. significat.* Notandum autem hoc nomen posteriorum Imperatorum ætate fuisse immutatum, pro ærario enim sacro vel publico sacras largitiones dixerunt præfectumque hujus ærarii, qui ita olim nuncupabatur comitem sacrarum largitionum vocarunt, vid. *rubr. Tit. C. de Palatinis sacrarum largitionum, item de officio Comitu sacrarum largitionum*, fit horum etiam mentio *l. 48. Cod. Theodos. de cursu publico, l. 1. Cod. eodem, de quæstor. magist. offic.* Privatum vero ærarium continebat pecuniam ad principis propriam utilitatem perti-

nentem, in quo erant pecuniæ ad principis defensionem & custodiam privatam spectantes, quod speciali nomine dicebatur fiscus, ut docent *Spartianus in Hadriano, Damnatorum bona in fiscum privatum redigi vetuit, omni summa in ærario publico recepta. Tacitus VI. Annal. cap. 2. Bona Sejani, ærario ablata, ut in fiscum cogerentur. Sueton. in Augusto cap. finali.* Quemadmodum autem ærarium privatum civile, olim comprehendebat universum patrimonium principis, quod non tanquam Princeps sed tanquam privatus habebat, veluti agri, saltus, bona Emphyteutica Coloni & asscriptii greges, armenta & hujusmodi alia privati patrimonii principis, vide totum Tit. *C. de fundis patri.* vel quidquid titulo donationes hæreditatis vel legati ad quisitum est, ita & ærarium privatum militare. Hinc quæ in patrimonio talis ærarii erant dicebantur res privatæ & res dominicæ *Panclrollus ad notitiam Imper. Orient. cap. 87. Gutherius de officiis domus Augusta lib. 3. cap. 18. v. ærarium* & præfectum hujus ærarii Comitem rerum privatarum appellarunt *l. 9. C. de jure Fisci.* Dictis his Comitibus adjuncti sed inferiores erant, iisque obsecundabant Palatini sacrarum largitionum & rerum privatarum, Vide *rubr. Tit. C. de Palatinis sacrarum largit. & rerum privatarum*, hi Palatini ad varias necessitates explicandas & exequendas sæpe in provincias mittebantur. *l. 1. Cod. Theod. de Palat. sacrar. largit. & rer. privat. l. 48. Cod. Theodos. de cursu publico* hanc divisionem nunc dimittimus, nec placet in eam Logicorum juxta regulas pluribus inquirere.

§. IX. Similis quodammodo huic divisioni est illa, quando secundum hodierna tempora ærarium dividitur in generale Imperii in die gemeine Reichs Casse/ circulare Kreys Casse & provinciale, Landschaffts Casse.

§. X. Imperii generale ærarium militare est, in quod omnes status Imperii contribuere debent, cujus contributionis quidem ex qualitate hostium à quibus vis ingruit varia sunt nomina, quæ Turcarum jam à ducentis fere annis durissime sævientium intuitu, communiter die Türcken-Steur appellatur, videatur *Christoph. Lehman in Chron. Spirensi lib. 7. cap. 112.* Conferunt autem status Imperii ad hocce ærarium duobus modis, vel nach dem gemeinen Pfenning ut vulgo dicitur, vel nach dem Römerzuge. Cæterum ubi de proventibus haberi ea ratio nequeat de capite habeatur, ut cui mille sunt aurei, quinquaginta habere proventibus censeatur, atqui ea computatione contribuat,

tribuat, fieri hoc in modo ingentem posse exercitum ajunt & facillime sustineri etiam longissimum bellum, & sunt qui asserunt, si ad unguem res exigatur, ducenta prope hominum millia cogi posse, qui modus etiam in Comitiis Wormatiensibus de Anno 1495. observatus fuit, in quo in der Königlichen Satzung von dem gemeinen Pfenning in fine principii constituitur, quantum quisque contribuere debet, daß wir Fried und Recht im Römischen Reich zu handhaben / auch zu Wiederstand der Unchristen der Türcken und andern Anfechtern ꝛc. pluribus ibi describitur collectandi modus, qui postmodum etiam Comitiis Augustanis Anno 1500. repetitus fuit, sicuti ex recessu eorundem videmus §. der Türcken halben & seqq. & tandem in Comitiis Coloniensibus Anno 1512. latissime reassumtus, & peculiariter constitutus fuit, vigore cujus tam Ecclesiastici quem seculares status eorumque subditi pro suis facultatibus & annuis reditibus impositam taxam solvere sese obligarunt.

§. XI. Alter modus, Romanam respiciens expeditionem, nach dem Römerzuge / *Recess. Imperii de Anno 1544.* §. und damit nun solche Hülffe / est, quando status Imperii pro obtinenda & impetranda coronatione Pontificia Imperatori in Italiam eunti viginti millia peditum & quatuor millia equitum, secundum taxam unicuique assignatam suppeditabant. Reichs Abschied 1521. §. Auch haben uns Churfürsten &c. Origo vero hujus expeditionis Romanæ est. Cum Carolus M. Rex Francorum & Longobardorum constitueretur Imperator Romanus, atqui à pontifice coronaretur, & exinde Romanum scil. Occidentale, quantum supererat, ad Carolinam progeniem, & postea ad successores Reges Germaniæ deferreretur, mos ille solennis coronationis, in sequentibus Imperat. Romanis est observatus, atqui hinc porro introductum, ut Vasalli regni, illorumque sub vasalli creatum à Germanis, atque ita simul ab ipsis electum Regem & Imperatorem pro obtinenda coronatione Pontificis Romam usque comitarentur. Constabat autem hic comitatus ut jam dictum viginti peditum & quatuor equitum millibus, & tam rigide observabatur, ut quicunque indicta publica expeditione Romana ad suscipiendam Imperii coronam, regem aut sub rege dominium suum non adjuverit feudum perderet, dominoque in suos illud usus rursus redigere libera potestas esset concessa. *2. feud. 54.* Unde orta sunt hostenditia, per quæ Vasalli tenebantur certum

aliquod adjutorium Dominis Romam euntibus præstare. *2. feud. 40.* Hac de re etiam extat vetus constitutio dicti Crassi Caroli Imperatoris, quam edidit & Commentario illustravit *Marquardus Freherus*, quæ prolixior est, quam ut hic recenseri integra possit. Exhibet etiam illam *Goldastus in suis Constit. Imperial. vol. 1. & Lehmann in Chron. Spirens. lib. 2. c. 42.* Vid. *Dn. Conringius*, vir in antiquitate versatissimus, *de Germ. Imper. Rom. c. 7 & seqq.*

§. XII. Quamvis autem solennis ille ritus coronandi & consecrandi Imperatorem, ipsaque expeditio Romana per aliquot seculorum spatium duraverit, reperimus tamen quosdam Imperatores, qui non coronati sunt à Pontifice, inter illos etiam Rudolphus, licet enim statibus Imperii promisisset se in Italiam profecturum esse, semper tamen ipsum Italia deterruit, dicens, prima Imperatorum intrantium vestigia quidem læta ac splendida esse, recedentes vero ut plurimum illa luctuosa misera & tristia offendisse, alludens ad Poeticum illud

Me vestigia terrent
Omnia te adversum spectantia nulla retrorsum.

Vide si vis *Cuspinianum* in vita Rudolphi. Idem fecit Maximilianus, qui non necessarium sibi videri dixit, à Papa Romano, Coronam Imperialem accipere, cum imperii majestatem ipsis ordinibus inesse assereret, approbavit hoc tanquam bonum factum, alias satis parcus laudator Imperii nostri Rom. Germ. *Bodinus 2. de Republ. cap. 6. num. 225.* Et hodienum electi Imperatores solent in capitulatione Cæsarea Electoribus promittere, se operam daturos, quo corona quoque Imperatoria à Pontifice coronentur, post Carol. V. tamen, illam coronationem novissimi Imperatores utpote Imperio gravem ac super fluam omiserunt. *Illustr. Dn. Præses Syntagm. Jur. Feud. cap. 11. Aphor. V.* nihil realitatis per pontificiis coronationem imperatoriæ dignitati accedere existimantes, *vide Klockium, de Contributi: cap. 1. §. 179. 180.* Nihilominus certæ copiæ tam pedestres quam equestres, quæ pro temporum necessitate justum exercitum formare & constituere possunt, vel pecunia nach den Römerzügen/ vel ipsis copiis necessitate exigente & postulante, ac utilitate Imperii requirente, ab Ordinibus Imperii prævia deliberatione & comitiis sunt præstandæ. Reichs Abschied de Anno 1544. §. und damit nun/ Reichs Abscheid de Anno 1594. §. Wiewohl nun Chur-Fürsten/ Fürsten und Stände/ Reichs-Abscheid 1598. §. So

ist

ist doch von Ihnen. Sed de his satis qui plura cupit adeat *Limnai jus publ. lib. 2. cap. 4. Idem lib. 4. cap. 7. Arumaus de jure publ. vol. 3. discurs. 15. th. 95.* Schützens *Colleg. publ. de statu rei Rom. Volum. 2. disput. 11. Maximil. Faust. ab* Aschaffenburg *in suis pro ærario consiliis, Class. 17. Cons. 58, Ordinat. 1332. Reinking. de Regim. secul. & Ecclesiast. lib. 1. class. 3. cap 8. VVehneri observat. pract.* von Römerzug. *Sprengeri Institut. jur. publ. lib. 1. cap. 20. Daniel Ottonis jus publ. cap. 10. Dn. Joh. Volck. Bechman. in suo Comment. ad auream bullam Exercit. 4. pag. 92. VVurmserus in Exercitat. Academ. juris publ. Exercit. 6. Nicol. Mylerus ab* Ehrenbach *de Princip. & stat. Imper. Rom. Germ. part. 3. cap. 97. Martinus Zeilerus in itinerar. German. Continuat. cap. 1. §. 14. Hippol. à Lapide Rat. stat. part. 1. cap. 12. Section. 2. Gastelius de statu Europæ publ. cap. 38. per tot.* Herrn Frantz Friederich von Andlern *corpus Constitut. Imper. voce* Anlag Anschlag *Collect. item voce Matricul.* qui omnium prolixissime de hac materia agit.

§. XIII. Progrediendum porro ad ærarium militare circulare, inter eas enim causas, quapropter circulares conventus judici solent, non minima secundum *Mylerum ab* Ehrenbach *de princip. & stat. Imper. part. 1. cap. 12. §. 10. est*, si extra ordinem Imperator à circulis instanter & urgente periculo subsidium aliquod, ut quidam vocant charitativum, exigat, ad hunc conventum etiam Cæsar suos Commissarios ablegare, & causas extraordinarias hujus conventus & contributionis statibus circuli exponere solet, ut æstimare ipsi queant, an sat graves proferantur, ad extraordinarium hunc modum descendere, Nec enim ultra id, quod in Comitiis ab Ordinibus est promissum, facile quid impetrare solet, & quamvis casus ferat, ut Cæsar petat subsidium, non tamen ei protinus datur auxilium. Res enim bellicæ summa cum prudentia perpendendæ, & accurata deliberatione sunt definiendæ inquit *Guevara in horologio Principum lib. 3. cap. 14.* Conferunt autem in hoc ærarium ordines circuli alicujus & dirigitur von dem Creyß-Obersten & electis assessoribus suis, qui archivum habent, & licet non habeant superioritatem, tamen quandam potestatem in seine Creyßgesessene habere censetur per Reichs Abscheid de Anno 1555. §. und damit die Obersten und Ihre zugeordnete / ibi was durch den mehrer Theil beschlossen wird / getreulich vollnzogen werde / hincce quod circulus concludit, executioni merito mandatare potest. Concesso enim officio etiam reliqua concessa intelliguntur, sine quibus officium expedi-

pediri nequit *l. 2. Pand. de juri dict.* Præterea sunt etiam in quovis circulo Duces Circenses, qui Außschreibende Fürsten vocantur, hi ordines stato tempore in quadam civitate convocant, conveniunt autem communiter in aliqua Imperiali aut alia circuli civitate, & in illa, ea quæ proponuntur, deliberant.

§. XIV. Adscribunt autem, ut obiter & incidenter illud dicam, hanc Circulorum divisionem Maximil. primo, qui ab initio 6. tantum circulos constituisse fertur, *Francicum, Bavaricum, Svevicum, Rhenanum, VVestphalicum, & Saxonicum, Ordinat. Regim. August. Anno 1500.* Tit. Wie zwantzig Personen in das Regiment genommen sind/ quibus deinde, necessitate publica urgente, alii quatuor sunt additi, *Austriacus, Burgundicus, Electorius Rhenanus & Superior Saxonicus*, ut ita in universum decem constituti sint *Recess. Colon. Anno 1512.* §. Darauff haben wir samt den Ständen 10. Circel. geordnet/ & declaratione constitution Noriberg. Anno 1522. Tit. Hernach folgen die zehen Kreise/ wie und auff welche O. t die in das gantze Reich außgethellet werden. Observandum autem, non totius Imperii, sed civium duntaxat seu parentium, istam divisionem esse, imo ne illorum quidem omnium, cum multi reperiantur Vasalli & cives Imperium nostrum recognoscentes, quas tamen in classibus hisce circularibus frustra quæsiveris, ut proinde hactenus non immerito à nonnullis, imperfectionis fuerit accusata hæc in circulos distributio, pro qua tamen dici potest. Imperii membra vel pollere axiomate status vel eodem destitui. Si ad omnes referre velis divisionem, qui licet status non sint Imperii, majestatem tamen observant, ut Duces Mantuæ, Modenæ, Mirandulæ, aliique Italiæ Vasalli, utique ea imperfecta erit. Si vero primo modo consideras satis plena erit divisio, cum status Imperii proprie sic dicti nulla dentur, qui non alicui circulo sint asscripti Reichs Abscheid de Anno 1512. §. Darauf haben wir. Prolixius de circulis agunt *Mylerus in notis ad Rumelinum par. 2. disput. 3. th. 27. Lymnæus in jure publico lib. 1. cap. 7. Thuanus lib. 2. histor. sui temporis, Paurmeister. de jurisdict. Imper Rom. lib. 2. cap. 2. num. 58. & seqq. Denaisius in Jure Camerali tit. 212. VVehner. observ. in voce* Kreiß-Tag. *Hermes in fascic. jurupubl. cap. ult. §. 89. Sprengeri Instit. jur. publ. lib. 2. cap. 14. Nicol. Mylerus ab* Ehrenbach *de princip. & stat. Imper. Rom. Germ. par. 1. cap. 12. §. 7. & seqq. Reinking. in regim. secul. & Ecclesiast. lib. 1. Class. 4. cap. 2.*

§. XV.

§. XV. Ærarium porro militare provinciale est, quando status aut ordines alicujus provinciæ, die Landesstände/ habita prius sufficienti deliberatione in conventibus provincialibus, cum consensu & autoritate principis, imo aliquando ad ipsius instantiam, aut defensionem patriæ vel provinciæ necessariam, vimque externam propulsandam, & conscribendos alendos vel hospitandos milites, erigunt aut constituunt, poteſque appellari die Landes Krieges Casse. Conferunt autem in hoc non solum infimi, sed plerumque omnes provinciæ illius status seu Vasalli, quorum olim quidem erant (1.) Capitanei regii seu illustri dignitate pollentes e. g. Duces Comites, *1. Feud. 14.* alii (2.) Valvasores majores in specie ita dicti *2. Feud. 10.* (3.) alii Valvasores simpliciter ita dicti, qui respectu præcedentis ordinis valvasores minores dici possunt, *1. Feud. 7.* alii (4.) plebeji *2. Feud. 10. v. & ceteri vero.* Verum enimvero cum nomina illa Valvasorum & Valvasinorum non sint amplius in usu, & aliter etiam cum feudis in imperio nostro German. sit comparatum, ex consuetudine totius ferme German. præprimis in Saxon. super. & inferiori hodie status Provinciales dividuntur in den obern/ mittlern und untern Ausschuß / prout nempe consuetudo cujuslibet loci est. Et licet Vasalli, non proinde ut subditi collectis & contributionibus militaribus dominum adjuvare teneantur, quam ad determinata servitia militaria, secundum Feudorum æstimationem, nach dem Anschlag der Lehengüter sint tantum obstricti, v. g. ut *Vasallus uno duobus tribusve aut pluribus equis tempore necessitatis sit præsto*, daß er das Lehen mit einem/ zwey / drey oder mehr Ritter-Pferden bediene / *vel etiam si exigua sint feuda, ut ratione duorum vel plurium feudorum unus alatur & mittatur cum milite equus*, daß das Lehen ein halb Ritter-Pferd oder weniger halte/ *Magnif. Dn. Præses syntagm. feudali cap. 11. Aphor. V.* tamen in casu summæ & extremæ necessitatis ab hoc onere non videntur exemti, quamvis præstatio harum contributionum aut collectarum titulo honorabiliori e. g. eines Präsent-Geldes/ aut alio fieri soleat, quoniam enim ejusmodi collectæ & onera ob publicam utilitatem & necessitatem fieri debent, illiusque gratia indicuntur, etiam ab omnibus subeunda sunt *arg. l. 2. C. de muneribus patrimon.* sicuti enim Imperatori, ad totius Imperii commodum, collectas exigere à Statibus & Ordinibus non est prohibitum, ita quoque principibus Imperii est licitum, necessitate imminente, collectas & contributiones ad provinciæ suæ salutem imperare; si enim principes

non sunt liberi ab ejusmodi præstationibus, quæ in salutem totius imperii vergunt, multo minus subditi, quibus parendi gloria relicta est, ejusmodi onera ad conservandum & sublevandum Reipubl. statum jure subterfugere possunt. Approbatur hoc non semel in recessibus Imperii nostri quemadmodum perspicimus in *Recessu Imperii Ann. 1544.* §. Und dieweil nun diese Hülff gegen und ꝛc. *& Anno 1551.* §. Solche der Ständen und der Abwesenden Räthe ꝛc. Impossibile autem foret & in volumina excresceret hæc exercitatio, si omnes modos ærarii militaris pro singularum provinciarum consuetudine & qualitate præsertim Rom. Imper. jam delinere aut saltem leviter attingere vellem, cum alii hac in re desudarunt, ut, *Caspar Klockius de Contributionibus, Maximil. Faust ab* Aschaffenburg *Consilia pro ærario, VVebnerus in suis observat. pract. voc.* Landsteuren/ Grodnitz von Grodnau / Regiments Rath *cap. 45. Christoph. VVintzleri observat. de collectis. Brautlacht. in Epitom. jurisprud. publ. univ. lib. 6. cap. 2. §. 10. & seqq. VVurmserus in Exercit. Academ. juris publ. Exercit. 6. Hermes in fasciculo jur. publ. cap. 4. §. 93. Sprengeri inst. jur. publ. lib. 2. cap. 20. Heigius part. prior. quæstion. 18. num. 12. & seqq. Besoldus in synop. Polit. doctr. cap. 7. part. pr. lib. 2. §. 18. 19. & seqq. Idem lib. 2. Politic. cap. 4. Georg. Mundius de muneribus, honoribus & oneribus cap. 6.*

§. XVI. Non possum etiam intermittere referre, quisnam primus autor prohibetur fuisse modernarum collectarum, quæ vulgo vocantur contributiones. Communis sententia est Comitem Mansfeldium illum fuisse, *quem Constant Germ. in Itinerario suo Germ. Politico c. 55.* Annibalem Austriacæ domus appellat. Dictus hic Constantinus adducit testimonium *Petri Pappi, Decani Capituli Constantiensis,* qui de hoc collectandi modo in sua *Epitome rerum German.* conqueritur, dum proferre non dubitat, legitimum bellum hodie à latrociniis nil nisi armorum causam distinguere. Mirum profecto, quod talia in medium proferre non veritus sit, eos nempe, penes quos belli pacisque arbitrium latrocinii cujusdam arguere, dum, necessitate urgente, subditos aut etiam alios, prout ratio belli postulat, contributionibus quibusdam onerare, pro salute Reipubl. cogantur. Secus est, si hostis ejusdmodi imponat onera, & licet imponat, non statim exinde sequitur hoc latrocinium esse, sed juri belli hoc facit. Præterea in propatulo est nihil tam perfectum esse, quod non aliquid incommodi secum trahat, ita etiam in bello comparatum esse neminem fugit, Impossibile enim est in tanto

to confluxu hominum ad amussim omnia exigere, licet eorum officiales Argi oculis essent prædití, non tamen in tanta multitudine, omnia tam exacte instruere & exequi possunt, quin interdum unum alterumque incommodum sequatur. Exinde tamen non statim latrocinii sunt principes accusandi, præsertim à privato, utpote qui ut plurimum, si forte quandoque fiat, veram & genuinam causam indagare nequit, sed prout eorum est affectus nunc in hunc, nunc in illum propendent. Et quoniam hîc Decanus fuit unus ex Papæ Romani asseclis, potest esse, quod fervore quodam religionis accensus, dissentientis religionis cultoris actiones, improbare conatus fuerit, quamvis irrito effectu, susque deque habens, quod idem modus contributionis Papicolis non ignotus tantum, sed & valde proficuus ad sustentantas eorum copias, Hocce verum esse quod dictus Decanus non raro affectibus indulgeat, testatur *Philip. And. Oldenburger in Thesauro Rerumpubl. part. 4. pag. 968.*

DISSERTATIONIS

De

Aerario militari, von der Krieges Casse.

PARS ALTERA.

SECTIO PRIMA.

§. I.

ET salutare esse Reipublicæ, ærarium, idque ab eo, qui summam potestatem habet, certos in fines constitui, pluribus hactenus demonstratum ivimus. Quibus proinde pertractatis, ad exponendum, ex quibus constituatur nos nunc accingimus, ubi non possum non attingere, aliud esse, si ærarium aliquod in usum divinarum & sanctarum rerum, ex bonis erigatur ecclesiasticis, aliud, si ad sustentandam Principis authoritatem & aulæ magnificentiam pecuniæ colligantur, aliud denique si ad alios usus convertatur, quorum nullum curat nostrum militare ærarium, sed suis præscriptis est contentum finibus, modo semper ita constitueretur, conservaretur & augeretur, ne Principes quandoque necesse haberent, rationes acceptorum & expensarum poscere, & ut ita institueretur cura circa illud, ne expensæ accepta quandoque excederent,

§. II. Itaque secundum peculiare Philosophorum axioma qui vult finem, vult etiam media, quæ ad finem illum obtinendum requiruntur, nos etiam oportet considerare Principem aut Rempubl. non tantum id agentem, ut ærarium obtineat, sed eo etiam curam intendentem, quomodo & ex quibus rebus constituat pecuniamque colligat. Quo gravius enim hujus rei neglectus Principi inferri potest malum & incommodum, eo major & diligentior in his colligendis ipsi cura est reponenda. Hæc vero in eo quam maxime consistere videtur, ut circumspectos & fideles habeat consiliarios & ministros, ipseque sit circumspectus & sapiens, quo omnia ex sua status ratione, ærariique suo commodo vel incommodo metiatur.

§. III. Cum autem ærarium, pecunia vacuum, non inepte campanæ pistillo destituenti assimilatur, operam dabimus pro tenuitate virium expedire, quibus personis imponendum, & ex quibus demum bonis illud colligi & constitui valeat. Variantibus his autem pro cujusque regionis & provinciæ consvetudine, nos saltem, ex quibus reditibus plerumque constat, delibare conabimur.

§. IV. Quibus competat ut ærarii onera sustineant, sine hæsitatione nobis sunt ii, quibus parendi gloria relicta est. Princeps enim non exteros aut peregrinos, sed solum suas incolas & suo imperio subjectos, collectis, ad ærarium constituendum, gravari & onerare potest, & quidem ex hac ratione, quod subjectio est causa impositionis contributionum, qua subjectione tanquam causa cessante, etiam effectus, nempe onerum impositio cessaret, argum. *l. unica C. de mulieribus in quo loco munera. l. cum neque C. de Incolis & ubi quis domicilium. Gailius 2. observat. 52. n.13.* Quemadmodum enim subjectio ut & domicilium facit incolas, & illi Principi homagio fidelitatis devincti sunt, vel hujus ratione collectarum oneribus implicantur. *Gailius 2. observat. 35. num. 2. Idem de Pignorationibus, observat. 15. n. 7. l. si in patria C. de incolis.* Signum verò, per quod quis intelligitur domicilium fixisse, (cætera ut silentio involvam, quæ ex Viri Illustris & Magnifici Dn. Præsidis *Syntagm. Juris Civil. Tit. de Judiciis* hauriri possunt) est, quando in certo aliquo loco quis lares rerum & fortunarum suarum summam instituit, & unde rursus non discessurus, nisi aliquid avocet.

§. V. Sicuti vero leges & consvetudines, passim à cura, tutela, Legationibus aliisque officiis pro personarum varietate & qualitate non

non raro immunitatem concedunt. Ita etiam nonnulli exemtionem à Collectis quandoque habent, inter quos jus nostrum civile numerat Clericos. *l. omnes § privilegiis C. de Episcopis & Clericis*, ubi expresse cautum, ne muneribus prægraventur. Quoniam enim à Laicorum Jurisdictione se exemtos putant Clerici, secundum *Authent. statuimus C. de Episcopis & Clericis* ita etiam ab oneribus se exclusos volunt. Quod comprobat jus Canonicum, ubi sub Excommunicationis & Anathematis pœna omnibus interdicitur, & severe prohibetur, ne Ecclesias & Clericos contributionibus sive exactionibus onerent, argum. *c. Non minus &c. adversus, extra de Immunitat. Ecclesias.*

§. VI. Hujus rei à parte Clericorum præprimis apud Romano Catholicos patrocinium non unus in se suscepit, inter quos & recensendus *Franciscus Bursatus*, qui in suis *Consiliis Consil. 42. num. 2. & 3.* asserere non dubitat: *Nec Clerici, nec eorum possessiones, etiam patrimoniales vel earum fructus gravari per Laicos possint, etiamsi immineat communis utilitas & necessitas, quamdiu facultate Laicorum ad onera supportanda sufficiunt, quibus etiam deficientibus, adhuc Clerici cum Laicis ratione suarum rerum contribuere non possunt, nisi Romano consulto Pontifice.*

§. VII. Verum enim vero licet jure Civili & Canonico sit prohibitum, ne Clericis onera cum Laicis communia imponantur, & hoc etiam fundamento nitatur *Bursatus*, æquitati tamen minus conveniens arbitror, Clerum tempore communis necessitatis exclusum esse ab oneribus ferendis. Si enim omnibus, una cum reliquis civitatis membris, commodis utitur & fruitur, & justitia & æquitas postulant, ut etiam de incommodis participet, summa cum injustitia esset conjunctum uni soli imponi onera, altero libero evadente quemadmodum enim æqualibus debentur æqualia, ita etiam æquales debent æqualia facere & præstare. Clericis autem, æque quam Laicis, securitas debetur & præstatur publica, ergo illi vicissim præstanda præstare jure subterfugere non possunt. Inprimis vero necessitate publica imminente, ubi de communi omnium salute agitur. Et sane si tota civitas expugnaretur, & funditus everteretur, Cleri opes, non magis quam cœterorum, intactæ manebunt, quare melius est, pro bonorum quantitate, ea suppeditare ad communis Reipubl. salutem quam

una cum Reipubl. detrimento nihil ominus perire. Melius censuit quam *Bursatus, Franciscus Amaya*, qui licet sit Pontificius, bona Ecclesiasticorum non eximenda censet in *Comment. ad tres posteri. libr. Cod. in l. 3. C. de Annonis & tributis num. 36.*

§. IIX. Si enim Imperator noster in *l. Sancimus C. de SS. Eccles.* permittit divinarum rerum alienationem pro redimendis captivis pro alimentis pauperum & fame coercenda, quod animæ hominum quibuscunque inanimatis vasis ac vestimentis præferendæ, multo magis concedit, quod, ad evitanda ujusmodi extrema, Cleri teneantur de suis bonis & pro semetipsis, prout ratio postulare videtur, aliquid conferre, quo captivitates, fames & pauperies, aut graviora incommoda averiantur. Interim tamen cautione quadam opus esse autumo, de quibus nempe Ecclesiæ bonis aliquid conferri possit in ærarium militare. Quoniam bona quædam vel immediate cultui divino inserviunt, ut ipsa templa, sacella, baptisteria, pantinæ, libri, calices, & reliqua divinarum rerum suppellex, de his aliquid concupere ad constitutionem ærarii militaris, non facile fas aut jura sinerent, vel mediate honori divino inserviunt, ut agri, prata, horti, piscinæ, decimæ; villæ, & alii ecclesiæ reditus, de his aliquid conferre ad ærarium nostrum jura non vetant nec peccatum foret, multo minus, si bonis profanis, quæ à Clericis aut sacratis personis possidentur collectæ imponerentur. Quæ bonorum à Clericis possessio plerumque oritur, si à privatis, vel per ultimam voluntatem aut donationem vel alio titulo quædam impetrant, quæ deinde nihilo secus tanquam ecclesiæ bona immunia volunt esse, sed quibusdam in locis irrito successu, res enim cum onere transire debet. Vid. *Ungepaur. Comment. sup. Decretal. de immunitat. Ecclesiar.* Reipubl. enim quam maxime interest, ne bona illius imminuantur, aut per concessam onerum immunitatem nervi civitatis subducantur & everventur.

§. IX. Hoc acuti Veneti præ aliis cavere student, qui inter ipsorum leges etiam quasdam habent, quibus cavetur, ne cuipiam liceat, absque Senatus consensu & authoritate, nova templa aut cœnobia extruere, aut Clericis & Monachis fundos donare. Quas leges cum initio hujus seculi, ob nimiam in Clericos liberalitatem, renovaret Venetorum Senatus, Pontifex Romanus Paulus V. instigantibus, ut fertur, Jesuitis, Venetos rursus abrogare leges jussit, illos vero renuen-

nuentes excommunicationis fulmine percutit, & cum universa ditione sacris interdixit, verum nihil ominus sacra sunt peracta,& cum neuter cedere vellet, contractis utrobique fœderibus, conscriptisque copiis, à verbis ad arma deventum fuisset,nisi interventu Galliarum Regis res controversa tandem sopita & reconciliata, Lojolitis vero postea Venetorum territoriis & ditionibus est interdictum *Thuanus lib. 137. Cluverus in histor. Epitom. pag. m. 761.*

§. X. Forenses quoque, legum Doctores, & liberalium scientiarum Professores, collectis exemtos volunt Dd. Sed in his cujuscunque loci consuetudinem observandam esse statuo, quibusdam enim in locis majoribus gaudent privilegiis, quam alibi, quæ tamen pro temporum & rerum vicissitudinibus non raro etiam variant, præsertim si necessitas ex lex adsit, cui se nemo facile subducere potest. De his vero, an, & quatenus ab oneribus collectarum immunes sint, & in quantum sint obnoxii & obligati. Vid. *Casp. Klockium, in tractatu Nomico Politico de Contributionibus cap. 13, sect. 1. & cap. 15. per tot. Georg. Mundium de Muneribus honoribus & oneribus cap. 1. n. 76. & seqq. Georg. Frantzii Variar. Resolut. lib. 1. Resolut. 20.*

§. XI. Idem dicendum de Nobilibus, de his enim nihil certi asserendum, cum pro diversitate bonorum, quæ possident, diversis in ditionibus & provinciis, variæ hic considerandæ venirent circumstantiæ, quas omnes delineare hæc exercitatio non permitteret, Interim tamen verum, illos majori libertate & immunitate gaudere, quam alii, prout nempe consvetudo cujusque loci secum fert. Interdum autem, quando ratio ita postulat, & communia onera subterfugere non possunt, e. g. si capitatio instituitur, à qua, nec Princeps ipse quandoque se excludi patitur. Collectandi modus vero in illis discrepat, si enim sunt immediate imperio subjecti, ut die Freye Reichs Ritterschafft in Francken/ Schwaben und am Rhein. solum à Cæsare illis indicuntur, Imperatorique persolvuntur, licet enim exemti sint à præstatione collectarum provincialium, non tamen immunes ab oneribus Collectarum Imperialium, *Schönborn. Polit. 4. 24. Webnerus in verb.* Schatzung/ sin vero sint Principis Vasalli, & ab illo feuda teneant, tum à Principe quoque, verum plerumque titulo honorabiliori, collectæ imponuntur. Cum vero etiam alia possideant bona, quæ feuda non sunt, de his regulariter quoque, ut alii, tenentur onera sufferre.

§. XII.

§. XII. Quosdam, neque Clericalis & Doctoralis dignitas, neque generis nobilitas, sed paupertas & impossibilitas, liberare videtur. Comparatum enim ita est his in terris, ut interdum & posse & velle conjunctim sint posita, ubi igitur quis collectas potest solvere & facit etiam tum bene de illo agitur, si vero quandoque potest, & obstinato animo solvere recusat, Principi aut Reipubl. non desunt media, ejusmodi obfirmatum animum ad debita redigere obsequia. Verum cum illis male se res habet, qui quidem libenter persolverent, sed ob curtam supellectilem & rerum angustiam, facultas persolvendi ipsis est ademta. Quibus igitur ita est res angusta domi, illi secundum nostrum jus civile eximuntur à contributionibus, corpori vero indicta obsequia solvere tenentur, vigore *l. cura §. inopes ff. de muneribus & honoribus* Exinde non semel Recessibus Imperii insertum legimus, ut eorum habeatur ratio, qui inopia & egestate laborant. Reichs Abscheid Anno 1598. §. und daß den Unterthanen. Anno 1613. und daß den Unterthanen. ibi die Erarmete und Erschöpffte.

§. XIII. Restringitur vero pauperum privilegium eo usque, ut si pauperis bona rursus incrementum acceperint, tunc ipsius opes aestimabuntur, & contributiones pendere est obligatus, *l. 4. §. deficientium Pand. de muneribus & honoribus, l. ab his oneribus §. auctis D. de Vacation. & excusat. muner.* Non immerito autem queritur, si certa pecuniae summa universitati aut civitati cuidam imponitur, quis pauperum portionem persolvere debet. Resp. reliquos subditos opulentos pauperum onera in se suscipere oportet, secundum *l. omne territorium C. de Censibus.*

§. XIV. Succurrit alia quaestio, quisnam pauper censendus: Jus nostrum civile illum pauperem aestimat, qui minus quam quinquaginta aureos possidet, *l. nonnulli Pand. de Accusat. & inscript.* Verum an talis hodie sit exemtus, ut nihil contribuere debeat ad onera patriae, pro publica salute sublevanda, jam non disputabo, sed aliis hoc relinquam. Unum hoc addam, quod antiquitus etiam ii ab oneribus liberi extiterunt, qui magno liberorum numero gavisi sunt, qui enim pater duodecim liberorum audiebat, honoratissima munerum quiete donabatur *l. 24. C. de Decurionibus.* Qui vero sedecim liberorum parens erat, ille ab omnibus muneribus immunis erat vigore *l. semper §. 2. Pand de jure immunitatis,* Hocce autem ob sobolis procreandae, & civitatem hominibus

nibus implendi favorem factum fuisse testatur *Hermann. Latherus de Censu lib. 3. cap. 3. §. 41.*

§. XV. Visis & consideratis hactenus personis, quæ ad ærarium militare constituendum, collectas solvere vel sunt obligatæ vel exemtæ, res & bona nunc aggrediemur. Cum igitur secundum communem opinionem, felix illa censetur civitas, quæ tempore pacis de bello cogitat, ita non minus illa fausta esse potest, si de mediis, per quæ bella sustinentur cogitationes suscipit. Ad hæc igitur consequenda, necessarium est, ut bonus ordo servetur, & ejusmodi viris hæc res concredatur, qui non vulgarem bonorum provinciæ & patriæ cognitionem habent. Ad hanc impetrandam quodammodo opus videntur libri censuales, hodie æstima seu catastra, in quibus singulorum civium bona consignantur, & inscribuntur personæ, cum omnibus rebus & facultatibus ubique locorum possessis.

§. XVI. Quoniam autem æstimi sive catastri finis est, ut taxentur subditi, singuli possessores citandi sunt, ne æstimatio illis noceat *l. quisque ff de A. R. D. l. Censualis & l. si Præses C. de Donationibus.* Potestas autem conficiendi catastrum, inferiori magistratui à Principe committitur ac tenentur Ordines provinciales Principi rationem reddere, si illam poscat, juxta §. 3. Capitul. Leopold. Auch nicht gut heissen noch zugeben / daß die Land-Stände die disposition über die Land-Steuer deren Empfang / Ausgabe und Rechnungs-Recessirung / mit Ausschliessung der Landes-Herren privative vor und an sich ziehen. Illi autem Censitores & confectores catastri, incontaminatæ vitæ & conscientiæ viri esse debent, juxta *l. quoniam C. de censi. & Censitori,* quod approbant *Recess. Imper. de Anno 1544.* §. Und damit nun dieser *& de An. 1512.* Ich gelobe und schwere meiner / & jurare tenentur se officium suum fideliter peracturos, quo adæquatis bonis secundum æquitatem collectarum indictio procedat. Quando enim ejusmodi æstimum consensu omnium confectum, & authoritate Principis approbatum, & se suaque bona in catastro describi patiuntur, eo ipso se obligant ad solutionem inscriptæ quantitatis collectarum, quæ postea necessitatem solvendi in se continet, *l. sicut C. de Obligat. & Action. l. 3. Pand. eodem.* à qua nemo postea liberatur nisi per supremam potestatem. Princeps enim supremus solus potest immunitatem à collectis præstare vid. *Albert. Bruni Consil. Feudal. Volum. 1. Consil. 32. num. 6.* Et

eum qui non est insertus æstimo; immunem habendum esse censet *Francis. Bursatus. Consil. 186. n. 18.*

§. XVII. Cum itaque Censitoribus incumbit, videre, ut bonorum fiat professio, multis in German. locis obtinet, ut, mediante juramento, fortunas & opes suas apud Magistratum profiteantur: qua cognita, cives eorumque bona referuntur quibusdam in locis in censum, quibusdam in locis etiam non referuntur, sed pecunia allata sine discrimine & absque inspectione statim colligitur. Æstimanda autem & catastranda veniunt omnia bona, quæ fructus ferant, nisi singulari quodam privilegio aut consuetudine se immunes esse docere possint. Agros quod spectat, & quomodo illi æstimandi, præscribit noster Imperator in *l. 4. Pand. de Censibus* hoc modo. *Forma Censuali cavetur, ut agri sic in censum referantur. Nomen fundi cujusque, & in qua civitate & quo pago sit, & quos duos vicinos proximos habeat, & id arvum, quod in decem annos proximos satum erit, quot jugerum sit. Vinea quot vites habeat, pratum, quot intra decem annos proximos sectum erit, quot jugerum, pascua quot jugerum esse videantur, item sylva cadua &c.*

§. XVIII. Studiose autem præcavendum, ne una persona sit Censitor & quæstor uno eodemque tempore simul, Dd. suadent. Sed Censitores tributum aut collectas imponere debent, quæstores autem exigere. An vero collectæ secundum bonorum æstimationem, aut pro proventuum & fructuum quantitate, imponendæ, de hoc cujusvis civitatis lociq; consuetudo & mores sunt consulendi & observandi.

§. XIX. Quænam vero bona quam commodissime ærarii nostri materiam induere possunt, varie discrepant. Distingvendum esse inter bona, quæ sunt in vita necessaria aut non, utilia vel voluptuaria, communis est Dd. sententia, illa quippe necessaria dicuntur, per quæ vita hominum toleratur, & sine quibus sustentari nequit. Utilia vero, quæ opus quidem sunt, quibus tamen necessitatis tempore quodammodo carere possumus. Voluptuaria denique consistunt in iis, quæ ad delicate & jucunde vivendum media subministrant, quæque ad elegantiam magis quam necessitatem spectant. Hæc autem omnia, pro temporum vicissitudinibus, diversisque vitæ generibus & conditione cum personarum tum bonorum bene dignoscenda erunt, utpote in quibus non minimum Reipubl. commodum versatur, quibus bonis quam commodissime imponantur collectæ, qui enim ea, quæ necessaria

ria

ria sunt quotidiano victui, & sine quibus vitam transigere vix nequimus, magnis oneraret collectis, idem faceret, ac si quis alicui subtraheret vivendi media. Quapropter istum modum non approbandum esse multi statuunt, per hæc enim civis privaretur necessariis, quæ tamen, ut augeantur, & Principi & Reipubl. refert. Reliqua autem bona, quæ non ad necessitatem, sed ad voluptatem magis spectant, citius collectis, tributis aut vectigalibus gravari posse, sunt qui existimant. Quæ itaque sunt superflua, neque ad conservationem corporis aut animi perfectionem pertinent, sed solam voluptatem spectant & sapiunt, ea magno cum Reipubl. bono commode in ærarium militare transfire possunt. De quibus non incongruam conscripsit relationem *Trajanus Boccalini, quæ est 64. in suis relationib. ex Parnasso.*

§. XX. Reperiuntur tamen nonnulli, qui idcirco collectas imponere necessariis arbitrantur, quod exinde major lucri spes majorque vis argenti corradi possit. Quibus enim carere non possumus, ea citius consumuntur quam alia. Verum cum grano salis hæc accipienda esse nullus dubito Interim cujuscunque loci consvetudo, ratio temporis & ipsa necessitas observanda venit. Si enim ex ejusmodi retentionis privato lucro aut commodo, Respubl. detrimentum quoddam capere posset, maxime cavendum foret, ut averteretur, & hujus gratia non tantum voluptuaria, sed & necessaria bona quadantenus applicanda esse neminem inficias iturum esse arbitror, adeo, ut si cives & subditi ea renuerent, neque à suo, quod sibi competere putant, jure recedere vellent, ad ea compelli posse, non desunt qui affirmant, imo quidam asserere non verentur, Principi licere res unicuivis eripere. Quod tamen Aristoteles noster improbare videtur, cum per rerum privatarum temerarias ablationes, hostes & conjurationes propria in provincia existunt & conspirationes oriuntur. *Polit. 5. c. 5. & 6.* plurimaque etiam alia & recentiora nobis hac de re extant exempla, quibus historiæ hinc & inde scatent, quæ tamen producere non minus odiosum quam periculosum foret.

§. XXI. Quamvis enim quidam ex Machiavelli asseclis sunt in hæc sententia, nihil referre, ut nimius exactionibus subditi exhauriantur, inter quos est *Autor Politici scelerati*, qui impugnatus est & refutatus à *Christoph. Pellero cap. 45.* & quidem ex hac ratione, quod ita subditi enervarentur, ne rebellionem aut tumultum deficientibus mediis ex-

citare possint. Verum, rem hanc esse periculi plenam, saniores Politici asserunt, cum non tam omnibus bonis quis privari possit, ut non cultellus ad vindictam remaneat atque supersit. Citius etenim Paternæ necis homines oblivisci, quam ablati patrimonii dici solet: quod innumeris ferme exemplis ostendit in singulari tractatu Joh. Wilhelm Neumeiter von Ramsla/ von Auffstand der Untern wieder Ihre Regenten und Obern/ cui addidit alium von Schatzungen und Steuren. Illam vero sententiam, ut Princeps suos subditos deprimat, si secure & tranquille regnare velit, quomodo recte intelligenda, quam optume explicat acutus Politicus *Trajan. Boccalini in relationib. ex Parnasso Relat. 68.* Quam optime igitur svadet Aristoteles noster, *Rhetor. 1. cap 4. inciso 4. Edit. Schrader. Eum qui de vectigalibus sententiam dicturus est primum quidem nosse oportet, quantum ex quaque re civitas capiat, ut si quid praetermittitur, addatur, si quo minus, quam par est, ex re aliqua percipitur, augeatur. Noti autem ei esse debent sumtus quos facit civitas, ut si quis supervacaneus est tollatur, & si quis justo major, minuatur.*

§. XXII. Rationem etiam habendam esse Principi circa provincias earumque situm Politici volunt. Ea enim territoria, quæ vicinis nostris sunt vicina, non tam graviter oneranda esse contributionibus, quam ea, quæ in meditullio regni sunt sita, dicunt & quidem ob hanc causam, quod eo citius jugum excutere, vicinique Principis tutelæ se committere possunt, quam ii, qui in medio regno aut principatu habitant, Hoc etiam observavit *Forstnerus in not. Politic. ad Taciti Annal. lib. 4 pag. m. 643.* dum dicit: *Veteres limitanea regnorum loca, non tam gravibus vectigalibus, atque ea quæ in meditullio regni sunt, onerarunt metu defectionis.*

§. XXIII. Nec etiam eos collectis nimiis premendos esse, qui bella aliasque difficultates sustinuerunt, æquitas postulat. Tunc etiam incolæ, novi acquisiti Ducatus aut Principatus, humaniter sunt tractandi, nec statim variis implicandi oneribus & collectis, sed id agere debet Princeps, quo magis per clementiam, quam metu animos sibi devinciat. Clementiæ enim famam, novum aliquod imperium & Principatum inchoantibus aut ordinantibus, admodum utilem esse, admonet Politicorum princeps *Tacitus Histor. 4. cap. 63.* Idque studeat Princeps, ut efficiat, quo subditi sentiant, attamen citra publicæ rei detri-

detrimentum, melius sibi esse sub ipsius quam sub antecessoris regimine, id enim si intelligunt, facile amorem universi in se concitabit populi eoque facilius postea, necessitate imminente collectas imperabit impetrabitque, si subditorum animos prius sibi conciliaverit.

§. XXIV. Artificem hac in re primis annis, Nero, monstro postea quam homini similior, se præbuit. Qui ut populo placere vellet, cuncta vectigalia omitti jussit. Sed improbarunt hoc & irritum reddidere ipsius conatum Senatores Romani, docendo dissolutionem Imperii si fructus quibus Respubl. sustineretur, diminuerentur, *Tacitus 13. Annal. cap. 50.*

§. XXV. Ea etiam bona, quæ importantur & exportantur, posse aliquid conferre ad nostrum ærarium, nemo facilè negabit, non ultima enim cura principi debet esse, quæ circa vectigalia imperanda versatur. Plerumque tamen volunt Dd. ut in iis subditi non tam graviter onerentur quam extranei; ne Princeps videatur commodis exterorum magis favere quam suorum, Unde multis in locis peregrini duplum, quandoque pluris solvere tenentur quam subditi. Curæ vero ærarii & vectigalium præponendi sunt homines, qui puras innocentesque manus habent, & qui bene in civitate audiant. *Ærario qui præsunt, Viri optimi constituendi sunt* inquit *Besoldus in synops. Polit. doctr. cap. 7. §. 23.*

§. XXVI. Si igitur collectæ legitime sunt impositæ, distributæ & in catastrum relatæ, paratam executionem merentur, & quidem ita, ut ab executione in illis exigendis extraordinarie procedi possit, argum. *l. misi opinatores C. de exactoribus tributorum. l. abstinendum C. quorum appellationes non recipiuntur.*

§. XXVII. Executive vero, quomodo proceditur, ubique licet videre, præsertim ubi milites aluntur. Subditi namque si refragantur aut tardant impositas persolvere collectas, variis juris remediis ad officium redigi possunt. Magistratus enim, aut etiam exactores contributionum pignora capere posse ab his, qui non in tempore collectas exsolvunt videmus in *l. 1. C. Si propter publ. pensitati: venditio fuerit celebrata.* Possunt etiam sequestrari bona & fructus morosorum, donec debitas pendent collectas, imo ipsa prædia & bona in catastrum relata, non tantum auferri, sed & vendi possunt, vigore *l. venditionem. C. si propt. publ. pensitat.* Pecunia etiam & mulcta compelli possunt subditi ad præstationem collectarum, imo hac deficiente, pœna corporis afficiuntur.

§. XXIIX. Supereſt adhuc modus, qui quidem valde durus, uſitatiſſimus tamen, quando nempe ſubditi refragantur, & in obdurato animo perſeverant, tunc militibus, usque dum obediunt & perſolvunt, coërcentur, qui modus probatur *l. 1. C. de officio Perfecti Auguſtalis*, & hic modus hodie tritiſſimus eſt exactoribus: Quando enim contributiones non ſtato perſolvuntur tempore, è veſtigio militari manu executio quibusdam in locis peragitur. & milites tamdiu ſunt alendi eorum ſumtu, qui non exſolverunt contributiones, donec præſentem pecuniam numerent & tradant. Quod comprobat Gener. Dn. à Seckendorff part. 3. des Teutſchen Fürſten Staats p.m. 458.

PARTIS SECUNDÆ
SECTIO SECUNDA

§. I.

NOn ſufficit verò ærarii conſtitutionem delineaſſe. Cum enim teſte experientia, non minor virtus requiratur ad ea tuendaque ſunt parta, quam acquirenda, ridiculum foret, de illius conſtitutione ſaltem ſolliciti ſi eſſemus, ejus autem conſervationem ſusque deque haberemus.

§. II. Magno cum Reipublicæ damno conjunctum eſſet, ærarium militare non ſine civium moleſtia erectum, rurſus dilabi. Quapropter ſummopere cavendum, ne bona aut collectæ contributiones, aut ſi quo nomine pro diverſitate locorum alio veniant, alienentur, aut dilapidentur, tum etiam forte alienata, ut quamprimum quibuscunque, licitis tamen modis redintegrentur, aut repetantur. Si enim licita hæc ſunt in privatorum negotiis, quando nempe aliquid dolo in fraudem alterius geſtum ſit aut actum, ut exinde reſtitutionem in integrum jure peti poſſit, multo magis in publicis hoc fieri poteſt, quorum major quam privatorum favor, præſertim, ſi ejusmodi publicum cum univerſæ civitatis bono & commodo eſt conjunctum.

§. III. Ordinarii illi reditus per quod ærarium militare conſtituitur, ſumma cum diligentia, ſi non conſervarentur, brevi Imperii, aut civitatis diſſolutio foret timenda, & quamvis, Principem omnia poſſe, communis Dd. ſit ſententia, ipſum tamen bona Imperii non poſſe alienare volunt, de qua re *Arnold. Clapmarius de arcanis Rerumpubl.* ita diſſerit *lib. 5. cap. 12. Atq; hac eſt pene communis JurisConſultorum ſententia, Prin-*

Principem cum omnia possit, res tamen Imperii abalienare non posse, hac omnia non magis quam patrimonia privatorum exaniri aut eviscerari debent. Ejusmodi enim bona Principi sunt concessa ad Reipubl. onera ferenda, quæ sane non levia sunt, ubi Mavors & Bellona quam Irene plus imperant. Si antiquis igitur temporibus aut etiam noviter ejusmodi reditus aut subdole, aut aliter, sunt Principibus aut Reipubl. subtracti, nullo obstante princeps hos revocare, & ad communia onera sublevanda petere potest.

§. IV. Nulla etenim facile præscriptio hic valet aut valere potest, quidquid enim saluti populi & civitatis refragatur, ea tanquam noxia Reipubl. sunt rejicenda, Nam *salus populi suprema lex esto*, cui aliæ leges merito postponendæ, cum in iis de privatorum negotiis, non de publico Reipubl. commodo agatur. Unde quibusdam in regnis constitutum videmus, ubi nullæ donationes etiam à principe factæ valent, sed irritæ sunt nisi prius per Consiliarios principis aut ordines provinciarum sunt comprobatæ, Exemplum nobis sit Gallia, in quo regno Philippus Valesius singularem tulit legem, mediante qua largitiones principum nimiæ, revocari possint, *nisi tabulis donationis continerentur, & non unum exemplum reperio donationum regiarum quæ à Pariensi Curia revocatæ atq; abolitæ sunt*, quemadmodum refert ex *Connan. lib. 1. Commentar. Clapmar. lib. 5. c. 13. de arcan. Rer. publ.*

§. V. Non inelegantem locum de hac materia suppeditat *Maximilianus Fausst. ab* Aschaffenburg/ *in suis pro ærario consiliis Class. 17. Consil. 47. Ordinat. 1321.* dum de regalium alienatione inter alia inquit. *Hoc videtur esse jus gentium, quia fere omnia regna eo usa sunt & utuntur; ea ratione, quod sicut homines non præscribunt adversus Deum, sic nec homines contra Rempublicam, Et idem Themistocles Athenis, & Cato Censor Romæ nulla admissa exceptione temporis, bona Reipublicæ per patientiam vel factum aut negligentiam magistratuum à personis privatis occupata & possessa, in publicum revocarunt, ut tradit Plutarchus in vita utriusque. Ita receptum & in regno Galliarum longissima & immemorialis initii consvetudine firmata pluribus edictis regnis, & comitiis regni generalibus, quibus alienationes revocatæ fuerunt. Item in regno Hispaniarum, ut habetur in Codice Hispan. part. 1. tit. 5. & in comitiis habitis Anno 1560. In regno Poloniæ ut notatur in constitutionibus ejus regni. In regno Anglico, ut habetur in Charta Magna Anglorum, Venetiis in statuto Venetorum lib. 2.*

§. VI.

§. VI. Non improbat hoc quoque Jus Canonicum, sed potius jubet, ut alienationes ejusmodi regalium, quæ cum detrimento publicæ rei sunt conjunctæ, revocentur, licet etiam juramento sint confirmatæ de non revocando. Ob majorem rei evidentiam, tum etiam quia textus est notatu dignus ipsa capit: verba apponemus, Scribit autem Papa Honorius ad Archiepiscopum Colossensem ejusque suffraganeos hoc modo. *Intellecto jamdudum, quod charissimus in Christo filius noster Hungariæ Rex illustris, alienationes quasdum fecerit in præjudicium regni sui & contra Regis honorem. Nos eidem Regi dirigimus scripta nostra, ut alienationes prædictas non obstante juramento, si quod fecit, de non revocandis eisdem studeat revocare. Quia cum teneatur & in sua coronatione juraverit jura regni sui & honorem coronæ alligata servare, illicitum profecto fuit, si præstitit de non revocandis alienationibus hujusmodi juramentum, & propterea penitus non servandum. Capit. 33. X. de jurejurando.*

§. VII. Jus quoque nostrum civile prohibet, non tantum Dominii alienationem, verum etiam omnes actus qui alium alicujus juris participem faciunt argumento *rubr. & l. final. Cod. de rebus alienis non alienandis, & de prohibita rerum alienatione vel hypotheca.* ideoque alienatio fundi dotalis jure civili prohibita est. *Pand. de fundo dotali.* Liquet autem, ejusmodi bona & regalia principi concessa esse instar dotis ad ferenda onera reipublicæ, quare dotalium exemplo tanquam sponsus publicæ rei, non potest ea distrahere *arg. §. 1. Instit. quibus alienare licet vel non. l. lex Julia, ff. de fundo dotali.* Quomodo vero alienatio & abalienatio differant hoc videmus apud *Valent. Forsterum pag. 206. num. 5. de Jurisdictione Romana,* ubi dicit, *Alienatus dicitur is, qui alienus factus est, abalienatus vero, quem quis à se removerit, etiamsi non sit factus alterius.*

§. VIII. Accedit etiam quod principes & Reges ad regnum vel Ducatum pervenientes juramento plerumque se obligent in inauguratione, de non alienandis bonis & regalibus dominii principatus aut regni, ut proinde actiones contrariæ & alienationes irritæ reddantur, & repetitioni locum faciant.

§. IX. In nostro Imperio legis fundamentalis instar est capitulatio Cæsarea, mediante qua Imperator eligendus promittit ipsum nihil alienaturum de Imperio, testatur hoc *Joh. Sleidanus*, qui in *Commentario de statu Religion. & Reipubl. lib. 1.* asserit, quod inter conditiones, à Septemviris Carol. V. Roman. Imperat. præscriptas, etiam hæc una fuerit: ne

rit: *ne facultates Imperii neq; distrahat neq; oppignoret, ne alio quovis modo deteriores faciat*, quod & in novissima electione Leopoldi I. ut & in prædecessorum suorum semper observatum fuisse, & singulari articulo comprehensum, quo cautum ne aliquid alienet de Imperio, Capitulationes eorum testantur. Novissimam capit. exhibet *Christianus Gastelius in tractatu de statu publico* Europæ *cap. 5. de Imperatoribus pag. 78. in cujus art. 12.* Cæsar solenniter se obligat, ipsum non tantum nihil de Imperii bonis alienaturum, sed etiam operam daturum, quo alienata pro viribus repetere imo augere posset. Verba dicti articuli ita sonant; Zu dem und insonderheit sollen und wollen wir dem Heil. Römischen Reiche/ und desselben Zugehörungen/ nicht allein ohne Wissen/ Willen und Zulassen gemeldter Chur-Fürsten/ sämtlich nichts hingeben/ verschreiben/ verpfänden/ versetzen noch in andere Wege veräussern oder beschweren/ sondern Uns auch aufs höchste bearbeiten/ und allen möglichen Fleiß und Ernst fürwenden/ dasjenige so davon kommen als verfallene Fürstenthüme/ Herrschafften und andere/ auch confiscirte und ohnconfiscirte merckliche Güter/ die zum theil in anderer frembden Nationen Händen ohngebührlicher weise gewachsen/ zum förderlichsten wiederum dahin zu bringen/ zu zueignen und dabey bleiben zu lassen/ nichts weniger die Ergänzung der Reichs-Crays en zu befördern &c. &c. Quapropter etiam secundum quosdam Augusti Imperatores salutantur zu allen Zeiten Mehrer des Reichs/ ut officii sui exinde admoneantur, ut refert *Rumelinus ad Auream Bullam dissertat. 1. thes. 6.* Vicariis etiam Imperii interdictum esse, ne aliquid tempore provisionis suæ alienent, apparet ex *Aurea Bulla Car. IV. cap. V. §. 1.* imo nec Papæ licet alienare civitates Ecclesiæ, ut affirmat *Martinus de Carazii Laudensis in tractatu de Principibus, quæstione 128. Tom. 16. Tractat. Tractat. pag. 206.*

§. X. Hæc de alienatione bonorum reipubl. hac vice sufficiant, equidem possem addere plurima hujus rei exempla, ut de donatione Caroli Magni facta Pontifici, de vectigalibus à Carol. IV. Electoribus concessis, ut & multa alia, sed quoniam res est altioris indaginis, & dura quæstio, acutis hoc Politicis & Juris publici Doctoribus discutiendum relinquo. Quid apud Imperii nostri Duces & Principes hoc in casu obtineat, & quomodo reditus ærario nostro ablata, revocent aut repetant, de hoc cujuscunque loci consuetudo consulenda erit, non

 differ-

dissertationis enim, sed longi tractatus opus foret, singulorum mores hac in re annotare.

§. XI. Non exiguum etiam conservationis ærarii remedium suppeditat parsimonia. Magnum enim vectigal est parsimonia, & *Proverb. 3. v. 17.* expresse dicitur quod *Parsimonia opes augeat*, quomodo autem ejusmodi parsimonia instituenda, hic opus hic labor est, detrahendi autem sunt nimii sumtus, & cuncta ita constituenda ut omnia de æquo & plano fiant. Si enim tam parce instituerentur ut cuique suum subduceretur, culpandum foret & plus damni quam utilitatis inde resultaret, milites enim quibus non solvitur pecunia menstrua rebelles fiunt, quod etiam factum fuisse legimus magno cum Bohemorum damno in Bohemia, unde etiam clades apud Pragam consecuta est, quemadmodum hoc inter causas corrupti Bohemorum status recenset *Caspar Londorpius Actor. Publicor. parte 2. pag. 221.* si ipsorum argentum retineatur pluribus hoc exemplis, tam antiquis quam novis probari possit, si temporis ratio hoc pateretur, dum nimirum, si conflictus jam inchoandus, prius pecuniam longe debitam poposcerunt, in tali casu Principem magis munificum oportet esse, præsertim necessitate exigente cum contra alibi occasionem aptam arripere possit quo nimios sumtus, qui bellicis negotiis impendendi, aliquantisper detrahat, omnia vero ita dirigenda, ne res militaris damnum capiat, quod sæpe accidit dum paululum lucrando magnum nos nobismet ipsis superinducimus malum.

§. XII. In his vero, quæ elegantiam magis spectant quam necessitatem aut utilitatem, commode aliquid & sine detrimento subtrahi potest, non unum enim exemplum extat, quod exercitus necessariis saltem armis instructus, vicerit alium exercitum auro gemmisque coruscantem, licet numero longe superiorem, & vix reperiemus, quod ejusmodi copiæ ita ornatæ unquam reportarint victoriam. *Q. Curtius* nobile nobis suppeditat specimen, ubi discrimen evidenter perspicere possumus inter militem necessariis saltem armis armatum fortemque & militem qui non tantum de armis verum etiam de aliis inutilibus ornamentis impedimentisque sibi prospexerit. Quantum, dico inter hos discrimen fuerit videmus inter Persas & Græcos, Græci quamvis numero longe minores instructissimum & omni rerum apparatu, ornamentis, necessariis non saltem sed & superfluis rebus magno cum

cum luxu undique bene prospectum Persarum exercitum, plus vice simplici, ad incitas redegerunt, imo summa imis mutaverunt.

§. XII. Hæc ex antiquis produxisse sufficiat, si recentia spectemus, occurrit, nobis insigne exemplum Caroli Burgundi cognomento Audacis, qui cum Bellum Helveticum, meditaretur, tantus luxus in ipsius castris deprehensus, ut Helvetii non tantum idcirco obstupuerint, sed etiam deprecati fuerint vim brevi à Carolo illis inferandam. Notatu dignum est quod in alia confessi fuerint Carolo, & ipsi dixerint *Pluris sunt equi tum tuorum calcaria quam patrium nostrum solum.* Verum hæc omnia Carolus naso suspendit adunco, & exercitum paravit validissimum, sed Helvetii non luxum superfluum sed necessaria saltem curantes, *tanto cum furore cum eo confluxere ut funderent fugarent castris, impedimentis machiris totum ipsius instructissimum licet exercitum exuerent.* Vide *Philipp. Cominaeum lib. 7. Commentar. Joh. Cluveri Epitome histor. pag. m. 670.*

§. XIV. Non dissimile quid reperimus in Gallico isto libro, qui compositus est per ArchiEpiscopum Parisiensem *Hardouin de Perefixe*, & inscribitur *Historie du Roy Henry le grand* ubi p. m 85. describit diversos apparatus, diversumque statum, duorum exercituum, plane inter se, licet in uno regno, tam quoad apparatum bellicum, tam quoad mores discrepantium, verba sunt sequentia. *L' armée de Joyeuse é toit pour ainsi dire toute d' or, brillante de Clinqvant d' armes damasqvinées, de plumes à gros bouillons d' écharper en broderie, de casaques de velours, dont chaque Seigneur selon la mode de ces temps la avoit par è ses compagnies. Celle du Roy de Navarreé toit toute de fer, n' ayant qve des armes grises, & sans & aucun ornement, de grands colets de Busle, & des habits de fatigve. La premiere avoit l' avantage du nombre six cens chevaux & mille hommes de pied plus qve l' autre* Nihilo vero minus licet optime fuerint instructæ & magnifico luxu spectabiles copiæ Ducis de Joyeuse numero etiam longe superiores tamen Henricus Navarreus magnam de illis victoriam reportavit, ut refert idem autor pag. 89. his verbis, *l' armée ennemie fût toute taillée en pieces, avec perte de cinc mille hommes de son canon, bagage, enseignes, & de tous ses chefs, hormis deux ou trois, entre autres du Duc de Joyeuse & de Saint Sauveur son frere, qv' on trouva estendus sur la place.* Recentiora quidem adducere possem, verum quoniam odiosum foret, hoc labore supersedebo, cum ex his satis ut arbitror apparet, plus robo-

ris & virium ejusmodi inesse copiis, qui in id curas suas intendunt quo talia arma talemque sibi compareant vestitum, quibus non tantum cœli tempestatumque injurias sed & hostium insultus repellere possint, Non exigui profecto requiruntur sumtus, si omnia luxuose ad invidiam usque ornentur, quod tamen belli tempore nihil aliud efficit, nisi ut ærarium militare gravetur, cum quilibet id agit, quoad sustentandam pompam menstrua ipsius stipendia augeantur, & hoc cum damno ærarii fieri cuivis notum.

§. XV. Non loquor hic de necessariis belli impensis, sed tantum de superfluis, quæque ad elegantiam magis quam ad utilitatem, aut necessitatem spectant. Supra memorata exempla, cum irreparabili eorum damno satis monstrant, cui bono ejusmodi in belli negotiis plane inutilia ornamenta & impedimenta fuerint, magis animos hominum irritant ad æmulationem. quam ut inserviant ad hostilem vim avertendam, ærarium saltem exinde minuitur, illique sumtus impendi possunt majori cum emolumento, cum Reipubl. tum Principis, in alios necessarios belli usus.

§. XVI. Magnum præterea momentum quoque situm esse in recta & ordinata ærarii dispositione, ut & ejusdem dispensatione nemo vocabit in dubium, nihil enim majus quid ad conservationem ærarii nostri facere potest, quam si cordatis viris, qui sunt integri vita, scelerisque puri, cura ærarii committatur, frustra enim cura rerum gerendarum suscipitur, nisi ministri donei executioni adhibeantur, hi enim mediante ordine, qui est anima rerum, felicem successum producere & quandoque promittere possunt. Ideoque plerasque gentes rerum suarum satagentes præprimis id egerunt, ut ærarii pecunia benemeritis conferreretur, qui remotis omnibus affectibus hujus expensas ex Reipubl. solius bono metirentur. An vero uni soli, aut pluribus, summa ærarii militaris cura committenda adhuc ambigitur, Non uni, sed duobus ejusmodi munus esse addicendum, asserit Statistarum facile Princeps Cardinalis Richelius. Remoto enim ab officio suo administratore ærarii Veteri Villano quæsivit Rex Galliæ fidum hominem cui secure ærarium confideret, in consilium igitur adhibitus dictus Cardinalis duos huic muneri præficiendos esse censuit, *utrumque integerrimum, ut saltem alteruter officium faceret, qui etiam per ætatem usumque rerum maturuissent, isti muneri inprimis congrui, cum*

senes

senes sponte ad parsimoniam inclinent, autoritate præpolleant, ad onera populo persvadenda: experientiam vero rerum apprime necessariam, ne senes despectui sint, sed solidissimo sapientiæ fundamento innitantur, fallaciis fortunæ multoties delusi suo damno in paucis fidem, media sublesta semper habere. Essent præterea mediocres inter inopiam & nimiam potentiam, inops enim tentationibus incursari de intervertenda pecunia ad consulendum rebus angustis, potentes vero quidquid audacter rapturos. Ingenii autem acumen ante omnia requiri, quibus ordo domi esset cura, cum non facile summis proxima mediocri fortuna fuit, credenda, & ab inordinatis frustra ordinem expectes. Sunt enim isti dotes fisci administratori propria. Hæc fuit sententia summi istius Politici, qui pares vix habuit, illam vero retulit autor *historiæ ipsius & Mazarini pag. 32.* Huic quoque consilio Rex locum reliquit, & loco unius duos constituit fisci administratores Champinnium nempe & Marilliacum, viros iis instructos virtutibus & dotibus, quemadmodum Cardinalis ipse desideravit. Nec hujus consilii Regem postea pœnituisse, patet ex eo quod expectationi Cardinalis & Regis responderit, ut paulo post pluribus dicemus.

§. XVII. Tam magni,ut videmus, interest, ut viris rerum gnaris hæc ærarii provincia demandetur, quod si in hoc Princeps peccat, non raro dissolutionem Imperii futurum esse, Politici affirmant. Nam si secundum vulgarem illum versiculum

Non minor est virtus quam quærere parta tueri.

Tum hic Principi maximopere cavendum, ne per infidos ærarii ministros avidosque pecuniæ publicæ raptores ærarii vires minuantur. Ideoque sapiens hic Cardinalis duos præficiendos potius quam unum voluit, quo alter alterius actiones observare posset, ne temere aliquid ærario subduceretur. Ærarium igitur qui salvum & conservatum cupit ei præponat homines sanctissimos, qui puras & innocentes manus habeant, quique fama & integritate præ aliis sunt conspicui.

§. XVIII. Aliud etiam, *Forstnerus in notis suis suis ad Annal. Tacit. lib. 6. prior. Politicor. p. m. 655.* suppeditat remedium conservandi ærarium, ne illi tam cito quam alias aliquid auferatur, dum non ineptam esse cautionem asserit, qui ærarii & redituum, curam sacris demandarunt hominibus. Rationes statim (quæ tamen apud Pontificios solum valent) annectit. *Cum enim* inquit *illi* (Clericis nempe)

Pontificia constitutio matrimonia abstulerit, cur opes relinquere optarent liberis quos tollunt nullos? Præsumuntur itaque non divitiarum conquisitioni operam dare, aut cæteris mortalium curis occupari, sed pro domo, pro familia, pro posteris cælum habere. & adducit exemplum Imperatoris, qui Austriæ Antistitem Cremsmunsteranum, Cameræ præsidem dedit.] Necessariæ hæ cautiones & remedia, ut & plurima alia quæ sciens prætereo, non sunt spernendæ, sed potius diligenter adhibendæ, ne pecuniæ alias ærario debitæ, subtrahantur ab iis, quibus illarum custodia potius quam subductio competit, unde etiam corpori nostro juris civilis insertum videmus Titul. *C. de crimine Peculatus*, hujus criminis sunt rei, qui tempore administrationis publicæ pecuniam auferunt. Imo hodie quandoque videmus singularia institui judicia, quibus rapaces pecuniæ publicæ raptores vel cohibentur vel puniuntur.

§. XIX. Tale legimus constitutum fuisse judicium tempore Richelii in Gallia. Simul ac enim Mariliacus Fisco Regis Galliæ præfectus, statim quæstoribus negotium facessere conatus est, nec infeliciter. Cum enim bono intersit publico, ne pecuniæ publicæ dilapidentur, etiam requiritur, ejusmodi applicare media quo tales peculatus avertantur. Jussu itaque Regis, peculiare constitutum est judicium, quod in actiones eorum, qui publicas administrarent pecunias, inquireret, hoc licet majoribus minis, quam suppliciis, justitiam exerceret, attamen omnes ferme fuga se subduxerunt, donec tandem intercedente Cardinale, cum rei non tantum de bonis, sed & de vita periculum subirent, Regis ira est sedata persolutis septem millionibus librarum, proposuerunt insuper primarii inter hujus criminis reos, Regi, communi nomine, talem ærarii conservandi rationem, ut nullæ pecuniæ interverti possent, ita ad integritatem justitiamque quadantenus revocati, rex veniam indulsit & leges sanxit, quibus ipsorum aviditas est restricta & cohibita, addito statuto, ut quovis decennio hæc Curia in quæstorum actiones inquireret, tali remedio Rex ille usus est ad coercendum peculatum, recensente autore *Historia de Ministerio Cardin. Richel. & Mazarin. pag. m. 36. & 37.*

§. XX. Si in Hispania etiam Judicium in hunc modum formatum esset, *Trajanus Boccalini* certe non opus habuisset de ministris Hispaniæ scribere ea quæ reperimus in *suis relationibus ex Parnasso relat. 97.* centur. 1. & in den Politischen Probierstein *relat. 21.*

§. XXI.

§. XXI. De Gallis novum aliquod & nuperum habemus exemplum in Fouqueto summo ærarii regii præfecto, de quo in *Continuati: Histor. Epitom. Joh. Cluver. ad Ann. 1661.* hæc habentur verba: *In Gallicis Fouquettus, summus ærarii regii præfectus (Finantiarum Superintendentem vocant) postquam Regem Reginamq; aulam supra modum sumtuosis, & ob id nimis invidiosis epulis excepisset, munere exauctoratus, & carceri mancipatus est, non sine summo partialium, ut vocantur, stupore; immensæ ejus opes Regi addictæ scripta omnia sub Regis sigillo custodita, & ad causam ejus Commissarii designati sunt.* Hunc ad perpetuos condemnatum fuisse carceres, in quibus & jam vitam tolerat comperimus.

§. XXII. Ex his videmus Reg. Gall. institutum non minus esse laudabile quam publico bono salutare & maxime utile ac justum ejusmodi expilatores subditorum rursus expilare, eorumque peculatum, cum civium applausu, spongiarum instar exprimere, quo alii discant cautius inposterum mercari, cum facile conjecturare possunt, quid de illis futurum, nisi ejusmodi peculatus abhorreant & detestentur. Majus enim furtum non committi potest quam quod cum universæ civitatis maximo est damno conjunctum, hoc enim non imperantem solum sed & parentem graviter premit, nihilque magis dolet, quam si subditis videat, ea in privatum unius alteriusque ut descendant commodum, quæ sudore ipsius parta, & postea collectarum nomine Principi exsolvit. Principem etiam male habet, cum ipsius enim tum publicæ salutis sit detrimento, si ærarii pecunia in alios & privatos convertatur usus, per quam Reipubl. onera sublevari debuissent. Ex his quoniam gravissima plerumque subsequuntur mala ideo etiam gravibus sunt tales conatus reprimendi pœnis, & omni modo cavendum ne ærarium militare fraudulenter debilitetur, quod quandoque etiam fieri historici multis in locis testantur, unde sæpissime rebelliones oriuntur, ni princeps in tempore prævideat.

§. XXIII. Variis autem hoc modis fieri luce meridiana clarius est. Interdum enim militum pecuniæ in ipsorum stipendia vertendæ per luxum ludendo aut aliter prodiguntur ab illis qui iis præsunt, multoties etiam non menstrua sed & annua ipsis militibus restant stipendia, cum nihilominus sæpe pecunia illis debita jamdudum jussu Principis sit pernumerata. Huc accedit quod turmarum cohortum & Legionum numerus non semper sit completus, sed plures non raro deficiunt, nihilo-

nihilominus ipsi pro integro numero stipendia accipere non recusant. Neque hoc solum sufficit, sed pro temporum necessitate militum præfectis etiam pecuniæ suppletoriæ solvuntur, communiter Recrouten oder Remontirungs Gelder/ & in hunc finem suppeditantur, quo numerus militum pro his, qui aut morte aut aliter decrescunt, suppleatur, aliique in eorum loco surrogentur vid. eleg. text. *in l. 17. C. de Re militar.* Et illæ pecuniæ quandoque in proprium convertuntur commodum, quæ in bonum destinatæ publicum fideliter potius administrandæ essent. Quicunque autem hanc pecuniam tanquam publicam subtrahere non erubescunt, pejores sunt furibus juxta *l. 8. §. 1. Pand. ad leg. Juliam Peculat.* De his vide *Jacob. Burgers singular. observat. Jurid. Polit. Militares Centur. 2. Observ. 77.* Non leviter in hos esse animadvertendum, qui ejusmodi pecunias intervertunt, communis Politicorum schola statuit, quod & à Venetorum Senatu observatum fuisse legimus apud *Christoph. Forstnerum in notis ad Tacit. Annal. Politicis pag. m. 292.* cujus verba integra adscribemus. Anno à Christo nato cIↃ IↃ LXXI. *Præfecti Veneti, ficta pro veris nomina inducentes, pessimo facinore stipendia (militu) rapuere, adeoque hac pestis increverat, ut multa oppida debito militum præsidio exuerentur. Igitur Torquato Hierosolymitano Equiti, qui gravissime ea in re deliquerat, medio foro, inter geminas columnas cervices abscissa, & ne fraudibus inposterum locus esset, bini ad eam rem curatores, commissarios vulgo appellant, sunt designati.* Idem autor p. 293. refert de Cosmo Medicæo Duce Hetruriæ, quod tributorum quondam exactorem nomine Matthæum, quoniam fraudulenter suum gesserat officium, suspendi jusserit.

§. XXIV. Ejusmodi vestigia rapaces manus deterrere possunt, non enim jam sunt tempora, ut cum Henrico IV. Gall. Rege queritemur, quod duplex tributum à suis subditis exigeretur, unum nempe pro se, tanquam pro rege, alterum pro officialibus, primum vero per secundum fieri intolerabile, & vix caveri posse, quin & Rex & subditi simul exspoliarentur, ut refert *Lansius in suis Consultation. de principatu int. Provinc. Europæ* in prima orat. contra Galliam, quam recitavit Rudol. Maximil. Dux Sax. Ang. & Westphaliæ & illustre statim hujus rei eodem loco addit exemplum de Præside quodam, qui jussus 30. aureorum millia Protestantibus imperare, sed hic non tantum 30. millia sed trecenta extorsit millia, præmia insuper poposcit, & tulit etiam pro temporum eorum calamitate maxima. Tales exactores procul

cul sunt arcendi, alias etenim semper inter exactiones & tributorum invidiam, Princeps nihilominus egens erit manebitque. Duris legibus sunt coercendi ejusmodi Harpyæ, non autem sufficit ut Leges solum condantur, sed conditæ accurate sunt custodiendæ, & ad effectum data occasione deducendæ. Frustra enim alias forent omnes leges quæ peculatum prohibent nisi in transgressores severe animadverteretur, ut recte inquit *Aristot. Rhetor. 1. cap. 15. inc. 3. Edit. Schrader. Nihil interesse non condantur leges, an non observentur.*

§. XXV. Facit etiam non minimum quid ad ærarii nostri conservationem, si Princeps studeat ipse cognoscere reditus provinciæ suæ, hos enim si exacte scit, non tam facile potest defraudari quin statim sentiat. Ad horum cognitionem consequendam necessarium est ut descriptas habeat tabulas librosque in quibus regni vires, tributa, vectigalia, collectas & cætera regni aut provinciæ negotia cum belli tum pacis sint fideliter consignata. Et hæc illum solum, & eos, qui Principi ab arcanis consiliis sunt, nota esse oportet, ne arcana sui status, quæ in perfecta horum cognitione etiam consistunt extraneis aut etiam hosti revelentur. Si enim secundum *l. 1. §. 43. Pand. de orig. jur. turpe est Patricio & Nobili, & causas oranti, jus, in quo versatur, ignorare*, multo magis Principi conveniet, ut sua jura & regalia quam accuratissime noverit, nemini enim majus damnum, si ignoret neque majus quoque emolumentum, si exacte sciat, exinde oriri potest, quam sibimet ipsi. Exemplo Augusti habeat breviarium seu libellum in quo hæc omnia sunt relata. De hoc Augusto refert *Tacitus 1. Annal. cap. 11. num. 7. & 8.* quod libellum habuerit, *in quo opes publicæ continebantur, quantum civium sociorumq; in armis, quot classes, regna, provinciæ tributa aut vectigalia, & necessitates ac largitiones, quæ cuncta sua manu perscripserat Augustus* cui profecto feliciter hoc cessit. Ex omnibus enim Rom. Imperii Imperatoribus nullus ad tantum dignitatis felicitatisque culmen pervenit quam hisce, belli enim & pacis tempore semper instructissimis fuit instructus exercitibus, ærario quoque bene prospexit, & ita omnes regnandi artes calluit, ut non minorem curam in acquirendis regnis & opibus, quam etiam in iis conservandis laudabiliter adhibuerit.

PARTIS SECUNDÆ

Sectio Tertia.

§. I.

PProponendi tandem veniunt & considerandi modi per quos nostrum ærarium augeri potest. Non enim sufficit, ut saltem constitutum sit & conservatum, sed porro progrediendum & spectanda media, quæ ad illud augendum commodissime sunt adhibenda, quæque actionem illius quam optime induere possunt. De his notat *Besoldus Polit. lib. 2. cap. 4. de Ærario publico, quod ærarii augendi ratio alia sit, qua semper, & qua summa necessitatis tempore, uti possit Respubl. In priori casu omne subditorum gravamen detestamur, in posteriori vero necessitatis, minorve vel major sit, habenda est ratio, ne magis gravemur subditos, quam pro proportione necessitatis. Mala vero extrema, extrema etiam remedia poscunt.*

§. II. Quid hic sibi vult Besoldus facile apparet, distinguit enim tempora, in quibus ærarii auctio observari debet: Non enim Politici esset, imminent, necessitate, quæ profecto exlex, levia saltem, ad augendam ærarii pecuniam, imponere tributa aut collectas, per has enim Respubl. potius pessumiret, quam ut adjuvaretur, extremis enim imminentibus, extrema etiam adhibenda sunt remedia, quibus non opus, si v. g. tempore pacis ærarium augendum foret, & tum aliquis intolerabilia suadere vellet onera. Tempus circumstantiæ & cujuslibet loci aut provinciæ status & conditio probe ponderanda erunt, si quis ærarii inprimis nostri auctionem in se vult suscipere.

§. III. Interea summa hic est opus cautione, ne collectæ inter se confundantur, multiplex enim est earum impositio, & una differt ab alia, quando enim ærarium non sufficit ad ferenda onera tunc aliquando imponenda veniunt per communitatem, aut toti provinciæ aut uni certo loco, ad ædificationem castri, refectionem murorum, extruendos aggeres, ducendas fossas aut aquæductus vel similium, sine quibus civitas aut castrum in salvo & absque detrimento esse nequit, & *in hoc casu nullus excusatur, quia isto casu est collecta realis, ideo bona civium forensium & incolarum & non incolarum in territorio villa aut castri possunt collectari, & obligantur ad talem collectam* ut refert *Cardin. Tuschus in Practic. Conclus. juris tom. 1. Conclus. 448. in princip.* Omnia hæc probe advertenda, si enim in his aut similibus quis vellet magna imponere onera,

onera, quid tunc faceret, si major appropinquaret necessitas, in qua cardo & salus omnium civium versaretur. Exacta hæc Politico sunt cognoscenda, ne in his impingat, vix enim in rebus, totam civitatem & Principis ipsius salutem concernentibus bis peccare licet, propterea quia necessitas ita est comparata, ut illam subterfugere non possimus, nisi hoc unico si velimus ea ad quæ facienda ipsa nos quasi cogit, ideo eo cautius agendum, quo ejusmodi extremitates evitentur.

§. IV. Quamvis enim verum est, ut tributis non illatis, Respublica conservari nequeat, attamen summopere cavendum quo citra querelam inferantur juxta *Novell. 149. cap. 2. Ac sane.* Quapropter ærarii auctionem in hoc potissimum consistere arbitror, ut ærarii pecunia aut materies augmentum capiat sine civium subditorumque molestia, quod præprimis fieri potest, si adhibitis honestis & æquis mediis, duce prudentia, omnia dirigantur.

§. V. Ad illustrandum hoc, reique ipsius majorem evidentiam, modos nonnullos qui ad ærarium augendum faciunt proponam. Omnes enim huc pertinentes congerere, impossibile foret, cum innumeri pro diversitate regionum sint ac reperiantur, tum etiam pro re nata non difficile est, alios excogitare, & ad præsentem statum applicare.

§. VI. Quomodo autem hi modi sunt comparati videbimus. Communis Dd. schola eos in licitos seu probandos & illicitos seu improbandos distinguit. Nos retinebimus quoque hanc distinctionem, & insuper addemus quosdam, quos nec in totum approbare, nec prorsus rejicere possumus. Etenim quæ in uno regno aut provincia sunt licita, in altero quandoque pro illicitis habentur, Respicienda est itaque cujusque regionis status ratio, & cavendum, ne statim ad illicitos modos ea rejiciamus onera & media, quæ pro diversitate circumstantiarum, illæ enim non raro nobis ignotæ, in certa quadam provincia licita esse possunt.

§. VII. Enumerabimus itaque quædam media quæ maxime probanda veniunt, si modo semper occasio se præberet, inprimis enim præ cœteris laudandum foret & absque civium onere fieret, si ex devictorum hostium spoliis militare nostrum ærarium augmentum quoddam caperet, verum priusquam eo redigitur hostis, subditorum erit ad auctiorem ærarii libenter conferre. Non desunt tamen exempla,

quæ testantur quanta auri argentique summa sæpe ærario militari, ex devictis hostium thesauris, est illata. Historia Roman. ut & Græca non uno loco evidenter hoc monstrat, de quibus consulantur Historici, quorum memini in §. VIII, & X. Sect. 1. part. 1. hujus dissertationis.

§. IIX. Magnum quoque commodum sentit nostrum militare ærarium & ad ejus incrementum non paululum faciunt pensiones sociorum annuæ, cujus egregium exemplum Galliarum Reges suppeditant apud *Bodin. de Republ. cap. 2. num. 648.* Mart. Mager. à Schönberg *de Advocatia armata cap. 10. num. 439.* Hi enim multa aureorum millia Confœderatis Helvetiis quotannis persolvunt, ea lege; ut milites legere, exercitum comparere, copias conscribere cum ad corporis custodiam tum ad tutelam regni, nullo obstante ipsis licitum sit. Quod & aliis Regibus Principibus & Rebuspubl. hodie usu venit, non tantum apud Helveticos, sed & apud alios qui exinde ærarii militaris non minimum augmentum magno cum suo commodo sensere. Exempla & quidem recentia hac de re producere non opus, multo minus necesse fore arbitror, cum experientia toto die clare monstrat, magno cum Reipubl. bono conjunctum esse, si hic modus augendi militaris ærarii ipsi applicetur.

§. IX. Duos hos modos longe esse optimos qui incrementum argenti nostri ærarii procurare possunt, neminem inficias iturum esse confido. Cum emolumento enim & non cum damno privatorum pariter & Reipubl. ab aliis pecuniam accipimus, quam in nostrum usum publicumque commodum convertere possumus. Quoniam vero occasio, ad talia media capessenda, non semper se offerat, & alios quoque considerabimus modos, per quos nervi nostri ærarii augeri possunt, inter quos primo occurrit, si extra ordinem, ratione status bellici ita postulante, quædam collectæ indicerentur, & quidem tales per quos non tam pauperes quam divites ferirentur. Commode autem hoc fieret, si iis rebus imponerentur onera, quibus non tam necesse quam opus haberemus. Quibusvis in locis hoc observari licet, ubi e. g. vinum magis gravatur quam cerevisia, & quidem ex hac dicta ratione. Quibus enim est res angusta domi, illi non tam sæpe gulæ inserviunt, quam ii, qui in lauta & bene aucta re vivunt. Interea vero non negamus & licitum esse necessaria contributionibus onerare, prout nempe salus civitatis ærariique flagitat.

§. X.

§. X. Inter modos cumulandi ærarium non improbandus venit etiam hic, si vel à sociis aut fœdere junctis, vel etiam à privatis & subditis mutuum aliquid pecuniæ & quidem sine usuris accipiamus, aut si hoc fieri nequit, etiam cum usuris, notandum vero, si ad ea nos necessitas adigat, videndum; quo à tali Principe aut Republ. nobis subministretur, ut mediante ista pecunia illum in nostras partes sive velit sive nolit deducamus: Metu enim ne universam summam una cum fœnore perdat, in nostra verba jurare tenetur. Quo consilio non infeliciter usus est Imper. Carolus V. cum Genuensium pecuniam mutuo sumserit, quamvis non sine gravi fœnore, & ita illi quæstus dulcedine irretiti, in hunc usque diem Hispanorum partes, non sine gemitu, nolentes volentes, sequi sunt obligati. *Thuanus lib. 61. Histor. sui tempor.*

§. XI. Augeri etiam potest nostrum ærarium per auctiones vectigalium veterum aut impositiones novorum, si ex usu Reipubl. erit, hæc autem cautio adhibenda est, ut in iis rebus, quas in territorium nostrum inductas, aut quas evectas nolimus, vectigal augeatur aut novum imponatur, in cæteris autem minuatur. Sed diceret aliquis non posse ex vectigalibus, quoniam illa successive persolvuntur, statim magna pecuniæ vis congeri, quæ tempore necessitatis in Reipubl. usum converti possit. Resp. Possunt interea vectigalia certo aut certis quibusdam hominibus locari, ut illi certam pecuniæ summam stato tempore numerent, quemadmodum multis in Europæ provinciis hodie illud obtinet, ut in Germania, Gallia, Belgio &c. quotidie videre licet.

§. XII. Non spernendum quoque remedium est, quod materiem augendi ærarii commode inducere potest, capitatio, quæ vectigal quasi quoddam est extraordinarium, plerumque ratione personæ, quoniam in singula capita indicitur & tributum capitis in singulas personas confertur *l. 3. Pand. de Censibus.* Hoc in Rom. nostro Imper. urgente necessitatis casu non inusitatum esse docet experientia. Extra profanas historias & sacra testatur scriptura hunc modum antiquissimum esse, uti apparet ex *Exod. c. 3. v. 11.* ubi pecunia per capitationem viritim in singula personarũ capita est collecta. *2. Reg. 15. v. 20* etiam exemplum quoddam reperimus ubi Menachem singulis, qui facultatib. præ cœteris præditi erant, imposuit quinquagenos siclos argenti, quo pecuniã compararet quam daret Regi Assyriorum, in tali necessitatis casu in quo Menahem

positus fuit, ipsi hoc licitum fuit, quod & hodie ut antea dixi observatur. Illustr. Dn. à Seckendorff in aureo suo libro des Teutschen Fürsten Staats *part. 3. cap. 3. pag. m. 413.* de hac capitatione & quænam in illa observanda, sequentia tradit; In hohen Nohtfällen sind auch wohl ehe Kopff-Steuren/ oder ein gewiß Geld iedem Haupte zu erlegen angesetzet worden. Wiewohl solche capitation oder Kopff-Steuern sonst in der Billigkeit keinen Grund dero Gestalt haben/ daß nemlich einer wie der andere/ und also der Arme so viel als der Reiche geben solte. Wenn aber gewisse Classes der Vermögenden und Unvermögenden gemacht/ oder gar ein weniges zur Capital-Steuer angesetzet/ oder auch die Häupter zwar gezehlet/ und ihnen eine gewisse Anlage zugeeignet/ aber gleichwohl nach dem Vermögen nochmals Austheilung getroffen wird/ wie denn solche und dergleichen Umstände bey der Reichs-Steuer der gemeine Pfenning genant/ hiebevor in acht genommen worden/ so hat man sich dessen/ zumahl in vorfallenden Nöhten/ die öffters keine lange Betrachtung und Austheilung leiden wollen so hoch nicht zu beschweren. Hæc ille.

§. XIII. Non dissentit etiam *Bodinus lib. 6. de Republ. cap. 1. n. 625.* qui de hoc capitis censu affirmat, quod Censuræ *utilitates singulas oratione complecti difficile foret.* Ostendit porro per diversa exempla, quod hoc modo Princeps sui status ditionisque cognitionem quam optime & exactissime cognoscere possit, dum per hanc census descriptionem ætas civium non tantum cognoscitur, sed etiam numerus, ordo & conditio, imo & facultates eorundem quadantenus percipiuntur. Idem tradit ex *Carol. Sigon. lib. 1. Antiquit. Roman. cap. 14. Caspar. Klockius de Contributionibus cap. 1. num. 29.* dum de Roman. censu ita fatur: *Censum tres Reipubl. Romanæ oportunitates attulisse, Nam & numerum eorum, qui arma ferre possent, ostendisse, & pecuniarum magnitudinem, quibus bellorum sumtus sustinerentur, indicasse, & tributa quæ quotannis pendebantur ad æqualitatem reduxisse.*

§. XIV. Singularem etiam modum augendi ærarii describit *Aristotel. 2. Oecon.* de Spartanis, qui, Samiis pecuniam ad redeundum in patriam postulantibus, decreto sanxerunt, unum die debere & dominos & familiam & jumenta jejunare, & quantum insumsisset quisque, si non jejunaretur, tantum tribuere Samiis. Idem in Lotharingia aliquando obtinuisse legimus apud *Petr. Gregor. Tholosan. de Republ.*

publ. lib. 3. cap. 6. §. 15. In Lotharingia in istis postremis bellis Anno 1594. cum indicta fuissent varia tributa antea, & illud additum, ut quantum quisque posset uno die cum familia in victu consumere, tantundem contribueret in tributum.

§. XV. Huic modo ferme respondet Consilium quod suppeditat *Maximilian. Faust. ab* Aschaffenburg in suis *pro ærario consiliis Class. undecim. Consil. 36. Ordinat. 865.* cum ita loquitur. Allhier möchte es etwas tragen/ wenn eine Obrigkeit erfordern wolte/was ein Ehrlicher Unterthan auf eine Gasterey/ die Er etwan des Jahr ein eintzig mahl für die Seinigen hielt/ angewendet hätte/und solte man der nützlichen Leute/ die ihren Raht darzu geben leichtlich finden/ die dennoch/ wenn nur die Herrschafft etwas unter solchen Titel bekommen hätte/hernach einem jeden frey stellen würden/ zu fasten/ und die angestelte Gästerey zu unterlassen oder nicht.

§. XVI. Succurrit etiam alius modus ditandi nostrum ærarium, qui licet quandoque tenuis, non tamen omnino rejiciendus. Existit hic autem in eo casu si civitas aut monasterium, vel alius quandoque status Imperii, ob vicini aut alii potentioris potentiam, se & sua bona alterius principis protectioni subjicit & committit, si enim non sit sufficiens ad avertenda belli incommoda, tunc alium Principem tanquam Protectorem, seu ut loqvuntur Advocatum sibi eligunt, vel ab Imperatore etiam ipsis datur interdum solum confirmatur. Qui advocati pro rerum statu quandoque Nobiles appellantur ut Edler Vogt/ Schutz-Vogt/ Schutz-Herr/ qui vero proteguntur Schirms-Verwandten appellari solent, hi autem Advocatis tempore Advocatiæ, pro præstanda in necessitatis casu defensione, prout nempe conveniunt, certam pecuniæ summam, aut aliud etiam annuatim plerumque præbent, ut vult *Klockius de Contribut. cap. 1. num. 273.* qui de hoc Advocatiæ munere ita scribit. *Solet pensio, census seu honorarium & præmium annuum quandoque erogari Advocatis, durante Advocatia pro exhibenda defensione, in signum advocatæ protectionis, quando scilicet Princeps aut comes aliquis sit protector sive Advocatus & Patronus alicujus civitatis aut Monasterii. vel etiam una civitas potentior alterius inferioris defensionem protectionemque suscipit.* Vocatur hoc Schutz- und Verspruch-Geld. Iisdem fere verbis idem dicit *Martin. Magerus de Advocat. Armat. cap. 14. num. 130, 131.* in numeris autem seqq. dicti capitis acriter disputat, utrum

utrum Protectores ejusmodi defensione salaria possint recipere nec ne, ubi rationes dubitandi pro & contra allatas prolixissime resolvit. Ego hanc litem meam non faciam, sed sufficiat monstrasse, & hac via incrementum quod dam nostro ærario accedere posse. Interea vero experientia non semel edocuit, quod Protectores longe majores sumtus non raro civitatum inferiorum gratia impenderint, quæ annua ejusmodi salaria aut potius honoraria multis parasangis post se relinquunt, quando nempe ad protegendam civitatem aut monasterium, justum conscribere exercitum, imo propriam provinciam ditionesque hostium exponere periculis tenentur.

§. XVII. Superest adhuc alius modus qui absque alio incommodo & gravamine subditorum nostrum ærarium aliquantisper licite augere posset, si nempe chartis lusoriis vectigal quoddam imponeretur, uti fit in regno Neapolitano ubi harum vectigal viginti millibus aureorum locatum est, simile quid fit in Hispania, ibi enim ex singulis chartis lusoriis, quæ foris invehuntur, Rex dimidium realem percipit *Maximil. Faust ab Aschaffenburg/ in consiliis pro ærario Class. 17. Consil. 76. Ord. 1350.*

§. XIIX. Hi itaque essent liciti & probandi modi quæ remediis augendi nostri ærarii inservire commode possunt. Plura quidem adducerem si temporis ratio hoc pateretur, sed quoniam cum reliquis ærariis majorem affinitatem quam cum nostro habent, supersedebo hoc labore & aliis illarum tractationem relinquam.

§. XIX. Convertemus nos itaque ad illicitos & improbandos ærarii augendi modos, quoniam vero illi magna ex parte jam sunt noti, in his non diu immorabor cum vel enumerasse illos erit refutasse.

§. XX. Referimus autem inter eos impias & iniquas exactiones, per quas potentiores populum funditus exugunt & deglubunt, quæq; injussu & inscio peraguntur Principe ad vexandum pauperes subditos illorumque argentum emungendum. Huc pertinet etiam famosum illud urinarum vectigal, quod Vespasianum autorem recognoscit, cui, si non turpius, respondet tamen Chrysargyrum, quod Constantinopoli constitutum fuit, hujus vel meminisse sufficiat, *vid. Henelium de ærario pag. 361.* Communiter etiam tanquam turpe rejiciunt illud quod pro concubinatu quibusdam in locis exolvitur. Valde hoc improbat *Herm. Latherus de censu cap. 5. lib. 1.* dum lupanaria prorsus è Republ. exesse

excesse statuit, nihilominus tamen num. 25. dicti capit. laude dignissimos eos judicat, qui in exercentes Venerem vectigal statuerent, & quidem ex hac ratione, quod hoc vectigal ad coercendam libidinem institueretur, idemque utilissimum & justissimum. Mihi vero videtur unum idemque fore, si meretrix, aut is, qui rem cum illa habere gestit, pendeat, & non minus turpe si mares quam communia prostibula ejusmodi oneribus onerentur. Non desunt tamen qui hujus rei patrocinium in se suscepere inter quos & numerandus *Philipp. Decius* quem *Latherus* dicto refutat capite. Ejusdem nisi pejoris farinæ videntur esse, si pecuniæ colligerentur pro vitiis & morbis corporis, pro pudicitia, pro virginitate, pro umbra, pro nive, pro ære, pro cucurbitatione passiva & multis innumeris aliis ut von Verkürtzung der Monathen de quibus melius & tutius pauca vel nihil referre, quam multa scribere cum non desint qui in his recensendis & refutandis nullam pepercerunt operam.

§. XXI. Aggrediemur itaque & porro videbimus modos quoscunque, qui nec in totum laudandi nec etiam prorsus vituperandi. Occurrit primo honorum venditio, quæ, prout sunt affectus hominum, laudatur ab his, culpatur ab illis. Diversis in provinciis hanc hodie obtinere videmus. Nullibi vero frequentiorem eam reperimus quam in Gallia ubi omnia ferè sunt venalia, imo singulares leges de hac re repериuntur & eo usq; pervenit, ut & in hæredes transeant vendita officia. De quibus extat Edictum quod Gallis *La Pauletta* vocatur, quod in se comprehendit certum jus, mediante quo, Regi post venditos honores, annuatim certa quædam pecuniæ summa solvitur, prout nempe convenerunt, unde etiam apochæ ejusmodi taxationem annuarum *Paullettes* vocantur. Inter alia hoc jus etiam in se continet, si officialis quidam moritur tunc emtum officium aut munus ad Regem rursus dilabitur, nisi quadraginta dies antea taxam hanc impositam *La Paullette* exolverit, si hoc autem fecerit, tunc hæredes de illo munere tanquam de hæreditaria & patrimoniali re suo arbitrio statuunt referente *Thom. Lansio in suis consultationibus in oratione contra Galliam* quam recitavit Rudolph. Maximil. Dux Saxon. Angar. &c. ferme in medio.

§. XXII. De Venetis etiam constat, illos honorem Patriciatus quandoque etiam venalem habere. In tantum hanc honorum munerumque venditionem quidam excusare volunt, si exempli gratia

duo unum idemque munus ambirent, quorum unus pauper & egenus sed ea virtute & eruditione præditus, ut præsenti muneri satisfacere posset, alter vero dives nec minus virtute & eruditione polleret, & insuper certam pecuniæ summam ærario offerret ad munus adipiscendum, tum è re publicæ rei esse, ut dives pauperi præferretur. Dissentit *Bodinus* neque illam venditionem vult concedere, nisi extremis temporibus, ut saluti Reipubl. consulatur *lib. 6. de Republ. cap. 2. num. 651.* Per hanc munerum venditionem incredibilem pecuniæ vim Regis Galliæ ærario inferri asserunt ii, qui illius regni non vulgarem notitiam sibi comparaverunt.

§. XXIII. Huc etiam referri possunt fictitiæ illæ causæ, quando sub imminentis cujusdam belli aut alio quodam prætextu collectæ indicantur. De hoc scribit *Maximil. Fauſt. ab Aſchaffenburg claſſ 11. conſil. 50. ordin. 881.* sequenti modo: *Hac arte plures principes utuntur, ut, dum utilitatem vel reparationis urbium, vel exercitus collectionem proponant, fingant urgentem necessitatem, ut populo metum hostis excitent, & postea pecuniis exactis opera imperfecta relinquant & pacem concessam prætendant.*

§. XXIV. Recenseri huc etiam meretur vectigal aut tributum quod chartæ impositum quibusdam in regnis & provinciis videmus, hoc modo, Nullus chartæ usus permittitur, si non sigillo Principis aut Reipublicæ est signata, ideo si quis in foro aut judicio litem sequitur, si obligationes sunt conficiendæ? Chirographa aut apochæ scribendæ, ultimæ voluntates condendæ, Instrumenta facienda, aut quo nomine veniat adhibenda est charta majoris aut minoris pretii pro qualitate nempe rei quæ describenda est. Hoc vectigal Belgæ cuidam orignem debet, cum enim Belgii fœderati Ordines de novis tributis imponendis consilia conferrent, *extitit non nemo callidus & ingeniosus, qui vectigal sive tributum Charta sigillata est commentus, vocant* de Impost vande bezegelde Brieven, *quod nimirum pendendum esset omnis illius chartæ nomine, cui sigillum Ordinum erat impressum,* ut testatur *Marcus Zuerius Boxhornius in suis disquisitionibus Politicis casu 59.*

§. XXV. Postquam igitur licitos & illicitos modos, tum etiam quosdam qui nec in totum rejiciendi neque etiam prorsus probandi pro virium tenuitate exposuimus, videbimus nunc aliquos qui diversis in regnis & provinciis obtinent. Et quidem in patria nostra Germania præ aliis Contributiones, Accisen/ Licenten/ Steuren/ Kopff-

geld ꝛc. inserviunt militari nostro ærario, quod ubique constat, ideoque multis hoc probare autoribus supervacaneum esse autumo.

§. XXVI. In Angliæ regno si bellum regi imminet tunc parlamentum indicere solet, & ejusdem autoritate auxilium ab omnibus suis subditis impetrat, quod *subsidium vocant & est pensitatio quædam, quam omnes omnino subditi è bonis suis omnibus ratione quadam æstimatis Regi aut certis momentis, sive per partes aut simul aut semel solvunt, idque semel bis ter quaterve prout Parlamentum decreverit. Subsidium ejusmodi magnam argenti summam ærario regis solet afferre Faust ab* Aschaffenburg *class. 17. Consil. 77. ordin. 1351.* Eundem fere collectandi modum in regno Sveciæ observari testatur idem dicta *Classe consil. 81.*

§. XXVII. In Hispania hoc tributum *Alcavala* vocatur, quod ad Mauros ex Hispania pellendos, civitatemque Algeziram occupandam, primum est concessum & impositum, quod postea progressu temporis & perseverantibus bellis, incrementum cœpit, & cum primo ad certum tempus saltem fuerit constitutum, postea concessum fuit Regi simpliciter & absque temporis limitatione, quemadmodum pluribus hoc ut & alia Hispan. tributa explicat *Ludov. Molina de justit. & jur. tom. 3. Disputat. 663. & seqq.*

§. XXIIX. In Gallis argentum nostro ærario præbent *les tailles*, quæ instar nostrarum contributionum sunt, & magnam pecuniæ vim conficiunt, præsertim si accedat *Taillon*, quamvis illa non tam dura est quam *taille*, de his oneribus Galliæ vide Bericht von den Jährlichen Einkommen Seiner Königl. Majestät in Franckreich. & *Casp. Klockium de Contribut. cap. 1. n. 339.*

§. XXIX. Nec Turcæ desunt invigilare commodis & augmento ærarii militaris. Pacis enim tempore ipsorum militibus nullum solvitur stipendium sed agros aut pagos quos *Timarros* vocant stipendiorum loco sortiuntur vide *Joh. Baptist. Montalban. rer. Turciar. Comment. in Turcici Imperii statu pag. 15.* Sed ferme dubium mihi oriretur, an de omnibus Turcar. militibus hoc esset intelligendum, cum hodie non desint exempla, quod non minus quam Christiani milites stipendia & quidem menstrua accipiant, de quo habemus testem *αὐτόπτην Paulum* Tafferner qui in *Cæsarea sua legatione*, quam ex latino in German. transtulit B. Z. V. W. pag. m. 109. testatur, daß vor den Augen des Gesandten und andern *Comitats* unter die Soldaten zum drey Monaht-

lichen Solde/ und denen Hoff-Bedienten zum *Recompens* dreyhundert und 75 tausend Reichsthaler ausgezahlet worden.

§. XXX. Aliter profecto se res habet in ditione Barbarica Regno Algerii, ibi enim ad acquirendos sumtus unde vis eorum bellica sustineatur, singulis æstatibus suscipiuntur expeditiones, ut tributa ab indigenis Æthiopibus auferant, sicuti describit *Christoph. Kormart* in der Politischen Wag-Schale pag. m. 215. Weil die Mohren zur Bezahlung gantz wiederspenstig/ und die Unterthanen auszusaugen höchstschädlich/ muß Er/ (der Bassa) dieselbe alle Jahr mit Gewalt der Waffen an sich bringen. Ist nun das Türckische Heer bey 5. oder 6000. Mann starck/ darff es nicht tieffer als 2. oder 3. Tage Reisen ins Land kommen/ damit es von den Mohren nicht geschlagen wird/ wenn es aber 20. oder 30000. starck/ kan es sich wohl 8. oder 10. Tage-Reise in das Land wagen/ und also den Tribut durch Rauben erholen.

§. XXXI. Sed manum tandem de tabula, sufficiantque hæc hac vice, interea concludam verbis *Bodini* quæ habet *lib. 6. de Republ. cap. 2. num. 661. Quod si quis est, qui scire de me velit, quodnam genus vectigalium immortali Deo gratissimum, civitatibus pulcherrimum, principibus honestissimum, plebi utilissimum videatur, illud est, quod iis rebus imponitur, quæ ad corrumpendos civium mores, quæ ad delicias, quæ ad luxum, quæ ad libidinem spectant.*

EXER-

EXERCITATIO UNDECIMA.

De

Jure Conducendi.

Proœmium.

Cum itinera publica ad commercia hominum conservanda & promovenda quam maxime conducant, jam ab antiquo iniquum visum fuit, non tantum ea impedivisse, verum etiam errantibus ab iis viam non demonstrasse, in cujus rei fidem ex antiquorum Comicorum scriptis sequens adducit testimonium Petr. Gregor. Tholos. l. 1. Syntagm. Jur. Univ. c. 2. num. 6.

Scis in execrationibus
Illud adjici, si quis non recte monstraverit viam,
Aut ignem succenderit, aut aquam corrumperit.

Recte proinde Philippus, Hassiæ Landgravius, *inter tria γνωρίσματα, optimum principem demonstrantia, securitatem viarum publicarum retulit:* Man solle einen Fürsten bey reiner Strassen/ guter Müntz und Haltung beschehener Zusage erkennen/ *per ea, quæ cum* Wahremundo ab Ehrenberg *tradunt* Oeting. in tr. de Jur. & controv. limit. l. 1. c. 9. n. 30. Klock. de Ærar. l. 2. cap. 76. n. ult. ibique Dn. Peller. in Not. Arumæ. ad A. B. disc. 1. th. 15. Sixtin. de Regal. lib. 2. c. 2. n. 34. ac Ludovic. von Hornigk de Reg. Post. Jur. cap. 18. theor. 13. n. 3. *Ad Securitatem vero viarum publicarum præprimis facit* Jus Conducendi *euntes ac redeuntes per vias publicas, quippe quod* Jus indagandi ac persequendi latrones *agrorumque depopulatores, tanquam connexum, complectitur, sicque integris provinciis itinera publica tuta reddit, & à latronibus, plagiariis atque furibus purgat.* *Et hoc ipsum* Conducendi Jus *præ cæteris materiis mihi dignum visum fuit, ut per ejusdem elaborationem qualem qualem Illis, quorum monita mihi instar legum sunt, Studiorum ratio redderetur. Scio equidem nonnullos materiam hanc jam antea tractâsse, quos* B. L. *in hac* Dissertatione *bona fide allegatos videbis; Quia tamen sciagraphicam solummodo exhibendam duxi delineationem, eorum opera nostro haud obstabit conatui. Faxit modo* SUMMUS JEHOVA, *ut feliciter procedat!*

§. 1.

Antequam autem ad vocabulorum explicationem descendamus, operæ pretium erit, originem rei paulo accuratius evolvere. Certum autem est, *Conducendi jus* non hodie aut heri tantum extitisse, sed jam dudum approbatum esse, ut ejusdem incunabula non solum *Consuetudini*, sed, diverso sc. respectu, primordio fere mundi, sicque *Juri Divino*, & consequenter *Naturali*, *Gentium & Civili* adscribere possimus. Ut enim conductum divinum & angelicum pios tutantem taceamus, vid. *Gen. 19. & 38. Exod. 13. in fin. & 14.* Quis nescit, ipsum DEUM *Gen. 4. v. 15.* Caino fratricidæ per impressionem signi, ne à quopiam, cui obviam iret, interficeretur, conductum suum concessisse. Vetustior quidem Theologorum sententia, quam refert *Nicol. de Lyra ad d. c. 4.* ac recentiores plerique probant, hoc signum de torvo, truculento ac sanguinario, qualis fere in homicidis conspici solet, vultu intelligit. Verum hæc interpretatio nobis parum refragatur, quippe quibus demonstrâsse sufficit, quod DEUS per signum istud conductum singularem exercere, atque Cainum ab omni violentia immunem esse voluerit. Conductum hunc divinum comitantur non tantum petiti transitus, sed & promissæ securitatis exempla, in Sacris passim: *Num. 20. v. 14. & seq.* ac *Jos. 9. v. 14. & seq.* aliisve textibus occurrentia, ex quibus sane liquet, quod hujus Conductus conspicua in Sacris Pandectis extent vestigia.

§. 2. Neque etiam *ejusdem* incunabula *Juri Naturali* contrariantur. Exploratæ namque fidei est, securitatem, in principio generationis humanæ cum ipso homine natam, tantam cognationem inter homines constituisse, tantaque consanguinitate eosdem sibi invicem alligasse, ut nefas sit hominem homini insidiari, *l. 3. ff. de J. & J. c. 5. §. proximo. 5. de pænit. dist. 2. Bertht. in tract. de Securit. & Salv. Conduct. c. 2. concl. 21.* ibique alleg. *Magalot. in eod. tr. Grot. l. 2. de J. B. & P. c. 20. §. 4. n. 2.* Hocque vinculum efficit, ut inter officia ex communi obligatione, qua Creator omnes homines inter se devinctos voluit, provenientia quam maxime illud præceptum emineat: Ne quis alterum lædat, sed periculum, siquidem commode potest, ab eodem avertat; per quod non illa tantum muniantur, ac velut sacrosancta esse jubentur, quæ immediatè nobis ipsa Natura concessit, uti sunt: vita, corpus, membra, pudicitia: sed etiam ejusdem vis per omnia instituta ac conventiones, qui-

quibus aliquid homini acquiritur, tanquam fine quo illâ plane inutila forent *Pufend. de J.N.&G. lib. 3. c. 1. §. 1.* Sicq; ad ipsum Conducendi Jus sese diffundit, ut hoc modo securitati humanæ plenius prospiciatur. *Detrahere enim aliquid alteri, & hominē hominis incommodo suum augere commodum, magis est contra naturam, quam mors, quam paupertas, quam dolor. Cic. Offic. 3.*

§. 3. Quoad *Jus Gentium Conductus noster* præcipuè ex humanissimo illo Jure fluere videtur, quo Legatorum securitatem Gentibus munire placuit. Unde passim à Scriptoribus sancti, sacrosancti, atque inviolabiles dicuntur: Imo tam sancti habentur, ut qui illos læserit, non solum humanum, sed & divinum Jus violasse censeatur. Hinc *Cic. de Harusp. Resp. Sic sentio, Legatorum Jus cum hominum præsidio, tum etiam divino Jure esse vallatum.* Et *Verrin. 1. Legatorum Jus divino humanoq; vallatum præsidio, cujus tam sanctum & venerabile nomen esse debet, ut non modo inter sociorum Jura, sed & hostium tela incolume versetur.* Quod vero impium facinus esse dixerint Gentes, lædere Legatos, hujus rei inter alias hanc habuisse videntur causam, quod, suadente Rerumpublic. connexione, Gentiumq; utilitate ac necessitate, sanctior & solennior securitatis nomine ipsis fides data, atque conductus optimus maximus concessus fuerit, in cujus signum Caduceatores atque Oratores, pacem petentes, virgam in manu gestabant, per quam sancti, intacti atque inviolabiles ab ipsis hostibus habebantur. Præter caduceum sagmina quoq; & verbenas gestabant, itidem securitatis debitæ symbola, de quibus *l. 8. §. 1. ff. de R. D.* ad quam *Guil. Bud.* sequentia annotat: *Nostrates Caduceatores spintere hodie utuntur, quod armilla etiam dici potest, Blasonum Lingua vernacula vocant. In præliis autem utuntur paludamento, quod eos velamentum sacrosanctos facit*, id est, *ab omni violentia tutos: vulgo Cotta armorum vocatur.* Idem confirmat *Petr. Greg. Tholos. l. 33. Syntag. Jur. Univ. cap. 14. n. 4. Dn. Rachel. in Dissert. de Jur. Gent. th. 58. & 61.*

§. 4. *Ex Jure* denique *Civili* sicut alii securitatis modi, ita quoque *noster Conductus* hoc ipso fluit, dum vel ipsa lex eundem præstat ex quacunque causa ad judicium vocatis. Citatio enim tacite in se securitatem eundi & redeundi continet, die Ladung bringt das Gleit mit sich / *Heig. p. 2. q. 22. n. 39.* vel etiam minister legis concedit, aut promittendo voce literisque aut publicam personam, custodesque seu duces ac conductores adjungendo, aut signum securitatis apponendo, quos modos cum *Magalot.* distincte explicat *Job. Georg. Becht. de Secur.*

&.

& Salv. Cond. Præcipue cum publicè intersit, ut, ob mutuam maxime commerciorum facilitatem ac multifariam iter facientium utilitatem, tam civibus, quam peregrinis certus atque expeditus ubivis pateat transitus, ac liber tutusque viarum publicarum & fluminum reddatur usus, *arg. l. 2. §. 2. ne quid in loc. publ.* viæ publicæ jam olim populi, postmodum vero Imperatorum subfuerunt protectioni, ut easdem securas & à latronibus purgatas præstarent, *arg. l. 3. ff. eod. l. 3. in fin. l. 13. pr. ff. de Offic. Præsid. l. 1. §. 12. ff. de Offic. Præfect. Urb. Thomas Michaël. de Jurisdict. conclus. 50. lit. b.* Unde tandem, postquam ex usu Imperii Romano-Germanici viæ & stratæ publicæ Principum ac Statuum Imperii propriæ redditæ sunt, ut certior esset viarum publicarum securitas, Jus per vias euntes ac redeuntes specialiter conducendi, seu securum transitum præstandi, quod vulgo die Gleitliche Obrigkeit/ Gleits Herrlichkeit auf freyer Kayserlicher, Heer- und Reichs-Straffen vocant, receptum est. *Matth. Steph. de Jurisdict. lib. 2. p. 1. c. 6. n. 397. Dn. Fritsch. de R. V. P. I. c. 12. n. 5.* Quamvis ergo fateamur, quod *Jus Conducendi* quatenus pro nunc à Principibus ac Statibus Imperii exercetur, consuetudini atque moribus Imperii nostri potissimum accepto ferendum sit, cui præcipuam ansam dederunt diffidationes ac deprædationes ante Constitutionem de Pace Publica in Imperio nostro usitatæ. Vid. *Dn. à* Seckendorff/ *in aureo tractat.* des Teutschen Fürsten-Staats *p. 3. c. 3. regal. 3. n. 1.* in verbis: Und ist das Gleit in vorigen Zeiten/ da noch keine rechtschaffene Handhabung gemeinen Lands-Friedens in Teutschland sich befunden/ gar nöthig/ gewöhnlich und unentbehrlich gewesen/ also daß zu der Zeit keine Gesellschafft von reisenden oder auch andern Personen/ die sich der Unsicherheit befahret/ gewesen/ welche nicht durch der Landesherren Beambte und Geleits-Leute an den Grentzen sich angegeben/ und um sichere Durchführung oder Gleit gebeten hätte/ add. §. 49. Id ipsum tamen non impedit, quo minus etiam certo respectu, juxta hactenus tradita, ex aliis deducatur juribus.

§. 5. Considerata *origine rei* ordinis ratio suadet, ut *originem vocabulorum* accedamus. Et cum denominatio Juris alias sat obvia sit, eandem hac vice merito præterimus, solummodo conducendi verbum evolvendum erit. Derivatur autem à cum & ducere, atque ex mente *Donell.* traductum est ab iis, qui olim Regis stipandi gratia conduci dicebantur, teste *Varron. de L. L.* Germanicum Gelait/ à verbo leiten dictum

fere

fere convenit cum latino conducere, quia qui aliquem conducit, ipsi tantum, quantum cuivis ducendo ductor præstat. Alias *Conducendi* vocabulum ambiguum est, atque vel *vulgarem* vel etiam *juridicam* sortitur significationem. *Vulgariter* quandoque usurpatur pro convocare, congregare. *Calepin. ad h. v.* quandoque vero idem denotat ac prodesse, sic dicimus sanitate conducere. *Colleg. Jur. Arg. ad tit. locat. cond. th. 1. Juridice* verò (1.) denotat aliquid certa mercede utendum vel faciendum suscipere, unde contractus locationis conductionis, in quo res locata conductoris ductum quasi sequitur. *Dn. Rebhan. in Hodeget. Jur. chart. 2. clim. 8. paraller. 3. th. 8.* (2.) Significat tuto & secure quem ducere, unde literæ salvi conductus dicuntur, quas Pontifex literas de conductu vocat *in c. 4. X. ut lite non contest. Dn. Rebhan. in Hodoget. Jur. d. l.* Hinc denique (3.) fluit, quod conducere significet peregrinantes per territorium suum secure ducere, vel assecurationem transeuntibus, eorumque mercibus concedere, quo ultimo sensu in Disputatione nostra vocem hanc accipimus.

§. 6. Sicut vero conducendi verbum ambiguum est, ita nec Germanicum vocabulun das Gleit sua caret homonymia. Namque *primo* denotat non solum vectigal mercium, sed & gabellam rerũ minutarum, puta animalium, das klein- und Marck-Gleit/ *à Bald. in l. 8. C. de SS. Eccles. n. 1.* capitationem, quod pro qualibet capite bestiarum pendatur, dictam. *Marquard. de jur. Merc. lib. 1. cap. 13. n. 30. VVehn. in Observ. Pract. verb.* Glaidt. *Deinde* salvum conductum significat maleficis concessum, ut innocentiam suam assertam deducere & probare possint, *Becht. d. tr. concl. 11. Knichen. de Sup. Terr. c. 3. n. 462. Tertio* notat salvam Guardiam, quæ quidem quoad effectum securitatis à salvo conductu parum differt, monente *Menoch. lib. 2. A. J. Q. cas. 338. n. 1. & 2.* Eatenus tamen ab eo separatur, quod dicatur protectio & securitas, quæ minus potentibus contra potentiores à superiori potestate præstatur, ac Germ. vocatur ein Schutz und Schirm/ *Becht. d. concl. 11. Jung. Mager. de Advoc. Arm. c. 3. n. 175. & seq.* ubi adhuc plura ad salvam Guardiam facientia proponit. *Quarto* denique hoc vocabulo venit regale illud, quo vel Principes transeuntes, v. gr. Electores ad locum Electionis Cæsareæ proficiscentes, secundum dispositionem *A. B. tit. 1.* vel etiam Mercatores, Guidagium vulgo das Gleit-Geld ut plurimum solventes, conducuntur. *Knichen. de Saxon. non provoc. Jur. verb. Ducum. c. 5. num. 110.*

VVebner. in Observ. Pract. d. l. Dn. Fritsch. de reg. Nund. jur. c. 6. n. 35. Marquard. tit. lib. 1. c. 13. n. 28. & seq. Synonymiam denique quod attinet, appellatur alias potestas plenæ securitatis à *Bocer. de Regal.* Jus salvæ Quardiæ à *Menoch.* Tessera publicæ securitatis à *Zas. in Epit. Feud.* it. assecuratio, fidantia, Jus securitatis, Jurisdictio gabellaria Germ. die Gerechtigkeit auf freyer Straffen zu gleiten/ Gleitliche Obrigkeit/ Gleit. *VVebner. in Observ. pract. verb.* Glaid. Dicitur quoque vulgò salvus conductus, Germ ein sicher Gleid/ quæ salvi Conductus appellatio, monente *Georg. Becht. d. tr. concl. 10.* tanquam à re petita, ad nobilissimum hoc securitatis genus, quod peregrinantibus salvum per vias publicas iter præstat, dudum κατ᾽ ἐξοχὴν accommodata est.

§. 7. Evoluta *definitione nominali*, nunc *realem* aggredimur. Breviter verò à *Dn. Fritsch. in Man. jur. publ.* describitur per Regale, quo quis alteri securum transitum præstat. Add. id. *Dn. Fritsch. de Nund. c. 6. n. 34.* Latius à *Maul. de Jur. cond. tit. 1.* quod sit Jus per vias publicas euntes ac redeuntes, ut & in fluminibus publicis atque mari navigantes conducendi; Latissime vero à *Dn.* Orth. *in tract. de Jur. Conduc. c. 1.* per regale majus, jure Superioritatis regulariter competens in via publica, fluminibus & mari pro securitate peregrinantium & eorum bonorum. Una descriptio alteram illustrat. Et quamvis ultima latior suo definito existere videatur: Attamen, quia non nisi pleniorem *Juris Conducendi* descriptionem continet, ejusque connexa complectitur, congrua explicatione omnino salvari poterit.

§. 8. Definitionem excipit divisio. Dividitur vero *Jus Conducendi* (1.) ab objecto in *generale*, quod simpliciter die Gleitliche Obrigkeit/ Gleits Herrlichkeit auf freyer Heer- und Landstrossen vocatur, & omnes in universum complectitur, sive sint mercatores, sive alterius conditionis homines. Hoc enim omnes contra quamcunque offensionem ac injuriam, rerumque damna defendit. *Maul. de Jur. cond. tit. 3. n. 1.* & *speciale*, à *Maulio d. tr. tit. 2. n. ult. honorificum* dictum, quod magnatibus eorumque causa præstatur, quando circa territorii limites humaniter excipiuntur, atque in vel per territorium usque ad metam *Juris conducendi* ducuntur, & hoc dicitur das Fürstliche Gleit/ *Dn. Fritsch. l. c. Posterius* iterum dispescitur in *liberum*, de quo jam dictum, & *necessarium*, quod Electoribus & eorum Legatis ad electionem Regis Romanorum tendentibus unusquisque Princeps per terras, territoria & loca

sua

ſua ſub pœna præſtare tenetur, per expreſſum textum *A. B. tit. 1.* Et de hoc Principum conductu, quatenus ſcil. à generali differat, in ſequentibus plura proponenda erunt. Deinde ratione formæ dividitur (2.) *in perſonale*, quod adjunctis miniſtris publicis, der Gleits-Führer/ Reiſigen oder Einſpenninger peragitur, & *ſcriptum*, quot literis tractatoriis præſtatur. Addunt (3.) alii diviſionem inter *Jus Conducendi oneroſum & fructuoſum*, ut oneroſum dicant, quando magnatum; fructuoſum vero, quando inferiorum viatorum cauſa præſtatur. At enim vero cum omnis conductus certo reſpectu oneroſus exiſtat, hanc diviſionem, quæ ſolummodo adjunctum quoddam concernere videtur, autoribus ſuis defendendam relinquimus, hoc ſolummodo addentes, quod probabilius (4.) in *proprium* & *ſimultaneum* ſive commune, Germ. das ſämtliche Gleit/ dividi poſſit, propterea, quod dominus territorii id ipſum quandoque ſolus, quandoque vero cum alio exerceat. Vid. *Wehn. in Obſerv. Pract. verb.* Glaidt. *Rumelin. ad A. B. p. 1. Diſſert. 2. th 8. Dn. Fritſch. de R. N. J. c. 6. n. 40.*

§. 9. Sequitur *Cauſa efficiens*, quæ vel *remota*, vel *proxima eſt. Remotam* in origine rei jam ſatis indicavimus. Reſtat ergo, ut *proximam* diſcutiamus, quæ iterum vel *primaria* vel *ſecundaria* ſive *ſubordinata* eſt. *Primariam* ſine dubio conſtituit Majeſtas, à qua, velut perenni fonte, omnis omnino poteſtas, ſuperioritas ac dignitas (ſcil. gradus, non officii, qualis eſt Conſulatus, Cancellariatus, quam & Status conferre poſſunt. *Dn. Thom. ad Lampad. p. 3. c. 13.*) in reliquos promanare dicitur, *l. 1. ff. ad L. Jul. ambit. Reink. de Reg. Sec. & Eccleſ. lib. 1. claſſ. 5. c. 2. n. 1. & ſeq. Stephan. de Juriſdict. lib. 1. c. 38. n. 1. Knichen. de ſublim. terr. Jur. c. 2. n. 11. Petr. Heig. p. 1. q. 2. n. 7. Roſenth. de feud. c. 5. concluſ. 4. n. 1. & ſeq.* Quapropter cum DEUS Majeſtatem conſtituerit, ut vices ſuas in hoc mundo agat, juraque & leges defendat, eidem merito incumbit, ut cum cura viarum hoc ſibi vindicet Jus. Sic jam olim illi, penes quos τὸ Κύριον Rerumpubl. extitit, certos Magiſtratus conſtituerunt, iisdemque curam viarum publicarum demandarunt. *Græci* munus hoc ἀςυνόμοις ſuis decrevere, ut itineribus publicis per urbem invigilarent, uti complanerentur, &, quæ in urbem tendunt, ne perfoderentur, aut aggeribus congeſtis obruerentur, neve quid in militari via ædificaretur, teſte *Platone de LL. Vid. Petr. Greg. Tholoſ. l. 3. Synt. c. 13. num. 4. Oeting. de Jur. limit. lib. 1. c. 11. in not. l. b.*

§. 10. Romani hanc viarum administrationem initio *Censoribus* commiserunt, prout ex *Cicerone 3. de LL.* colligitur, à quibus deinde ad *Ædiles* translata est, quod, præter Edictum Ædilitium *in ff. L. 40. & seq. de Ædil. Edict.* relatum, comprobat *l. 12. ff. de per. & com. rei vend.* Ibi namque lectos, qui in via positi erant, Ædilem concidisse traditur. *Brisson. l. 4. select. antiq. c. 12.* Indeque Ædiles Curatores viarum, ac à *Varon.* Viacuros dictos esse, cum *Petr. Greg. Tholos. d. l. & Eberlin. de Orig. Jur. c. 25. n. 3.* contendit *Oeting. d. lit. b.* ob id, quod cogerent dominos agrorum vel ædificiorum vicinorum, vias publicas reparare, & emendare, caverentque ne quis effoderet vias, ne subrueret, neque in his construeret, constitutum porro quod dissolverent, purgarive curarent, neve permitterent stercora, non morticinia, non coria in eis jacere, non in illis rixari, *l. un. §. ult. ff. de via publ.* Denique Augusti provisione curam viarum ad Quatuorviros devolutam esse, ex *Sueton. in Aug. c. 37* constat. Et hos fuisse illos Quatuorviros, quibus curam viarum adscribit *Pompon. in l. 2. §. 30. de O. J.* tradit *Eberlin. cit. c. 25. n. 3.* licet *Fenestell. de Magistr. Roman. c. 23.* Quatuorviros jam ante Curatores, quos Augustus constituit, extitisse dicat, cui suffragium addunt *Brisson. d. cap. 12. Mindan. de Interd. tit. 3. n. 20. Rupert. ad Pompon. lib. 2. de Orig. ac Success. Magistr. c. 16.* quod dissidium *Lipsius ad Tac.* ita componit: *Curatores ante Augustum fateor, sed neq; perpetuum id, nec certum munus. Fecit utrumque Augustus. Quod ad Quatuorviros, scito discretum à Curatoribus eorum munus; Quatuorviri vias urbis curabant, Curatores eas, quæ extra urbem.* Add. *Rupert. cit. loc. & Gerhard Coccej. ad l. 2. §. 30. de O. Jur.*

§. 11. Sic ergo sub Augusto Quatuor virorum & Curatorum viarum munera locis regionibusque distincta fuerunt, ita tamen ut digniores fuerint Curatores, quia in vias illas grandes extra urbem sumtus & moles major. Inde non solem lapidibus passim honoris gratia insculptum: *Curatori viarum*, aut ut plurimum: *Curatori viæ Appiæ, Flamminiæ* &c. nominibus sc. expressis, quia fere Curatores dabantur certis viis, uni pluribusve. Sed & hunc titulum laudabilem vocant Imperat. *Honor. & Theodos. in l. 4. C. de privileg. Dom. August.* quem nec Imperator Augustus dedignatus est, qui & generum suum Agrippam Curatorem viarum publicarum esse voluit. Merito proinde *Plin. lib. 5. Epist. 15.* Cornuto Tertullo de hoc munere gratulatur. Ab initio quidem duo erant, qui extra urbem vias curarunt, propterea Duum-

viri

viri dicti, *Mindan. d tit. 3. n. 21. & Eberlin cit. c. 25. n. 4.* postea tamen Alexander Cæsar Romæ urbis regionum ac viarum Curatores fecit 14 *teste Lamprid. in ejusd. vit.* Atque his Curatoribus vias extra urbem reficiendas mandarunt Imperatores partim publicis, partim suis, partim Patrum quoque sumtibus. Statuerunt enim Cæsares, omnes, sine exceptione concessæ immunitatis à tributis, ad viarum & pontium reparationem conferre debere, ut ex *C. Theodos.* demonstrat. *Petr. Greg. Tholos. d. c. 13. n. 5.* add. *l. 7. C. de S.S. Eccles. ibique Bald. & Salicet. n. 1. & seq.* Imperator quoque Anton. eisdem potestatem coërcitionis concessit, ut punirent, quos videretur, aut certe puniendos ad Præfectum urbi remitterent. Tandem viarum curam & securitatem ad se Imperatores iterum revocarunt, ut transeuntibus, à quibus vectigal exigunt, tutius redderetur iter. *Tholos. d. c. 13. n. 5. Oeting. d. cap. 11. in not. l. b.* hacque ratione viæ publicæ cum Jure conducendi *ab Imperatore Friderico in text. 2. Feud. 56.* Regalibus annumerari cœperunt. *Sixtin. de Regal. lib. 2. c. 2. n. 11.*

§. 12. Unde quoque *Mindan. de interd. cit. tit. 3. n. 12.* concludit, etsi sub Principum, Comitum, vel Civitatum territorio viæ publicæ habeantur, iisdemque vectigalia à transeuntibus pendantur, ut vias fartas tutasque præstent, earundem tamen supremum dominii ac Regalium Jus ad Imperatorem & Imperium spectare, quod vel exinde confirmandum esse putat, quia viæ illæ regiæ, militares ac prætoriæ penes Nos hodienum Imperatoriarum, der Käyserl. Freyen Heer- und Landstrassen/ nomen sortiuntur. Consentientem habet *Maul. de Jur. cond. t. 2. num. 73.* qui multis rationibus evincere conatur, proprietatem viarum publicarum esse Cæsaris, & non eorum, in quorum territorio existunt. Verum sicut ipse *Maul. d. l.* cum *Sixt. de Regal. lib. 2. c. 2. num. 16.* hanc suam sententiam limitat, nisi Domini territoriorum vias concessione vel præscriptione acquisiverint: Ita quoque licet fateamur, quod *independenter* viæ publicæ ad Imperium ejusque caput spectent, ut hac ratione per Regnum Teutonicum quoad proprietatem & imperium Regibus Romanis sive Imperatoribus adhuc adscribantur à *Dn. Strauchio & Dn. Fritsch. de R. V. P. J. cap. 5. num. 2.* Attamen inde haud inferri posse putamus, Principes & Status Imperii vias publicas plane non possidere. Contrarium namque praxis Imperii nostri comprobat, scilicet, quod etiam viæ publicæ

iisdem competant, ut non solum ratione Jurisdictionis, sed & ratione protectionis, quo sua iter facientibus constet securitas, Jus suum in eis exercere possint. *Dn. Myler, ab Ehrenbach, de Princip. & Stat. Imp. p. 2. c. 67. n. 1. & seq. Dn. Fritsch. cit. c. 3. n. 3. Add. Klock. vol. 1. consil. 50. n. 137. & Stephan. de Jurisd. l. 2. p. 1. c. 7. n. 398.* qui vias publicas itidem ex usu moderno Dominis territorii regulariter adscribunt, quod *& ipse dissent. Maul. cit. tract. tit. 2. n. 2.* facit.

§. 13. Sicut itaque Jus viarum publicarum, ita quoque *Jus* nostrum *conducendi*, quod ad tuendam viarum ac fluminum publicorum securitatem spectat, *Dn. Fritsch. d. tr. c. 12. n. 5.* eminenter penes Imperatorem residet, *Maul. de jur. cond. tit. 2. num. 3.* à quo postmodum in alios transfertur. Nulla siquidem terra cum regali territorii & sic consequenter *conducendi jure*, fieri vel possideri à quopiam potest, nisi quam Imperator constituit ac concessit, vel etiam per tempus hominis memoriam excedens possideri passus est. *Tob. Paurmeist. de jurisdict. l. 1. c. 8. n. 12. Knichen de jur. territ. c. 3. n. 115. Reinking. de Reg. Sec. & Eccles. lib. 1. Class. 5. c. 2. n. 4. & seq.* Sed *an idem quoque de Rege Romanorum dicendum sit?* quæstiones non inelegantis est, circa quam distinctio adhibenda: Num Rex Romanorum in casu vacantis Imperii electus sit, mox in Cæsarem promovendus: An vero vivo adhuc Imperatore constitutus fuerit; Priori casu ab ipso Cæsare non nisi nomine ferme differt, *Dn. Böcler. in Not. S. R. I. l. 4. c. 2.* ut jura alias Imperatori competentia, interque ea hoc nostrum, ipsi denegari nequeant. Posteriori vero casu cum nihil possit Imperatorium aut Regium facere, nisi ex concessione Imperatoris, sat aperte patet, quod nec aliter *Jus* nostrum *conducendi* exercere vel concedere possit. Hujus siquidem electionis finis non est, ut vivi Imperatoris potestas imminuatur, sed tantum, ut certæ personæ successio in antecessum conferatur. *Vid.* tradita *Limn ad Capit. Maximil. 2. art. 18. pracip. num. 62. Dn. Böcler. cit. tr. l. 4. c. 2. Dn. Thomas. Tab. jur. publ. 37. & Rumelin. ad A. B. p. 1. Dissert. 2. th. 9.*

§. 14. *Causa Efficiens secundaria* hujus Juris iterum vel *eminens*, vel etiam *vulgaris* est. *Eminentem* regulariter constituit *Superioritas Territorialis*, quæ nec usu Juris cognita, nec legibus civilibus definita, sed solis moribus Imperii Romano Germanici introducta est, sicut constat ex Cameralium votis apud *Gylm. Symphor. tom. 1. tit. 2. vot. 1. n. 58.* & traditis *Wehn. in Observ. Pract. verb.* Landes Fürstl. Obrigkeit. *Reink.*

Reink. de Reg. Sec. & Eccles. lib. 1. class. 5. c. 3 n. 1. & seq. Merckelbah. apud Klock. 1. consil. 10. per tot. Dn. Myler. de Stat. Imper. c. 36. §. 2. Ab initio quidem, cum prima Imperii Romano-Germanici fundamenta jacerentur, Ducum & Comitum nomina nonnisi administrationis tituli fuerunt, in vim publici muneris concessi, prout accurate demonstrat *incomparabilis Conring. in Dissert. de Duc. & Comit. Imp. th. 1. & mult. seq. Add. Petr. Heig. p. 1. q. 2. num. 33. & Zigler. ad Aur. Prax. Calvol. §. Landsassii concl. 1. n. 1. & seq.* Postmodum tamen illa Ducum Comitumque potestas, quæ temporalis & ministra erat, ita immutata est, ut provinciis præesse cœperint Duces & Comites, non amplius ut gubernatores, sed pene ut reges, collatis in eos juribus, quæ solius olim Imperii erant, atque Imperatoris, sicque Regalia tum majora, tum etiam minora, omnisque generis reditus provinciarum, qui ad fiscum Regium quondam pertinebant, mutatione hac eveniente Præfectis illis *αὐτοκρατορίας* jure in provinciis eorundem concessa sunt, salva tamen semper Imperatoria Superioritate, unde cum non omnino absolutam potestatem acquisiverint, illa ipsa vocari cœpit *Superioritas Territorialis*, die Landes-Fürstl. hohe Obrigkeit/ Landes Hoheit und Herrligkeit/ *Dn. Conring. cit. Disp. th. 22.* de quibus nominibus post *Speidel. Wehn. & Besold.* vid. *Knipschild. de jur. & privileg. Civit. Imper. cap. 5. n. 57. Dn. Myler. d. tr. c. 36. §. 1. ac Dn. Bœcler. in Not. Imp. lib. 5. c. 2.* qui recentioris & quidem variantis styli esse asserit. Causas hujus immutationis alias recenset *Knipschild. cit. c. 5. n. 45. & seq.* alias vero & probabiliores *Dn Conring. d. Diss. th. 19. & seq.* cui ferme adstipulatur *Zigler. ad aur. Prax. Calv. §. Landsassii concl. 1. n. 7.* qui solum in eo labitur, quod hanc immutationem Carolo M. adscribat, quæ tamen non nisi post ejus ævum contigit, ut itidem luculenter demonstrat *Dn. Conring. d. l. th. 13. & seq.* Atque hæc Superioritas, cujus descriptionem cum latiori explicatione proponit *Dn. Myler. cit. c. 36. num. 8. & seq.* utplurimum affectio propria & essentiale consecutivum Status Imperii est, ut regulariter, posita vel negata in Imperii subditis qualitate Status, ponatur vel negetur Jus territoriale & vice versa. *Dn. Strauch. Diss. Exot. 4. th. 22. Vid. tamen §. 14. huj. Dissert.*

§ 15. Cum igitur nostrum *Conducendi Jus* plerumque Superioritatis territorialis indicina, tessera ac symbolum sit, juxta doctrinam *Matth. Steph. de jurisdict. lib. 2. p. 1. c. 7. n. 397.* & monita *Knichen. in Encyclop.*

clop. c. 12. n. 1. & de Saxon. non provoc. jur. verb. Ducum. c. 5. n. 104. inde sequentia *tria consectaria* fluunt, quorum prius est, quod *iisdem cum Superioritate acquiratur modis*, alterum *quod ad Regalia omnino pertineat*, ultimum verò *quod Statibus Imperii necessario competat.* Quoad *prius* quidem tenendum, quod Superioritas territorialis cum juribus connexis variis acquiratur modis, quos latius evolvunt *Matth. Stephan. de jurisd. l. 2. p. 1. c. 7. n. 123. & mult. seq. Reinking. de R. S. & E. l. 1. class. 5. c. 2. n. 8. & seq. Knipschild. d. c. 5. n. 46. & seq. add. Knichen. de jur. territ. c. 2. per tot.* Inter illos tamen præcipue eminet *concessio Imperatoris expressa & tacita*, per quam necessario quoque hoc nostrum *conducendi jus* acquiritur. *Vid. Dn. à* Seckendorff in Teutschen Fürsten-Staat *p. 3. c. 3. regal. 3. num. 2.* Concessio *expressa* per investituram imperialem peragitur, utpote per quam juxta omnium Doctorum consensum Superioritas territorialis acquiri potest. *Knich. de jur. territ. d. c. 2. n. 8. & seq. Matth. Steph. de jurisd. cit. c. 7. n. 123. Reinking. d. c. 2. n. 10. & seq. Tacita* verò in præscriptione occurrit, si scil. Imperator patiatur aliquem hoc Jure uti. *Matth. Stephan. d. l. 2. p. 1. c. 7. n. 139. Merckelb. ap. Klock. tom. 1. cons. 10. num. 77.* & quidem per tantum tempus, cujus initii non extat memoria. Quamvis enim in *jure* hoc *conducendi* per legitimam concessionem formato, quando scil. alicui jam competit, præscriptio longi vel longissimi temporis sufficiat, per doctrinam *Rosenthal. de feud. c. 5. concl. 17. n. 1. & seq. ac Klock. de Contribut. c. 3. n. 134.* Attamen ad Jus hoc noviter formandum non nisi immemorialis prodest præscriptio, quæ demum in Regalibus atque Superioritate acquirenda adversus Imperatorem recepta est. *Stephan. d. c. 7. num. 140. Maul. de jur. cond. tit. 2. n. 40. Rosenthal. cit. c. 5. concl. 16 n. 3.* Hæc enim præscriptio habet vim specialis concessionis & privilegii ex certa scientia concessi, *Mynsing. cent. 1. observ. 30. Knipschild. d. c. 5. n. 53.* neque remota vel exclusa censetur, quamvis præscriptio removeatur & excludatur.

§ 16. *Alterum consectarium* est, quod *jus conducendi* ad Regalia pertineat. Quamvis enim in *c. un. quæ sint. Regal. 2. Feud. 56.* non recenseatur, indeque dubitet *Besold. in Thes. pract. voc.* Gleit an regalibus unquam accenseri debeat; Attamen cum constet, multa Jura regalia esse, quorum tamen ibidem mentio non fit, hoc Jus, tanquam regulare connexum viarum ac fluminum, in regalium numero recte habetur. *Klock. vol. 1. consil. 56. n. 135. Diterich. ad A. B. tit. 1. verb. conducere tenetur.*

tur. Dn. Seckendorff *p. 3.* des Teutschen Fürsten-Staats *cap. 3. reg. 3. Oeting. de jur. Limn. lib. 1. c. 9. n. 24. in verb.* Ferner wird zu der Landes-Obrigkeit gerechnet und unter die Regalien gezehlet das Gleit/ und die Gleitliche Obrigkeit/ welcher ist ein hoher Gewalt/ und Gerechtsame/ da ein Fürst oder Herr auf freyer Kayserlicher Heer- und Reichs-Strassen die Reisende mit bewehrter Hand durch sein Land zugleiten/ und vor feindlichem Angriff sicher zu führen hat. Quia vero Regalia, quæ ex usu Feudorum ita quidem à Rege denominantur, à nonnullis vero Jura majestatica propterea vocantur, quod non saltem illius, quæ penes Regem, sed & quæ penes alios Imperantes est, Majestatis partes sint. *Vid. Dn. Felvving. in Dissert. de Majest. th. 46.* iterum in *majora & minora* distingvuntur, quorum illa, *à Bocero* Regalia sive Jura Majestatis dicta, gubernationem & statum ipsum Reip. sicque Principis supremum decus atque authoritatem sine pecuniario commodo concernunt. Hæc vero, *à Bocero* regalia fisci appellata, ad fiscum conservandum & augendum pertinent, sicque commoda & emolumenta, quæ ex bonis publicis, aut alias ratione territorii percipiuntur, complectuntur. *Dn. Ludvvell. in Synops. Feud. c. 13. Dn. Struv. Syntag. Jur. Feud. c. 6. aph. 13. sub fin.* Ideoque gravis iterum exoritur controversia: *Utrum nostrum conducendi jus minoribus, an vero majoribus sit accensendum regalibus?*

§. 17. *Rosenthal. de Feud. c. 5. concl. 3. Vultej. de Feud. lib. 1. c. 5. n. 7. cumq; illis Oeting. de jur. & controv. limit. lib. 1. c. 9. in not. lit. U.* vias pariter ac flumina ad minora referunt Regalia. Ex qua hypothesi fluit, quod *jus conducendi* iisdem quoque adscribendum sit, præsertim cum non tam ad decus & authoritatem Principis, quam ad commodum pecuniarium spectare videatur. Illi namque qui conducuntur plerumque gabellam quandam, Germ. das Gleit-Geld/ sive Guidagium solvunt. Verum sicut *Rosenthal.* assertioni *Dn. Ludvvell. in Syn. Feud. c. 13.* non sine ratione contradicit: Ita quoque rectius *jus conducendi* ad Regalia majora refertur. Principaliter enim non ad fiscum augendum spectat, sed ad supremam Principis potestatem, cui non minimus conciliatur splendor, si peregrinantes per suum territorium ab impetu latronum securos reddere possit. Gabellâ quoque, quæ tamen non ordinarie, ut ex seq. patebit, solvitur, fiscus ut plurimum vel parum vel plane non augetur, quippe qui vel tantum, vel etiam sæpius plus in vias publicas ac flumina erogare tenetur. Atque hanc sententiam præ cæteris probant

Dieter. ad A. B. c. 1. Dn. Fritsch. de R. V. P. J. c. 12. n. 6. aliive, præcipue Dn. à Seckendorff p. 3. des Teutschen Fürsten-Staats c. 3. reg. 3. n. 1. ubi sequentia notabiliora proponit verba: Solches Amt ist an sich selbst und ordentlicher Weise niemand/ als der hohen Obrigkeit iedes Orths zuständig/ ist auch/ so ferne das Regal des Gleits ein Stück des Landes-Herrn/ ihren Unterthanen und männiglich/ der mit derselben gemeinen und sonderbahren Zulassung im Lande handelt oder wandelt/ zu leisten schuldig/ also mehr für eine Beschützung und Gegenschuldigkeit der Obrigkeit/ als für eine Einkunfft und Nutzbarkeit zu halten.

§. 18. *Tertium* vero & ultimum *consectarium* est, quod Statibus Imperii hoc nostrum *Conducendi Jus* competat. Juri si quidem Superioritatis & territorii, tanquam affectioni propriæ Statuum, regulariter cohæret. *R. I. de A. 1548.* §. Ferner zu noch mehrer 20, in verb. Ein jede Obrigkeit im Heil. Reich Teutscher Nation in ihren Fürstenthum/ Landen und Gebiethen 2c. *R. I. de Ann. 1555.* §. Nachdem aber ein jeder 36. *Gylm. Symphor. tom. 1. p. 3. vot. 23. num. 76.* ubi tradit, quod Land-gericht/ Gleit/ Wildbahn und andere Herrligkeiten individua territorii jura sint. *Becht. de Secur. & Salv. conduct. c. 12. sub init. Zigler. ad aur. prax. Calvol. §. Landsassii concl. 1. n. 160.* Unde sat aperte liquet, quod non solummodo Electores & Principes, sed & Comites ac Barones immediate Imperio subjecti hoc *jure conducendi* fruantur. Habent namque in suis territoriis Jura Principum. *Maul. tr. sap. cit. tit. 2. n. 3. & seq. Knich. de Jur. territ. c. 1. n. 332. Sed num etiam Principes apanagiati hoc Jure conducendi gaudeant?* non immerito disquiritur. Hac in re ab initio inter *apanagium proprium* & *improprium* distinguendum est. In *apanagio improprio*, quod à stricta apanagii natura recedit, fraternæ conventiones & pactiones inspiciendæ sunt, perinde ut in illo regiminis genere, ubi vel Senior, vel duo simul, vel omnes etiam alternatim inter se regentes Domini sunt, quod nostra vernacula lingua vocatur Mutschierung/ vel, ut alii volunt, Mutschorung. *Besold. in Thes. Pr. ad hoc verb. Knipschild. de fideic. fam. nob. c. 6. n. 317.* In *proprio* vero *jus conducendi* apanagiatis regulariter denegatur. Si namq; apanagiũ in pecunia numerata aut certa annua pensione consistat, res expedita est. Sicut enim hoc in casu apanagiatis nullum territorium, ita quoque nec *conducendi jus* competere potest. Quod si vero certam portionem feudi regalis, vel nonnullas Præfecturas, Germ. Aempter/ loco apanagii habeant assignatas, res qui-

quidem difficilioris momenti videtur. Interim tamen, cum Jure territorii ordinarie destituantur, neque hoc in casu *conducendi Jus* sibi vindicare poterunt, siquidem Præfecturæ ipsis assignantur non ut Superioritatem in iis exerceant, sed ut eo solum titulo possideant, quo viduæ Illustres sua dotalitia tenent, scil. ut certos reditus annuatim exinde percipiant. *Dn. Myler. d. tr. p. 1. c. 22. n. 4.* nisi (1.) ex concessione vel investitura Imperatoris cum Superioritate territoriali acceperint, *Vultej. vol. 3. Consil. 35.* prout factum in Decreto Cæsareo inter Comites Ost-Frisiæ A. 1589. lato, vel (2.) ex indultu Primogeniti obtinuerint, vel etiam (3.) pacto & consuetudine acquisiverint, per ea, quæ de Superioritate territoriali Apanagiatis neganda vel adjudicanda latius tradit *Springsfeld. de Apanag c. 11. num. 57. & seq. Dn. Myler. l. c.* Idem, quod de Principibus apanagiatis dictum, de Comitibus & Baronibus, illis casibus, quibus inter ipsos Jus Primogenituræ cum apanagiatu receptum, dicendum. *Springsfeld. cit. tr. c. 3. n. 136. & 144.*

§. 19. Ex hoc ultimo consectario fluit, quod & Civitates Imperiales *jus conducendi*, & quidem Jure Superioritatis territorialis, perinde ut reliqui Principes & Status Imperii, habeant. Quod enim Status Imperii sint, omni caret dubio. *Dn. Böcler. in Not. Imp. l. 11. c. 3.* Unde necessario sequitur, quod Superioritate atque Jurisdictione territoriali in civitatibus, districtibus & territoriis suis gaudeant. Recte proinde *Lampad. p. 3. d. Rep. Rom. Germ. c. 14. §. 25.* contra *Andream Knichen*, infensissimum ferme libertatis Civitatum hostem, docet: Civitatibus Imperialibus eandem competere Superioritatem, quæ competit Principibus. Nudum siquidem nomen Status iisdem haud cessit, sed virtute sua amictum venit, Jura sua secum trahens. *Thom. Michaël. de Jurisd. concl 44. lit. G. Cluten. Syllog. rer. quotid. concl. 27. lit. C. Bruning. de var. Univers. spec. concl. 19. Scip. Gent. de Jurisdict. lib. 3. c. 22. Zigler. ad aur. Prax. Calvol. §. Landsassii concl. 1. n. 203.* Dissentientium dubia late removet *Knipschild. de jur. & priv. Civit. Imper. lib. 2. c. 5. n. 1 & mult. seq.* Add. *Burgoldens. in Not. Imp. p. 3. disc. 10. §. 1.* Hancque assertionem, quod nimirum *jus conducendi* quoque habeant Civitates Imperiales, sat aperte probat *Aur. Bull. tit. 1. §. quamvis autem. &c.* ubi in genere universi Principes, Comites, Barones, Civitates, & Communitates cuilibet Electori ejusque Nunciis salvum conductum præstare jubentur. Add. *Maul. de jur. cond. tit. 2. n. 11. Bruning. cit. tr. concl. 22. Klock. vol. 1.*

Consil. 29. n. 379. Neque hic aliqua inter Civitates Imperiales simpliciter ita dictas & liberas, unter Reichs- und Freye Reichs Städte/ facienda est distinctio, utpote quæ omni legali fundamento destituitur, per doctrinam *Dn. Böcler. in Not. Imp. lib. II. c. 2.* Illa namque quæ de insignibus Aquilæ desumitur, absque ulla ratione est. Neque verbulo quidem in catalogo Statuum ac Matricula Imperii, ut & in Recessibus aliisque Constitutionibus Imperii hujus distinctionis fit mentio, sed appellationes Civitatum Imperialium & Liberarum potius promiscue usurpantur, atque copulative utplurimum conjunguntur. *R. J. de A. 1542.* §. und seynd diese *45. in verb.* Des Heil. Reichs Frey- und Reichs Städte. Pulcre hoc confirmat *Wehn. in obs. pract. voc.* Freye Reichs-Städte/ atque *Author* der Grundfeste des H. Römischen Reichs *p. 2. c. 6.* ubi hac de re sequentia proponit: Den dritten absonderlichen Reichs-Rath machen die Frey- und Reichs-Städte/ wie sie sich selbst insgesamt nennen/ und also in den Reichs-Abschieden benamt zufinden/ wiewol der Unterscheid unter Freyen und blossen Reichs-Städten/ nachdem in Ansehung der Unmittelbarkeit/ und alleinigen dependentz vom Heil. Reich eine so frey als die andere/ mehr in Worten bestehet/ also in der That keinen sonderlichen Grund hat/ ausser was von etlichen darauf gestellet wird/ daß theils Reichs-Städte dem Römischen Käyser keine ordentliche jährliche Reichs-Steuer geben und daher Freye/ die übrige aber so zu dergleichen Collecten verbunden/ nur bloßhin Reichs-Städte gnennt würden. *Add. Burg. in Not. Imp. p. 1. disc. 21. membr. 4. n. 24.*

§. 20. De mixtis porro Civitatibus ut quæramus: An *Jure conducendi fruantur?* otiosum forsitan erit, cum talis mixtura vix detur. Certum namque est, quod præter Imperiales & Provinciales Civitates mixtum & anceps genus neque in Constitutionibus & Recessibus Imperii, neque etiam in Actis publicis inveniatur. Quapropter *Matth. Steph. Reinking. Besold.* & præcipue *Knipschild,* qui *lib. 1. de Jur. & Privileg. Civit. Imp. c. 3.* hanc urbium mixtionem vel potius confusionem acerrime propugnat, non adeo operæ pretium fecerunt, quod hanc doctrinam introduxerint. Non equidem diffitemur, quod in Civitatibus Imperialibus Principes quandoque certis Juribus gaudere possint. Ex pactis enim, quæ non attingunt Superioritatem ipsam, potest Civitas Imperialis ad certa quædam Jura se alteri adstringere, ipsa manente libera, de qua re vid. *Acta Lindav. alleg. à Dn. Böcler. in Not.*

Imp.

Imp.lib.11.c.3. inde tamen nulla oritur mixtura. Neque etiam propterea, quod quædam adhuc videantur controversi Juris, termini Juris Publ. contra Imperii leges præter necessitatem multiplicandi, sicque mixti generis Civitates constituendæ sunt. Quare hoc mixtum Civitatis genus non solum *Denais.* atque *Klock* improbant, sed etiam *Paurmeist.l.2.Jurid.c.ult.n.16 & seq.* multis impugnat, quos sequuntur *Dn.Böcler. in Not.Imp. d.lib 11.c.2. & Burgold.in Not.Imper.p.1.disc.21. membr.4. n.21.* Hoc tamen certum est, quod, præter provinciales Civitates mere tales dentur etiam quædam, quæ Principibus, in quorum territorio sitæ sunt, non simpliciter subsunt, sed certis pactis & conditionibus, ita ut multis privilegiis, regalibus & libertatis axiomatibus gaudeant, vocantur alias *conditionatæ & pactitiæ. Dn. Fritsch. in Man. Jur. Publ. verb. Civitates Provinciales.* Add. *Mager. de Advoc. arm. c. 6. num. 168. Cluten. in Syll. rer. quotid. concl. 27. lit.f. Ralant. de Commiss. p. 2. lib.5. c.4. n.47.* ubi scribit: in Germania plurimas reperiri Civitates, quæ licet Principibus subesse videantur, maxima tamen ab Imperatoribus concessa privilegia habent. Et de his non immerito disquiritur: *an jure conducendi gaudeant?* quæ quæstio ex literis pactorum & consuetudine decidenda: Nam scil. eisdem *jus conducendi* concessum fuerit nec ne. Sic civitati Hörter competere *jus conducendi* in civitate & circa istam, testatur Autor des Gegen-Manifests/ und in Jure & facto gegründeten Berichts Herren Herzog Rudolph Augusti zu Braunschweig und Lüneburg die Stadt Hörter betreffend.

§. 21. *Num* denique etiam *Protectoribus Civitatum Imperialium, vel aliarum*, denen Schutz-Herren/ *Jus conducendi adjudicandum sit?* itidem ambigitur. Quod enim Civitates Imperiales aliorum protectioni sese concredere possint, nominatim testatur *Besold. de Iader.* cui suffragatur *Vultej. vol. 3. Marpurg Consil. 19. n. 145.* eandemque consvetudinem apud Germanos in civitatibus præsertim Imperialibus jam olim receptam, hodieque usu frequentiori approbatam esse, testatur *Schurff. cent.3.consil.23. n.4. atque Vultej.lib.1. de feud. c. 8. n.17.* Sic Spira Comites Palatinos Rheni, Electores, jamdudum Protectores habuit. Literas, quibus Ludovicus Elector Palatinus eandem Civitatem anno 1443. in protectionem recepit, refert *Lehman in Chron. Spirens.l.7.c.99.& Mager. de advocat.c.5.n.519.* Wormatia quoque eosdem Electores Palatinos longo tempore Protectores habuit, *Mager. cit. c.5. n.518.* Mülhusium porro & Nordhusium Electores Saxoniæ Protectores vetustissimos agnoscere,

eamque Protectionem certo quandoque annorum spatio renovari, testatur *VVaremund. ab Ehrenberg de Fœder. alleg. à Knipschild. l. 2. de Jur. & Privil. Civit. Imper. c. 24. n. 26.* Reutlingam tandem nec non Eslingam in Würtembergiæ Ducum protectione, non quidem hæreditaria, uti voluit *Besold.* sed voluntaria & pactitia, ad certos annos pro arbitrio cujusque partis constituta existere, tradit *Knipschild. cit. c. 24. n. 22. & 27.* ubi adhuc plura exempla recenset.

§. 22. Quia vero hæc protectio priscam & propriam clientum libertatem non imminuit. *Cluten. in Syll. rer. quotid. concl. 27. lit. f. circa fin.* neque Protectori in clientes ullam tribuit Jurisdictionem, ceu latius evincit *Mager. de Advoc. c. 10. n. 406. & mult. seq.* ut multo minus majorem aliquam superioritatem, sicque Jus territorii, die Landes-Fürstl. Obrigkeit inferre possit, teste *Mager. d. c. 10. n. 495.* ad propositam quæstionem recte respondemus, quod nec *jus conducendi* per territorium clientum Protectoribus competere possit. *Knipschild. l. 2. de Jur. & Privileg. Civit. Imp. c. 24. n. 72. Coler.* quidem *consil. 33.* quem sequitur *Dn.* Orth *de jur. cond. cap. 2. p. 51.* inter Protectorem perpetuum & temporalem distinguit: ita, ut qui perpetuus Protector est, *jus conducendi* habeat. Attamen, quod nulli Protectori, sive temporalis, sive perpetuus sit, ob solam protectionem *jus conducendi* competere possit, cum *Everhard. in consil. & Höpinck in Differt. de jur. Advoc.* rectius statuit *Mager. cit. c. 10. n. 610.* nisi vel Advocatia in Jure territorii sit radicata, vel etiam interveniens conventio hoc Jus Protectori assignaverit. Vid. in simili *Mager. d. cap. 10. num. 523. & 532.* Sic Electorem Palatinum per Civitatem Imperialem Wormatiensem, in protectione ejusdem existentem, *jus conducendi* exercere, notat *Dn.* Orth *de jur. cond. cap. 2.* Erfurti quoque Serenissimi Saxoniæ Duces, ejusdem Protectores, una cum vectigalibus *jus conducendi* habuere. Quid vero, statu Erffurtensium immutato, inter Electorem Moguntinum & Domum Saxonicam hac de re cautum fuerit, tradit *Franc. Irenic. ad Not. Imp. Burgold. p. 1. disc. 21. pag. 247. & 248.* Præter protectionem ad *jus conducendi* vindicandum nihil quoque facit: Utrum Princeps in civitate quadam palatium habeat, nec ne; Quamvis enim nonnulli ejusmodi civitates, in quibus Princeps Imperii palatium habet, pro provincialibus æstiment, dubitamus tamen, an hæc conclusio procedat. Constat enim Episcopos Wormatiensem, Argentoratensem atque Spirensem aliosque sua in civita-

vitatibus, à quibus nomen sortiuntur, habere palatia, cum tamen extra dubium omne sit, quod istæ civitates Imperiales sint. Si autem per palatium intelligatur Curia sive Tribunal ad Jus reddendum, quod tesseram Superioritatis esse tradit *Knichen. de Superiorit. territ. c. 3. n. 374.* non repugnabimus, Principi *jus conducendi* competere, non quidem ob palatium, sed ob Superioritatem territorialem, quam etiam in illa exercet civitate.

§. 23. Hactenus dicta, ceu opinamur, fusius demonstrant caussam, ob quam Imperii Statibus hoc *conducendi jus* competit. Quia vero præter eosdem Respubl. nostra Romano-Germanica inter immediate Imperio subjectos Nobiles quosdam complectitur, qui nomine der freyen Reichs-Ritterschafft gaudent, ac in classem Franconicam, Suevicam & Rhenanam dividuntur, quarum singulæ in minores particulas rursus dispescuntur, quas recensent *Limn. lib. 6. de J. Publ. c. 3. n. 46. & 57. Cluten. in Syll. rer. quotid. concl. 26. lit. K. Burgold. in Not. Imp. p. 1. discurs. 22. n. 2. & Dn Böcler. in Not. lib. 16. c. 2.* Ideoque, antequam ad ulteriora progrediamur, non immerito hic evolvendum erit: *Num & iis jus conducendi competat?* Sane quod A. B. *tit. 1. vers. Quamvis autem* &c. hisce Nobilibus *jus conducendi* tribuere videatur, ex ejusdem inspectione facilius patebit. Sed ob quam causam hoc fiat, difficilioris momenti res est, *Speidel.* quidem *in Specul. verb.* Freye Reichs-Ritterschafft inclyto huic ordini longe majora privilegia & præeminentias, quam hactenus ipso facto habuit, optat, *Dn. Conring. quod alleg. à Burgold. in Not. Imp. p. 1. disc. 22. sub fin. n. 7.* eorundem postulatum, ut inter Status Imperii recipiantur, jure suo niti testatur. Attamen quod hactenus Status Imperii non fuerint, contra *Matth. Steph. de Jurisdict. l. 2. p. 1. c. 4. n. 33. & Rumelin. ad A. B. Dissert. 1. th. 12.* ipsa quoque experientia testatur. Neque enim ad Comitia Imperii vocantur multo minus sessionem ac suffragii Jus in iisdem habent, aut in Matricula Imperii inveniuntur. Vid. *Limn. d. lib. 6. c. 3. n. 11. & seq. & in Comment. ad Capit. Carol. V. art. 15. num. 5. pag. 223. D. Myler. in Not. ad Rumel. l. c. Dn. Strauch. Dissert. Exotic. 4. th. 22. Zigler. ad aur. Prax. Calvol. §. Landsassii in limit. num. 48.* An vero tales quondam extiterint, uti quidem multi, interque eos *Wurmser. Exer. jur. publ. 1. q. 17. Zigler. l. c.* aliive à *Limn. laud. c. 3. n. 7.* allegati Autores volunt, secundum *Cluten. in Syllog. rer. quotid. th. 26. lit. K.* dubio haud videtur carere. Quia enim præcipuus honor

honor est, esse Statuum Imperii, quis crederet, Nobiles dignitatem illam in Comitiorum Statuumque jure consistentem adeo temere fuisse jactatos; præsertim cum ab onere contributionis non magis facti sint immunes, ac alii, qui Juris Comitiorum adhuc participes existunt, id quod *ex R. I. de Anno 1500. §. Wie oder der ꝛc. 46.* liquido evincitur. *Dn. Orth de jure conduc. c. 2.*

§. 24. Exinde verò, quod Nobiles Immediati nec Status sint, nec etiam probabiliter unquam fuerint, plures Doctores ulterius colligunt: Eosdem nec Superioritatis territorialis ejusque utplurimum connexi *conducendi juris* compotes esse posse, idque vel maxime exinde deducendum esse censent, quod Superioritas ista sit affectio propria & essentiale consecutivum Status Imperii, adeo ut Nobiles hi Regalia, quibus præditi sunt, non tam Jure Superioritatis reali, quam personali, vi scil. Investituræ, detineant. Verum quamvis argumenta hæc suo pondere non careant: Attamen laborare videtur illa propositio: Neminem nisi Statum Imperii Jurisdictionis territorialis capacem esse, nec credimus, rationem *Dn. Ludolphi Hug. de Statu Reg. Germ. à Burgold. in Not. Imp. p. 1. discurs. 22. n. 5*, adductam, eandem sufficienter confirmare. Quare *VVurmf. exerc. jur. publ. 3. quæst. 19.* ad hoc, ut Superioritatis Jura quis habeat eorumque capax sit, haud semper necessum esse dicit, ut Status Imperii sit, sed sufficere quoque immediatum Imperii Civem quem esse, quod uberius *d. l.* confirmat. Cum itaque Nobiles hi, ut alii Status, Imperio immediate subsint, & in Constitutionibus de immediatis loquentibus extra omnem controversiæ aleam contineantur, iisdem sine dubio quoque Superioritas territorialis adjudicanda erit. Quamvis enim teste *VVurmf. cit. loc.* omnes partes Superioritatis territorialis non habeant, exinde tamen non sequitur, eos Superioritatem plane non habere. Et hanc posteriorem sententiam, quæ in supremis Imperii Dicasteriis probatur, præter *VVurmf. & Nolden de Stat. Nobil.* defendunt *Mager. de Advocat. arm. c. 6. n. 109. Gail. lib. 2. observ. 62. n. 3. Bidenbach. quæst. nob. 1. n. 7. & seq. Rumelin. ad A. B. p. 1. diss. 1. th. 13.* Et quamvis *Dn. Myler. ibidem in Not.* suum suspendat judicium, huic sententiæ tamen diserte accedit *in tr. de Princ. & Stat. Imp. c. 36. §. 12. Add. Dn. Lauterbach. in Dissert. de præscript. delict. th. 8. Herpfer. in Dissert. de nobil. circ. jurid. controv. in præliminarib. §. Cætera bona exemta*, atque *Consil. pro Jure Nobil. immediat. Franconiæ post Georg. Mund. tract. de muner. n. 56. ut*

16. ut & Knipschild. l. 2. de Privileg. Imp. Civit. c. 5. n. 17. & seq. ubi plura huc facientia proponuntur. Ex quibus omnibus jam oppido patescit, quod Nobilibus immediatis *jus conducendi* in districtibus castrorum suorum vel regulariter ob Superioritatem territorialem; vel etiam, quod specialiter de eo sint investiti, aut singulari privilegio id ipsum impetraverint, alioque legitimo modo acquisiverint, competat. Et de his præsuppositis *text. A. B.* atque doctrina *Maul. tit. 2. de Jur. cond. num. 27. ut & Knipschild. d. lib. 2. c. 16. n. 3.* Nobilibus immediatis *Jus conducendi* attribuentium, intelligenda erit. Sicque illos errare videmus, qui, aliis adminiculis destituti, ex sola *Aur. Bull. Jus conducendi* alicubi locorum sibi vindicare conantur. Hoc enim est contra intentionem Imperatoris, quippe cujus mens non fuit, *jus conducendi* de novo concedere, sed potius necessitatem securitatis iis imponere, qui hoc *jure conducendi* gaudent. Hinc licet recte inter alias rationes, ad probandum tale Jus comparatas, allegetur *Constitutio Aur. Bull.* sola tamen id probare nequit. Ex dictis tandem quoque fluit, quod neque ratione Centenæ *jus conducendi* competere possit. Nonnulli quidem inter *Centenam universalem* sive omnigenam, quando quis omnium etiam leviorum criminum executionem habet, *& specialem sive limitatam* ita distinguunt, ut prior, quæ conjunctim cum Jure territoriali exercetur, & non nisi per accidens ab ipso separata est, *jus conducendi* quoque; non vero posterior importet. Verum licet fateamur, quod Centenica Jurisdictio Superioritati territoriali regulariter connexa sit, vid. *Dn. Præs. Dissert. de cent. c. 2. §. 6.* tamen Dominus territorii *jus conducendi* non ratione Centenæ, sed potius vi Superioritatis territorialis exercet. Unde verior est sententia negativa, ratione scil. Centenæ *jus conducendi* nunquam competere, quam cum *Authore* des Wertheimischen gründlichen Gegen-Berichts rectius defendit *Dn. Orth de Jur. cond. c. 6.*

§. 25. Atque hæc de causa *Efficiente secundaria*, eaque *eminente* sufficiant, cujus intuitu *jus conducendi* competit. Restat *vulgaris*, partim in singulari *concessione*, partim etiam in *præscriptione* fundata, ob quam vel *mediatis Imperii subditis*, vel etiam *immediatis*, sed tamen in *alieno territorio* competit. Mediate Imperio subjecti, qui in singulis Imperii provinciis Principes & Dominos suos für Ihre Landes-Fürsten und Erb-Herren recognoscunt, communiter in Prælatos, Nobiles late sic dictos, & Civitates dividuntur, aliasque *Landsassii* vocantur.

Burgold. in Not. Imp. p. 1. disc. 23. n. 3. Besold. consil. 238. n. 27. qui à cæteris subditis respectu Domini territorialis nihil vel parum differunt, quamvis alio respectu Landsassii aliquantum digniores cæteris subditis habeantur; ita ut Landsassiatus non nisi Prælatos, Comites, Barones ac Civitates complectatur. *Dn. Frisch. in Man.-Jurispubl. voc. Landsassiatus.* Hi omnes verò non præsumuntur in suis territoriis habere *jus conducendi*, sed Dominus potius eorum, nisi specialem concessionem vel præscriptionem sufficienter probaverint. *Maul. de jur. cond. tit. 2. num. 35.* Dominus siquidem territorialis in omni Superioritatis & Jurisdictionis Jure fundatam habet intentionem contra *Landsassios*, quoad quasvis in suo territorio exortas causarum species, imo quæcunque intra territorii septa continentur, ea in fide & patrocinio Domini illius esse præsumuntur. *Schurff. cent. 1. consil. 26. n. 3. & Zigler. ad aur. Prax. Calvol. §. Landsassii concl. 1. n. 22. & seq.* Neque huc alicubi recepta Landsassiorum distinctio inter Ambtsassios & Schrifftsassios aliquid facit. Illa namque non nisi hanc inducit differentiam, quod *Ambtsassii* mediate Principi subjecti sint, & coram Præfectis, vor denen Pflegern/ Amtleuten oder Schössern/ in prima instantia conveniantur; *Schrifftsassii* vero Principi immediate subsint atque in prima instantia statim coram Cancellaria Principis vel Dicasterio Provinciali, vor der Cantzley oder Hoff-Gericht/ forum sortiantur, ut propterea reliquis digniores æstimentur. Vid. *Knichen. de Saxon. non provoc. Jur. verb. Ducum c. 6. n. 23. Zigler. ad Calvol §. Schrifftsassii n. 2. & 3.*

§. 26. In alieno territorio itidem *jus conducendi* non nisi ex speciali concessione vel præscriptione in vim servitutis jurisdictionalis, ut *Becht. de secur. & salv. cond. c. 12.* & cum eo *Rumelin Dissert. ad A. B. 2. p. 1. th. 8.* loquitur, competit, dum Dominus territorii æque, ad dominus prædii, patitur, alterum in illo exercere actus ad hoc Jus spectantes, qui alias citra ipsius permissionem & patientiam illiciti essent. Quemadmodum enim privatorum prædia alia aliis servitutes urbanas, rusticas & similia sexcenta debent; Sic inter territoriorum Dominos nihil frequentius est, quam alteri in alterius ditione quæsitas nobiliores servitutum species: Jurisdictionem scil. meri mixtique Imperii, censuum, *Conducendi* &c. *Jus* competere. *Author. Inst. causæ Palat. in Præf. exque eo Orth de jure cond. c. 2.* Et quidem pactionibus ac stipulationibus, imò & testamento hoc Jus, ad instar aliarum servitutum, interveniente tamen

men traditione vel patientia *l. 11. §. 1. de publ. in rem. act. l. 3. §. 2. de act. emt. l. ult. de servit.* concedi posse, tradit *Maul. de jur. cond. tit. 2. num. 62.* quem sequuntur *Knipscild. d. l. 2. de jur. & priv. civit. Imp. c. 26. n. 5. & Dn. Fritsch. de R. V. P. J. c. 12. n. 8.* Quod vero præscriptionem attinet, itidem certissimum est, quod per eandem, quasi servitus, in alieno territorio acquiratur. *Maul. c. t. 2. n. 38.* Non tamen hic præscriptio immemorialis necessaria est, utpote quæ in Regalibus contra supremum Principem formandis demum obtinet, per superius tradita, sed præscriptio longi vel longissimi temporis, tanquam in regali jam formato, sufficit. Vid *Rosenthal. de feud. c. 5. concl. 17. n. 1. & seq. Klock. de Contrib. c. 3. n. 134. atque Maul. de Jur. cond tit. 2. num. 43.* ubi sequentia proponit: *Si præscribens habet titulum ab aliquo tertio, potest præscribere legitimo tempore & ordinario, 10. annorum inter præsentes, & 20. inter absentes, etiam nulla interveniente scientia & patientia adversarii, contra quem præscribitur. l. ult. vers. fin C. de præscript. long. temp. l. 11. §. 1. ff. de public. in rem act.* Hactenus *Maul.* Quæ circa pacta & præscriptionem alias observanda veniunt, ex Commentatoribus Juris Civilis sat aperte patent, ut supervacaneum videatur, hisce diutius immorari. Hoc unicum nobis sufficiat, quod allegans ad hujus Juris defensionem pacta vel præscriptiones oneri probandi adstrictus sit, per *l. 2. ff. & l. 23. C. de probat. ibique Brunneman. Cacheran. Decis Senat. Pedem. 144. n. 15.* præcipue, quod posteriori casu conductus non amicitiæ vel familiaritatis, sed servitutis jure usus fuerit. *Klock. vol. 1. consil. 29. n. 564. & consil. 50. n. 253.*

§. 27. Quod verò his modis *Jus conducendi* in alieno territorio acquiratur, præter suffragium Dd. præcipue *Knichen. de Sax. non provoc. jur. verb. Ducum c. 5. n. 108. Reinking. de Reg. Sec. & Eccles. lib. 1 class. 5. c. 4. n. 234. & seq. Sixtin. 2. d. regal. c. 2. n. 45. Merckelbach. apud Klock. vol. 1. consil. 8. n. 178. Thom. Michael. apud eund. Klock. vol. 1. consil. 29. n. 351. & seq. Wehn. in observ. Pract. verb.* Gleit. *Dn Myler. de Princ. & Stat. Imper. c. 58. n. 12. Rumelin. ad A. B. Dissert. 2. th. 8. Maul. de Jur. conduc. d. tit. 2. n. 37. & seq. Knipschild. l. 2. de Jur. & Privileg. Civit. Imp. c. 26. n. 5. Dieter. ad A. B. tit. 1. §. præmissas, verb ac etiam ultra. Dn. Fritsch. de R. V. P. J. c. 12. n. 8 ac Oeting. de Jur. & controv. limit. lib. 1. c. 9. n. 25. in verbis:* Welche Gerechtigkeit doch nicht allezeit der Landes Obrigkeit anhanget/ sondern offtermals davon abgesondert ist. Dann an vielen Orten im Teutschen Reich herkommen/ daß einer in eines andern Herrn Ge-

dieth und Landes-Obrigkeit zu gleiten/ aber sonsten keine Oberkeitliche Gerechtsamkeit darinnen &c. hat/ varia etiam in Germania nostra extantia exempla confirmant. Sic Dux Würtembergiæ *jus conducendi* habet per urbem Imperialem Gemündam, ut & per territorium Civitatis Eslingæ, teste *Knipschild. & Dn. Fritsch. l. c.* Principes Hassiæ exercent per Wetzlariam, Fridbergam, districtum Hüttenbrigicum & per tractum Wetteraviæ usque ad speculam Francofurtanam, biß an die Franckfurter Warth/ non attenta Superioritate territoriali, quæ ad Moguntinum, Comites Solmenses, Hanovienses, Isenburgicos & alios pertinet, notante *Dieteric. ad A.B. d. l.* Simpliciter Elector Moguntinus in Hassiæ Principum territorio per quendam districtum Darmstadianum hoc Jure utitur. Elector Palatinus idem sibi vindicat durch die Ober-Graffschafft Catzenelnbogen von der Bergstrassen an biß gen Pfortzheim. Marchio Badensis per territorium Palatinatus usque ad Brethemum. Præpositus Ellwangensis von der Stadt Ellwangen aus durch das Fuggerische Dorff Hütlingen. Die Erb-Marschallen von Pappenheim von Creutz bey Weissenburg an biß zum Hochgericht bey Mannheim. Die Stadt Schwäbischen Hall durch das Ellwangische Amt Dannenburg. *Merckelbach. apud Klock. vol. 1. consf. 8. n. 179. & Dn. Strauch. Dissert. Exot. Jur. Publ. 11. th. 2.* Idem jus Saxoniæ Duces in Comitum Imperii Swartzburgensium territoriis sibi vindicant, quibus tamen Domus Swartzburgica libertatis præsumtionem & longissimam possessionem objicit, quare lis hac de re in Camera adhuc pendet, teste *Dn. Fritsch. cit. c. 12. n. 9 sub fin.*

§. 28. Sed congrue hac occasione quæritur: *Si quis per præscriptionem hoc Jus in alieno territorio acquisiverit, an intelligatur præscripsisse cumulative, an vero privative?* Quod in dubio cumulative, non privative intelligatur præscriptum, tradit *Maul. de Jur. Cond. tit. 2. num. 76.* propterea, quod hoc Jus in alterius territorio vel districtu sit instar servitutis; At servitutis concessæ interpretatio facienda est pro fundo serviente. Sic concesso aquæ ductu, itinere aliaque servitute, dominus prædii servientis eadem jure dominii uti non prohibetur. Nec enim per id, quod alteri per fundum meum jure servitutis à me concessæ ire agere liceat, illud mihi denegatum. Vid. *text. in l. 6. C. de servitut. & aq. & Dom. Card. Tusch lit. P. concl. 114. num. 2. & 3.* Hinc *Berlich. p. 2. concl. 49. num. 6.* tradit, quod is, qui Jus pascendi vel propter pactum

vel etiam propter præscriptionem debet, nihilominus re sua ad pecora sua pascenda uti possit, propterea, quod jura servitutum, sicut & Jurisdictiones & alia jura incorporalia, censeantur esse concessa cumulative, non privative. *Add. Salicet. ad d. l. 6.* & hoc quidem procedere potest in dubio. Alias casus separandi veniunt. Nam si Dominus territorii aliquando conducere voluerit, sed à præscribente prohibitus fuerit, atque huic prohibitioni per tempus præscriptionis completæ acquieverit, omnino præscribens hoc Jus sibi privative acquisivit, opus tamen est, ut hanc prohibitionem cum patientia Domini conjunctam probet, per antea alleg. *text. & l. 4. C. de edend. Mascard, de probat. vol 1. q 17. n. 1.* Quod si vero cum extraneo Dominus territorii in simul hoc Jus exercuerit, certum omnino est, quod alter non nisi cumulative acquisiverit. Iniquissimum enim est, domino auferre, quod usus ei non abstulit, teste *Papinian. in l. 20. ff. ex quib. caus. major.* Præscriptio quoque stricti juris est, nec plus intelligitur per eandem obtentum, quam quantum per tempus legitimum fuit possessum, *arg. l. 1. § si quis 4. ibique Bartol. ff. de itin. actuque priv. Vid. Klock vol. 1. consil. 50. n. 50.* atque *Merckelbach. apud eund. vol. 1. Consil. 33. n. 1. it. 37. & 38.* Unde Domino territorii Jure ordinario, alteri verò ex causa singulari competit. *Knichen. de Jur. territ. c. 4. n. 357. & 358. Wehn. in obs. pract. verb.* Glaidt. *Rumelin. ad A. B. Dissert. 2. th. 8.*

§. 29. Ex dictis porro patet, quod *Jus conducendi* sæpius quoque ad plures pertinere possit. Ad unum quidem spectat, quando territorium unum solummodo agnoscit dominum, forsitan, quod vel unus saltem existat, vel etiam Jus Primogenituræ receptum sit, prout conspicuum est ex Electoratibus & Ducatibus quibusdam, de quibus *Springsfeld. de Apanag. c. 3. num. 43. & seq Diter. ad A. B. tit 24. §. si cæteros p. m. 94.* Ad plures verò, quando vel plures unius territorii sunt Domini, quod vel pari Jure omnes succedant, vel simultaneam alias habeant Superioritatem, vel denique is, qui Dominus territorii non est in alterius districtu hoc *conducendi jus* non nisi cumulative acquisiverit. Quibus casibus *jus conducendi* diversimode exercetur. Quandoq; enim per stationarios omnium nomine constitutos præstatur; Quandoq; unus habet das Vorgleit alter vero das Mitgleid, quod plerumque fieri solet, quando das Mitgleit, præstatur ab eo, qui diversæ est dignitatis, tunc enim dignior præcedit; interdum quoq; præ equitatio

 non

non tantum præeminentiæ, sed & Superioritatis signum est, qua in re consuetudo uniuscunque loci attendenda. *Add. Webn. in Obs. Pract. verb.* Gleit. *& Dn.* Orth *de Jur. cond. c. 2. circa fin.* ubi quoque, quid in Ganerliis quoad *conducendi Jus* obtineat, decidit.

§.30. *Causam efficientem* jam excipit *objectum juris conducendi*, quod vel *personæ*, quibus conductus debetur, vel earundem *res* constituunt. Rebus quidem, modo tales sint, quæ licite per territorium transportari possunt, in consequentiam personarum *jus conducendi* non denegandum, ceu ex subseq. §. 42. latius constabit. Nam, quo minus Gens quæque cum quavis Gente seposita commercium colat, impediendi nemini jus est. Id enim permitti, societatis humanæ interest. *Grot. lib. 2. de Jur. B. ac P. c. 2. §. 13. num. 5. Personæ* verò, pro diversitate conductûs, diversæ sunt. Aliis namque præstatur *conductus necessarius*, aliis *honorificus*, aliis conductus in genere sive *communis*. Et quidem quod 1. *Conductum necessarium*, Das Churfürsten Gleit/ attinet, eundem *Aur. Bull. tit. 1.* latius describit; nihilque aliud est, quam publica quædam securitas, quam Status aliive Imperii Cives in suis territoriis ac ditionibus Electoribus eorundemque nunciis ad electionis actum proficiscentibus, secundum præscriptum A. B. præstare debent, ut hoc modo securi & inviolabiles ad locum electionis venire, & ad suos redire queant. *Dn. Myler. in addit. ad Rumelin. Dissert. ad A. B. 2. th. 2. p. 1. Dieter. ad A. B. tit. 1. verb. conducere tenetur p. 15.* Hunc itaque conductum non tantum unusquisque Elector suis Coelectoribus ac illorum Nunciis, sed & omnes alii Principes, Comites atque Barones Feuda à Sacro Romano Imperio tenentes, Milites denique clientes, nobiles ac ignobiles, Cives ac Communitates castrorum, civitatum aliorumque Sacri Romani Imperii locorum, si modo *jure conducendi* alias fruantur, præstare debent. *A. B. cit. tit. 1. §. statuimus insuper. & seq.* Neque etiam ex capite inimicitiæ, guerræ aut dissensionis, quam Electores vel inter se, vel cum aliis Principibus ac Statibus habent, hic salvus conductus denegandus est. Quamvis enim alias nemo teneatur hosti vel inimico transitum per territorium ac ditiones suas concedere, ita tamen fallit, in necessario conductu, & qui pro Reip. bono præcipitur, qualis noster est: qui Electoribus ad electionem Regis Romani euntibus debetur. Hic enim Electori, quamvis inimico, necessario præstandus est, & quidem si denegans sit Elector, sub pœna perjurii, & amissione pro

ea vice suffragii; Si verò alius fuerit, itidem sub pœna perjurii, privatione feudorum aliorumque jurium, libertatum, privilegiorum ac gratiarum à Sacro Romano Imperio obtentarum, cum banno & præscriptione Imperiali, si fuerit ex Ordinibus, qui transitum denegaverit. *A. B. d. tit. 1. cit. §. Rumelin ad A. B. d. Dissert. 2. th. 3. & 4.* Cum enim electionis causa publica sit, privatorum inimicitiæ ipsi merito cedere debent. *Artum. ad A. B. disc. 1. §. 13.*

§. 31. Licet itaque Principes, Comites, Barones, Nobiles, Milites, Clientes, Civitates & Communitates ad hunc conductum cuilibet Electori ejusque Nunciis per terras & ditiones suas præstandum necessario & indistincte obstricti sint; Nihilominus tamen pro locorum quoque & regionum adjacentia cuilibet Electori singulares conductus & Conductores, *in §. quamvis autem universos & seq. d. tit. 1. A. B* Assignatos videmus. Cum vero hodie Dux Bavariæ inter Electores numeretur, quamvis de ejus Conductoribus nondum certi quid constet, tamen *Arum. Discurs. 1. ad A. B. §. 16. & Dieter. ad eund. tit. 1. p. 18.* pro indubitato habent, quod omnes Status, quorum territoria ad electionem proficiscens transit, eidem ad salvum conductum præstandum teneantur. Tum illi verò, qui in contextu nominantur, tum etiam alii, qui conductus gratia requiruntur, Electores vel eorum nuncios non nisi per terras & ditiones suas conducere possunt. Nec ad rem facit, quod constitutio in exigendo hoc conductu hisce utatur verbis: *Per terras & territoria sua, ac etiam ultra (quando potest) remotius &c.* Siquidem, si totum inspiciamus contextum, nihil aliud illa verba designant, quam quod *jus conducendi* non nisi in proprio territorio, aut etiam eo in loco, ubi quis illud legitime acquisivit, præstandum veniat. Id quod non solum germanica verba *A. B. in princ.* durch sein Land und Gebiet und Städt/ auch so fern er mag vergleiten / *it. §. præmissa verò in verbis:* Allein durch sein Land und Gebiet/ auch so ferne er es ungefährlich vermag zu geben/ rc. Sed & usitata formula literarum requisitorialium: Mit eurem Gleit/ so weit sich dasselbe erstrecket / alter Gebrauch und Herkommen / auch der gülden Bull Aussagung nach) rc. confirmant. *Vid. Reinking. de Reg. Sec. & Eccles. lib. 1. Class. 5. c. 4. n. 236. & seq.* Quod si verò conducentes in conductu non conveniant, sed vicinus alterum conducentem progredi vetet, ne Elector in itinere impediatur, *Knichen. de Saxon. non provoc. jur. verb. Ducum. c. 5. num,*

num. 113. & post eum *Arum. ad A.B. Discurs.* 1. §.16. illam adhibendam esse censet cautelam, quam inferius §. 45. *circa fin. ex Wehn, & Otting.* allegavimus.

§. 32. Quod de conductu sub præmemorata pœna præstando dictum, illud quoque ad alios, & quidem sequentes extenditur casus, si scil. illi, qui ad conductum præstandum obstricti sunt, Electoribus eorumque Nunciis insidias struant, vel damnum dare conentur, vel etiam ad victum necessaria solito pretio suppeditare recusent. Conductores siquidem tenentur conducendis victualia in communi pretio atque censu, in gemeinen Kauffgeld/ pro suis hominumque suorum alimentis vel ipsi vendere, vel etiam penes subditos suos, ut justo pretio vendantur, prospicere. Quia enim homines affulgente occasione lucri captandi gratia, pretia rerum ut plurimum augere solent; Ideo magna sane est adhibenda cura, ut etiam hoc in casu victus adsit copia. Add. *Dieter. ad A. B. tit. 1. §. decernimus vers. vendere aut &c.* Neque porro interest, an Electores eorumque Nuncii solita, an vero insolita via utantur. Indistincte namque per territorium suum, adeoq; etiam per viam insolitam, talem conductum quivis præstare debet. Multa namque occurrere possunt, ob quæ malint per viam insolitam, quàm regiam potius ire Electores, vel quod illa compendiosior sit, ac facilior & commodior, aut etiam tutior. *Dn. Myler. in addit. ad cit. Dissert.* 2. *Rumelin. th.* 8. Quilibet tamen Elector, qui hoc conductu frui cupit, conducenti tempestive desiderium suum exponere, conductum petere, viamque, qua transiturus est, nominare atque significare debet. Quo facto conductus vel præsidio dato, vel etiam diplomatibus præstandus; atque si spoliatus fuerit, omne damnum à conducente refundendum est, ut pluribus circa effectum *juris conducendi* propositurí sumus. Vid. interim *Dieter. ad A. B. tit. 1. § quicquis p. 17. & §. ad præmissorum p. 18.* Unicum antequam hinc abeamus, adhuc evolvendum erit: *Num & Constitutionis hujus de conductu Carolino hodie aliquis sit usus?* Ob firmatam Pacem publicam in Imperio, quæ vulgo dicitur Der Lands Friede/ conductum hunc Electorum, tam accurate *in A. B.* præscriptum, in desuetudinem fere abiisse, cum *Marquard. Freh. in tr. de tutel. & curat. test. Elect.* statuit *Dieter. ad A. B. tit. 1. §. si vero aliquis. p. 17.* Rectius tamen cum *Beclere in Dissert. de Cond. Carol.* alii tradunt: Fiducia pacis, securitatisque temporum minori quidem cura ac solicitudine rem geri,

geri, quem in Constitutione Carolina continetur, hunc conductum tamen propterea in desuetudinem haud abiisse, quod vel novissima demonstrent exempla, imo si, quod Deus exhibeat, pericula temporum priorum redirent, eandem iterum præsentius appariturum esse.

§. 33. *Honorificus Conductus* Magnatibus ac Principibus præstatur. Vocatur alias *Jus deducendi Principem* per territorium suum, Germ. Das Fürstl. Gleit/ estque species juris territorialis, atque singulatim Juris conducendi, quæ cum Jure conducendi generali vulgo quidem confunditur ab ipso tamen revera differt. Nam *Jus conducendi* generale ipsorum viatorum gratia principaliter exercetur, ut à vi injusta immunes sint, prout ex traditis *circa fin. hujus Juris §. 51. apparebit.* At illa deductio, qua Princeps Principem per territorium suum transmittit, ad nihil aliud adstringit Principem transducentem, quam ad libertatem transitus præstandam, unde comitatus, si quis adhibetur, tantummodo permissionis quoddam signum est. Inde verò suam traxit originem, quod Regum aut eorum, qui τὸ Κῦρος habent, nemo ullo jure pati teneatur, alium per suum territorium iter facere, sive fiat terra sive aqua, ubi justa negandi transitus causa suppetit. Quod si enim privatus, ut per suum fundum iter vel actum concedat, ab alio æque privato cogi nequit, *per l. 13. §. ult. ff. de injur.* quanto minus Princeps obligatus erit, extraneum, à quo sæpius periculum est metuendum, in regnum & territorium suum admittere, usque dum idonee caveatur. Vid. *Pufendorf. in Elem. Jurisp. lib. 1. def. 5.* §. 6. neque etiam ob hanc causam denegatus transitus vindicari potest, quamvis id ipsum velit *Grot. de J. B. & P. lib. 2. c. 2. §. 13.* propterea à *Dn. Strauch. tr. de Imper. Mar. c. 8. th. 2.* notatus. Add. *Zigler. Felden. ali. q. ad Grot. l. c.* ut & *Dn. Fritsch. de R. V. P. J. c. 6. n. 8.* Quia itaque metus nunquam fere abest in potentioribus, magno comitatu, eoque sæpius armato, transeuntibus, hinc ab ultima memoria per Germaniam instar cautionis cujusdam receptum est, ut ejusmodi potentiores transitu prohibitos sese intelligant, nisi veniam transeundi à Domino territorii impetraverint, prout latius demonstrat *Dn. Strauch. Diss. Exot. jur publ. 11. th. 2. Dn. Fritsch. cit. tr. c. 12 n. 31.*

§. 34. Principes itaque & Magnates specialiter deductionem petere debent, non ut per eam demum securitatem ab offensione, insidiis atque vi injusta impetrent, sed propterea, ne excludantur à transitu, qui, si per alienum territorium cum magno comitatu instituitur,

Domino merito formidabilis & suspectus esse potest, per ea; quæ hac de re circa finem hujus Juris §. *sc. 51.* ulterius ex *Dn. Strauch. dissert 11. th. 2. & 3.* proponenda erunt; Ipsa tamen petendi necessitas tunc demum obtinet, si quis per alterius territorium transeat. Unde Dominus territorii eadem opus non habet in suo territorio, quamvis alteri *Jus conducendi* concessum sit. Cessant enim rationes hactenus allatæ, nec ullum metuendum est alteri præjudicium, dum per proprium quis proficiscitur territorium. Quod ipsum sufficienter confirmat *Laudum Heilbronn. in Controv. Elector. Palat. cum vicinis Princ. ann. 1667.* pronunciatum, ubi inter alia cavetur, ut (1.) Serenissimus Elector Palatinus in reliquorum terris *Jure conducendi* non aliter utatur, quam in transitu Principum, copiarum equestrium & pedestrium, mercatorum ad solennes nundinas proficiscentium, Judæorum, similiumque personarum, quarum juxta leges moresque Imperii non est sine conductu securitas; Neque etiam (2.) prætendatur aut usurpetur, quando Domini earum terrarum & viarum, per quas itur, similiter eorum ministri, milites & subditi ibidem transitum faciunt, sed innoxius potius, & Constitutionibus congruus ipsis in suis territoriis relinquatur transitus.

§. 35. Sed quæritur hic: *An Imperator quoque territorium alicujus Principis transiens conductum hunc petere tenatur?* Negativam sententiam comprobat illud: Keyserliche Majestät bringt das Gleit mit sich. Quod itidem non pertinet ad Jus sanctitatis, quasi peculiaris quædam sanctitas, Imperatori præ cæteris Principibus jure proprio competens, in causa sit, quod salvum conductum à particularibus territoriorum Dominis requirere non teneatur; Sed spectat solummodo ad remissam petenti transitus necessitatem, quam Imperator à Principibus inferioribus non propter singularem inviolabilitatem, sed propter Dominium, & Imperium supereminens in singulis Ordinum territoriis petere non tenetur, perinde ut nemo dominorum per suum libere eundi veniam impetrare opus habet. Unde vulgò recte dicitur: Käyserliche Majestät sey des Gleitens nicht hoch benöthiget/ sie bringe das Gleit mit sich. *Vid. Dn. Strauch. cit. Dissert. 11. th. 3. & Dn. Fritsch. d. c. 12. n. 32.* Quamvis cum *Maximilian, Faust. ab Aschaffenburg. à Fritsch. cit. loc.* allegato non negandum: Ob publicam & omnigenam securitatem, qua Cæsarea Majestas omnes molitionum, insidiarum, violentiarum, offen-

offensionum & damnorum nebulas discutit atque dispellit, eidem in transitu omnia humanitatis officia deberi. Imo quando privilegiis & juribus Principum metuendum aliquod præjudicium, si Imperatori absque conductu permitteretur transitus, ad illud avertendum transitum Dominis territorii omnino notum facere debet, præcipue si insimul copias militares transmittat. Hinc si Imperator ad hostes Imperii invadendos transire, atque exercitum traducere velit, eatenus transitum sibi vindicare potest, quatenus bellum rite movetur, id quod sine Statuum consensu regulariter fieri nequit, prout *ex §. 13. Capit. Leopold.* aliisque *Capitul.* fusius patet. Cum enim ipse Imperator *in §. 16. cit. Cap. Leopold.* serio disponat, transitum militibus haud aliter indulgendum esse, quam secundum Constitutiones Imperii, sua sponte sequitur, bello sine Statuum consensu moto, militi haud deberi transitum. Quod si verò ad Imperii defensionem transitus spectet, etsi Statuum consensus exploratus non sit, sola tamen initimatio sufficere videtur, propt. *d. §. 13. Capit. Leopold. circ. fin.* Add. *R. I. de A. 1641. §.* Die Durchzüge. *43.* modo cautio idonea interveniat, quæ etiam ab Imperatoris milite, per Statuum territoria transeunte, præstanda est, prout ex *Rec. Imp.* latius deducit, pariterque, quæ cautio idonea sit, demonstrat *Dn. Stryck. in Dissert. de Transit Milit. membr. 1. Sect. 4. num. 7. & seq.* Add. *Mantiss. Colleg. Iren. ad Burgoldens. insert. p. 148.*

§. 36. Conductus denique in genere omnibus omnino peregrinantibus, ad eorundem petitionem, præstatur, juxta *R. I. de Anno 1548. §.* Ferner zu noch mehrer 20. Vult equidem *Marquard. de Jur. Merc. lib. 1. c. 13. n. 32.* hanc securitatem mercatoribus solummodo concedendam, aliis vero civibus atq; opificibus denegandam esse, quod ex *Dn. Fritsch. tr. de Nund. c. 7. n. 11.* evincere conatur; Verumtamen cum *Dn. Fritsch. l. c.* neutiquam de conductu, sed de securitate nundinarum, adeoque plane separato privilegio agat, nescimus, qua ratione *Marquard.* ullum possit mereri assensum, præprimis cum securitas commeatus Jure Gentium ob universalem societatis humanæ necessitatem atque usum communis sit, ut omnes illi, qui societatis istius tuendæ, ac servandæ rationem habent, securitate illa gaudere debeant, nisi libertas secure commeandi ex justa ratione per sanctiones Principum restringatur. Quamvis etiam communi hoc beneficio & *conducendi jure* præprimis videantur gaudere illi, qui de corpore Reip. sunt cum alias proprietas viæ

publicæ Populi, usus vero communis ac publicus sit. *l. 1. pr. de Interd. junct. l. 2. §. 4. ff. ne quid in loc. publ. l. 51. de contrah emt.* ut & §. 2. & 4. *Inst. de R. D. & A. J. D.* Ob id tamen peregrini ab hoc *conducendi Jure* arcendi non sunt. His enim ex æquitate Juris Naturæ & Gentium, quod cum civibus Romanis commune habent, jam dudum in orbe Romano liberi commeatus & hospitii jus concessum est, per *Auth. omnes Peregrini C. Com. de Success.* Neque etiam hæc permissio sua caret ratione, quia transitus, quamdiu inter innoxiam utilitatem subsistit, ob communem hominum inter se obligationem patere quoque debet exteris, qui eodem opus habent. Neque quamdiu inter innoxiam utilitatem usus iste subsistit, jure prohibendi Dominus territorii uti potest. *Bufeuddorf. in Element. Jurip. lib. 1. def. 5. § 6.* Præprimis hoc conductu frui debent exterorum *Principum Legati*, quippe qui sacrosancti alias habentur. *l. ult. ff. de Leg.* ac in tantum inviolabiles sunt, ut qui illos læserit, non solum humanum, sed & Divinum Jus violasse dicatur, teste *Cic. de Harusp. Respons.* Ratio autem hujus sanctimoniæ urgentissima est, quia inter diversa imperia, regna, & respubl. nulla alia æque commoda de quibuslibet causis atque negotiis, ad publicam utrorumque utilitatem spectantibus, colloquendi, commune faciendi & tractandi, quam per Legatos sese offert ratio *Bech. de Securit. & Salv. cond. cap. 5. concl. 173. & seq.* Add. *Rachel. de Jur. Gent. th. 58 & mult. seq.* Quid juris verò in Legatis hostium obtineat, ex seq. patebit.

§. 37. Præter Legatos *Jus conducendi* merito quoque *Mercatoribus* seu negotiatoribus, ob favorem commerciorum, quæ velut ubera sunt, ex quibus publicæ privatæque res aluntur, foventur & ornantur. *Mev. in Discurs. lev. inop. deb. c. 1. n. 91.* præstandum est. Mercatores enim, instar Medicorum, urbibus prosunt, juxta *Senec. l. 4. de Benefic. c. 13.* Hinc non solum *Fridericus III. Imperator* eos etiam in publicis bellis securos à violentia hostili esse voluit *in Reform. Franc. de A. 1442. sub rubr.* Wer in offnen Fehden gefreyt seyn solle. Sed & Doctores recte tradunt, quod ad adjuvandum mercatores, præprimis peregrinos, propensi esse debeamus. Interest enim societatis humanæ, ut Gens qualibet cum quavis Gente etiam seposita commercia colat. *Grot. de Jur. B. & P. lib. 2. c. 2. §. 13. num. 5.* Quæ ratio efficit, ut ne quidem *Judæis* ejusmodi securitas deneganda veniat. Sunt enim commerciorum juris capaces, juxta *R. J. de A. 1551. §.* Diesen zu begegnen. *73.*

utun-

utuntur Jure communi Romano. *l. 8. C. de Judæis & Cælic.* ac solo judaicæ superstitionis intuitu neque in persona neque in bonis offendi debent *l. 14. C. de Jud. l. 6 C. de Pagan.* ut proinde conductu, si modo à blasphemiis in Christianam Religionem abstineant, neque cum hostibus Christiani nominis proditorie colludant, sed Christianorum Principum atque Magistratuum legibus politicis congruenter vivant, omnino fruantur. *Maul de Jur. Cond. tit. 4. n. 10. Dn. Fritsch. de R. V. P. J. c. 6. n. 21.* Sic *Dn.* Otth *de Jur. cond. c. 4.* testatur: Communicatem Judæorum Wormatiensium singulis annis conductum annnuum à Serenissimo Electore Palatino redimere certa pecuniæ quantitate; Ab ea verò undique confluentes Judæos chartulam signo impressam diverso pretio comparare, sicque, à pedagio solvendo in illo districtu immunes vivere, atque secure negotiari. Consimili modo in Imperii Comitiis Judæi à Vice-Mareschallo Pappenheimio conductum, & quidem quilibet eorum aureo Rhenano, redimere tenentur. Hocque jus specifice ad officium Mareschalli refert *Sixt. Sommer. apud Carpzov. de Leg. Reg. Germ. c. 10. sect. 6 n. ult. sub tit.* Juden Vergleitung *in verb.* Zum andern hat auch der Erb-Marschall ꝛc. Unde quoque ne illis quidem in locis, ubi alias non tolerantur, hoc nostro conducti privantur. Sed liberum transitum habent, modo salvum conductum seu securitatis literas, vulgò Schirm-Zettel / impetraverint, id quod *Jus Provinc. Bavar. lib. 5. tit. 1. art. 3.* Wie sich die Jüden im Durchzug durch die Land zu Bayern mit Nehmung des Gleits / und sonsten halten sollen / sufficienter confirmat. Add. §. *63. huj. Dissert.* Idem quoque de *Hæreticis* dicendum, per superius dicta & tradita. *Dn. Fritsch. de R. V. P. J. c. 6. num. 29.* Quamvis enim juxta monitum *Divi Pauli in Epist. ad Tit. 3. v. 16.* vitandi sint, id tamen, ob periculum contagiosæ seductionis, non nisi de arctiori conversatione accipiendum. Aliud obtinet, si cum hæresi blasphemiæ, seditiones aliave magna scandala concurrant, tunc enim omni commercio & securitate indigni sunt. *Fritsch. d. l. n. 30. & seq.* Tandem nec *Infidelibus* seu *Barbaris* hic conductus erit denegandus. Eos enim non immerito *Alexander in Consil.* commerciorum cum Christianis communione indistincte dignatur, modo in hostium numero non inveniantur. Quamvis ergò ob infidelitatem odio habendi sint, atque Jure Romano commerciorum & commeatus securitate carere videantur, per *l. 1. & 2. C. quæ res export. non deb. l. 2. C de Commerc.* Tamen ut homines,

Juris Gentium capaces, tolerandi veniunt. Hinc quoque est, quod ipsis securitas ob solam infidelitatem non deneganda sit, cum Jure Gentium commerciorum libertas nitatur, quæ absque securitate vix exerceri potest. *Maul. de Jur. cond. tit. 4. n. 8. Becht. de Secur. c. 4. th. 90. & seq. Knipschild. d. lib. 2. c. 26. n. 12. Dn. Fritsch. d. c. 6. n. 14. & seq.* ubi insimul cautelam adjicit.

§. 38. *Indigni* vero judicantur hac securitate *Monopolia exercentes*, per *Rec. Imp. de A. 1512. tit. 3.* §. Und nach dem etwa. *16.* Add. *R. I. de A. 1524.* §. Item dieweil durch unser. *27. de A. 1526.* zu Speyer. §. Item nach dem die *Monopolien 26.* Reip. enim quam maxime perniciosum est, insigneque damnum communi plebeculæ adfertur, si usus rerum ad vitam sustentandam necessariarum à paucorum nutu & arbitrio pendeat. *Dn. Fritsch. ad l. un. C. de Monop. c. 5. num. 7.* Hinc ne quidem impetrato Principis rescripto monopolia exercere licet. *d. l. un. C. de Monopol.* cum sint contra Jus Gentium & publice intersit, ut à quovis mercimonia libere exerceantur. *Perez. ad Cod. d. tit. num. 3.* ubi tamen addit, posse Principem urgente necessitate in suis ditionibus monopolia quarundam rerum permittere, præsertim si privati impensis pro annona acquirenda faciendis impares sint. Consentiunt *Molin. de Just. & Jur. tract. 2. disp. 345. n. 3. Carpz. dec. 4. n. 6. & seq. Brunneman. ad d. l. un. ibiq; alleg. Scacc. de commerc.* Deinde *Medicastri circumforanei*, similesque, qui fraudem in commerciis committunt, vulgo die Landfahrer dicti, hac securitate destituuntur, *per Ord. Pol. de Anno 1577. tit.* von Landfahrern/ Singern und Reimensprechern. Conductus enim est exhibendus peregrinantibus insontibus; Jam verò hujusmodi impostores & fraudum architectos pro insontibus haberi vix credimus. Unde in *Ord. Crim. Carol. V. art. 134.* Medicastri illi vocantur leichtfertige Leute/ die sich der Artzney unterstehen/ und die mit keinen Grund gelernet haben. Sub his tamen neutiquam veniunt (*1.*) qui pharmaca præstantiora & cariora ex Indiis aliisque dissitis locis ad nos vehunt, ac transportant, inque foro publico & nundinis privilegiatis vendunt. Hi enim licitam mercaturam exercent; perinde ac illi, qui testimoniis legitimis instructi suam probant peritiam in medendo. Multo minus (*2*) venalitiarii, qui ut lucrum captent, à mercatoribus res minuatim emunt, ac postmodum iterum vendunt ut & (*3.*) mangones. Equi namque inter merces prohibitas haud referuntur. Et cum omni-

bus

bus mercatoribus etiam judæis conductus debeatur, sane nullam obstare videmus causam, cur non etiam mangonibus aliisque venalitiariis conductus exhibendus sit, modo non illicitas importent vel exportent merces, tunc enim ob aliam rationem à conductu excluduntur.

§. 39. Porro nec *Pacis Publicæ violatores*, welche den gemeinen Frieden in Reich Teutscher Nation in Religion- und Prophan-Sachen brechen/ hoc conductu fruuntur. Nam Pax publica, pœnis Constitutionis *de P. P.* munita, sancta esse jubetur. Landfr. zu Wormbs *de Anno 1495. tit.* Friedbrecher und solche Thäter ꝛc. Erklärung des Land-Friedens *de Anno 1500. tit.* Die Friedbrecher sollen kein Gleit haben noch geben. *5. Rec. Imp. de Anno 1555.* §. Und damit solcher Fried 15.] Adeo ut ejusmodi violatores è protectione Imperii eximantur, in hostilitatem rediagantur, & communes omnium hostes declarentur *l. 5. §. 1. ff. de cap. minut.* sicque consequenter securitatem viæ publicæ amittant. *Gaili l. 2. de P. P. c. 1 n. 13.* His ulterius accensendi sunt *latrones* seu *latrunculi famosi. R. J. de Anno 1559.* §. Und haben uns demnach 22. Cum enim peregrinantium jugulum & bona petant, adeoque vitas & facultates hominum intutas reddant, merito ab omni juris communione jamdudum penitus exclusi sunt, teste *Bod. de Rep.* Quod autem latrones in terra, id in mari sunt *piratæ*, navigantium securitatem turbantes, vulgo die See- und Meer-Räuber / quocirca non modo ipsorum navigia Raub-Schiff licite diripiuntur, *Auth. Navigia C. de furt.* sed & ipsimet ab occurrentibus impune læduntur, *c. si quis fortitudinem 6. c. 23. q. 3.* Latronibus æquiparantur *nocturni agrorum depopulatores*, qui perinde ut latrones ob publicum bonum occidi possunt. *Dn. Struv. de vind priv. c. 3 aph. 6. Milites* quoque *exauctorati* vicatim ac pagatim oberrantes, vulgo Rottirer/ Gartierer/ Herrenlose Knecht und Landläuffer hac securitate indigni sunt. *Reform. Polit. de Anno 1548. tit.* von Herrnlosen Knechten. Idem repetitur *in Ord. Pol. Francof. de Anno 1577. tit.* von Herrnlosen und Gardenden Knechten 7. Confer *Gail. de P. P. l. 1. c. 4. n. 36. & seq.* Ut & *mendicantes validi*, qui omni infirmitate corporis carentes ostiatim mendicare, & ex alieno potius vivere, quam propriis laboribus & industria victum quærere malunt, uti eos describit *Dn. Fritsch. in tr. de mend. valid. c. 8. n. 1. Perez. in Com. ad l. un. C. de mend. valid. R. J. de Anno 1500. tit.* von den Bettlern 26. *Reform. Polit. de Anno*

1530.

1530. Von Bettleern und Müssiggängern 34. Unde in quibusdam locis quantocius provincia excedere coguntur, &, si redierint, vel virgis cæduntur, vel etiam ad triremes, in aliis vero locis ad opera publica damnantur. *Perez. ad d. l. un. C. de mend. valid. n. 9.* Sic Argentorati mittuntur auff das Schellenwerck. *Bicc. in Aur. sect. ult. §. ult.* alibi ad domus disciplinares, die Zuchthäuser/ Amstelodami, Hamburgi, Norибергæ aliisque in locis exstructas, condemnantur.

§. 40. Simili modo securitatem viarum publicarum ac *conducendi Jus* non habent *Zingari*, fictitii illi Ægyptii. Nihil enim aliud sunt, quam colluvies otiosorum & sceleratissimorum hominum, artem furandi & divinandi palam profidentium. *Wehner. iʃt obs. pract. voc.* Zigeuner. *Schönborn. l. 3. Pol. c. 16.* Ideoque à societate civili & *Jure conducendi* recte excluduntur. *Dn. Fritsch. in tr. de Zygen. orig. vit. ac mor. Maul. de Jur. cond. tit. 4. n. 17.* Hinc quoque *in Comit. August. de An. 1500. tit. 27.* ab Imperat. *Maximiliano I.* decretum, & per Edictum publicum omnibus Imperii Ordinibus injunctum est, ne ullibi in Imperio Romano Germanico Zingaros ferant, sed denegata omni securitate publica ex provinciarum suarum finibus ejiciant, quæ Sanctio repetita *in Reform. Polit. de A. 1530. tit.* Von den Ziegeünern 35. Quod de zingaris dictum ad quovis *malefactores* extendendum est. Hi enim non tam protegi, quam puniri debent. *2. Feud. 27. §. si Judex. ibique Bald.* Ejusdem farinæ sunt *Debitores vagabundi* ac fugitivi, qui nulla gaudere debent securitate, donec creditoribus suis satisfaciant. *Becht. de secur. c. 4. concl. 136. Subditi fugitivi. R. J. de A. 1512. §.* Und nach dem sich. 15. Käyserl. Landfried. *de A. 1548. tit.* Friedbrecher und solche Thäter 2c. 16. §. Und nachdem sich mannigfältig im Reich begiebet 2c. 3. *Adulteratores monetarum* eorumque occultatores. *Reform. Polit. de A. 1442 tit.* Von der Silbern Müntz. § Und wir die vorbeschriebenen *ult.* Denique excluduntur *Hostes.* Cum enim hi securitatem publicam turbent, & quantum in ipsis est, evertant, merito & ipsi tali frui non debent. Indigni siquidem sunt legum beneficio, qui id negligunt. *l. ult. §. 12. C. de jur. deliber.* Et sicut cum bello pax, utpote è diametro illi contraria, stare non potest, *arg. l. 12. pr. ff. de capt. & postlim. revers.* Ita nec cum hostilitate securitas, *arg. l. 19 § 3 ff. d. t.* Ut autem quis dicatur hostis requiritur (1.) ut sit extraneus. Cum indigenis enim non est bellum justum, sed civiles dissensiones atque factiones, *l. 21. §. 1. ff.*

de

de capt. & post l. reverſ. (2.) ut bellum publice decretum & denuntiatum ſit. *l. 118. ff. de V. S.* quod peragitur vel per Fecialem Herold/ vel etiam per literas bellum denuntiantes, Fehd und Absag-Brieff/ quarum exemplum extat apud Sleidanum *lib. 17.* Et (3.) requiritur quoque juſta belli cauſa. Bellum enim ſine cauſa ſuſceptum potius latrocinium dicendum cum Coriolano apud Halicarnaſſenſem. Vid. *Cardin. Tuſch. lit. B. concl. 34. per tot. Guid. Pap. dec. 191. n. 3. Reink. de R. S. & Eccleſ. lib. 2. claſſ. 3. c. 1. n. 6. & ſeq.* præcipue *Grot. de jur. B. ac P. lib 3. c. 3. per tot.* Quod de hoſtibus dictum, ad *eorundem* quoque *Legatos* extendendum eſt. Quod ſi enim ob juſtam futuri damni ſuſpitionem potentiori abſque conductu tranſitus non eſt concedendus, multo magis licitum erit, Legato hoſtis eundem denegare, niſi Legatus tranſire volens veniam prius petat, inſimulque caveat, ſe nihil hoſtile contra Dominum viarum apud Principem vel Rempubl. ad quam tendit, moliturum. *Dn.* Orth. *de jur. cond. c. 4.* Tunc enim ex Jure Gentium ad conductum præſtandum Dominus territorii obligatus eſt. Si namque ſemel admiſſa fuerit legatio, non ſolum apud inimicos, ſed & apud hoſtes ex Jure Gentium præſidium habet. In bello ſiquidem plura incidunt negotia, quæ nonniſi per Legatos tranſigi poſſunt, & ipſa pax vix eſt ut aliter coeat, inquit *Grot. de jur. B. & P. lib. 2. c. 18. n. 6.* At ubi denuntiatur Reip. miſſuræ Legatos, ne mittantur, tunc, ſi contra quid factum fuerit, pro re nata expelli, vinciri, & interimi poſſunt. Nec enim hæc ſecuritatis lex ad eos pertinet, qui non accepta venia fines Reip. tranſeunt, ituri ad ejus hoſtes, aut ab iis venientes, aut aliàs hoſtilia molientes. Ita Hiſpani Galliæ Regis Legatos ad Turcam deſtinatos in Pado captos occiderunt. De Flandriæ Civitatum Legatis, à Maximiliano I. captis, agit *Crantz.* Ex veteri hiſtoria congeſta exempla proponit *Grot. d. c. 8. num. 5.* Add. *Rachel. de Jur. Gent. th. 69.*

§. 41. Hoſtibus æquiparantur *proditores & transfugæ. l. 7. ff. de re milit.* qui ab his, quorum ſub imperio ſunt, deficiunt, & in hoſtium numerum ſe conferunt *l. 5. §. 1. ff. de cap. minut.* Quales etiam ſunt illi, qui cum Turcis, aliisque Chriſtianorum aut Imperii noſtri hoſtibus conſilia nefanda miſcuiſſe probantur, atque ob id ab Imperio proſcriptionem omniumque bonorum confiſcationem merentur. *Ord. Cam. p. 2. tit. 20. §.* Weiter *5.* Item *deſertores*, qui tempore belli ab exercitu

& castris se subducunt. *l. 13. pr. l. 10. §. 1. & pen. ff. de re milit.* ut & *exploratores*, qui secreta hostibus aperiunt. *l. 31. §. 1. ff. de pœn. l. 6. §. 4. ff. de re milit.* Hi omnes, utpote securitatis ac tranquillitatis publicæ turbatores ac inimici, communi securitatis & transitus beneficio se privant. Illis tandem jure meritoque accensentur *Banniti* seu proscripti Imperii, qui ob fractam Pacem Publicam, religiosam & prophanam, per sententiam declaratoriam, quæ ubique requiritur, teste *Gail. lib. 2. de Pac. Publ. c. 3. & Dn. Strauch Differt. Exot. 6. th. 18.* è protectione Imperii eximuntur, ut liquet ex banni formula: Setzen sie aus dem Frieden in Unfrieden/ und erlauben ihr Leib und Güter jedermänniglich. Ergo per bannum quoque omnem viæ publicæ securitatem ac conductum amittunt, ut à quibuscunque libere & impune offendi possint. *Ord. Cam. p. 2. tit. 9. §. 2. it. d. p. 2. tit. 10.* Add. Landfr. *de anno 1522. tit. 13. & seq. it. de anno 1548. tit.* Friedebrecher und solche Thäter nicht zu hausen *16. Knipschild. de jur. & Privil. Civit. Imper. lib. 2. c. 26. n. 15. Maul. de jur. cond. tit. 4. n. 11. & seq.* Add. *Guilelm. Roding. Pand. Camer. lib. 1. tit. 7. Julian. Magenhorst. in Comm. ad Ord. Cam. d. p. 2. tit. 9. Dn. Strauch. cit. Differt. 6. th. 18. & Dn. Præs. in Differt. de jur Exul. p. 1. th. 17. & 18.* ubi insimul quæstio: *An banniti quoque salva conscientia occidi possint*, latius evolvitur. Plura huc facientia exhibet *Becht. de Securit. & Salv. cond. c. 4. & 5.* ubi per varias conclusiones deducit, quibus securitas debeatur, quæ omnia per analogiam ad nostrum applicanda veniunt conductum.

§. 42. Et hæc quidem de *personis*, quibus conductus debetur, vel non, sufficiant. Quoad *res* vero notandum, quod æque ac personæ conductu indigeant. Securitas namque de Jure Gentium non personis tantum, sed & mercibus debetur. *Dn. Fritsch. de R. N. J. c. 6. n. 35.* Quia itaque *jus conducendi* generatim in immunitate ab offensione & injuria rerumque damnis & pace publica, sicque in tuto ac libero commerciorum usu consistit. *Knipschild. de Jur. & privileg. Civit. Imp. l. 2. c. 26. n. 10.* mercibus quoque absque justa causa denegari nequit. Est enim nihil aliud, quam assecuratio peregrinantibus ac mercatoribus, eorumque mercibus concessa. *Dn. Fritsch. cit. loc.* præprimis tempore belli & guerræ res transferendæ hoc conductu opus habent. Requiritur tamen, ut & quoad res conductus petatur, mercesque tales sint, quæ licite per territorium transportari possunt. Cum enim ejus-

dem

dem generis non sint, nec æqualiter usui publico inserviant, ii, penes quos τὸ Κύριον in Rep. est, legibus cavere atque prospicere possunt, ne promiscue omnia venalia hoc Jure gaudeant, *arg. t. t. C. quæ res export. non deb.* Unde mercium prohibitarum, *vulgò de controbande*, & non prohibitarum distinctionem Principes & reges hactenus semper admiserunt, quod variis exemplis confirmat *Johan. Marquard. de Jur. Mercat. lib. 1 c. 16. n. 36 & seq.* Consimili modo de Jure Romano prohibetur propter utilitatem publicam vinum, oleum, aliudque liquamen extra fines Imperii Romani exportari, aut Barbaris vendi. *l. 1. C. quæ res export. non deb.* ne istorum dulcedine illecti promtius fines invadant, & hostilitatem attentent. *Perez. ad eund. tit. n. 1.* Consimili modo arma, cum ferro facto aut infecto, eodem Jure extra Imperii Romani limites transferri prohibentur, ne hostes diversorum armorum genere instructi validiores fortioresque reddantur. *l. ult. C. eod.* quod *Molin. de J. & J. tract. 2. disp. 343. num. 9.* ad triremes & naves; Cum *Stracha* verò *de Mercat. Brunneman. ad l. ult.* ad pyrium pulverem, bombardas aliave instrumenta bellica, in perniciem humani generis, vel ad terrorem inventa, ob paritatem rationis extendit. Præter has per *Ord. Polit.* hodie lanæ exportationi modus est præscriptus & per *Edict. Monet. Ferdin. I.* evectio auri & argenti rudis sub gravi pœna prohibita; Imo novissime cautum, ne Gallorum merces fucatæ, & ad splendorem comtæ, importentur, utpote quæ cives magis ad luxuriam, quam virtutem invitant, quæque magis populum emungunt, quam locupletem reddunt, denique opificia & mercimonia diminuunt. De quo malo jam olim Cæsar & Ordines Imperii in superioribus seculis, præcipue in Comitiis, conquesti fuerunt, ut patet ex *Reform. Polit. de anno 1548. tit.* Von unordentlicher Köstligkeit der Kleider *9. tt. ex Ordin. Polit. de anno 1577. tit. 9.* Add. *Dn. Fritsch. de R. N. J. c. 6. n. 23. & seq.* ut & *Marquard. de jur. Merc. d. lib. 1. c. 16. num. 27. & seq.* qui posterior plura huc facientia proponit.

§. 43. Misso *objecto*, circa quod conductus versatur, nunc merito *subjectum juris conducendi*, sive locum, in quo illud exercetur, evolvimus. Is vero regulariter est *territorium* conducendis *proprium quandoque* vero *alienum*. Cum experientia monstret, Principes Imperii non raro in alienis territoriis vicinis *jus conducendi*, vi servitutis Jurisdictionalis, præscriptione aut pacto speciali acquisivisse, ut supra §. 26.

& seq. prolixius demonstravimus. Quoad proprium itaque territorum exercet hoc Jus Dominus in omnibus ejusdem locis ac viis. Cum in Imperii Constitutionibus sancitum reperiatur, ut Magistratus locorum, omnia sub se itinera suo sumptu secura præstare, vim & latrocinia prohibere, & grassatores persequi debeant. *Rec. Imp. de A. 1548. §.* Ferner noch zu mehrer. *20. R. J. de A. 1555.* §. Nachdem aber ein jeder *86.* Et quidem ordinarie & regulariter in viis publicis & regiis, quas Germani die Land- und Heer-Strassen/ Gleit-Strassen/ item, die Käyserl. und des Heil. Röm. Reichs Strassen und Bahnen vocant. *Dn. Fritsch. de R. V. P. J. c. 12. n. 26.* Nisi via regia prædationibus sit infesta, ut transeuntibus per obliqua loca incedendum sit; tunc enim nec in viis privatis ac insolitis conductus denegandus erit, teste *Grav. ad Gail. lib. 2. obs. 64. n. 13. & seq.* Quod ipsum præcipue in Electoribus eorumque Nunciis, ob justam causam viam insolitam querentibus procedit, juxta tradita §. *32. hujus Dissert.* Quod itaque vias publicas attinet, nullum superest dubium, in iisdem Domino territorii *jus conducendi* competere; Quod verò privatas concernit, *Maul. de Jur. cond. tit. 2. n. 63. & seq.* tunc demum Superiori *jus conducendi* adjudicat, si & in iis jurisdictionem & mixtum merumque imperium habeat. Unde extra vias publicas in aliis sui territorii locis, in quibus ipsius Prælati, Nobiles, & Civitates jurisdictionem & mixtum merumque imperium quæsitum habent, denegat. Verum cum hoc Jus à Superioritate territoriali regulariter dependeat ejusque in dicina sit, ut antea fusius demonstravimus. *Add. Knipschild. de Jur. & privileg. Civit. Imp. lib. 2. c. 26. n. 4.* Superioritas verò territorialis ossibus Dominorum territorii in tantum cohæreat, ut ab illis neutiquam avelli & in inferiores transferri possit. *Zigler. ad aur. Prax. Calvol. §. Landsassii concl. 1. n. 16.* ibique alleg. *Petra de fideicommiss.* sua sponte jam sequitur, quod Dominus *jus conducendi* in omnibus territorii locis exercere possit, sive jurisdictionem alteri concesserit, sive non. Unde quamvis in foro Electorali Saxonico ob peculiarem Constitutionem, cujus tenorem refert *Zanger. de Except. p. 2. c. 1. num. 244.* cognitio criminum in via publica perpetratorum ad eos pertineat, qui circa viam publicam merum imperium habent, *Carpz. p. 3. Prax. Crim. q. 110. n. 39.* Propterea tamen *Jus conducendi* sibi vindicare nequeunt. Licet enim Princeps vasallo concedat omne jus, quod in hoc aut illo fundo vel feudo habet, non tamen censetur transtulisse Superioritatem

tem territorialem cum connexis, sive id, quod eidem tanquam Principi competit. *Schrader. de Feud. p. 5. c. 2. num. 32. Andr. Rauchbar. p. 2. q. 11. num. 33.*

§. 44. Et hæc quidem in Dominis territoriorum obtinent. Cæteri vero Principes, qui in alterius territorio *Jus conducendi* acquisiverunt, id ipsum in via tantum publica, nisi in toto alterius territorio, omnibusque ejusdem viis concessum doceant, exercere debent, partim quod in viis publicis regulariter solummodo præstetur, eoque modo constitutum præsumatur; partim etiam, quod ex *Jure conducendi* specialiter alicui competente, ad Jus Superioritatis territorialis, cæteraque regalia in territorio alterius concludi, sicque *Jus conducendi* ad alia territorii loca extendi nequeat. Vid. *Decret. Imperator. Ferdinandi II. Ratisbon. 17. Mart. 1623. Nobilitati Rhenanæ adversus Electorem Palatinum concessum*, & postea ab eodem Imperatore contra alios Status extensum, de quo *Knipschild. cit. c. 26. n. 7. Klock. vol. 1. consil. 29. num. 351.* in verbis: Sintemal beydes Zoll/ und auff Käyserl. Freyen Landstrassen Gleitens Gerechtigkeit Herren und Fürsten / vermög kundbahrer usurpation, ausserhalb ihrer Territoriorum und Fürstenthumen durch eines andern ungemittelten Standes Dition und frembder Herrschafft vielmehr hergebracht haben/ und doch an solchen Ort keine hohe und andere Obrigkeit haben. Quare in *cit. Laudo Heilbronnensi* concluditur: Non in aliis, quam viis Regiis *Jus conducendi* exercendum esse. Quando autem nondum satis apparet, quæ pro viis regiis habendæ sint, tranquillitati publicæ non parum conducere, si ab utraque parte periti locorum eligantur, ut per eas designatio viarum, quæ pro publicis hactenus habitæ fuerunt, vel haberdæ sunt, peragatur.

§. 45. Non tantum vero in viis, sed & in fluminibus ac mari conductus noster præstatur. Sicut enim viæ publicæ, ita quoque flumina ad eum spectant, cui territorum competit, non solum quoad jurisdictionem, sed & quoad proprietatem. *Schrader. de Feud. p. 3. c. 4. Heig. p. 2. q. 40. n. 36. Gryphiand. de Insul. c. 10. & 11. Sixtin. de Regal. lib. 2. c. 3. n. 35. Thilmann. de Benignis Decis. Cam. Imper. Synt. 2. Dec. 2. vot. 7. n. 21. & 22. Dn. Mylær. de Princ. & Stat. Imp. p. 2. c. 66. n. 3. Dn. Struv. in Syntag. Jur. Feud. c. 6. aph. 7. n. 6.* Territorium siquidem non terras solum, verum etiam aquas complectitur, adeoq; unum & idem est territorium, quod eminet super aquas & quod aquis immergitur. *Knichen. de jur. territ. c. 1.*

Add. *Grot. lib. 2. de J. B. ac P. c. 3. n. 7.* Et quamvis flumina alias in perennia & torrentia, ut & in privata & publica; posteriora verò iterum in non navigabilia & navigabilia distingvantur. *Vid. l. 1. §. 2. 3. & 12. ff. de flum. Sixtin. de Regal. lib. 2. c. 3. num. 2. & seq. Oeting. de jur. & controv. limit. lib. 1. c. 12. n. 10. & seq.* Hæc divisio tamen ad nostram materiam vel parum, vel nihil conducit, propterea, quod flumina navigabilia solummodo *juris conducendi* habile subjectum sint. Cum enim peregrinantes securitate ab incursu hostium, latronum ac piratarum opus habeant; In his autem solummodo peregrinatio mediante navigatione instituatur, inde etiam in iisdem tantum securitas per *jus conducendi* præstanda venit, ne navigatio plane reddatur inutilis, sicque societas humana multum patiatur incommodi. Quod de fluminibus quoad *jus conducendi* est dictum, ad mare quoque applicari potest. Hinc quoad mare internum, quod interiora scil. terrarum ingreditur, consimili modo Interpretes tradunt: Dominum, cui Jura territorialia in terra competunt, habere etiam in hoc mari, terram alluente, dominium & jurisdictionem, *Bald. ad rubr. ff. de rer. divis. n. 2.* & quidem juxta nonnullos usque ad centum milliaria. *Bartol. in tract. de Insul. vers. occupantis fit. n 1. Cacheran. Decis. Senat. Pedem. 155. n. ult. ibiq. alleg. Hieron. de Monte in tract. de fin. regend. Heig. p. 2. q. ult. n. 56. Klock. tom. 1. consil. 5. n. 9. & seq.* juxta alios verò non tantum intra, sed etiam ultra centum milliaria, & quidem eo usque, quousque illud mare alteri terræ magis vicinum non est. *Bald. in l. pen. C. de inst. & substit. n. 3. Capoll. de servitut. præd. rustic. c. 26. n. 12.* atque hanc posteriorem sententiam veriorem, pariterque eo usque *jus conducendi* extendendum esse, tradit *Schrader.* & cum eo *Maul. tit. 2. n. 77.* Et quamvis quoad Oceanum sive mare externum, quod extima terræ amplectitur, difficilioris momenti quæstio esse videatur, præprimis quia *Grot. lib. 2. de J. B. & P. c. 2. n. 3. & in tr. de mar. lib. c. 5.* id ipsum omnino occupationis incapax esse vult; Attamen cum econtra certum quoque sit, quod à Gente ac Principe accolente occupari, ejusque usus & commodum ad publica Imperii vel Regni bona referri queat, ut contra dissentientem *Grotium* post *Selden. de mar. claus.* solide demonstravit *Dn. Strauch. in aur. tract. de Imper. mar. c. 2. per tot.* inde porro fluit, quod & ad *juris conducendi* subjectum, quatenus à Gente vel Principe accolente occupatum est, quam maxime referendum sit.

§. 46.

§. 46. Sive verò in viis, sive etiam in fluminibus ac mari conductus præstetur, ultra territorium, vel locum, in quo quis *jus conducendi* acquisivit, extendendum non est. Hanc in rem, & ut omnis evitetur confusio, ut plurimum certa signa, lapides & columnas, tanquam indices, constitutas videmus, id quod *Oeting. de Jur. & controv. Limit. lib. 1. c. 17. n. 27.* sequentibus verbis eleganter denotat: Die Gleitstein zeigen an/ wie weit eines Herrn Gleitliche Obrigkeit reiche/ und wie fern er auch auff. r seinem Lande zu gleiten hat. Solche Herrlichkeit wird mit ihren sondern Steinen angedeutet/ aber nicht durch die Untergänger vermarckt/ sondern die interessirte Herrschafften vergleichen sich selbst miteinander/ und lassen mit gesamtem Consens ihre gewisse Gleitstein offentlich aufrichten/ die seynd gewöhnlich steinerne Creutze/ daran der Gleits-Herren Wappen samt der Jahrzahl/ und das Wort Gleit gehauen/ bißweilen setzet man in die Gleits-Ständtzen hohe Stein/ oder steinerne Säulen/ oder höltzerne Bildstöcke/ daran ebenmässig der Gleits-Herren Wappen gesetzt/ und die heist man Gleit-Säulen. Quòd si verò nulla adsint certa signa, sed alter *Jus conducendi* ad hunc vel illum locum sibi deberi asserat, alter verò neget, tunc si vel Elector vel alius quivis Princeps conducatur, cautelam hanc observandam esse censent *Wehn. in Observ. Pract. verb.* Gleit *& Oeting. de Jur. & Controv. Limit. lib. 1. c. 9. num. 31.* ut Princeps, cui conductus præstatur, in prima cohorte suos mittat equites, postmodum concertatores sequantur, ita ut actus neutri præjudicet. Extra hunc casum pro- & reprotestationes utplurimum interveniunt, adeo ut licet unus possessionem *Juris conducendi* exerceat, alter tamen eidem contradicat, sicque interposita protestatione sibi suisque Juribus prospiciat. Et tantum de *locis*, in quibus *Jus conducendi* exercetur.

§. 47. Sequitur jam *modus* præstandi conductum, ubi ex parte transeuntium petitio semper requiritur. Quamvis enim viarum ac itinerum publicorum usus, tanquam necessarium ad indigentiam hominum supplendam medium, communi omnium Gentium voto & moribus sacrosanctus sit. *Dn. Fritsch. de R. V. P. J. c. 5. n. 2.* Add. *Matth. Stephan de jurisdict. lib. 2. p. 1. c. 7. n. 410.* Attamen quemadmodum privatus cogi nequit, ut alteri iter, vel actum per fundum suum invitus concedat, *arg. l. 13. §. ult. ff. de injur. ibique Brunnemann.* Ita quoque transeuntem Dominus territorii à transitu excludere potest, præsertim

si da-

si damnum inde sit metuendum, ut in §. 33. demonstravimus. Quapropter necessario prius illius voluntas exploranda atque transitus petendus est, non tantum si inferioris sortis homines transire velint, per *Rec. Imp. de Anno 1548.* §. Ferner zu noch mehrer 20. in verbis: Daß einem ieden/ an Orten es herkommen/ ohne Weigerung auf sein Ansuchen ein sicher frey genugsam Gleit gegeben/ und also männiglichen zu Beförderung des gemeinen Nutzens allenthalben frey sicher handeln möge rc. Sed etiam, si Magnates & Electores transeant, partim propter disertam *A. B.* dispositionem, cujus verba Germanica *tit. 1.* inter alia hæc sunt: Einen ieden Churfürsten auch seine Bottschaffter zu solcher Wahl verordnet (wann sie als obstehet Gleit begehren) durch ihre Gebiet/ als weit sie mögen ohngefährlich begleiten rc. partim etiam propter rationem in §. 33. circa conductum Magnatum jam allegatam. Conjung. *Stephan. d. c. 7. n. 408.*

§. 48. Petitionem comitatur *præstatio deductionis*, quæ in tantum necessaria est, ut denegans transitum innoxio petenti, secus est in hostibus, illisque qui conductus, indigni sunt, de quibus antea §. 38. & *seq.* dictum, contra Jus Naturæ & Pacem Imperii Publicam peccasse videatur. Hinc cum *Anno 1538.* Protestantes Brunswigæ fœderis gratia conventum indixerant. vid. *Sleidan. lib. 12. sub Ann. 1538.* atque petierant ab Henrico Brunsvicensi, ut tutum transitum per suum territorium præstaret; Heinricus verò per Consiliarios responderat, se consulturum hac de re Regem Romanorum, Elector Saxoniæ id ipsum pro denegatione securitatis accipiebat, hocque modo pacem publicam ab Heinrico violatam dicebat, præcipue cum transitus & securitatis præstatio sit de Jure & per sanctionem Pacis Publicæ non solum ex genere permissorum, sed & præceptorum, ut pluribus patet ex illis, quæ hanc in rem *à Dn. Strauch. Dissert. Exot. 11. th. 1. & seq.* fusius proponuntur. Add remedia peregrinantibus sine justa causa à conductu exclusis competentia, de quibus in seq. circa effectum dicturi sumus. Huc collimant verba Electoris Saxon. apud *Hortleder. de caus. Bell. Germ.* Welcher Gleit/ so zu Förderung des Land-Friedens gehöret/ versaget/ der thut wider den Land-Frieden/ dann er nicht hält rc. Dann es ist nicht genug/ daß er in den Fall mit der That den Land-Frieden mit Fahen/ Schlagen/ Nehmen rc. nicht gebrochen haben wil/ sondern gehöret

höret auch darzu/daß er alle das jenige/ das zu aufrichtiger Haltung des Land-Friedens gehöret/ und von nöthen ist/ gethan habe.

§. 49. Præstatur autem conductus dupliciter: ut plurimum (1.) *literis tractatoriis*, quas communiter quidem Gleits-Zettel oder Gleits-Brieff vocamus, Glossa verò Juris Saxonici in Weichbild Bolleten nominat, in verb. Daß man den Bolleten nehmen solle/ daß seindt Gleits-Briefe/ und von dem man den Bolleten nahm/ sollen den Nehmer schadloß halten binnen seinen Gebiet. Alias Bolleten quoque dicuntur Schedulæ Metatoriæ, Germ. die Fourrier-Zettel/ quæ à supremis hospitiorum Præfectis delegatis suis traduntur, ut singulis militibus per easdem hospitia assignent, quæ assignatio Jure Civili per adscriptionem nominis in foribus domus per agabatur. Vid. *Dn. Præs. in Differt. de Metat. de Milit. th. 42.* Atque de his Bolletis sive tesseris publicæ securitatis passim tradunt Interpretes, quod Dominus territorii, datis his literis, intelligatur transeuntibus dedisse securitatem & fiduciam per totum suum territorium. Vid. *Gail. l. 2. Obs. 64. num. 5. Maul. de Jur. cond. tit. 5. num. 2. Dn. Peller. in Not. ad Klock. de ærar. lib. 2. cap. 76. n. 1.* Et hic conductus vocatur das schrifftliche Gleit. (2.) *Ministris publicis*, quando vel Buccinatores Trompeter aliique ministri tanseunti adduntur, non tam ut vim propulsent manu, quam hoc modo Domini sui autoritatem & facultatem conducendi demonstrent, vel etiam quando conducendis adjunguntur milites & equites, qui eosdem custodiant, & hic conductus vocatur communiter das persöhnliche oder lebendige Gleit/ *Dn. Peller. d. l. it.* lebendige Salva Guardia. In multis namque locis, præsertim in Saxonia, stipendiis non exiguis milites missarii, quos vulgo Einspenniger oder Gleits-Reuter vocamus, hanc in rem aluntur, ut non solum curam viarum publicarum gerant, Germ. daß sie das Gleit bereiten/ sed & transeuntes comitentur. *Knipschild. cit. lib. 2. c. 26. n. 9. Marquard. de Jur. Merc. lib. 1. c. 13. n. 37. Dn. Fritsch. de R. N. J. c. 6. n. 41. & Dn.* Seckendorff in Teutschen Fürsten-Staat *p. 3. c. 3. regal. 3. n. 4.* qui hanc in rem sequentia proponit: In den Landen/ wo wichtige nutzbare Geleite sind/ werden in den vornemsten Orthen Gleits-Hauptleute oder Ober-Gleits-Hauptmänner bestellet. Dem hin und wieder etliche Nebengleits-Leute/ rc. und etliche Gleits-Reuter/ Auffseher/ und Nachgeher zugeordnet/ deren rc. fleissig die Strassen mit angehengten Wappen oder Gleits-Büchsen des Landes-Herrn bereiten rc.

§. 50. Uterque conductus præstari debet Electoribus ad electionem proficiscentibus, juxta *A. B. tit. 1. §. ad præmissorum &c.* Et quidem conductus præsidiarius ex decoro; Diplomatibus autem eo fine confirmandus venit, ne à quoquam desuper excusatio aut controversia moveri queat, juxta doctrinam *Dieter. ad A. B. tit. 1. dict. §. ad præmissorum.* Idem de reliquis peregrinantibus dicendum, quibus itidem, vel adhibitio comitatu, vel etiam dato diplomate conductus exhibetur. Circa quos tamen notandum, quod eodem ante introductam & confirmatam Pacem Publicam, ubi diffidationes adhuc in usu erant, magis opus habuerint, ut tradit *Dn.* Seckendorff *cit. c. 3. reg. 3. num. 1.* vid. §. 4. *hujus Diss.* ubi verba *Dn.* Seckendorffs referuntur. Hodie verò cum Pax Publica sat firmiter stabilita, & privatæ diffidationes ac deprædationes sub gravissimis pœnis prohibitæ sint. vid. Landfr. zu Worms *de Anno 1495.* Erklärung des Landfridens zu Augspurg *de A. 1500. &* zu Nürnberg *de A. 1522. Ord. Crim. art. 129.* conductum singulis personis extra casum periculi rarius concessum videmus; Nihilominus tamen adhuc obtinet, quod vel illi, *quorum conductus in dubium vocatur, eundem* data occasione sedulo, *exerceant*, vel etiam Principes aliique Imperii Status mercatores ad nundinas, præcipue Lipsienses & Francofurtenses euntes, solenniter & quidem adjunctis militibus conducant. Es werden die Kauffleuthe in den Messen gemeiniglich mit lebendigen Gleit durch die Gleit-Gebiet geführet. *Maul. de Jur. cond. tit. 5. n. ult. Knichen. de Saxon. non provoc. Jur. verb. Ducum c. 5. n. 107. & Dn. Myler. de Stat. Imp. p. 2. c. 59. num. 2.* Add. *Dn.* Seckendorff. *cit. reg. 3. n. 3. in verbis:* Uber diß werden die vordessen gebräuchliche absonderliche Begleitung eintzler Personen oder besondere Gleit-Briefe nicht aller Orten ausgetheilet/ es wäre dann/ daß eine ansehnliche Gesell- oder Gespanschafft von Handelsleuten solches absonderlich bey vermerckten räuberischen Anschlägen begehrte/ oder es brächte es ein besonderes Herkommen noch also mit. In transitu Principum moribus receptum est, ut Princeps Principi, per suum territorium transire volenti, ad territorii limites & fines vel ipse obviam procedat, vel etiam ministros ableget, qui eundem honorifice excipiant, postmodum comitatu splendidiori vel in aulam suam vel etiam per territorium deducant, quod itidem *Dn.* Seckendorff *cit. c. 3. reg. 3. num. 3.* hisce eleganter confirmat verbis: Dieses aber ist ein besonders/ und bey Ankunfft

kunfft oder Durchreise vornehmer Personen hohes Standes auch üblich/ daß sie an den Gräntzen des Landes/ oder der Gleits-Strassen durch die Gleits-Bediente/ und die Beamte an den Gräntzen/ oder welche die Herrschafft absonderlich darzu befihlet/ mit Glückwünschen und freundlichen Erbieten angenommen/ in die Residentz des Lands-Herrn/ oder wo sie sonst ihre Einkehr in Lande nehmen/ geführet/ daselbst auf des Gleits-Herrn Kosten mit Unterhalt versehen/ und so fort an biß an das Ende des Gleits gebracht/ und abermahl mit höfflichen Erbieten entlassen/solche Verrichtungen auch in die Ambts Handels-Bücher und Protocollen zu künfftiger Nachricht eingeschrieben/ und die Berichte davon in die Fürstliche Cantzeley gesandt werden; Solches Recht wird das **Leib-Gleit** genennt/ und sind deshalben vieler Orten grosse Strittigkeiten/ obhanden/zu weilen auch sonderbahre Verträge aufgerichtet.

§. 51. *Finis Juris conducendi* in genere quis sit, ex hactenus dictis dubio procul dilucidius apparebit. Quia enim publice interest, sine metu & periculo per itinera publica commeare. *l. 1. §. 1. & 2. ff. de his, qui dejec. & effud.* Ideoque *Jus conducendi* viatorum gratia potissimum receptum est, ut ipsi sint tuti, non quidem à prohibitione Domini, sed à vi injusta. Quapropter Dominum territorii non solummodo ad præstandam libertatem transitus, verum etiam ad concedendam securitatem à vi & insidiis obligat. *Strauch. Exerc. Exot. 11. aph. 2.* Quod verò illam transductionem attinet, qua Princeps Principem per suum territorium comitatur, ejusdem finis à priori maxime diversus est. Non enim in eo consistit, ut per hanc deductionem securitas quædam ab offensione, insidiis, atque vi injusta impetretur, quasi his absque hoc conductu obnoxii in alieno territorio forent Principes, vel quivis alii Potentiores, ceu statuunt plerique omnes, qui sanctitatem & inviolabilitatem Imperatoris & Principum in conductu collocant, sicque *Jus conducendi* in genere cum hoc conductu Principum confundunt. Tantum enim abest, ut sanctitas illa Principum species sit conductus, ut is potius sit sanctitatis Jure naturæ debitæ obtinendæ medium; Sed propterea potius transitus venia opus habent, hicque principalis ejusdem finis est, ne excludantur ab aditu Principes, qui per alienum territorium tanto præsertim comitatu, qui Domino formidabilis & suspectus esse potest, eo invito Jus transeunti non habent,

 adeo-

adeoque veniam transeundi Principibus ac Magnatibus concedens, suumque Jus prohibendi remittens, non tam novam confert sanctitatem, sed quam transiens Princeps secum fert, in suo territorio illibatam relinquit. Eandem enim, quamdiu hostili transitu amissa non est, violare nefas & contra Jus Naturæ esse putatur. Hocque discrimen ratione finis inter *jus conducendi* in genere & *jus deducendi* Principem recte observavit *Dn. Strauch. cit. Dissert. Exot. 11. aph. 2. & 3.* quem sequitur *Dn. Fritsch. de R. V. P. J. c. 11. n. 31.* Add. illa quæ *in §. 33.* hanc in rem jam dicta sunt.

§. 52. Finem comitatur *Effectus*, quem *jus conducendi* tum ratione *Domini præstandi*, tum etiam *ratione transeuntis* producit, qui itidem diversus est. Ratione siquidem Domini partim *onerosus*, partim etiam proficuus existit. Quod *onerosum* concernit, ille ipse generatim immunitatem à personali offensione & injuria rerumque damnis præstandam, sicque pacem publicam, tutum & liberum viarum, fluminum publicorum & riparum, nec non maris, ut & littorum maris ac portuum usum complectitur. *Knipschild. de Jur. ac priviv. Civit. Imp. lib. 2. c. 26. num. 10.* Flumina enim æque ac viæ publicæ, quoad usum, omnibus patent, hacque in re inter se invicem æquiparantur in *l. 24. pr. ff. de damn. inf. & in l. 1. §. 1. ut in flum. publ. navig. lic. Sixtin. de Regal. lib. 2. c. 3. num. 33.* Præterea sicut ipsum mare liberum est, ita quoque & littora maris ejusdemque portus omnium usui patere debent. *l. 2. §. 1. l. 3. & 4. l. 5. §. 1. l. 6. pr. ff. de R. D. l. 3. §. 1. & 4. ff. ne quid. in loc publ. Maul. de Jur. cond. tit 3. num. 1. & seq.* Quare & Constitutiones Imperii nostri volunt, ut Magistratus locorum omnia sub se itinera suo sumptu tuta atque secura præstent, vim, prædas ac injurias prohibeant, tandemque grassatores per subditos & officiales ubique persequantur. *R. I. de An. 1548.* §. Ferner zu noch mehrer *20. R. I. de A. 1555.* §. Nach dem aber *46. R. I. de An. 1566.* §. *in versic.* Nach dem aber *21.* Effectum hunc *Dn. à* Seckendorff *in sap. cit. tr.* des Teutschen Fürsten-Staats *p. 3. c. 3. regal. 3. num. 1.* summatim ita recenset: Unter dem Wort Gleit verstehet man insgemein alles das / was die hohe Landes-Obrigkeit zu sicherer und bequemer Gleitung / Forthelffung und Erhaltung derer in Lande Reisenden / sonderlich aber der Handelsleute / verordnen und schaffen muß / es geschehe nun mit Beschützung der Strassen vor Rauberey und Plackerey / oder mit Erhaltung der

Stras-

Straſſen ſelbſt/ der Brücken/ der Dämme/ der Schiff-Fahrten/ der Anländungen/ Uffer und Porte / daß man darauff mit Fahren und Wandeln/ oder mit Schiffen und Flössen fortkommen kan.

§. 53. Quare ex hoc effectu præ cæteris fuit cura eorum, quæ ad ſecuritatem viarum, fluminum & maris ſpectant, quo liber, tutusque omnes maneat uſus, contra verò mali homines arceantur; ſicque à latronibus, plagiariis, prædonibus ac furibus viæ publicæ purgentur, *arg. l. 3. & l. 13. ff. de Offic. Præſid. l. 7. ff. de incend. ruin. naufr.* Unde Juri huic annexum eſt *Jus indagandi, perſequendi & conquirendi depopulatores agrorum, graſſatores viarum publicarum, fluminumque infeſtatores*, quod German. Das Streiffen vocamus. *Maul. de Jur. cond. tit. 10. num. 1. Rumelin. ad A. B. p. 1. Diſſert. 2. th. 8. Becht. de ſecur. & ſalv. cond. c. 3. concl. 43.* ita ut, ſi rumor exoriatur, periculum à depopulatoribus nocturnis atque latronibus adeſſe, Principes territorii vias publicas certis equitibus miſſariis, durch gewiſſe Gleits-Reuter/ percurrere & nebulones hoſce in latebris perquirere poſſint. *Dn. Myler. de Princ. & Stat. Imp. p. 2. c. 59. n. 3. Add. Knipſchild. cit. lib. 2. c. 26. num. 9.* Quod ſi tamen tanta latronum aliorumve militum vagantium, qui hancce ſecuritatem violant, copia ſit, ut milites ſtationarii eisdem ſoli reſiſtere non poſſint, fas eſt Domino territorii, non ſolummodo ſubditos per pulſum campanæ convocare, ſed etiam vincinum Magiſtratum ejusque ſubditos in auxilium vocare, juxta modum *in Rec. Imp. de A. 1559. §.* Woferne aber die Nachbarn/ *23.* præſcriptum. Add. *R. J. de A. 1548. §.* Ferner zu noch mehrer *20.* ut & *Maul. laud. tit. 10. n. 4. & 5.* Quod de viis eſt dictum, ad mare quoque aliave flumina extendendum venit, cum non minus in maritima, quam terreſtri ditione curandum ſit, ut malis hominibus purgentur. Quare in mari quoque & fluminibus naves exploratoriæ & excurſoriæ, aliæve ad comitatum inſtructæ, Außlag, Schiff und Convoyer/ habentur, partim ut tranſitum ſecurum reddant, partim etiam ut piratas perſequantur. *Maul. cit. tit. 10. num. 3.* Eodem modo Romani, per quorum medium Imperium mare fluxit, non ſolum claſſes perpetuas conſtituerunt, quibus hoſtes excluderent, & ſuis tranſitum & transvectionem, cum opus eſſet, darent, ſed etiam ad inveſtigandos piratas certos conſtituerunt Magiſtratus, de quibus latius agit *Dn. Strauch de Imp. Mar. c. 5.* ubi modos imperium maritimum retinendi, *& c. 9.* ubi actus imperii maritimi punitivos recenſet.

§. 54. Neque vero hic effectus tantum obtinet, si territorii Domino *jus conducendi* competit; Verum etiam si Princeps, aliusve Imperii Status id ipsum per alienum acquisivit districtum. Nam & tunc, æque ac priori casu, *juris conducendi* connexum *jus indagandi & persequendi viarum, maris ac fluminum infestatores* regulariter constituit. *Vid. Gylm. Symphorem tom. 1. p. 3. vot. 23. n. 77.* ubi dicit: *juri* des Glaits *inesse non tantum securitatem ac defensionem stratarum publicarum, verum etiam punitionem facinorosorum, sine qua consistere non potest. Rumelin. ad A. B. Dissert. 2. th. 8.* Quapropter is, cui *jus conducendi* concessum est, virtute ejusdem non tantummodo inspectionem viarum ad securitatem præstandam habet, das Bereiten der Weg und Haltung der Gleits-Reuter/ Sed & indagationem & persecutionem latronum, prædonumque & similium, per quos viæ publicæ infestantur, peragit, ita tamen, ut, quicquid eo nomine fit, intra terminos viæ regiæ, in qua *jus conducendi* exercet, consistat, ceu præ cæteris confirmat subinde *cit. Laudum Heilbrunnense*, cujus verba recenset *Dn.* Orth *de jur. cond. c. 6.* Diximus vero *regulariter*: Quamvis enim hæc Jura videantur connexa & à se invicem dependentia; Ea tamen connexio individua plane non est, neque inseparabilis, ita ut alterum sine altero stare nequeat. Utplurimum quidem conjunguntur, attamen facultas indagandi ejusmodi infestatores separatum quoque Jus constituit, quod per se etiam absque *conducendi jure* subsistere, atque à Domino territorii, præcipue extra actum conductus, exerceri potest, ita ut alteri quidem conductus, alteri vero ejusmodi persecutio competat. Qui in re tamen usus & observantia cujusque loci inspicienda venit. Neutiquam tamen Jus Forestæ à *jure conducendi* dependet, juxta doctrinam Noe Meurers *in tract.* von Jagt- und Forst-Recht/ *p. 2. sub rubr. 16.* Ob der hohen Obrigkeit die Förstliche anhange *in verbis*: Ob es wohl bey vielen darvor wil gehalten werden/ als ob hohe Obrigkeit/ Förstliche und Gleitliche gemeiniglich einander anhiengen/ und connexa seyn/ so mag doch solches argument nicht allerwege bestehen ꝛc. & postea: Darzu gibts der Verstand neben der Erfahrnüs/ daß Gleitliche und Malefitzen und andere Ober- und Herrlichkeiten wohl mögen gesondert/ eine ohne die andere gebraucht/ und nicht gebraucht werden. Consentit *Bidenbach.* qui *quæst. nob. 15. n. 8.* deducit, Jus Forestæ nullam tribuere Jurisdictionem. Plura huc facientia proponit *Thom. Michaël ap. Klock. vol. 1. consil. 29. n. 356. & seq.*

§. 55.

§. 55. Hac occasione non incommode quæritur: *Si quis jure conducendi, atque consequenter etiam indagandi grassatores viarum ac fluminum publicorum, per alterius territorium gaudeat, Civitas verò aliusve territorii Dominus circa viam atque flumen jurisdictionem altam & bassam exerceat, ad quem cognitio & coërcitio delicti in via regia vel flumine publico commissi spectet, utrum ad eum, qui jus conducendi exercet, an vero ad Dominum territorii?* Prius pluribus exinde placet, quod is, qui *jus conducendi* habet, cum viis flumina vix ac ne vix quidem sarta tectaque reddere possit, si actus Jurisdictionalis in iis exercere nequeat. *vid. Thom. Michaël de jurisdict. conclus. 50. lit. d. & Knichen. de Saxon. non provoc. jur. verb. Ducum. c. 5. n. 108.* Posterius verò, & quod cognitio ad Dominum territorii pertineat, rationibus confirmatur *à Knipschild. de Jur. & Priv. Civit. Imp. lib. 2. c. 26. n. 22. & seq.* ubi hanc sententiam in puncto Juris veriorem quidem esse dicit; attamen cum *Bidenbach. nobil. quæst. 12. n. 3.* concludit, metuendum esse, num Duces & Principes, die zu gleiten haben/ hoc admissuri sint, cum jus, quod habent, magno equestri apparatu & armis plerumque propugnare soleant, existimantes, *jus conducendi*, tanquam dignius & potentius, etiam cognitionem delicti, tanquam minus, ad se trahere. *Maul. de jur. cond. tit. 10. n. 6.* duos separandus esse censet casus, quorum *primus* est: Si concurrat Dominus universalis territorii, & subditus, qui particularem districtum, in eoque merum & mixtum Imperium sine regalibus habet, Jurisdictionem in via publica *juri conducendi* adhærere, solique Domino cæterorum regalium competere, per tradita *Borcholt. de feud. in c. un. quæ sint regal. num. 25.* *Alterum* casum esse dicit, si Dominus *juris conducendi* habeat Jus hoc constitutum in territorio alterius immediate Imperio subjecti, ex concessione vel præscriptione, & appareat, quid hactenus observatum, idem etiam imposterum observandum esse, eo quod concessio per subsecutam observantiam declaretur, idemque esse, si ex concessione ipsa appareat; Sin verò non adsit observantia, nec appareat ex formula concessionis, in dubio putat cognitionem & coërcitionem ad Dominum territorii spectare, & non ad Dominum *juris conducendi*, id quod nonnullis comprobat rationibus.

§. 56. Verum quod priorem *Maulii* casum attinet, eundem ab hac nostra quæstione merito separamus. Certum enim est, quod Jurisdictio viæ publicæ à Superioritate territoriali dependeat. *Dn. Fritsch. de*

R. V.

R. V. P. J. c. 3. num. 16. & seq. nec illi, cui castrum cum suo territorio & omnimoda jurisdictione in feudum à Principe datum est, jurisdictio in via publica cum Rosenthal. de feud. c. 5. concl. 21. Guid. Pap. Dec. 577. n. 1. atque Andr. Alciat. lib. 7. consil. 1. n. 14. adjudicanda est, licet ipsi ab utraque parte alias competat. Illa siquidem, quæ regali Jure habentur, generali concessione haud transferuntur. Et hanc opinionem post Schneidevv. de Feud. p. 2. n. 102. recte defendunt Knich. de Saxon. non provoc. Jur. verb. Ducum. c. 5. n. 187. & seq. Sixtin. de regal. lib. 2. c. 2. n. 16. Brunnem. in Proc. Inquisit. c. 3. n. 17. Zanger. de Except. p. 2. c. 1. n. 241. atque Carpzov. p. 3. Prax. Crim. q. 110. n. 39. & seq. qui tamen recte monet, quod aliud in Electoratu Saxoniæ specialiter receptum sit. Add. huj. Diss. § 43. Quoad posteriorem verò casum Maulio equidem concedimus, hodie omnino ad usum & observantiam esse respiciendum. Quod si enim usus Domino des Gleits cognitionem & punitionem criminum tribuat, eidem merito relinquenda est, teste Bidenbach. quæst. nobil. 12. num. 5. id quod exemplo ac præjudicio Landgravii Hassiæ probat & confirmat Dieter. ad A. B. tit. 1. §. præmissa p. 19. Ubi vero de usu & observantia non constat, potius distingvendum erit: Utrum delictum in via vel flumine publico sit commissum in ipso actu des Gleiters/ an extra eum, ita ut delicti, tempore conductus in via publica commissi, cognitio & pœna ad eum pertineat, qui jus conducendi habet, quoniam ejusdem conducendi jus & securitas per delinquentem læsa est, ut ab eo debita pœna merito defendi possit; Si vero extra actum conducendi delictum commissum sit, cognitio & pœna ad Dominum territorii spectabit, quia ex solo actu des Gleits non inferri potest ad alios Jurisdictionis aut Juris territorialis actus, Caspar. Klock. vol. 1. Cons. 9. n. 96. & Consil. 29. n. 355. ob vulgatam regulam: Tantum possessum, quantum præscriptum, vel pactione acquisitum. Atque hanc doctrinam cum Bidenbach. quæst. nobil. 12. n. 4. probat Dn. Myler. de Princ. & Stat. Imp. p. 2. c. 59. num. 13. Klock. vol. 1. consil. 50. n. 138. & 139. Rumelin. ad A. B. p. 1. Dissert. 2. th. 8. atque Dieter. ad A. B. dict. loc. modo ante omnia usum & consuetudinem inspiciamus, cum actus consvetudinarii sint practici, secundum Besold. Consil. 238. n. 26.

§. 57. *Alter* Effectus onerosus est, quod Domino conducenti reparatio viarum, insimulque provida prospectio incumbat, ne ea in fluminibus navigabilibus fiant quibus navigatio deterior redditur.

Plu-

Plurimum enim Principis intereſt, tritas & commodas in Republ. ſua habere vias, atque flumina ad navigationem apta. Hinc am olim Prætor cavit, ne quid in flumine publico, neve in ripa ejus fieret, vel immitteretur, quo ſtatio iterque navigio deterius redderetur, *l. 1. pr. ff. de flum.* Hoc onus verò non tam illi, qui in alieno territorio *Jure conducendi* gaudet, quam Domino potius territorii incumbit, teſte *Dn. Fritſch. de R. V. P. I. c. 14. num. 13.* ubi curam viarum publicarum ad eos pertinere aſſerit, in deren Bannen/ (per quod vocabulum nihil aliud quam territorium Juriſdictione condecoratum denotatur. *Gylm. tom. 1. p. 1. tit. 2. de Reconv. in cauſ.* Erfurth *contra* Mäyntz *num. 156. & 157.*) ſolche Straſſen gelegen. Neque hoc aſſertum ſua deſtituitur ratione. Percipit namque Dominus territorii ex itineribus, viis ac fluminibus publicis varios fructus atque emolumenta, præcipue vectigalia ac pœnas pecuniarias, ob delicta vel quaſi in eis commiſſa, ut vel propter lucrum obveniens hoc onus recuſare nequeat. *Klock. de Ærar. lib. 2. c. 77. n. 9.* Namque incommoda illum ſequi debent, ad quem commoda ſpectant. *l. 1. §. fin. ff. de aq. & aq. pluv. arcend. l. 10. ff. de R. J. c. 55. de R. in 6. Barboſ. locuplet. lib. 3. cap. 31. axiom. 4.* Huc facit Conſtitutio *Friderici II. Imper.* apud Goldaſt. cujus verba inter alia hæc eſſe perhibentur: Alle die Zölle nehmen auff Waſſer oder Land/ die ſollen den Wegen und Brücken ihr Recht halten/ mit Machen und Beſſerung ꝛc. *Vid. Klock. de Ærar. lib. 2. c. 77. n. 7. & 8.* Unde juxta mores hodiernos ne ſubditi quidem refectionis onere regulariter gravandi ſunt, niſi vectigalia, aliique fructus, ex viarum regiarum uſu percepti, reparationi haud ſufficiant. Hoc namque caſu cujusque territorii incolæ ad onus illud, absque ullo perſonarum diſcrimine, inſimul obſtricti ſunt, adeo ut & Eccleſia de ſuis prædiis ejusmodi indictiones ad refectionem pontium & itinerum ſolvere teneatur, per *l. 7. C. de SS. Eccleſ.* itidem ex regula generali, quod Eccleſia utatur commodo itineris & pontium, ergo quoque onus ferre debet, *arg. d. l. 10. ff. de R. J. l. 1. §. fin. ff. de aq. & aq. pluv. arcend. Brunneman. ad d. l. 7.* Aliud quoque obtinet, ſi uſu, conſuetudine aut lege quadam hoc onus ſubditis impoſitum ſit. Sic de Jure Civili plane manifeſtum eſt, ad refectionem viarum & pontium omnes omnino, etiam Clericos ac divinas domus, teneri. *d. l. 7. C. de SS. Eccleſ. Nov. 131. c. 5. Perez. ad Cod. de SS. Eccleſ. num. 4.* Quod ſi tamen conſtet, devaſtationem viarum publicarum facto privati alicu-

jus contigisse, ille præ cæteris ad restitutionem cogendus est; Si verò non solvendo existat, in subsidium quoque vicini tenentur per tradita *Capoll. de servit. rust. præd. c. 3. num. 57. & 58. it. Besold. in Thes. Pract. verb.* Weg.

§. 58. *Tertius* onerosus Effectus ratione Conducentis, sive Dominus territorii, sive etiam *Juris conducendi* sit, in eo consistit, quod deprædatis & à latronibus spoliatis transeuntibus ablata restituere, atque damnum resarcire teneatur. Id quod non tantum Jus Saxonicum *lib. 2.* des Landes R. *art. 27.* in verbis: Wer einem Gleit gibt/ der soll ihn vor Schaden behüten/ oder soll ihn den Schaden gelten; Sed etiam Imperii nostri Constitutiones, præcipue *Rec. I. de A. 1599.* §. Damit dann die Obrigkeit *34.* sequentibus confirmant verbis: Setzen/ ordnen und wollen wir/ woferne von Churfürsten/ Fürsten und Ständen/ oder einiger Obrigkeit/ die seyn wer sie wolle/ jemands Gleit gegeben/ und der jenige darüber/ auf derselben Churfürsten/ Fürsten/ Stände oder Obrigkeit Gleit-Strassen thätlich ergrieffen und beschädiget/ daß der Stand/ solch Gleit gegeben/ nach gestalt solches Gleits den Beschädigten seines Schadens Erstattung schuldig seyn soll. Unde in Camera Imperiali contra Episcopum Herbipolensem, ut in suâ provincia deprædato mercatori, ad nundinas Francofurtenses abeunti, damnum resarciret, judicatum refert *Gail. l. 2. observ. 64. pr.* Hancque communem conclusionem vocat *Grev ad Gail. d. l.* quam post *Bartol. Bald. Jacobin. Capoll. Afflict. Mynsing. Joachim. Beust. Zas. Borcholt. Schneidevvin. Guidon. Pap. & Petr. Gregor. Tholos.* probat *Rosenthal. in tract. feud. cap. 5 concl. 2.* Jung. *Sixtin. de Regal. lib. 2. c. 2. n. 35. & seq. Becht. de secur. & salv. cond concl. 62. Coler. de Proc. Exec. lib. 1. c. 2. n 335. & seq. Reink. de R. E. & S. lib. 1. class. 5. c. 6. num. 35. Dn. Mylev. de Princ. & Stat. Imp. p. 2. c. 59. n. 4. Knipschild. de Jur. & Privil. Civit. Imper. lib. 2. c. 5. n. 146. & seq. & Dn. Strauch. Dissert. Exot. 11. aph. 2.* Ad hoc tamen, ut Dominus ad resarciendum damnum obligatus sit, præter hoc, ut tempore diurno & solito iter fiat, (cum enim tenebræ ad delinquendum aptiores sint, juxta *l. 1. §. 10. ff. de ventr. inspiciend.* vix aberit à suspicione noctu iter faciens, nisi rationem itineris nocturni exponat, omnemque à se amoveat suspicionem.) *Dn. Carpzov. p. 2. Prax. Crim. q. 91. n. 60. & 68. duo* requirit, quorum *prius* est, ut deprædati transeuntes via regia usi fuerint, nec ab ea deflexerint. Add. *Rosenthal. de feud.*

feud. c. 5. concl. 22. *Alterum* verò, ut specialiter salvum conductum à Principe impetraverint. Quoad prius omnes unanimi calculo tradunt, quod obligatio præstandi securitatem & conclusio de damno resarciendo cesset, si mercatores à via solita & regia deflectentes per insolitas iverint, haben Abwege gesuchet/ aut conductores deseruerint, sind dem Gleit nicht gefolget/ *arg. l. 2. l. 5. C. de curs. publ. Rosenthal. de feud. dict. concl. 22. Gail. d. observ. 64. n. 11. ibique Grav. in Concl. num. 12. Mynsing. cent. 5 observ. 70. n. 4. Marquard. de Jur. Merc. lib. 1. c. 13. n. 41. Sixtin. de Regal. lib. 2. c. 3. n. 40.* Quia enim regulariter conductus nonnisi in via publica præstatur, auf öffentlicher Land- und Heerstrassen/ habent peregrinantes, si per insolitas vias vagati ac damnum passi fuerint, quod sibi imputent, *per l. 203. ff. de R. I.* Hocque adeo verum est, ut, etiamsi Elector aut ejus Nuntii, ad electionem Imperatoriam proficiscentes, insolitam viam, cujus conductum petere neglexerint, ingrediantur & spolientur, Dominus territorii ad damni emendationem non teneatur. *A. B. tit. 1. vers.* Wir wollen *in verb.* auch den Weg/ den er reisen will/ verkündige und anzeige. *Carpzov. d. l. num. 68. & Klock. de Ærar. lib. 2. c. 76. num. 4.*

§. 59. Quoad posterius requisitum itidem certum est, quod Dominus ad damni refusionem teneatur, licet securitatis præstationem à spoliatis viatoribus petitam denegaverit. *arg. l. 13. pr. ff. de Offic. Præsid. l. 1. §. 1. ff. qui dejec. vel effud. l. 1. §. 12. ff. de Off. Præf. Urb.* Est enim hæc denegatio plane injusta, & libertati commerciorum favorabili maxime contraria. *vid. Knipschild. lib. 2. de privileg. Civit. Imp. c. 5. n. 148. Dn Myler. cit. c. 59. num. 6.* Consimili modo extra dubium est, quod Domino resarcitio damni incumbat, etiamsi pedagium pro impetrato salvo conductu neque petitum, neque etiam solutum fuerit Quamvis enim magis adstringatur, si peregrinantes securitatis consequendæ gratia aliquid penderint. Tunc enim præter Jus commune se tacite adstringit, quod solventem, securum ac tutum reddere velit; Nihilominus tamen, etiamsi pedagium nec petitum, nec solutum fuerit, idem obtinet, cum Dominus territorii ad densionem itinerum publicorum ex officii necessitate teneatur, *arg. d. text. Maul. de Jur. cond. tit. 7. n. 4. & 7. Dn. Myler. l. c. Dn. Fritsch. de R. V. P. J. c. 12. n. 13.* In eo tamen Doctores non conveniunt: *Utrum, neglecta petitione salvi conductus, Dominus transeuntibus spoliatis ad damni refusionem*

obstrictus sit, sicque, ut Itali loquuntur, *de Robaria teneatur?* Negativam, quod Dominus non aliter, quam si salvum conductum concesserit transeuntibus, ad damni restitutionem teneatur, nonnulli, interque eos *Bocer. de Regal. Knichen. de Saxon. non provoc. Jur. verb. Ducum. c. 5. num. 185. Arum. de Comit. cap. 5. n. 58. & seq. Speidel. in Spec. verb.* Gleit præcipue *Carpz. p. 2. Crim. q. 91. num. 60. & seq.* speciose propugnant, partim ob expressa verba *Recess. Imp. de Anno 15559.* §. Damit dann die Obrigkeit *34. vers.* Wofern den Chursürsten/ Fürsten/ Ständen oder eintziger Obrigkeit jemand Gleit gegeben/ quæ conditionem arguunt, atque efficiunt, ut sub hac conditione disposita sub contraria conditione, adeoque non dato salvo conductu, pro non dispositis habeantur, *arg. l. 40. §. 2. l. 107. ff. de cond. & demonstr.* partim etiam, quod nulla lege, constitutione aut edicto constituta vel comprobata sit obligatio Principum aliorumque conducentium, ut damnum resarciant. Unde sine lege hoc neutiquam affirmandum esse censent. Et si vel maxime Domini conducentes, quando non curant, ut per limitaneos & stationarios milites quietum & pacatum reddatur iter, ex culpa & quasi delicto teneantur, *arg. l. 5. §. 4. ff. de O. & A. l. un. C. de litt. & itin. custod.* Attamen cum legibus certa non sit definita pœna, arbitrariam locum habere putant, *per l. 1. §. 1. ff. de effract. & expil.* non vero damni restitutionem. Plura vid. *apud Carpzov. d. l. num. 65. & seq.* ut & *apud Speidel. cit. loc.*

§. 60. Contrarium, & quod Dominus indistincte, etiam non concesso salvo conductu ad refusionem damni teneatur, post *Baldum* defendunt *Mynsing. Cent. 5. Observ. 70. Zas. vol. 1. Consil. 14. num. 8. Gail. l. 2. Observ. 64. Heinr. Klock. in Differt. Polit. Jurid. de Jur. vectig.* quem refert & sequitur *Caspar. Klock. de Ærar. lib. 2. c. 76. num. 4. Rosenthal. de feud. c. 5. concl. 22. Becht. de Secur. concl. 62. Stephan. de Jurid. lib. 2. p. 1. c. 7. n. 405. & seq. Knipschild. cit. lib. 2. c. 5. num. 148. Maul. de Jur. cond. tit. 7.* aliive plures à *Klock. de Ærar. d. l. citati Dd.* propterea, quod Superior quivis officii necessitate teneatur à malis hominibus territorium suum purgare, *l. 3. l. 13. ff. de Off. Praes. l. 7. ff. de incend. ruin. naufrag.* & dispositos habere stationarios & limitaneos milites ad tuendam popularium quietem. *l. 1. §. 12. ff. de Offic. Praef. Urb.* it. quod Domini territoriales ab iter facientibus vectigalia capiant, proindeque vicissim ad securitatem eis præstandam teneantur, *arg. c. 55. de R. I. in 6.* Præprimis

mis hanc sententiam quoad Electores recipiendam esse, dicit *Dieter. ad A. B. tit. 1. §. quinquin. &c.* propterea, quod his majori securitate prospicere voluerit Carolus IV. *cit. loc.* Unde ex hac hypothesi ad contraria *Carpz. argumenta* respondendum erit; Verba allegata *d. Rec. Imper.* non tollere officii necessitatem, sed potius præsupponere. Hoc ipso enim, dum Superior peregrinantibus permittit transitum per suum territorium, securitatem, quam potest, plenissimam & consequenter damni refusionem offerre ac promittere censetur. Unde licet nulla lex vel constitutio extet, quæ expresse hoc statuat; Id ipsum tamen evincunt *text. superius alleg.* dum quemlibet Superiorem adstringunt, ut è provincia sua malos homines ejiciat. Quamvis ergo nulla certa *Carpzovio* definita videatur pœna, minor tamen, quam damni restitutio, locum haud obtinere poterit, præcipue cum Dominus territorii, vel *Juris conducendi* eo ipso, dum suum officium negligit, viasque publicas tutas atque securas haud reddit, damni, quod ob hoc peregrinantibus infertur, occasionem dedisse videatur, ut merito ad refusionem obstrictus sit. Limitant quidem Doctores apud *Grav. d. concl. 64. n. 3.* hanc conclusionem, quod tum demum procedat, si periculum Dominus præscivit, nec prohibuit. Contrarium tamen, sive Dominus periculum sciverit, sive non, æquius esse, diserte asserit *Coler. de Proc. Exec. p. 1. c. 2. num. 337.* Pugnam sequenti conciliatione tollere conatur *Grav. d. concl. 64. n. 5.* ut prior sententia procedat in habentibus merum & mixtum Imperium, posterior verò in habentibus Jura vectigalium, pedagiorum &c. At enim verò de conciliationis hujus fide, juxta præsentem hypothesin, merito dubitandum, partim quia nec merum, nec mixtum Imperium ad obligationem Domini aliquid facit, partim etiam, quia Dominus, sive Jura recipiendi vectigalia ac pedagia habeat, sive non, ex officii necessitate obstrictus est ad resarcitionem damni, quod ipsum haud parum confirmare videtur *R. I. de A. 1548. §.* Ferner zu noch mehrer *20.*

§. 61. In hac sententiarum varietate cuilibet equidem liberum sentiendi relinquimus judicium, atque ultrò largimur, posteriorem sententiam sua non destitui æquitate, propidereaque communi ferme Doctorum calculo probatam esse., Jung. *Dn. Herpfer. in Diss. de nobil. circ. Jurid. controv. q. 15.* Quia tamen disertis legum sanctionibus munita haud est, atque allegatus *Recess. August. de An. 1559. §. 34.*

non nisi sub conditione Domino refusionem damni injungit, nescimus sane, num priori præferri atque ex perceptione vectigalium ad damni refusionem firmum argumentum deduci possit. Quamvis enim *Dieterico* largiamur, etiam ex intermissione non petiti conductus Dominum territorii, refusione damni in Electorum persona haud liberari, (ut ut hoc ipsum assertum per *text. A.B.tit.1.§. volumus autem &c.* quem *Arum.* urget, dubium reddatur) Attamen experientia, optima rerum magistra, satis edocet, raro & difficulter damni fieri restitutionem, nisi à Domino conductus impetratus, aut certa pecunia, quam Gleit-Geld vocare, atque tempore præprimis nundinarum alicubi locorum exigere solent, soluta fuerit. Add. *Brunnemann. ad l. 9 C. unde vi.* Accedit, quod præjudicium Cameræ Imperialis contra Episcopum Herbipolensem à *Gail. cit. Observ.64.* relatum, non nisi de casu datæ securitatis agat. Siquidem mercator sub publica fide & securitate Episcopi, mit lebendigen Gleit/ ad nundinas Francofurtenses proficiscebatur, teste *ipso Gail. cit. loc.* Atque hæc Carpzovii assertio absque ullo dubio procedit, si Dominus consuetam adhibuerit diligentiam, ut vias tutas atque securas à latronum ac prædonum insidiis & robbaria præstet. Tunc enim damnum, quod præter ipsius culpam contingit, casui fortuito accensendum est, quam nemo alteri præstat, juxta notissima Juris Civilis principia *in l. 23. ff. de R. I. l. 18. pr. commod. l. 6. l. 9. C. de pignerat. ait. aliisque multis text.* proposita. Unde & assertio de damno generaliter, etiamsi conductus petitus non sit, resarciendo, à suis defensoribus limitatur, quod non procedat (1.) si tanta vis latronum existat, ut Dominus territorii, adhibita quoque omni diligentia, violentiæ resistere nequeat. *Schurff. cent. 2. consil. 2. n. 1. Dn.Myler. de Princ. & Stat. Imp. d. c. 59. num. 7.* Omnis namque obligatio facti sub tacita possibilitatis conditione fieri censetur, juxta *l. 185. ff. de R. J.* modo Dominus ipse ejusmodi excursionibus causam haud dederit. *Grav. ad Gail. cit. concl. 64. n. 10.* Sic in superiori tricennali ac hodierno funestissimo Germaniæ bello quamplurimi Principes & Status Imperii in tanto constituti fuerunt & adhuc sunt periculo, ut vix ac ne vix quidem in suis pomœriis à militum & latrunculorum invasionibus tuti existere possint. Quis ergò eosdem in tam turbulento ac desperato rerum statu ad securum in viis ac fluminibus publicis commeatum jure adstrictos credet? Huic limitationi alias addunt, si sc. (2.) viator

legi-

legitimum Vectigal defraudaverit, aut (3.) Dominus delinquentem vivum exhibuerit. *Maul. de Jur. cond. tit. 7. n. 18. Add. Bart. ad l. 1. §. familiæ ff. de public. n. 2.* quo in casu tamen, si delinquens non solvendo existat, Dominum territorii in subsidium teneri, censet *Maul. d. tit. 7. n. 18.* quod *Dn. Myler. cit. c. 59. n. 11.* displicet, propter regulam: Qui non habet in ære, luat in corpore. Tandem (4.) si Judæi cum literis securitatis alicujus tertii transierint per territorium Principis, quo habitare non possunt, Dominum ad damnum resarciendum haud obstrictum esse asserunt, propterea, quod etiam ab illo territorii Domino, cujus terram transeunt, securitatis literas obtinere teneatur, ne eorum bona, tanquam hostium, deprædari possent. *vid Maul. de Jur. cond. tit. 4. n. 9. Dn. Fritsch. de R. V. P. J. c. 8. n. 18. & Dn. Myler. d. c. 59. n. ult.*

§. 62. Hæc de *Effectu oneroso* sufficiant. Residuus est *effectus proficuus*. Circa quem præliminariter quæritur: *An Jus conducendi Jurisdictionem, quæ subditos facit, tribuat?* v. g. si Statui alicui in territorio, in quo etiam alterius Status subditi, vermengte Unterthanen, vivunt, *Jus conducendi* competit, num respectu hujus Juris Jurisdictionem in illos homines, qui alteri Statui Rath/ Folg und Steuer debent, prætendere possit? Quamvis affirmativam suadere videatur argumentum subinde hactenus citatum: Ad territorii universalis Dominum *jus conducendi* regulariter spectare; Verius tamen est, *jus conducendi* subditos non facere. Hoc Jus namque in securitate à Superiore quibuscunque etiam peregrinis, per vias publicas euntibus, præstanda consistit. Sicut igitur peregrini ob commorationem in territorio alieno & conductum subditi Domini conducentis non fiunt; Ita nec vermengte Unterthanen / qui propter exemptionem suam ejusdem cum peregrinis conditionis sunt. *Vid. Herpf. in Differt. de nobil. civ. jurisdict. controv. q. 15.* Cæteroquin complectitur hic effectus proficuus (1.) perceptionem *Guidagii*, à Pedagio sive Passagio in eo differentis, quod pedagium detur pro solo transitu, guidagium verò pro ducatu per alterius territorium, ut quis securus vadat. *Becht. de secur. cap. 3 conclus 68. Maul. de jur. cond. tit. 3 num. 15.* (2.) remedia *jus conducendi* tuentia. Quod Guidagium, sive das Gleit-Geld concernit, de eo quidem notandum: Regulariter mercatores aliosque peregrinantes ad ejusdem solutionem obstrictos non esse, nisi Dominus *juris conducendi* ex privilegio Cæsareo aut præscriptione habeat Jus exigendi guidagium, & cogendi mercatores

tores aliosque peregrinantes ad redimendum salvum conductum, *arg. R. J. de Anno 1548.* §. Ferner zu noch mehrer beständiger rc. *20. ibi:* Daß einem jeden/ an Orten es herkommen/ ohne Weigerung auf sein Ansuchen/ ein frey sicher gnugsam Gleit gegeben. *Dn. Herpser. in Dissert. de nobil. circ. juris dict. controvers. quæst. 15.* ubi addit, quod peregrinantes, nisi velint, salvum conductum redimere non teneantur, wann Dominus territorii das contrarium nicht hergebracht. Ad officium enim Principis pertinet, etiam absque tessera publice securitatis, sive salvo conductu, provinciam suam malis hominibus purgare, atque dispositos habere stationarios milites ad tuendam popularium quietem, *arg. text. subinde cit. & d. R. J. de An. 1548. cit. §. in verb.* Daß eine jede Obrigkeit in Heil. Römischen Reich Teutscher Nation in ihren Fürstenthumen/ Landen und Gebieten bey den Ihren Fürsehen thun sol/ daß die Strassen frey und rein gehalten/ darauf auch niemands gefangen/ geschlagen/ beraubt/ hinweggeschleifft/ seiner Güter ausgehaben/ hinweggeführt/ oder anderer Gestalt beschweret werde. *Becht. de secur. & salv. cond. c. 3. conclus. 55.* Ideo enim Regalia ab Imperatore concessa habent, ut iis regaliter utantur, hoc est, Regia manu vias publicas securas & à latronibus purgatas suis sumtibus præstent, *arg. text. sep. cit.* Add. *Maul. de jur. cond. tit. 3. n. 17. & seq. ut & Knipschild. de jur. & privil. Civit. Imper. lib. 2. cap. 26. n. 18. & seq.* qui hoc in tantum extendunt, ut nec Judæos ad guidagium solvendum obstrictos dicant, nisi Dominus id privilegio vel præscriptione obtinuerit, propterea, quod & hi in commerciis legum beneficiis communibus fruantur. *l. 9. C. de Jud. & Cœlic. R. J. de Anno 1551.* § Diesen zubegegnen *79.* Add. *Dieter. ad A. B. tit. 17. verb. Extorqueri consuetas, & Dn. Fritsch. de R. V. P. J. c. 12. num. 14.*

§. 63. At enim vero, quamvis hæc omnia regulariter obtineant, aliud tamen receptum videmus in mercatoribus, ad publicas easque solennes nundinas proficiscentibus. His enim omnino, ut salvum conductum petant, &, ni pœnam incurrere velint, guidagium solvant ex generali & notissima fere totius Germaniæ consuetudine incumbit, teste *Dn. Peller. ad Klock. de Ærar. lib. 2. c. 76 n. 3.* Consimili modo, quod de Judæis à *Maul. Knipschild.* aliisve dictum est, non nisi in locis, ubi actas tolerantur, procedere poterit. Quod si enim Judæi per territorium transeant, ubi commorandi facultatem non habent, tunc, quia eorum

rum absque conductu nulla est securitas, merito ad obtinendam transitus permissionem securitatis literas, vulgo Schirm-Zettel / petere atque guidagium solvere tenentur. Sic in Ducatu Würtembergensi ac Teccensi liberum transitum non habent absque salvo conductu, seu securitatis literis, quas à Præfectis loci redimere tenentur, *teste Dn. Myler. de Princ. & Stat. Imp. p. 2. c. 60. num. 3.* Eadem sanctio habetur in der Landes- und Policey-Ordnung der Fürstenthümer Ober und Nieder-Bäyern *lib. 5. tit. 1. art. 5.* Wie sich die Juden in Durchzug durch die Land in Bäyern mit nehmen des Gleits und sonsten halten sollen. *Vid. §. 37 huj. Differt.* Atque hæc ipsa guidagii perceptio, quoties consuetudo aut privilegium Cæsareum vel etiam præscriptio ejusdem exactionem permittit, in simul quoque illi, qui *jure conducendi* in alieno territorio gaudet, concessa esse videtur, præcipue cum *juris conducendi* connexum constituat, atque ob præstitum salvum conductum debeatur. *Klock. de Ærar. d. lib. 2. c. 76. n. 1.* Concessio namque Jure quodam oneroso, tributum quoque censetur omne commodum, sine quo Jus illud congrue expediri nequit. *Rosenthal. de feud. c. 5. concl. 14. n. 6. ibique in add. lit. G. Klock. de Contribut. c. 1. num. 295.* Sed *num idem de vectigali & pedagio*, von dem Zoll und Weg-Gelt/ *dicendum sit, ut illud quoque ad Dominum juris conducendi in alieno territorio pertineat?* non incommode hic quæritur. Affirmativam quidem suadere videtur ratio, quod conducendi Domino onus reddendi itinera tuta incumbat, ut merito quoque commoda viarum ad eundem spectare debeant; Negativa tamen verior est. Quamvis enim quoad Dominum territorii *jus conducendi* ac vectigalium connexa sint, attamen separabilia quoque sunt, ut unum absque alterum, præcipue in persona tertii, stare ac discerni possit, juxta regulam in Jurisdictionalibus & Regalibus communiter receptam, *quod ex concessione unius alterum non recte inferatur*, cum strictissimi Juris sit, juxta doctrinam *Thom. Michaël apud Klock. vol. 1. consil. 29. num. 358. & seq.* ac illa, quæ *in §. 54. huj. Disc.* hanc in rem proposita sunt.

§. 6. Remedia jus conducendi tuentia quod concernit, illa iterum vel *extrajudicialia* vel etiam *judicialia* sunt. Inter extrajudicialia eminet *defensio*, non solummodo quoad vitam & corpus permissa, sed & quoad fortunas ac res, quæ alter quasi sangvis reputantur. *arg. l. 4. ff. de agnosc. & alend. lib.* & viscera hominis vocantur. *Carpzov. p. 1. Prax. Crim.*

R. V. P. J. c. 3. num. 16. & seq. nec illi, cui castrum cum suo territorio & omnimoda jurisdictione in feudum à Principe datum est, jurisdictio in via publica *cum Rosenthal. de feud. c. 5. concl. 21. Guid. Pap. Dec. 577. n. 1. atque Andr. Alciat. lib. 7. consil. 1. n. 14.* adjudicanda est, licet ipsi ab utraque parte alias competat. Illa siquidem, quæ regali Jure habentur, generali concessione haud transferuntur. Et hanc opinionem post *Schneidevv. de Feud. p. 2. n. 102.* recte defendunt *Knich. de Saxon. non provoc. Jur. verb. Ducum. c. 5. n. 187. & seq. Sixtin. de regal. lib. 2. c. 2. n. 16. Brunnem. in Proc. Inquisit. c. 3. n. 17. Zanger. de Except. p. 2. c. 1. n. 241. atque Carpzov. p. 3. Prax. Crim. q. 110. n. 39. & seq.* qui tamen recte monet, quod aliud in Electoratu Saxoniæ specialiter receptum sit. Add. *huj. Diss.* § 43. Quoad posteriorem verò casum *Maulio* equidem concedimus, hodie omnino ad usum & observantiam esse respiciendum. Quod si enim usus Domino des Gleits cognitionem & punitionem criminum tribuat, eidem merito relinquenda est, teste *Bidenbach. quæst. nobil. 12. num. 5.* id quod exemplo ac præjudicio Landgravii Hassiæ probat & confirmat *Dieter. ad A. B. tit. 1. §. præmissæ p. 19.* Ubi vero de usu & observantia non constat, potius distingvendum erit: Utrum delictum in via vel flumine publico sit commissum *in ipso actu* des Gleiters/ an *extra eum*, ita ut delicti, tempore conductus in via publica commissi, cognitio & pœna ad eum pertineat, qui *jus conducendi* habet, quoniam ejusdem *conducendi jus* & securitas per delinquentem læsa est, ut ab eo debita pœna merito defendi possit; Si vero extra actum conducendi delictum commissum sit, cognitio & pœna ad Dominum territorii spectabit, quia ex solo actu des Gleits non inferri potest ad alios Jurisdictionis aut Juris territorialis actus, *Caspar. Klock. vol. 1. Cons. 9. n. 96. & Consil. 29. n. 355.* ob vulgatam regulam: Tantum possessum, quantum præscriptum, vel pactione acquisitum. Atque hanc doctrinam cum *Bidenbach. quæst. nobil. 12. n. 4.* probat *Dn. Myler. de Princ. & Stat. Imp. p. 2. c. 59. num. 13. Klock. vol. 1. consil. 50. n. 138. & 139. Rumelin. ad A. B. p. 1. Dissert. 2. th. 8. atque Dieter. ad A. B. dict. loc.* modo ante omnia usum & consuetudinem inspiciamus, cum actus consvetudinarii sint practici, secundum *Besold. Consil. 238. n. 26.*

§. 57. *Alter* Effectus onerosus est, quod Domino conducenti reparatio viarum, insimulque provida prospectio incumbat, ne ea in fluminibus navigabilibus fiant quibus navigatio deterior redditur. Plu-

Plurimum enim Principis interest, tritas & commodas in Republ. sua habere vias, atque flumina ad navigationem apta. Hinc am olim Prætor cavit, ne quid in flumine publico, neve in ripa ejus fieret, vel immitteretur, quo statio iterque navigio deterius redderetur, *l. 1. pr. ff. de flum.* Hoc onus verò non tam illi, qui in alieno territorio *Jure conducendi* gaudet, quam Domino potius territorii incumbit, teste *Dn. Fritsch. de R. V. P. l. c. 14. num. 13.* ubi curam viarum publicarum ad eos pertinere asserit, in deren Bannen/ (per quod vocabulum nihil aliud quam territorium Jurisdictione condecoratum denotatur. *Gylm. tom. 1. p. 1. tit. 2. de Reconv. in caus.* Erfurth *contra* Möyntz *num. 156. & 157.*) solche Strassen gelegen. Neque hoc assertum sua destituitur ratione. Percipit namque Dominus territorii ex itineribus, viis ac fluminibus publicis varios fructus atque emolumenta, præcipue vectigalia ac pœnas pecuniarias, ob delicta vel quasi in eis commissa, ut vel propter lucrum obveniens hoc onus recusare nequeat. *Klock. de Ærar. lib. 2. c. 77. n. 7.* Namque incommoda illum sequi debent, ad quem commoda spectant. *l. 1. §. fin. ff. de aq. & aq. pluv. arcend. l. 10. ff. de R. J. c. 55. de R. in 6. Barbos. locuplet. lib. 3. cap. 31. axiom. 4.* Huc facit Constitutio *Friderici II. Imper.* apud Goldast. cujus verba inter alia hæc esse perhibentur: Alle die Zölle nehmen auff Wasser oder Land/ die sollen den Wegen und Brücken ihr Recht halten/ mit Machen und Besserung &c. *Vid. Klock. de Ærar. lib. 2. c. 77. n. 7. & 8.* Unde juxta mores hodiernos ne subditi quidem refectionis onere regulariter gravandi sunt, nisi vectigalia, aliique fructus, ex viarum regiarum usu percepti, reparationi haud sufficiant. Hoc namque casu cujusque territorii incolæ ad onus illud, absque ullo personarum discrimine, insimul obstricti sunt, adeo ut & Ecclesia de suis prædiis ejusmodi indictiones ad refectionem pontium & itinerum solvere teneatur, per *l. 7. C. de SS. Eccles.* itidem ex regula generali, quod Ecclesia utatur commodo itineris & pontium, ergo quoque onus ferre debet, *arg. d. l. 10. ff. de R. J. l. 1. §. fin. ff. de aq. & aq. pluv. arcend. Brunneman. ad d. l. 7.* Aliud quoque obtinet, si usu, consuetudine aut lege quadam hoc onus subditis impositum sit. Sic de Jure Civili plane manifestum est, ad refectionem viarum & pontium omnes omnino, etiam Clericos ac divinas domus, teneri. *d. l. 7. C. de SS. Eccles. Nov. 131. c. 5. Perez. ad Cod. de SS. Eccles. num. 4.* Quod si tamen constet, devastationem viarum publicarum facto privati alicu-

jus contigisse, ille præ cæteris ad restitutionem cogendus est; Si verò non solvendo existat, in subsidium quoque vicini tenentur per tradita *Capoll. de servit. rust. præd. c. 3. num. 57. & 58. it. Besold. in Thes. Pract. verb.* Weg.

§. 58. *Tertius* onerosus Effectus ratione Conducentis, sive Dominus territorii, sive etiam *Juris conducendi* sit, in eo consistit, quod deprædatis & à latronibus spoliatis transeuntibus ablata restituere, atque damnum resarcire teneatur. Id quod non tantum Jus Saxonicum *lib. 2.* des LandesR. *art. 27.* in verbis: Wer einem Gleit gibt/ der soll ihn vor Schaden behüten/ oder soll ihn den Schaden gelten; Sed etiam Imperii nostri Constitutiones, præcipue *Rec. I. de A. 1599.* §. Damit dann die Obrigkeit *34.* sequentibus confirmant verbis: Setzen/ ordnen und wollen wir/ woferne von Churfürsten/ Fürsten und Ständen/ oder einiger Obrigkeit/ die seyn wer sie wolle/ jemands Gleit gegeben/ und der jenige darüber/ auf derselben Churfürsten/ Fürsten/ Stände oder Obrigkeit Gleit-Strassen thätlich ergriffen und beschädiget/ daß der Stand/ solch Gleit gegeben/ nach gestalt solches Gleits den Beschädigten seines Schadens Erstattung schuldig seyn soll. Unde in Camera Imperiali contra Episcopum Herbipolensem, ut in suâ provincia deprædato mercatori, ad nundinas Francofurtenses abeunti, damnum resarciret, judicatum refert *Gail. l. 2. observ. 64. pr.* Hancque communem conclusionem vocat *Grav. ad Gail. d. l.* quam post *Bartol. Bald. Jacobin. Capoll. Afflict. Mynsing. Joachim. Beust. Zas. Borcholt. Schneidevvin. Guidon. Pap. & Petr. Gregor. Tholos.* probat *Rosenthal. in tract. feud. cap. 5. concl. 2.* Jung. *Sixtin. de Regal. lib. 2. c. 2. n 35. & seq. Beiht. de secur. & salv. cond concl. 62. Coler. de Proc. Exec. lib. 1. c. 2. n 335. & seq. Reink. de R. E. & S. lib. 1. class. 5. c. 6. num. 35. Dn. Myler. de Princ. & Stat. Imp. p. 2. c. 59. n. 4. Knipschild. de Jur. & Privil. Civit. Imper. lib. 2. c. 5. n. 146. & seq. & Dn. Strauch. Dissert. Exot. 11 aph. 2.* Ad hoc tamen, ut Dominus ad resarciendum damnum obligatus sit, præter hoc, ut tempore diurno & solito iter fiat, (cum enim tenebræ ad delinquendum aptiores sint, juxta *l. 1. §. 10. ff. de ventr. inspiciend.* vix aberit à suspicione noctu iter faciens, nisi rationem itineris nocturni exponat, omnemque à se amoveat suspicionem.) *Dn. Carpzov. p. 2. Prax. Crim. q. 91. n. 60. & 68. duo* requirit, quorum *prius* est, ut deprædati transeuntes via regia usi fuerint, nec ab ea deflexerint, Add. *Rosenthal. de feud.*

feud. c. 5. concl. 22. *Alterum* verò, ut specialiter salvum conductum à Principe impetraverint. Quoad prius omnes unanimi calculo tradunt, quod obligatio præstandi securitatem & conclusio de damno resarciendo cesset, si mercatores à via solita & regia deflectentes per insolitas iverint, haben Abwege gesuchet/ aut conductores deseruerint, sind dem Gleit nicht gefolget/ *arg. l. 2. l. 5. C. de curs. publ. Rosenthal. de feud. dict. concl. 22. Gail. d. observ. 64. n. 11. ibique Grav. in Concl. num. 12. Mynsing. cent. 5 observ. 70. n. 4. Marquard. de Jur. Merc. lib. 1. c. 13. n. 41. Sixtin. de Regal. lib. 2. c. 3. n. 40.* Quia enim regulariter conductus nonnisi in via publica præstatur, auf öffentlicher Land- und Heerstrassen/ habent peregrinantes, si per insolitas vias vagati ac damnum passi fuerint, quod sibi imputent, *per l. 203. ff. de R. I.* Hocque adeo verum est, ut, etiamsi Elector aut ejus Nuntii, ad electionem Imperatoriam proficiscentes, insolitam viam, cujus conductum petere neglexerint, ingrediantur & spolientur, Dominus territorii ad damni emendationem non teneatur. *A. B. tit. 1. verf.* Wir wollen *in verb.* auch den Weg/ den er reisen will/ verkündige und anzeige. *Carpzov. d. l. num. 68. & Klock. de Ærar. lib. 2. c. 76. num. 4.*

§. 59. Quoad posterius requisitum itidem certum est, quod Dominus ad damni refusionem teneatur, licet securitatis præstationem à spoliatis viatoribus petitam denegaverit, *arg. l. 13. pr. ff. de Offic. Præsid. l. 1. §. 1. ff. qui dejec. vel effud. l. 1. §. 12. ff. de Off. Præf. Urb.* Est enim hæc denegatio plane injusta, & libertati commerciorum favorabili maxime contraria. *vid. Knipschild. lib. 2. de privileg. Civit. Imp. c. 5. n. 148. Dn Myler. cit. c. 59. num. 6.* Consimili modo extra dubium est, quod Domino resarcitio damni incumbat, etiamsi pedagium pro impetrato salvo conductu neque petitum, neque etiam solutum fuerit. Quamvis enim magis adstringatur, si peregrinantes securitatis consequendæ gratia aliquid penderint. Tunc enim præter Jus commune se tacite adstringit, quod solventem, securum ac tutum reddere velit; Nihilominus tamen, etiamsi pedagium nec petitum, nec solutum fuerit, idem obtinet, cum Dominus territorii ad defensionem itinerum publicorum ex officii necessitate teneatur, *arg. d. text. Maul. de Jur. cond. tit. 7. n. 4. & 7. Dn. Myler. l. c. Dn. Fritsch. de R. V. P. 3. c. 12. n. 13.* In eo tamen Doctores non conveniunt: *Utrum, neglecta petitione salvi conductus, Dominus transeuntibus spoliatis ad damni refusionem* obstri-

obstrictus sit, sicque, ut Itali loquuntur, *de Robaria teneatur?* Negativam, quod Dominus non aliter, quam si salvum conductum concesserit transeuntibus, ad damni restitutionem teneatur, nonnulli, interque eos *Bocer. de Regal. Knichen. de Saxon. non provoc. Jur. verb. Ducum. c. 5. num. 185. Arum. de Comit. cap. 5. n. 58. & seq. Speidel. in Spec. verb.* Gleit præcipue *Carpz. p. 2. Crim. q. 91. num. 60. & seq.* speciose propugnant, partim ob expressa verba *Recess. Imp. de Anno 15559.* §. Damit dann die Obrigkeit *34. vers.* Wofern den Churfürsten/ Fürsten/ Ständen oder einßiger Obrigkeit jemand Gleit gegeben/ quæ conditionem arguunt, atque efficiunt, ut sub hac conditione disposita sub contraria conditione, adeoque non dato salvo conductu, pro non dispositis habeantur, *arg. l. 40. §. 2. l. 107. ff. de cond. & demonstr.* partim etiam, quod nulla lege, constitutione aut edicto constituta vel comprobata sit obligatio Principum aliorumque conducentium, ut damnum resarciant. Unde sine lege hoc neutiquam affirmandum esse censent. Et si vel maxime Domini conducentes, quando non curant, ut per limitaneos & stationarios milites quietum & pacatum reddatur iter, ex culpa & quasi delicto teneantur, *arg. l. 5. §. 4. ff. de O. & A. l. un. C. de litt. & itin. custod.* Attamen cum legibus certa non sit definita pœna, arbitrariam locum habere putant, *per l. 1. §. 1. ff. de effract. & expil.* non vero damni restitutionem. Plura vid. *apud Carpzov. d. l. num. 65. & seq.* ut & *apud Speidel. cit. loc.*

§. 60. Contrarium, & quod Dominus indistincte, etiam non concesso salvo conductu ad refusionem damni teneatur, post *Baldum* defendunt *Mynsing. Cent. 5. Observ. 70. Zas. vol. 1. Consil. 14. num. 8. Gail. l. 2. Observ. 64. Heinr. Klock. in Dissert. Polit. Jurid. de Jur. vectig.* quem refert & sequitur *Caspar. Klock. de Ærar. lib. 2. c. 76. num. 4. Rosenthal. de feud. c. 5. concl. 22. Becht. de Secur. concl. 62. Stephan. de Jurid. lib. 2. p. 1. c. 7. n. 405. & seq. Knipschild. cit. lib. 2. c. 5. num. 148. Maul. de Jur. cond. tit. 7.* aliive plures à *Klock. de Ærar. d. l. citati Dd.* propterea, quod Superior quivis officii necessitate teneatur à malis hominibus territorium suum purgare, *l. 3. l. 13. ff. de Off. Præs. l. 7. ff. de incend. ruin. naufrag.* & dispositos habere stationarios & limitaneos milites ad tuendam popularium quietem. *l. 1. §. 12. ff. de Offic. Præf. Urb.* it. quod Domini territoriales ab iter facientibus vectigalia capiant, proindeque vicissim ad securitatem eis præstandam teneantur, *arg. c. 55. de R. I. in 6.* Præprimis

mis hanc sententiam quoad Electores recipiendam esse, dicit *Dieter. ad A. B. tit. 1. §. quinquin. &c.* propterea, quod his majori securitate prospicere voluerit Carolus IV. *cit. loc.* Unde ex hac hypothesi ad contraria *Carpz. argumenta* respondendum erit; Verba allegata *d. Rec. Imper.* non tollere officii necessitatem, sed potius præsupponere. Hoc ipso enim, dum Superior peregrinantibus permittit transitum per suum territorium, securitatem, quam potest, plenissimam & consequenter damni refusionem offerre ac promittere censetur. Unde licet nulla lex vel constitutio extet, quæ expresse hoc statuat; Id ipsum tamen evincunt *text. superius alleg.* dum quemlibet Superiorem adstringunt, ut è provincia sua malos homines ejiciat. Quamvis ergo nulla certa *Carpzovio* definita videatur pœna, minor tamen, quam damni restitutio, locum haud obtinere poterit, præcipue cum Dominus territorii, vel *Juris conducendi* eo ipso, dum suum officium negligit, viasque publicas tutas atque securas haud reddit, damni, quod ob hoc peregrinantibus infertur, occasionem dedisse videatur, ut merito ad refusionem obstrictus sit. Limitant quidem Doctores apud *Grav. d. concl. 64. n. 3.* hanc conclusionem, quod tum demum procedat, si periculum Dominus præscivit, nec prohibuit. Contrarium tamen, sive Dominus periculum sciverit, sive non, æquius esse, diserte asserit *Coler. de Proc. Exec. p. 1. c. 2. num. 337.* Pugnam sequenti conciliatione tollere conatur *Grav. d. concl. 64. n. 5.* ut prior sententia procedat in habentibus merum & mixtum Imperium, posterior verò in habentibus Jura vectigalium, pedagiorum &c. At enim verò de conciliationis hujus fide, juxta præsentem hypothesin, merito dubitandum, partim quia nec merum, nec mixtum Imperium ad obligationem Domini aliquid facit, partim etiam, quia Dominus, sive Jura recipiendi vectigalia ac pedagia habeat, sive non, ex officii necessitate obstrictus est ad resarcitionem damni, quod ipsum haud parum confirmare videtur *R. I. de A. 1548. §. Ferner zu noch mehrer 2c.*

§. 61. In hac sententiarum varietate cuilibet equidem liberum sentiendi relinquimus judicium, atque ultrò largimur, posteriorem sententiam sua non destitui æquitate, proptereaque communi ferme Doctorum calculo probatam esse. Jung. *Dn. Herpfer. in Diss. de nobil. circ. Jurid. controv. q. 15.* Quia tamen disertis legum sanctionibus munita haud est, atque allegatus *Recess. August. de An. 1559. § 34.*

 non

non nisi sub conditione Domino refusionem damni injungit, nescimus sane, num priori præferri atque ex perceptione vectigalium ad damni refusionem firmum argumentum deduci possit. Quamvis enim *Dieterico* largiamur, etiam ex intermissione non petiti conductus Dominum territorii, refusione damni in Electorum persona haud liberari, (ut ut hoc ipsum assertum per *text. A.B.tit.1.§. volumus autem &c.* quem *Arum.* urget, dubium reddatur) Attamen experientia, optima rerum magistra, satis edocet, raro & difficulter damni fieri restitutionem, nisi à Domino conductus impetratus, aut certa pecunia, quam Gleit-Geld vocare, atque tempore præprimis nundinarum alicubi locorum exigere solent, soluta fuerit. Add. *Brunnemann. ad l. 9 C. unde vi.* Accedit, quod præjudicium Cameræ Imperialis contra Episcopum Herbipolensem à *Gail. cit. Observ.64.* relatum, non nisi de casu datæ securitatis agat. Siquidem mercator sub publica fide & securitate Episcopi, mit lebendigen Gleit/ ad nundinas Francofurtenses proficiscebatur, teste *ipso Gail. cit. loc.* Atque hæc Carpzovii assertio absque ullo dubio procedit, si Dominus consuetam adhibuerit diligentiam, ut vias tutas atque securas à latronum ac prædonum insidiis & robbaria præstet. Tunc enim damnum, quod præter ipsius culpam contingit, casui fortuito accensendum est, quam nemo alteri præstat, juxta notissima Juris Civilis principia *in l. 23. ff. de R. J. l. 18. pr. commod. l. 6. l. 9. C. de pignerat. all. aliisque multis text.* proposita. Unde & assertio de damno generaliter, etiamsi conductus petitus non sit, resarciendo, à suis defensoribus limitatur, quod non procedat (1.) si tanta vis latronum existat, ut Dominus territorii, adhibita quoque omni diligentia, violentiæ resistere nequeat. *Schurff. cent. 2. consil. 2. n. 1. Dn. Myler. de Princ. & Stat. Imp. d. c. 59. num. 7.* Omnis namque obligatio facti sub tacita possibilitatis conditione fieri censetur, juxta *l. 185. ff. de R. J.* modo Dominus ipse ejusmodi excursionibus causam haud dederit. *Grav. ad Gail. cit. concl. 64. n. 10.* Sic in superiori tricennali ac hodierno funestissimo Germaniæ bello quamplurimi Principes & Status Imperii in tanto constituti fuerunt & adhuc sunt periculo, ut vix ac ne vix quidem in suis pomœriis à militum & latrunculorum invasionibus tuti existere possint. Quis ergò eosdem in tam turbulento ac desperato rerum statu ad securum in viis ac fluminibus publicis commeatum jure adstrictos credet? Huic limitationi alias addunt, si sc. (2.) viator legi-

legitimum vectigal defraudaverit, aut (3.) Dominus delinquentem vivum exhibuerit. *Maul. de Jur. cond. tit. 7. n. 18. Add. Bart. ad l. 1. §. familiæ ff. de public. n. 2.* quo in casu tamen, si delinquens non solvendo existat, Dominum territorii in subsidium teneri, censet *Maul. d. tit. 7. n. 18.* quod *Dn. Myler. cit. c. 59. n. 11.* displicet, propter regulam: Qui non habet in ære, luat in corpore. Tandem (4.) si Judæi cum literis securitatis alicujus tertii transierint per territorium Principis, quo habitare non possunt, Dominum ad damnum resarciendum haud obstrictum esse asserunt, propterea, quod etiam ab illo territorii Domino, cujus terram transeunt, securitatis literas obtinere teneatur, ne eorum bona, tanquam hostium, deprædari possent. *vid. Maul. de Jur. cond. tit. 4. n. 9. Dn. Fritsch. de R. V. P. J. c. 8. n. 18. & Dn. Myler. d. c. 59. n. ult.*

§. 62. Hæc de *Effectu oneroso* sufficiant. Residuus est *effectus proficuus*. Circa quem præliminariter quæritur: *An Jus conducendi Jurisdictionem, quæ subditos facit, tribuat?* v. g. si Statui alicui in territorio, in quo etiam alterius Status subditi, vermengte Unterthanen, vivunt, *Jus conducendi* competit, num respectu hujus Juris Jurisdictionem in illos homines, qui alteri Statui Reiß/ Folg und Steuer debent, prætendere possit? Quamvis affirmativam suadere videatur argumentum subinde hactenus citatum: Ad territorii universalis Dominum *jus conducendi* regulariter spectare; Verius tamen est, *jus conducendi* subditos non facere. Hoc Jus namque in securitate à Superiore quibuscunque etiam peregrinis, per vias publicas euntibus, præstanda consistit. Sicut igitur peregrini ob commorationem in territorio alieno & conductum subditi Domini conducentis non fiunt; Ita nec vermengte Unterthonen / qui propter exemptionem suam ejusdem cum peregrinis conditionis sunt. *Vid. Herpf. in Differt. de nobil. circ. jurisdict. controv. q. 15.* Cæteroquin complectitur hic effectus proficuus (1.) perceptionem *Guidagii*, à Pedagio sive Passagio in eo differentis, quod pedagium detur pro solo transitu, guidagium verò pro ducatu per alterius territorium, ut quis securus vadat. *Becht. de secur. cap. 3 conclus. 68. Maul. de jur. cond. tit. 3 num. 15.* (2.) remedia *jus conducendi* tuentia. Quod Guidagium, sive das Gleit Geld concernit, de eo quidem notandum: Regulariter mercatores aliosque peregrinantes ad ejusdem solutionem obstrictos non esse, nisi Dominus *juris conducendi* ex privilegio Cæsareo aut præscriptione habeat Jus exigendi guidagium, & cogendi merca-

tores

tores aliosque peregrinantes ad redimendum salvum conductum, *arg. R. J. de Anno 1548.* §. Ferner zu noch mehrer beständiger &c. *20. ibi:* Daß einem jeden/ an Orten es herkommen/ ohne Weigerung auf sein Ansuchen/ ein frey sicher gnugsam Gleit gegeben. *Dn. Herpfer. in Differt. de nobil. circ. juris dict. controverf. quaest. 15.* ubi addit, quod peregrinantes, nisi velint, salvum conductum redimere non teneantur, wann Dominus territorii das contrarium nicht hergebracht. Ad officium enim Principis pertinet, etiam absque tessera publice securitatis, sive salvo conductu, provinciam suam malis hominibus purgare, atque dispositos habere stationarios milites ad tuendam popularium quietem, *arg. text. subinde cit. & d. R. J. de An. 1548. cit. §. in verb.* Daß eine jede Obrigkeit in Heil. Römischen Reich Teutscher Nation in ihren Fürstenthumen/ Landen und Gebieten bey den Ihren Fürsehen thun sol/ daß die Strassen frey und rein gehalten/ darauf auch niemands gefangen/ geschlagen/ beraubt/ hinweggeschleifft/ seiner Güter ausgehaben/ hinweggeführt/ oder anderer Gestalt beschweret werde. *Becht. de secur. & salv. cond. c. 3. conclus. 55.* Ideo enim Regalia ab Imperatore concessa habent, ut iis regaliter utantur, hoc est, Regia manu vias publicas securas & à latronibus purgatas suis sumtibus præstent, *arg. text. sep. cit.* Add. *Maul. de jur. cond. tit. 3. n. 17. & seq. ut & Knipschild. de jur. & privil. Civit. Imper. lib. 2. cap. 26. n. 18. & seq.* qui hoc in tantum extendunt, ut nec Judæos ad guidagium solvendum obstrictos dicant, nisi Dominus id privilegio vel præscriptione obtinuerit, propterea, quod & hi in commerciis legum beneficiis communibus fruantur. *l. 9. C. de Jud. & Cœlic. R. J. de Anno 1551.* § Diesen zubegegnen *79.* Add. *Dieter, ad A. B. tit. 17. verb. Extorqueri consuetas, & Dn. Fritsch. de R. V. P. J. c. 12. num. 14.*

§. 63. At enim vero, quamvis hæc omnia regulariter obtineant, aliud tamen receptum videmus in mercatoribus, ad publicas easque solennes nundinas proficiscentibus. His enim omnino, ut salvum conductum petant, &, ni pœnam incurrere velint, guidagium solvant ex generali & notissima fere totius Germaniæ consuetudine incumbit, teste *Dn. Peller. ad Klock. de Ærar. lib. 2. c. 76 n. 3.* Consimili modo, quod de Judæis à *Maul. Knipschild.* aliisve dictum est, non nisi in locis, ubi alias tolerantur, procedere poterit. Quod si enim Judæi per territorium transeant, ubi commorandi facultatem non habent, tunc, quia eorum

rum absque conductu nulla est securitas, merito ad obtinendam transitus permissionem securitatis literas, vulgo Schirm-Zettel / petere atque guidagium solvere tenentur. Sic in Ducatu Würtembergensi ac Teccensi liberum transitum non habent absque salvo conductu, seu securitatis literis, quas à Præfectis loci redimere tenentur, *teste Dn. Myler. de Princ. & Stat. Imp. p. 2. c. 60. num. 3.* Eadem sanctio habetur in der Landes- und Policey-Ordnung der Fürstenthümer Ober und Nieder-Bäyern *lib. 5. tit. 1. art. 5.* Wie sich die Juden in Durchzug durch die Land in Bäyern mit nehmen des Gleits und sonsten halten sollen. *Vid. §. 37 huj. Dissert.* Atque hæc ipsa guidagii perceptio, quoties consuetudo aut privilegium Cæsareum vel etiam præscriptio ejusdem exactionem permittit, in simul quoque illi, qui *jure conducendi* in alieno territorio gaudet, concessa esse videtur, præcipue cum *juris conducendi* connexum constituat, atque ob præstitum salvum conductum debeatur. *Klock. de Ærar. d. lib. 2. c. 76. n. 1.* Concessio namque Jure quodam oneroso, tributum quoque censetur omne commodum, sine quo Jus illud congrue expediri nequit. *Rosenthal. de feud. c. 5. concl. 14. n. 6. ibique in add. lit. G. Klock. de Contribut. c. 1. num. 295.* Sed *num idem de vectigali & pedagio*, von dem Zoll und Weg-Gelt/ *dicendum sit, ut illud quoque ad Dominum juris conducendi in alieno territorio pertineat?* non incommode hic quæritur. Affirmativam quidem suadere videtur ratio, quod conducendi Domino onus reddendi itinera tuta incumbat, ut merito quoque commoda viarum ad eundem spectare debeant; Negativa tamen verior est. Quamvis enim quoad Dominum territorii *jus conducendi* ac vectigalium connexa sint, attamen separabilia quoque sunt, ut unum absque alterum, præcipue in persona tertii, stare ac discerni possit, juxta regulam in Jurisdictionalibus & Regalibus communiter receptam, *quod ex concessione unius alterum non recte inferatur*, cum strictissimi Juris sit, juxta doctrinam *Thom. Michaël apud Klock. vol. 1. consil. 29. num. 355. & seq.* ac illa, quæ *in §. 54. huj. Disc.* hanc in rem proposita sunt.

§. 6. Remedia jus conducendi tuentia quod concernit, illa iterum vel *extrajudicialia* vel etiam *judicialia* sunt. Inter extrajudicialia eminet *defensio*, non solummodo quoad vitam & corpus permissa, sed & quoad fortunas ac res, quæ alter quasi sangvis reputantur. *arg. l. 4. ff. de agnosc. & alend. lib.* & viscera hominis vocantur. *Carpzov. p. 1. Prax. Crim.*

Crim. q. 32. n. 14. Francisc. Zoannet. tract. defens. trip. p. 1. n. 37. Unde cum turbatoribus mature resistendum sit, Domino quoque *juris conducendi* possessionis suæ vel quasi manutenentia licita est, adeo ut turbatorem violentia & armis repellere, sicque sibi propria authoritate consulere possit. Neque enim *Jus conducendi* res exigua est, sed ut plurimum Regale majus & symbolum, uti loquitur *Matth. Stephan. de Jurisdict. lib. 2. p. 1. c. 7. n. 397.* Superioritatis territorialis, quo majus Principes & Status Imperii non habent. Unde illud axioma prodiit *Dominus territorii* mag sich *contra turbatores & violatores sui Juris & Jurisdictionis* ohne vorgehende Proceß *propria authoritate* selbst schützen. *Consil. Altdorff. 29. fol. 523. Refer. apud Gylman. tom. 4. Symphor. p. 1. vot. 14. n. 334.* In hac ipsa tamen defensione *Juris conducendi*, perinde ut in alia, requiritur præcedens aggressio injusta, & ut vis possessioni inferatur, *l. 1. C. unde vi l. 3. §. 9. ff. de vi & vi armat.* defensio in continenti facta, *d. l. 3. §. 9. de vi & vi arm.* & modus defensionis, ut sc. defensioni respondeat, *d. l. 3. & l. 45. §. 4. ad L. Aquil.* quæ requisita latius exposita inveniuntur in *Dn. Struv. tract. de vind. priv. c. 4. aph. 2. & seq.* Add. *Dd. ad l. 3. ff. de Just. & Jur.* interque eos *Carpz. in Prax. Crim. p. 1. q. 28. per tot. Anton. Matth. ad lib. 47. ff. tit. 3. c. 1. n. 4. Bus. ad l. 5. ff. ad L. Aquil. n. 2. & 3. aliive plures.* Ex hac defensione fluit quoque *jus resistendi turbatoribus juris conducendi*, perinde ut injustæ executioni quis resistere, eamque impedire potest, modo in terminis tuitionis & resistentiæ subsistat. *Mev. p. 5. dec. 307.* Huc pertinent tandem *alia remedia*, quibus Jura nostra defendimus propriis factis & authoritate propria, præcipue *pignorationes.* Licet enim pignorationes, tanquam species privatæ vindictæ seu propriæ authoritatis, quæ ad Pacem Publicam violandam faciunt, *Gail. de Pignor. Observ. 1. & 3.* prohibitæ sint, tam de Jure Civili *in Nov. 52. c. 1.* quam Canonico, per *c. un. de injur. in 6.* Nihilominus tamen Germaniæ ac præcipue Saxoniæ consuetudine quandoque probatæ sunt. *Coler. p. 1. decis. 136. n. 2. Mev. p. 1. Dec. 35. n. 5. ibique alleg. Köppen.* quando sc. justa pignorandi subest causa, inter quas etiam illa refertur, quæ ad Jus in alieno quæsitum retinendum tendit. Pro conservanda namque libertate, Jurisdictione, aliisque Juribus ad avertendas turbationes pignorationum usum frequentem esse, ac licitum haberi, testatur *Coler. d. dec. 136. n. 4. Mev. laud. Dec. 34. n. 9.* quo casu tamen modus in pignorando sequens observandus est, ut scil. pigno-

pignorentur tantum personæ, aut res nocentes, nec plus pigneretur, quam quod pro tuendo Jure sufficit, denique res pignoratæ serventur illæsæ, insimulque securitate præstita restituantur, ut pluribus deducit *Mev. cit. Dec. 34. num. 16. & seq.*

§. 65. Judicialia remedia iterum vel *petitoria*, vel *possessoria* sunt. Petitoria partim in *Jure conducendi constituendo*, partim etiam in *constituto* occurrunt. Ad *constituendum* faciunt actiones personales ex conventionibus descendentes, quando sc. *conducendi jus* pactis vel stipulationibus promissum est. Hinc ad persequendum id, quod conventionis lex præ se fert, contra eum, qui nobis obligatus est, datur actio personalis, per *l. 25. ff. de O. & A.* Eadem actio ex contractu feudali & investitura, uti loquuntur, abusiva descendit. Quia enim investitura illa, juxta communem & veriorem Feudistarum sententiam, obligationem saltem, sicque non jus in re, sed jus ad rem producit, *teste Matth. de Afflict. in c. 1. de nov. form. fidel. §. investitura facta n. 2. Rosenthal. de feud. c. 6. concl. 6. n. 7. ibique alleg. & Dn. Struv. Synt. Jur. Feud. c. 8. aph. 9. n. 1. & seq.* non aliam quoque nisi personalem tribuere potest actionem, quam jus ad rem alias operatur. §. 1. *Inst. de Act. & l. 25. ff. de O. & A.* Competere vero actionem ex contractu feudali non solum respectu eorum, quæ ex natura contractus præstanda veniunt, sed etiam, quæ pactis investituræ adjectis sunt promissa, inde constat, quod ejusmodi pacta contractui bonæ fidei, cui adjiciuntur, insint & ipsam actionem forment, *l. 7. §. 5. ff. de pact. Vinn. de pact. c. 9.* Confer *Mæstert. de Just. L. Roman. lib. 1. dub. 35.* Circa *constitutum jus conducendi* itidem dantur actiones *personales* & *reales*. *Personales* quidem ob violationem & imminutionem *juris conducendi*, ob quam etiam judicia publica, tum de vi publica, tum etiam de vi privata competunt, quippe quæ toties locum habent, quoties vis vel cum armis, vel etiam sine iisdem infertur. §. 8. *Inst. de publ. jud. l. 1. l. 3. §. 2. l. 5. ad L. Jul. de vi publ. l. 2. l. 3. & seq. de vi priv.* aut possessor domo agroque suo dejicitur. *l. 3. §. 6. ad L. Jul. de vi publ. junct. l. 8. ad L. Jul. de vi priv.* Eo casu tamen, quo vis publica adhibetur, etiam ex Constitutione *Pac. publ.* agendi facultas datur. Nam & is Pacem publicam fregisse dicitur, qui alterum possessione sua, utpote arce, oppido, pago, reditibus ac pensionibus, regalibus, jurisdictione, aliisque quibuscunque juribus, & sic consequenter *jure conducendi*, armata manu factoque violento dolose privat. Kayserl. Land-

 Fried

Fried. d. A. 1548. in præfat. §. 1. versic. daß auch keiner den andern. Blum. in Processs Cam. tit. 29. n. 15. Reales tandem actiones sunt confessoria & negatoria utilis. Oldendorp. Class. 3. act. 4. & 5. Maul. de Jur. cond. tit. 6. n. 3. Quamvis enim Vaud. lib. 2. q. 27. utilem actionem confessoriam & negatoriam non ad omnia jura persequenda, sed ad servitutes duntaxat, fructuariis, superficiariis & creditoribus debitas, extendendas esse putet, per l. 1. §. ult. de superf. & l. 1. §. 4. de remiss. Moribus tamen & consuetudine, quam praxis Cameralis approbat, hæ actiones, ratione servitutum primitus introductæ, utiliter quoque ad alia jura incorporalia, sicque etiam ad jus conducendi applicantur, per tradita Matth. Stephan. lib. 1. de Jurisd. c. 40. n. 7. & seq. Cothm. vol. 4. consil. 1. n. 17. Rutger. Rulant. de Commiss. p. 3. lib. 3. c. 18. n. 6. & Maul. d. l. De requisitis harum actionum aliunde satis constat, quare eorundem evolutionem merito suspendimus.

§. 66. Possessoria tandem remedia ad quasi possessionem juris conducendi tum retinendam, tum recuperandam facientia, sequentia sunt (1.) Constitutio de litigiosa possessione, à Maximiliano I. promulgata, postmodum vero revisa & ampliata, sicque Ordin. Cam. p. 2. tit. 21. inserta. Add. Concept. renov. Ord. Cam. p. 2. tit. 22. quæ tunc in materia nostra locum habet, quoties inter Status Imperii de possessione vel quasi juris conducendi lis oritur, & uterque litigantium se possidere contendit, ut ita dubium fit, cui possessio magis competat, præsens vero armorum tumultus aut vis alterius, metus & timor adsit, tunc enim Camera Imperialis, utpote cujus Jurisdictio immediate ex hac constitutione fundatur, vel ex officio vel alterutra parte postulante inhibere, vel loco inhibitionis possessionem sequestrare solet tantisper, donec summarie cognoscatur, utri momentanea possessio adjudicanda sit, teste Gail. lib. 1. observ. 5. n. 2. Denaif. de Jur. Camer. tit. 221. §. 4. Wilhelm. Roding. in Pand. Cam. lib. 1. tit. 9. §. 2. & §. 13. Causa itaque litigiosæ possessionis non solum est, quando inter duos pluresque rem aliquam possidentes, vel possessionem adipiscentes, quis potior esse contendit; Sed etiam quando propter jus quoddam rei connexum, videlicet jurisdictionis, imperii, servitutis, collectandi, salvi conductus, juris venandi aliisque de causis litigiosa est possessio. Mindan. de Process. &c. lib. 1. c. 43. n. 7. Roding. cit. tit. 9. n. 2. ibique not. Maul. de Jur. cond. tit. 6. n. 1. Mev. p. 7. dec. 146. n. 7. ubi itidem notat, quod Constitutio

de

de litigiosa possessione generalis sit, ut non tantum obtineat, cum de rerum, sed etiam cum de quasi possessione jurium contenditur. At hoc tamen, ut dicta Constitutio litigiosæ possessionis *quoad jus conducendi* locum habeat, perinde ut alias, sequentia quatuor requiruntur. (1.) Ut uterque litigans immediate Imperio subsit. *Ord. Cam. p. 2. tit. 21. in pr. ibique Magenhorst. in not. Concept. renov. Ord. Cam. p. 2 tit. 22. pr. Mindan. cit. loc.* Ratione siquidem Mediatorum hoc remedium non nisi in casu speciali locum habet, quem *d. tit. 21. Ord. Cam. §. 2.* latius proponit. (2.) Ut neuter possessionem vel quasi habeat, sed uterque ex justis caussis se magis possidere contendat, sicque possessio dubia sit. *Ord. Cam. cit. tit. 21. in pr. Conc. Ord. Cam. d. tit. 22. pr. Mindan. d. n. 7.* Quod si enim certum sit, alterum possidere, hæc constitutio locum habere nequit. *Gail. lib. 1. observ. 5. n. 6. Blum. in Proc. Cam. tit. 31. n. 5.* (3.) Ut exinde vis major aut perturbatio Pacis publicæ metuatur, *Ord. Cam. laud. tit. 21. §. 3. Conc. ren. Ord. cit. loc. Mindan. dict. n. 7. Mev. cit. dec. 146. Magenhorst. in not. ad d. tit.* Denique (4.) ut Judex Cameræ de armorum metu, aut de eorum præsenti periculo, aliquo modo ac summarie ex missivis hujus causæ transmissis, vel ex instrumentis desuper confectis, vel etiam ex scientia propria certior sit redditus. *Concept. Ord. Cam. cit. tit. 22. §. 5. in verb.* doch soll angeregter metus armorum, durch die vorstehende Gefahr / und procinctus partium etlicher massen und summarie aus derhalben ergangnē missiven, oder hierüber aufgerichteten Instrumenten zuvor dargethan / und beschienen werden / oder der Richter aus eigner Wissenschafft des Bericht haben. *vid. Christoph. Schwannem. in Proc. Cam. lib. 1. c. 16. Denais. d. tit. 22. n. 7. Blum. cit. c. 31. n. 22.* Add. *Mindan. cit. lib. 1. c. 43. 44. & 45. Roding. d. lib. 1. tit. 9. & Magenhorst. d. tit. 21. Ord. Cam.* præcipue *Gylm. Symph. tom. 1. p. 1. tit. 7. per tot.* qui plura ad Constitutionem litigiosæ possessionis ejusque processum spectantia proponunt.

§. 67. Alterum remedium possessorium, ratione *juris conducendi* competens, fluit ex *Constitutione de pignorationibus. Maul. de jur. cond. tit. 6. n. 1.* quæ juxta *Roding. lib. 1. Pand. Cam. tit. 10. n. 2.* sunt turbationes, quas alter alteri possessionis, & sibi novi juris acquirendi causa, captis pignoribus vel rebus infert; Juxta *Blum.* verò *in Proc. Cam. tit. 32. n. 1. & not. ad Roding. cit. loc.* sunt actus, quibus immediate Imperio subjectus alterum similiter immediate subjectum pignorat aut capit. Hæcque Constitutio, perinde ut de possessione litigiosa, Pacis publicæ confer-

vandæ ergo facta est. Nam cum turbatam Jurisdictionem & possessionem vel quasi alicujus juris, ut puta, piscandi, pascendi, venandi, aucupandi, exigendi tributa similiumque nec non ratione privilegiorum, regalium, finium regundorum, ac *juris conducendi* gravissimæ controversiæ haud raro inter Principes, aliaque Imperii membra hactenus exortæ, atque illorum tuendorum gratia sæpius arma suscepta, sicque varia territoria, non sine maximo subditorum & vicinorum damno, turbata essent, cæteris Constitutionibus *de Pac. Publ.* & hæc saluberrima *Constitutio* adjecta, atque *Ordin. Cam. p. 2. tit. 22.* inserta, tandemq; posterioribus temporibus varie declarata & aucta est, ceu ex *Concept. ren. Ord. Cam. p. 2. tit. 23.* liquet. Ad hoc tamen, ut propter *jus conducendi* aliamque causam civilem (Criminalem enim constitutio nominatim excipit in *Ord. Cam. p. 2. tit. 22. in verb.* Allein Malefitz-Sachen außgenommen) hoc beneficio quis uti possit, sequentia requiruntur. 1. Ut tam pignorans, quam pignoratus immediate Imperio subsint, *Ord. Cam. p. 2. tit. 22. & Conc. p. 2. tit. 23. Gail. de Pignor. obs. 3. n. 5.* 2. Ut pignoratus sit in possessione vel quasi *juris conducendi*, in quo facta est pignoratio, hocque modo inique turbetur. *Blum. in Proc. Cam. cit. tit. 32.* 3. Ut pignorator in illo loco, ubi pignoratio facta est, per hanc pignorationem novum jus sibi acquirere & usurpare velit *Gail. d. observ. 3. n. 7.* Hoc ipsum jus tamen in specie exprimendum est. *Concept. ren. Ord. Cam. p. 2. tit. 22. §. 4.* in verbis: Daß der Supplicant auf die Pfändungs-Constitution in specie anzeigen sol / was ihme der Pfänder vor Gerechtigkeit durch vorgenommene Pfändung schöpffen wolle. 4. Ut persona seu res capta ac pignorata non sit litigiosa, sed tertia & innocens. *Concept. dict. tit. 23. §. 3. in verb.* Und wollen wir daß allein in denen Fällen / da res tertia, die nicht streitig ist / abgenommen würde / als da einer streitigen Gerechtigkeit halben / als Jagens / Weidens / Beholtzens / ꝛc. Garn / Hund / Viehe / Wagen / Pferd und dergleichen abgenommen worden / Mandata &c. erkand werden sollen ꝛc. *Add. R. J. de Anno 1594. §. 70. Gail. d. observ. 3. n. 8.* Positis his requisitis, etiam quoad nostrum *jus conducendi*, nascitur actio super hac Constitutione, quæ tum ad repetenda pignora, aut relaxandos captivos, tum ad deducendum jus pignorandi datur. Quoad prius mandatum de restituendo aut relaxando, quoad posterius citatio ad deducendum jus, seu allegandas causas pignorationis decernitur. Sicque duo remedia in hac Con-

Constitutione præscripta sunt, quæ semper in uno processu conjunguntur. *vid. Ord. Camer. p. 2. tit. 22. atque Conc. cit. tit. 23. in pr. Jung. Christoph. Schwaneman. in Proc. Camer. lib. 1. c. 12. Blum. cit. tit. 32. Mindan. de Process. lib. 1. c. 34. & seq. Roding. in Pand. Camer. lib. 1. tit. 10. Magenhorst. in not. ad d. tit. 22. Ord. Cam.* denique *Gylm. Symph. 1. p. 1. tit. 4. per tot.* qui curioso Lectori plura de hac materia suppeditabunt. Tandem etiam pro retinenda *juris conducendi* possessione vel quasi datur interdictum uti possidetis utile, *arg. c. licet caus. X. de probat. Gail. de Pignor. observ. ult. n. 8. Menoch. remed. 3. retin. possess. n. 125. & seq.* Pro recuperanda vero quasi possessione amissa spoliatus interdicto unde vi utili experiri, *Menoch. rem. recup. possess. 1. n. 81. Maul. d. jur. cond. tit. 6. n. 2.* aliisque remediis, recuperandæ possessionis gratia in Jure nostro proditis, præcipue vero plenissimo atque tutissimo Juris Canonici beneficio, *in c. redintegranda 3. c. 3. q. 1.* proposito, de quo *Menoch. remed. rec. poss. 15. Gail. 2. observ. 75. ibiq. Grav. in conclus.* plenius videri possunt, saluberrime uti potest. Et hæc de *Effectu*, quem *jus conducendi ratione Domini* conductum præstandis producit, monuisse sufficiant.

§. 68. Sequitur jam *Effectus*, quem *jus conducendi ratione transeuntis* operatur. Ille vero iterum vel *proficuus*, vel etiam *onerosus* est. *Proficuus* in eo consistit, quod innoxius transitus, nisi justa denegandi subsit causa, cuilibet peregrinanti per vias & flumina publica concedendus sit. Quamvis enim largiamur, territorii Dominos aut plane posse prohibere, ne quis exterus omnino transeat, aut transitum nonnisi certa lege certoque onere concedere, adeo ut haud injuste Edomitæ Israëlitis, indemnitatem verbo duntaxat spondentibus, transitum per regionem suam ob metum non improbabilem denegare visi, hique molesta ambage fines ipsorum legere coacti fuerint. *Num. 20. vers. 18. & seq.* Add. *§. 33. hujus Differt.* Hoc ipso tamen prohibendi jure, quamdiu inter innoxiam utilitatem transitus subsistit, Superior nec uti potest, nec debet, propter communem hominum utilitatem, vigore cujus quilibet alterius necessitates, quantum citra fraudem suam fieri potest, sublevare tenetur. *Pufendorff. in Elem. Jurispr. lib. 1. def. 5. §. 6.* Optime ergo Imperatores *Diocletian. & Maximian. in l. 11. C. de servit. & aq.* rescripserunt; Uti via publica nemo recte prohibetur. *Vid. Maul. de Jur. cond. tit. 3. num. 9. Matth. de Afflict. in c. un. quæ sint Regal. verb. via. n. 1.* Quare non solum Jure Romano contra illos, qui transitum sine justa

causa

causa denegant vel impediunt, interdicta dantur prohibitoria. *l. 2. §. fin. ff. ne quid in loc. publ. l. un. pr. & §. 1. ff. ut in flum. publ. Add. Brunnem. qui ad l. 1. ff. de loc. & itin. publ.* contra clausulas viarum cuilibet actionem concedit; Sed & in Camera decernuntur mandata inhibitoria sine clausula de non impediendo viæ vel fluminis usu. Confirmationis gratia non solummodo *Rosenthal. de Feud. c. 5. concl. 21. n. 2. & 3.* sed & *Maul. de jur. cond. dict. tit 3. n. 11.* varia adducunt præjudicia. Hocque assertum non tantum obtinet, si peregrinantes transeunt; Sed etiam si Magistratus captivos per alterius territorium deducunt. Scimus equidem, quod hodie ut plurimum illi, qui delinquentes alibi captos per territorium alterius transmissuri sunt, à Domino Jurisdictionis literas salvi conductus, atque innoxium transitum petere soleant, die jenige/ welche einen Gefangenen durch ein ander territorium zu führen gesonnen/ pflegen um ein Gleit zu Durchführung der Maleficanten anzuhalten/ und deßwegen schrifftliche Reversalien von sich zu stellen. *Dn. Fritsch. de R. V. P. J. c. 8. n. 20. ibique alleg. Mantz. in Decis. Palat.* qui idem in Bavaria & Palatinatu de consuetudine observari asserit. Add *Klock vol. 1. consil. 53. n. 15.* Attamen de Jure, nisi consvetudine aliud receptum sit, transitus Magistratui cum delinquente per alterius territorium denegari nequit, juxta doctrinam *Brunnem. ad d. l. 1. ff. de loc. & itin. publ.* partim quia viæ publicæ, tanquam res innoxiæ utilitatis, cujuscunque etiam territorium attingant, cuivis ad usum licitum, præsertim ad Reip. tuitionem, patere debent. Si enim licitum est delinquentem in suo territorio capere, & adversus eum ibi statuere, etiam licitum erit eo perducere, ubi commode executio fieri potest, *arg. l. 2. ff. de Jurisdict.* partim etiam, quia per actum ducendi Domini territorialis jurisdictio minime turbatur. *Dn. Fritsch. cit. c. 8. n. 20.* Quia enim cum Jure terrendi, seu submovendi & capiendi quod territorio adhæret, & capturam producit, nihil commune habet jus ducendi captivum, qui in loco competenti jam est submotus; Ideo quoque nec illius, per cujus territorium ducitur, jurisdictio ac imperium, in terrendo, submovendo seu capiendo consistens, violari potest, ex mente *Reinking. de R. S. & Eccles. lib. 2. Class. 2. c. 17. n. 119.* Hancque sententiam, cui nuperrime & quidem M. Octobr. hujus anni ad requisitionem S. V. B. zu M. calculum suum addidit *inclyta Facultas Juridica hujus nostræ Univers. post Fyehner. Consil. Franc. 93.* tuetur *Speidel. in Spec. verb.* Durchzüge der

Male-

Maleficanten *Dn. Dietherr. in addit. ad Besold. Thes. Pract. eod. verb. Reinking. de R. S. & Eccles. d. lib. 2. Class. 2. c. 17. n. 118. & seq. Maul. de Jur. cond. tit. 3 n. 28. Dn. Myler. de Princ. & Stat. Imp. c. 48. n. 13. Bidenbach. quaest. nob. 11. n. 1. & seq. Brunneman. & Dn. Fritsch. loc. cit.*

§. 69. *Alter Effectus* proficuus quoad transeuntem est, quod Dominus securitatis praestationem à transeunte petitam denegare nequeat, juxta *tradita §. 59.* Unde propter ejusmodi denegationem securitatis transeunti mandata poenalia sine clausula in Camera decernuntur, quae etiam dantur, si ipsi Magistratus viatores eorumque merces, neglecta securitate debita, detineant. Sic *Mindan. de Proc. lib. 2. c. 57. n. 2.* tradit, Civitati Eslingensi ejusmodi mandatum poenale sine clausula propter denegatam securitatem contra Ducem Würtembergensem decretum ipsique injunctum fuisse, ut Civibus Eslingensibus merces, quas, denegata securitate, sub dio & pluva relinquere cogebantur, restitueret, & ut in posterum ad nundinas Francofurtenses ituris, prout in Imperio receptum, salvum conductum praestaret. *Add. Dn. Fritsch. de R. V. P. J. c. 12. num. 17.* ibique *alleg. Rosencorb. in Observ. Pract.* *Tertius* effectus proficuus est, quod in ipso conductu peregrinantes cum conjugibus, liberis, famulis ac mercibus, sive in itu, sive in reditu constituti sint, plena securitate gaudere, atque ab omni damno & injuria, verbis, verberibus aliove modo illata, immunes esse debeant. Quamvis enim commune alias proverbium sint: Wort brechen kein Gleit/ quod vel exinde veritatem suam sortiri videtur, quia in frangenda securitate factum requiritur, perinde ut furtum solo verbo fieri nequit, *l. 52. §. 19. de furt.* At enim vero cum verba injuriosa non simplicia verba maneant, sed in factum incidant, ac maleficium importent, non minus per verba, quam per facta securitas frangi dicitur, juxta *Wehn. in Observ. Pract. verb.* Wort brechen kein Gleit/ ubi addit: Es seye in Rechten nicht frembd/ daß ein Gleit und Sicherung nicht allein durch schmähliche / lästerliche Ehren-verletzliche Wort/ sondern auch durch unzeitige/unziemliche Wort/ohne Hand-That verwürcket und verbrochen werden. Add. *Knipschild. lib. 2. de Jur. Civit. Imp. c. 26. n. 25.* Unde quoque ex hoc capite transeuntes varia habent remedia, utpote actionem L. Aquiliae, quippe quae toties datur, quoties injuria à libero homine damnum datum est, ut ejusdem resarcitionem, secundum diversos casus praestet, juxta *§. 9. § 13. & seq. Inst. ad L. Aquil. §. 19. Inst. de Act. l. 30. §. 3. ff. eodem* it. actionem injuriarum tum praetoriam, de qua in *§. 7. 8. & 10.*

Inst. de Injur. tum eam, quæ ex L. Cornel. provenit, *§. 6. Inst. eod. l. fin. ff. de injur.* Judicia publica de vi privata & publica. *§. 8. Inst. de publ. Jud.* ut & remedium ex Const. Imperii super fracta Pace publica, quibus ejusdem violatio severissime prohibetur, insimulque in violatores gravissimæ constituuntur pœnæ, de quibus, præter pœnam Regiæ Reformationis *Friderici III. de A. 1442. §. ult.* agit der Landfried. *de A. 1548. art.* Die Pön der Friedbrecher. *3. Ord. Cam. p. 2. tit. 9. §. 2. ibique Magenhorst. Blum. in Proc. Cam. tit. 29. n. 77. & 103. Mindan. de Process. lib. 1. c. 22. n. 14.*

§. 70. Quod vero hoc in casu, perinde ut in eo, quando transitus plane denegatur, Pax publica frangatur, patet ex ipsa Constitutione *Pac. publ. de A. 1548. in præfat.* ubi *sub fin. §. 1.* hæc proponuntur verba: Darzu des andern Unterthanen/ Geistlich und Weltlich/ durch seine Fürstenthum/ Landschafften/ Graffschafften/ Herrschafften/ Oberkeit und Gebiet frey sicher und unverhindert wandern/ ziehen und webern lassen/ und den Seinen keines wegs gestatten/ dieselbe an ihren Ehren/ Freyheiten wider Recht mit gewaltiger That anzugreiffen/ zuvergewaltigen/ zubeleidigen oder zubeschweren in keine Weiß. Sequentia tamen tria requisita alleganda & probanda sunt. 1. ut vis illata sit publica & major, Landfr. *de anno 1548. in præf. §. 1. in verb.* Gewaltiger That. *Concept. renov. Ord. Cam. p. 2. tit. 10. §. 4. verb.* Mit offentlichen Gewalt. *Mindan. de Process. lib. 1. c. 23. n. 2. & seq.* Utrum vero hæc vis in agro, an in urbe comitatur nihil interest. 2. ut inferatur armata manu Landfried. *de A. 1548. in Præf. d. §. 1. verb.* mit gewehrter Hand. *Conc. renov. Ord. Cam. p. 2. tit. 10. cit. §. 4. verb.* gewapneter Hand. 3. ut vis sit illata ex proposito & dolo malo, *d. §. 1. cit.* Landfr. circa quem tamen, cum in mente delinquentis consistat, ac propterea difficulter directo probari possit, sufficit, si narratum factum in Constitut. de P. P. sit expresse prohibitum, atque ita dolus ex circumstantiis perspicuis indiciis & evidentia ipsius facti, ut puta ex illata vi publica, coadunatione hominum, incendio, hostili invasione, & similibus appareat, narrata quoque cum omnibus circumstantiis per actorem legitime & sufficienter probentur. *Conc. renov. Ord. Cam. p. 2. tit. 10. §.* Demnach auch. *6. R. J. de A. 1594. §.* Ebener massen *69. vers.* Demnach auch. *Gylm. Symph. tom. 1. p. 1. tit. 1. dub. 3. per tot.* Plura de hac Pace publica qui desiderat, præter *Ord. Cam. p. 2. tit. 9. & seq. ac Concept. renov. Ord. Cam. part. 2. tit. 10. & seq.* evolvat *Schvvaneman. in Proc. Cam. lib. 1. c. 14. & 15. Mindan. de Process. lib. 1. c. 22. & seq. Denais. in Jur. Cam. tit. 211. & mult. seq. Roding. in Pand. Cam. lib. 1. tit. 7. per tot. Blum. d. tit. c. 29.*

præ-

præcipue vero Gylm. qui Symphor. tom. 1. p. 1. tit. 1. per tot. hanc materiam latius evolvit. Tandem etiam læsæ Majestatis accusationem nonnulli concedunt, non solum si Imperator ejusdemque Legati, ut & Electores, ad electionis negotium proficiscentes, offendantur, per *text. A. B. tit. 24.* Sed etiam si salvus conductus à reliquis Principibus concessus violetur. Tradunt siquidem violantem securitatem sive salvum conductum à Principe concessum in crimen læsæ Majestatis incidere, *per l. 1. §. 1. ff. ad L. Jul. Majest. Boer. decis. 179. n. 2. Menoch. de arbitr. Jud. quæst. lib. 2. c. 337. n. 1. & seq. Gail. lib. 1. observ. 1. n. 8. Rulant. de Commiss. part. 1. lib. 3. c. 12. n. 7. Harpp. ad §. 1. Inst. de injur. n. 55. Dietherr. in addit. ad Besold. Thesaur. Pract. verb.* Gleit/ quæ sententia omnino admittit potest, per tradita *Dieter. ad A. B. cit. tit. 24. pag. 89. & Bachov. ad Wesenb. ad L. Jul. Majest. n. 4.* Confer. *Meier. in Coll. Arg. ad L. Jul. Majest. th. 6. & Anton. Matth. ad lib. 48. Pand. tit. 2. c. 1. n. 4.* Ex quibus omnibus jam facile colligi potest, quanam pœna violatores conductus puniendi veniant.

§. 71. Ultimus effectus proficuus ratione *transeuntis* est, quod, si spoliatus fuerit, de damno resarciendo, seu, ut Itali loquuntur, de Robbaria non solum contra spoliantes & latrones, sed etiam contra ipsum Dominum conducentem agere possit, juxta *§. 58. & seq. nostr. Dissert.* Et quidem contra spoliantes ipsi consulitur rei vindicatione & condictione furtiva, ita tamen, ut rei vindicatio adversus possessorem detur, sive spoliator ipse possideat, sive alius quilibet; condictio autem adversus spoliantem ejusdemque hæredem, licet non possideat, competat, *arg. §. ult. Inst. de furt junct. pr. Inst. de vi bon. rapt. l. 25. ff. de condict. furtiv.* Præter has actiones contra spoliatorem quoque actio vi bonorum raptorum, *juxta pr. Inst. de vi bon. rapt.* ac criminale judicium ad pœnam gladii aliamque juxta cujusque loci consuetudinem infligendam, secundum *Ord. Crim. Carol. V. art. 126.* it. Judicium de vi publica & privata: remedia locupletiora Juris Canon. *ex can. redintegranda 3. c. 3. q. 1. & c. sæpe 18. X. de restitut. spoliat.* tandemque remedium ex Constitutione de Pace publica intentari possunt. Quoad actiones vero contra Dominum dandas distinguit *Maul. de Jur. cond. tit. 9.* utrum rapinam passus persolverit Domino Guidagium, das Gleit. Gelt/ utrum nihil præstiterit, ut priori casu hoc negotium sit referendum ad contractum innominatum do ut facias, sicque competat actio præscriptis verbis; posteriori vero adversus Dominum detur actio in factum ex quasi delicto, *arg. l. 5. §. 4. ff. de O. & A. l. un. C. de lit. & itin. custod.* Alii contra Dominum condictionem ex

lege, & quidem ex *sap. alleg. Rec. Imp. August. de A. 1559.* §. Damit dann die Obrigkeit 34, concedunt. *Mindan.* denique *de Process. lib. 2, tit. 57, n. 3.* tradit, quod in via publica, regali & consveta spoliati vel deprædati in Camera Imperiali mandata restitutoria pro damnis & ablatis impetrare possint contra Dominum, qui vias publicas tutas & securas servare tenetur. Ut tamen actiones contra Dominum de damno resarciendo locum habeant, ante omnia damnum illatum legitime probandum est, in quo casu, ob id, quod Dominus territorii non ex proprio dolo, sed culpa vel negligentia Officialium ad resarcitionem teneatur, omnium eo tendit opinio Interpretum, ut existiment, & rapinam ipsam & quantitatem damni testibus esse probandam, neque juramentum damnificati sufficere. Quamvis enim alias in spolio interesse & damnum juramento probetur, *l. 2. l. 5. ff. de in lit. jurand. l. 9. C. unde vi* ibique *Salicet. & Brunnem.* Hoc ipsum tamen fallere dicunt, si non contra delinquentem agatur, sed contra alium, qui non doli, sed tantum culpæ reus est, qualis est Dominus conducens, qui ratione custodiæ, ut itinera tuta teneat, tantum ex quasi delicto tenetur ob culpam, quod ratione officii territorium malis hominibus non purgaverit. Hancq; sententiam *post Gail. lib. 2. obs. 64. n. 7. & Mynsing. cent. 5. observ. 71. n. 1. & seq.* ulterius in terminis factique contingentia confirmant *Schurff. cent. 2. consil. 2. n. 4. Matth. Coler. de Proc. execut. p. 1. c. 2. n. 338. Carpz. p. 2. Prax. Crim. q. 91. n. 67. Brunnem. ad d. l. 9. C. unde vi. Maul. de Jur. cond. tit. 8. n. 1. & 2.* ibique *alleg. Panormitan. Dec. Clar. Cravett. aliiq; plures.* Convenit non nihil *Bocer. de Regal.* qui quidem in casu, quo Dominus securitatem promisit, vel deprædatores persequi noluit, juramentum admittit, in alio tamen casu, quando scivit Robbariam & prohibere potuit, nec tamen prohibuit, testes requirit. *Add. Grav. ad Gail. d. lib. 2. concl. 64. consid. 1.* ubi post *Mascard. sub fine* declarationis gratia addit: *Sufficere quoque minus idoneam probationem ex Judicis arbitrio, pro personæ spoliatæ qualitate, aliarumque circumstantiarum sedula dijudicatione, dependentem.*

§. 72. *Proficuum* transeuntium *effectum* excipit *onerosus*, tum quoad *Magnates*, tum etiam quoad cæteros *peregrinantes*. Nam quia juxta tradita §. 33. *huj. Dissert.* metus fere nunquam abest in potentioribus, magno sæpius eoque armato comitatu per alterius territorium transeuntibus, hinc ab ultima memoria per Germaniam hoc instar cautionis receptum est, ut ejusmodi potentiores transitu prohibitos sese intelligant, nisi veniam transeundi à territorii Domino impetraverint. Hocque est, quod Elector Saxoniæ apud *Hortleder, de caus. B. G.* dicit:

Es ist in Teutscher Nation also herkommen/ daß einer/ der mit solcher Anzahl reiten will/ Gleit nehmen/ oder aber gewarten muß/ daß er gerechtfertiget werde/ und in Feld Bescheid geben müsse/ das ziehen wir uns auf gemeinen Gebrauch an vielen Orten Teutscher Nation. Ratio hujus rei patet ex ejusdem Electores verbis apud *Hortleder.* Dieweil jede Obrigkeit zu Recht Macht hat/ aus billichen Ursachen einem andern ihr Land und Paß zuverbieten/ so kan dem andern/ dem solch Verbott geschicht/ zu recht nicht gebühren/ mit Gewalt und Frevel sich des Durchzugs zu unterstehen/ das heist aber/ inquit idem *apud cit. Aut.* mit Frevel und Gewalt passiert und durchgezogen / oder durchziehen und passiren wollen/ da ein Fürst durch des andern Land reisen will/ und hat denselben Lands-Fürsten nach Gewohnheit des Reichs zuvor nicht darum begrüsset/ noch angesuchet. Extra hanc causam Magnates cum cæteris transeuntibus æquiparantur, quibus incumbit, ut securitate non abutantur. Quælibet enim concessio transitus ita facta præsumitur, ut civiliter, humane & modeste fiat, unde Nostrates recte dicunt: Wer des Gleits will geniessen/ der muß sich Gleitlich verhalten. Sic Capitaneus, cui fuit permissus transitus per quendam comitatum aliudve territorium, per viã rectam, non per prata & vineas ire debet, ne fructus lædantur, aut devastentur agri, alioquin salva fide conductus capi potest, docente *Schneidevv. ad pr. Inst. de Serv. præd. urb. & rust. n. 20.* Add. modus, sub quo transitus militaris permittitur, & cautio ob eundem à transeuntibus præstanda, ex *Dn. Stryck. Discurs. de transit. milit. membr. 1. sect. 4. per tot.* Tandem quoque transeuntes pro conductu, siquidem consuetudine, præscriptione aliove modo obtinuerit, Domino-conducenti Guidagium solvere tenentur prout jam antea §. 62. monitum, ad quem locum brevitatis gratia B. L. remittimus. Hæc de effectu *Juris conducendi* tum ratione *conducentis Domini*, tum ratione *transeuntis* sufficiant.

§. 73. Residua sunt adhuc *contraria juris conducendi*, quæ id ipsum vel *impediunt*, vel etiam plane *tollunt*. Impediunt 1. *Jus conducendi* pignorationes, utpute, quæ juxta antea dicta regulariter prohibitæ sunt. *vid. Nov. 52. c. 1. & c. 1. de injur. in 6.* atque in dubio pro illicitis atque injustis habentur, *Schurff. cent. 3. consil. 6. n. 4.* ut qui jure factas obtendit, id docere debeat, *Mev. p. 1. Dec. 34. n. 4. ibiq. alleg. VVesenb. in cons.* Sunt enim nihil aliud, quam turbationes, quas alter alteri possessionis intervertendæ & sibi novi juris acquirendi causa; captis personis vel rebus, refert *Mynf. cent. 3. obs. 20. Gail. de Pign. obs 3. n. 4. Roding. lib. 1. Pand. Cam. tit. 10. n. 2.* Unde causa pignorationis nascitur, de qua in ante-

antecedentibus dictum est. 2. Impediunt *jus conducendi* arresta, non quidem illa, quæ cum causa cognitione licite interponuntur. Sæpius namque arresta, quæ regulariter prohibita sunt, *Schurff. cent. 3. consil. 15. n. 1. Mev. p. 3. Dec. 315. n. 1.* ex accessione causæ specialis justificantur, quas latius recenset *Mev. in tr. de Arrest. c. 6. per tot. Add. Rec. Imp. de An 1594.* §. Und so viel die ungleiche Meinungen 81. sed illicita seu facti. *Gail. de Arrest. Imper. c. 3. n. 14. it. c. 11. n. 3.* quæ propria authoritate sine cognitione causæ fiunt, atque ad constitutionem de Arrestis *in conc. ren. Ord. Cam. p. 2. tit. 24. in pr.* propositam pertinent. *vid. de R. J. de A. 1594. cit.* §. *in verb.* Wollen wir/ daß die Constitutio Arrestorum ad illicita arresta facti &c. Die ihrer rechten Eigenschafft nach wahre und den Rechten verbotene Arresta genennet werden/ zu verstehen. Eorundem descriptionem & differentiam à pignorationibus tradit *Roding. lib. 1. Pandect. Cam. tit. 11.* §. 2. Plura de arrestis videantur *in Conc. renov. Ord. Cam. dict. tit. 24.* it. *apud Gylm. tom. 1. Symphor. tit. 5. per tot. Schwanem. in Proc. Cam. lib. 1. c. 13. Mindan. de Proc. lib. 1. c. 38. & seq. & Blum. in Proc. Cam. tit. 33.* Cum arrestis 3. *Juri conducendi* contrariantur quoque repressaliæ, quæ itidem, ut arresta, regulariter prohibitæ sunt. *R. J. de An. 1570.* §. Wann auch die Arresta 84. *Gail. de Pignor. observ. 2. n. 2. Mynf. cent. 6. obs. 1. Heig. p. 1. q. 12. Coler. de Process. Exec. p. 2. c. 3. Mev. p. 2. Dec. 39. n. 5. Roding. lib. 1. Pand. Cam. c. 11. n. 3.* Add. *Joh. Jacob à Canib. & Martin. Laud. in tr. de repressal. ut & Dn. Struv. de vind. priv. c. 12.* Tandem *Juri conducendi* contrariantur omnes illi modi, quibus alterius possessio vel quasi turbatur, qui varii sunt, ut vere *Menoch. Remed. 3. retin. possess. n. 467.* dixerit, vix comprehendi posse modos turbandi, cum plura sint negotia, quam vocabula. Add. *Carpz. lib. 1. Respons. 31. n. 10.* Plane vero tollitur *Jus conducendi* quoad Dominum territorii amissione territorii, concessione alteri facta & præscriptione. Tertius vero, qui *Jus conducendi* in alterius alterius territorio acquisivit, id ipsum remissione, præscriptione, & abusu amittit, de quibus modis omnibus latius videri potest *Maul. de Jur. cond. tit. ult. per tot.* Add. *Dn. Fritsch. de R. V. P. J. c. 15.* cujus tradita de amissione viæ per analogiam ad nostrum *Conducendi Jus* omnino applicari possunt. Et hæc de ardua Conductus materia sufficiant. Dei gratiosam assistentiam humillima veneramur mente, pariterque B. Lect. ut labori nostro favore, erroresque, si qui præter voluntatem irrepserint, benevole corrigere velit, ea, quâ par est, pietate rogitamus.

F I N I S.